5 N 2

Digitized by Google

# NEGOTIVM SÆCVLORVM
# MARIA
## SIVE
## Rerum ad Matrem Dei ſpectantium,
# CHRONOLOGICA
## EPITOME,
## AB ANNO MVNDI PRIMO,

Ad annum Chriſti milleſimum ſexcenteſimum ſexageſimum.

***

*Studio* P. PETRI COVRCIER *Societatis* IESV *Preſbyteri, &*
*Sacræ Theologiæ Doctoris.*



# DIVIONE,

Apud Viduam PHILIBERTI CHAVANCE Typographi, &
Bibliopolæ Regis; in vico Sancti Ioannis,
ſub ſigno pueri IESV.

---

*M. DC. LXI.*

Digitized by Google

SANCTISSIMÆ
DEI GENITRICI
# MARIÆ
AVTHORIS VOTVM.

PATIERE, Auguſtiſſima Virgo & Mater Dei, vt has tibi laudum tuarum ex diuerſis authoribus ac ſeruis tuis deſumptas lacinias offerat, qui majorem in hoc mundo laudem non quærit, quàm tibi & filio tuo, quibus ſeruire regnare eſt, in omnibus obſequi, & quâ poterit arte rem promouere Marianam. Offerent alij, Omnipotentiſſima Domina, elaborata vndecunque volumina, quibus magnitudinis tuæ, ſanctitatis, & aliorum ornamentorum tuorum impreſſa ſigna reluceant; nos collectos ex alienis hortis flores, gemmas ex aliorum detractas gazis, ſupplicibus animis offeremus. Nec reijcies, Clementiſſima Imperatrix, aut contemnes: quamuis enim omni ex parte ſimus indigni, qui vel tuo adſtemus

in conſpectu ; Tua tamen Tibi offerimus & Tuorum : imò & quæ per Te magna Deus, & quæ in Te maxima ille vnus qui Potens eſt, fecit : vt noſcant omnes retrò generationes Te Beatam ; quam vt non ceſſat quotidie honoribus cumulare ſtudioſum Numen, ita ſemper decorauit officijs, vel per ſymbola figurando, vel promittendo per vaticinia, vel miraculis exornando, vel aliâ denique omni qualicunque ratione reddendo amabilem. Erit igitur, ſuauiſſima Mater & Regina noſtra, pietatis tuæ, non dedignari quæ Tua Tibi offerimus, & offerimus Tibi Tui : Nec enim ſumus aut eſſe volumus, niſi Tui ſimus, qui innumeris propè capitibus iamdudum ſumus Tui, & eſſe gaudemus. & ſemper gaudebimus, cùm etiam vel Deum ipſum natum eſſe Tuum gaudere videamus, Tuos igitur ſuſcipe, ô Domina ! & dum Tua Tibi offerimus, nec enim poſſumus offerre meliora, in æternum conſerua Tuos.

# BENEVOLO LECTORI.

QVONIAM quæcunque ex diuerſis Scriptoribus nonnullo ſtodio deccrpere mihi contigit, de præclaris laudibus, geſtis, ac miraculis Sanctiſſimæ Genitricis Dei, non fuit animus ea temerè ſine vllo ordine in medium dare: temporum ſeries annua mihi eſt aptiſſima viſa, quæ iſta omnia concinnè, quantum fas eſſet, connecteret; & ſimul oſtenderet, quod Bernardus dixit ſermone ſecundo in diem Pentecoſtes: Mariam eſſe omnium *ſæculorum negotium*, cuius videlicet gloriæ omnia ſæcula adlaborant, ſicut & ipſa omnium ſæculorum ſplendorem, ſuæ luce gratiæ virtutúmque radijs, perenniter facit; verè Regina ſæculorum, cuius filius Rex ſæculorum eſt dicente Apoſtolo prioris ad Timotheum capite primo: *Regi autem ſæculorum, immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.* Sed quam temporum ſeriem, quam annorum ordinationem conuenit ſequi? Alij fortaſſe alia omnia velut vſitatiora eligent: mihi verò conſtitutum eſt, ante Mariæ ortum per Chriſti & Mariæ Progenitores, rem totam deducere: eandemqúe proſequi poſt ortum Virginis, per Chriſti Domini Vicarios ſummos Pontifices, & ſupremos Principes Eccleſiæ, illius, inquam, Eccleſiæ quam genuit Chriſtus & ſponſam habuit, ac, velut amantiſſimam prolem, Mariæ acquiſiuit: Sic enim ante Natiuitatem Reginæ noſtræ ordo feretur per eos ex quibus eſt ipſa, & poſt Natiuitatem decurret per eos, qui quodammodo ſunt ex ipſa; & tenent locum filij eius. Et quoniam multiplex æra eſt, vnde ſumi poteſt annos numerandi principium; velut à Nato Chriſto, ab orbe condito, à capite Periodi Iulianæ, & alijs: contentus ero apponere annos à molitione mundi, & annos tum ante tum poſt exortum Chriſtum: Sic enim facilis rerum erit & perſpicuus ordo, quem licet varij variè omninò euoluant, non niſi ægrè diuellendus ſum ab eo, quem doctiſſimè conſtituit Petauius in ſuis eruditis libris de Doctrina temporum. Neque enim noſtrum eſt, nec certè iſtud ſuſcipimus, componere lites inter literatos homines concitatas dudum, & necdum fœliciter ac plenè ſedatas. Vlteriùs, quoniam inſtitutum non fuit, quæ de tanta Virgine collegeram, prolixiore narrationis ambitu in longum deducere: hac quippe ratione compẽdioſam rerum Epitomen non facerem; ſed vaſta Annalium neceſſariò proferrem volumina: & aliunde ne compendij breuitas, curioſo Lectori fontes ipſos cernendi & pleniorem rerum explicationem legendi, ſitim excitaret & excitatæ non ſatisfaceret. Operæ eſſe pretium putaui, plures, quantum fieri potuit, tum veteres, tum nouos citare authores, qui rem diffuſiùs deſcribant; quorum aliqui ſi Lectori deſint, non deſint alij, & deſiderium aliquanto fortè ſaturatiùs expleant: Difficile quippe videtur ex multiplici citatorum turba, non aliquos in manus venire, qui valeant conſuli. & animo maioris diſcurſûs auido cumulatè ſatisfacere. His te monitum volui, Humaniſſime lector, & rogatum velim, vt ſi quæ hic poſtmodùm occurrant minùs grata genio tuo, ſi amas Virginem, Virginis ſeruo condonata velis.

## PROTESTATIO AVTHORIS.

*PRæter adſcriptos per Romanam Sedem in Sanctorum ac Beatorum Catalogo, nullum abſolutè voco hic Sanctum aut Beatum, elogio cadente in perſonam, ſed tantùm in mores, & ex vulgi opinione: quod proteſtor hoc loco, iuxta placitum SS. D. N. Vrban: VIII. & ſecundum pleniorem eius decreti tenorem, quod fecit anno 1625. Martij die 13. explicuit 5. Iunij 1631. confirmauit 5. Iulij 1634.*

# O MARIA SÆCVLORVM NEGOTIVM

Exhibita ab initio Mundi ad annum Chriſti 1660.

A R. P. PETRO COVRCIER
Societatis IESV, Doctore Theologo.

## ODE

*PROMISSA cælo Virgo puerpera*
*Et ſæculorum grande negotium,*
*Mentiſque ſecretum ſupremæ*
*Diceris intemerata Mater,*
*Auguſta ſummi Filia Numinis,*
*Cæleſtis almo lumine gloria,*
*Lateque reſtagnans pudicos*
*Gratia nobilitauit artus.*
*Intaminato Spiritus halitu*
*Sacer repleuit, ſeque per integram*
*Librauit æquali bilance*
*Aethereo radians amictu.*
*Audite Vatem! fax ſapientiæ*
*Illuxit oris Virginis ignibus.*
*Sic fata cum Magno Tonanti*
*Exhibuit memor ipſa grates.*
*Me Numen intus prima ab origine*
*Poſſedit alum, ſidereas prius*
*Quàm molis excelſa phalanges*
*Cærulæis ſegeret maniplis.*
*Nondum explicatum ſub tenebris chaos*
*Natura prægnans ſenſerat, & ſolum*
*Nondum ſub immenſis volutos*
*Ponderibus retinebat orbes.*
*Nondum corulci fax Hyperionis*
*Luſtrabat æthram, lunaque menſtruos*
*Nondum fatigabat iugales,*
*Et medio ſinuabat axe.*
*Nondum eleuato vertice Caucaſus*
*Cælo inferebat nubiuagum caput,*
*Et nocte depreſſus caduca*
*Mons Libanus latitabat umbra.*
*Nondum tumenti Nereus æquore*
*Tundebat undas & fera marmora,*
*Nondum maritali furentes*
*Tethys aquas cohibebat alga.*

*Iam deſtinata Matris amabili*
*Geſtabar aluo, tam ſuperi ſacro*
*Concepta decreto Tonantis,*
*Et macula genialis expers.*
*Illuſtre donum! ſicut utero meus*
*Prodiuit Infans, ut radijs ſolet*
*Lux ſolis illæſum ſubire,*
*Et facilis penetrare vitrum.*
*Sis Sæculorum grande negotium,*
*Matremque Nato me ſtatuit Deus,*
*Sis Mater, & Virgo remanſi,*
*Omnibus immaculata ſaclis.*
*Fælix, Adami culpa, neceſſitas!*
*Quam Diua ſarcis vbere copia.*
*Et gentis humanæ miſerta*
*Dedecus, opprobriumque tollis.*
*Admote ſacris Petre cohortibus*
*Pandis Mariæ præſidium & decus.*
*Et totus in laudes Parentis*
*Eximium iubar intueris.*
*Æquâ ſeuera lege ſcientiæ*
*Compendioſum doctus inis iter,*
*Menſeſque diſpenſas & annos*
*Chriſtiparæ ſtudio Mariæ.*
*Monſtrata lucis prima crepuſculo*
*Naſcente mundo ſedulus exhibes,*
*Rebuſque præclarè ſecundis*
*Virgineos celebras honores.*
*Sic illa Gnati digna fauoribus*
*Diuûm cateruis altior eminet,*
*Et grata poſt tantos labores*
*Perpetuos tibi ſpondet annos.*

CLAVDIVS PERRY
è Societate IESV.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

# CLAVDIO DE CORBERON CHRISTIANISSIMI REGIS CONSILIARIO,

*E T*

# Æris Gallici in Heluetios, Rhætos, alióſque fœderatos Quæſtori.

INTER alia plurima nomina, Vir Illuſtriſſime, tria ſunt, quæ Negotium hoc ſæculorum, quod & opus pium quoddam eſt, & quoddam donum, vt offeram tibi faciunt : Dignitas tua, tua Pietas, & communis inter nos ſinceráque Amicitia. Amicitia donum, Pietas opus pium, negotium Dignitas ſuſcipiet. Nec verò dignitas illa tua inexperta eſt negotiorum, ſeu quæ Pariſijs in Galliæ Regníque ſinu, ſeu quæ extra vbique peregiſti, dubium majori animo, an induſtriâ, an ſucceſſu. Atque vt alia taceam, tuam illam mentem fortium conſiliorum iuxta & factorum capacem vna inſtar omnium Lutetia loquetur ; quando in eius oculis, difficillimis temporibus, flagrante paſſim inteſtino ſeditionis incendio, quod & ciuilem aulam corripuit anno 1652. tantæ Vrbis Primoribus author fuiſti ad Regem irent ipſi ſupplices, vt Rex ad eos, veluti ſol ad ſuum domicilium, rediret, & vitali ſuo lumine perfuſos recrearet : quo in operoſo ſanè arduóque negotio conſecutus es, quod tecum boni optabant vniuerſi. Iam poteſt teſtari Heluetia, vt rem Chriſtianam, non tantùm Gallicam, & conſilijs & operâ iuueris ; quando inflammatis in Religionis cauſa, hinc Catholicis Lucernenſibus, illinc Bernenſibus Proteſtantibus, nobilem priores retulêre victoriam, cuius quanta pars & quantum momentum fueris, teſtati ſunt, illi dum gratias prolixè agunt, hi dum tacitè moliuntur vltionem in te & tua. Neque aliud prædicant quibuſcunque notus es, qui conſtantem in omnibus vigilantiam, ſolertiam, æquitatem, & infractam animi tui magnitudinem ſuſpiciunt : planè vt Patrem Fratremque vnus repræſentes, quorum hic libellorum ſupplicum in Conſilio Regis Magiſter, & in Lemouica Prouincia Forenſibus cauſis extra ordinem ac pleno iure Præfectus ; ille in Germaniam pro arcanis legatione ab Henrico quarto ( quanto Rege, & magnorum virorum quàm ſapiente delectore ! miſſus ) & triginta annos Trecis Præturâ functus, pari omnium & amore & plauſu. Dignitati ergo tuæ ſic negotijs exercitæ, cur non offeram Negotium hoc ſæculorum ? Sed & opus hoc pium an non offerrem pietati ? quam frequenter oculis ipſis & auribus vſurpare licuit, ſiue cùm viderem, quem domi tuæ colendi Numinis, precúmque ordinem inſtituiſſes, ſiue cùm audirem quo ſacro ardore in Nouatores inſurgeres,

ſiue cùm, me etiam conſulto, rationes inires fundúmque deſtinarēs pro explicandis iuuentuti ac rudiori plebeculæ fidei rudimentis, diſciplináque Chriſtiana. Quantum putas percipiebam lætitiæ, & pietati huic tuæ tacitus gratulabar? cùm per illos ſinceræ ac ſolidæ virtutis radios viderem te (vt ita loquar) fulgere de tuo, nec mendicatis micare ſplendoribus, eóſque animaduerterem, tum in alias pleráſque vrbes, tum in hanc etiam propagatos, quò me nunc vocauit Dei Prouidentia. Quapropter cùm & Pietas opus hoc pium, & Dignitas tua Sæculorum hoc Negotium iuſtè admittant, vide num æquiſſimè deinceps meum hoc qualecunque donum ex amicitia natum in amicitiæ ſinum recipiatur, amicitiæ inquam illius, quæ iamdudum inter nos coaluit, non virtute ſolùm aut beneficijs atque officijs exculta; ſed ipsâ etiam affinitate firmiſſimè ſolidata; quam frater meus, ſocer tuus, tibi mihíque cariſſimus continuò & accendit & fouet. Amicitia igitur meum qualecunque hoc donum offert magno certè affectu, quo magno qualiacunque dona magna fiunt: quamquam hoc iſtud donum, hoc ipſo magnum & quodammodo immenſum eſt, quod Magnæ Dei Matris immenſas gratias compendioſè claudit. Nec dubitem magno item amicitiæ affectu à te recipiendum; tum quia infinitam quodammodo Numinis Matrem, & res tantæ Matris, immenſo quâ licet amore ac ſtudio proſequeris; tum quia nunquam paruo aut mediocri affectu amici dona ſuſceptura eſt ingens amicitia: qualem eſſe in me tuam hactenus expertus ſum, & qualem eſſe in te meam ſemper experière. Sic Deus nodum illum amicitiæ ſtringat, Illuſtriſſime Domine, vt nos eidem Deo æternùm vniat. Diuione 25. Nouembris 1661.

Totus in Chriſto tuus;
Petrvs Covrcier
Societatis Iesv.

# INDEX RERVM

*Numerus indicat annum mundi, litera partem anni.*


A

ABbatas erga B. Virginem deuoti, Agnellus 4371. A. Albericus 5092 A. Arnulphus. 5223. A. Auaentius 4454. B. Benedictus 4493. A 4546. B. Bernardus 5136. A. Euthymius 4455. A. Faltradus. 5146. B. Fiacrius 4622. B. Fridericus. 5158. B. Guido. 5029. A. Hugo 5092. B. Ioan. 4369. A. Leo 5055. B. Leontius 4569. A. Odilo 5031. A. Odo 4925. A. Petros monoculus 5169. B. Robertus Casæ Dei 5033. A. Robertus Moliſmenſis 5004. A. 5056. B. 5081. A. 5083. B. Rudulphus. 4874. A. Sabbas. 4514. A. 4483. A. Stephanus. 5109. C. Theodorus Elioter 4582. B. Theodoros Studita 4809. A. Theodulphus 4818. A. &c.

Antiphonæ. *Aue filia Dei patris &c.* vſurpatur 5566. B. 5589. C. *Aue mundi ſpes*, cantar à moriente 5262. C. *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo* 5226. A. *Regina cæli lætare* 4573. A. *Regina cæli quàm pulchra es* 5297. C. *Salue Regina*, & *Alma Redemptoris*, 5057. A. 5202. F.

Apparitiones. apparet a *Virgo* Iacobo Zebedæi 4018. Gregorio Thaumaturgo 4214. A. Ioliano & Baſiliſſæ 4285. A. Catharinæ martyri 4290. A. Architecto 4307. A. Martino 4384. A. Coſmianæ 4500. A. Narſeti 4536. A. Valdetrudi 4618. A. Iudæo 4632. B. Equino 4703. A. Opportunæ 4749. A Clerico 4863. A. Radbodo 4875. A. Henrico Imperatori, 5007. A. Leoni Cauenſi 5033. B. Florentio 5054. B. Marino 5036. A. Arnulpho. 5070. A. Atrebatenſibus 5088. A. Ruperto 5094. A. Infanti 5100. B. Guillelmo 5119. C. Carthuſienſi 5120. B. Thomæ Cantuarienſi & alijs 5145. B. C. Et innumeris aliis, quos nimis operoſum eſſet referre.

B

BEnedicit Virgo varijs. Angelæ de Fulignio 5292. A. Equino Epiſcopo 4703. A. Godrico ſolitario 5154. A. Capitulo toti 5152. A. Prædicatoribus 5219. B. Petro Monoculo 5169. B. Nobili cuidam 5584. F. &c.

Benignitas Virg. erga Sitam 5261. A. puellulam 5620. I. Molitorem 5535. F. ægros 5567. K. mulierem pauperem 5597. O. Monialem 5205. Guerechinum 5528. B. Beatricem 5186. A. Luciam Sanctiam 5513. G. *Alexandram* puellam 5490. *D.* Sacerdotem cæcum 5145. C. Bonifacium Ferentinum, 4500. B. Catharinam Martyrem 4290. A. Thaumaturgum 4214. A. Iulianum & Baſiliſſam 4285. A. Nicolaum 4308 A. Hermannum Steinfeldenſem 5219. A. Hermanum conuerſum 5188. D. Puerum Iudæum 4535. A. & innumeros alios, qui in ſingulis huius libri paginis occurrunt.

Beſtias impedit Virgo ne noceant. Moloſſos 5557. B. Lupum 5083. B. 5489. E. 5197. B. 5569. S. 5584. I. Draconem 4785. A. &c.

Blaſphemi in *Virginem* à dæmonibus vexantur. 5181. E. Puniuntur 4568 A. 5358. A. 5508. C. 5602. B. 5588. A. 5549. E. 5572. V. 4757. A. Blaſphema mulier ſe dicit Deiparam 5609. C. Contra blaſphemos in Virginem fit edictum 5246. A. 5511. A. Vide Punitur.

C

CÆcitatem Virgo ſanat per Leonem Imperatorem 4440 A. in cantante *Gaude Maria* 4591. A. in ſacerdote 5145. C. in Sultano 5186. B. in Petro Cæleſtino 5457. A. in Bernardo Ptolemæi. 5501. A. in aliis 5426. C. 5522. A. 5531. C. 5540. B. 5555. C. 5567. O. 5585. K. 5597. M. 5603. C. 5664. N. 5617. A. 5542. C.

Captiuitate Virgo liberat. Iudæum. 4632. B. Ioannem Brabantiæ 5213. C. Ioannem Ducem Britonum. 5403. B. Ludouicum Vindocinenſem 5406. A. Goſtidam de Charni 5330. C. Hieronymum Æmilianum 5494. A. Ioannem Deſbordes, & Petrum de Roſetis 5519. A. B. Arnaldum Beros 5581. B. Captiuum ad fugam inuitat, qui faſtidit 5583. T. Liberat alios 5411. A 5414. G. 5470. C. 5480. B 5489. C. 5241. A. 5539. C. 5566. A. 5570. R. 5572. N Aa 5576. F 5581. Q Aa 5582. A. 5590. O 5600. D. 5537. D. 5585. K. 5589. M. 5518 A 5641. D. &c.

Cardinales aliquot in Virginem deuoti, Alexander de Vrſinis 5609 E Bonauentura 5257. C. Baronius 5590. F. Carolus Borromæus 5567. D. Conradus. 5105. A. Franciſcus Toletus 5574 C. Franciſcus Ximenius. 5485. A. 5500. A. Nicolaus Caietanus 5565. B. Ioannes de Turrecremata 5451. A. Ludouicus Borbonius 5353. B. Petr. Bertandus 5331. C. Petrus Berullius 5596. A. Petrus Damianus 5053. A. Robert. Bellarminus 5604 D. &c.

Caſtitatem dat Virgo. Aloyſio Gonzagæ 5574. A. Bernardino Realino 5599. E. Conradino Bieſſano 5424. B. Iacobo Ledeſmæ 5558. C. Ignatio de Loyola 5524. A. Martino de S. Dominico 5576. L. Reginaldo 5104. B. Thomæ Aquinati 5257. B. &c. Eam promouet in Catharina martyre 4290. A. in Clerico quodam 4863. A. in Margarita Columnenſi, 5267. B. in quibuſdam alijs. 5195. B. 5208. B. 5576 H. 5585. L. Eam tuetur imagine ſuâ 5610. A. 5614. D. Tuetur inuocata 5108. F. 5210. A 5505. B. 5510. B. 5565. F. 5569. M. 5571. F. 5579. O. Z. 5588. F. 5594. Aa. 5597. V. 5588. K. 5605. H. Quædam tuetur hoc reſponſo. *Cliens ſum Virginis* 5589. K. Caſtitati puellæ conſulit Carolus octauus Galliæ, in Virg. honorem 5481. A. idem fit à Franſiſco Sforcia 5505. B. Caſtitatis votum offert Virgini Thomas Cantuarienſis 5145. A. Vide Votum. Caſtos coniuges Virgo viſitat cum pompa 4285. A. Vide, Coniuges virgines.

Ciuitates liberatæ ab obſidione vel incurſione ope Virginis. Aniaium 5567. P. Auguſta 4938. A. Aurelia 4880. A. Cameracum 4923. A. Caroarum 4891. A. Melita 5548. C. Rhodus 5463. A. Conſtantinopolis 4655. A 4700. A. 5170. A. Diuin 5496. B. Hallæ 5472. C. Ipra 5369. A Itzeho 5305. G. Lutetia 4870. A. Pictaui 5185. A. Tornacum 5325. A. Tullum 5267. A. Vberlinga 5617. G. Virdunum 5214 A. &c.

Ciuitates ſacratæ, dedicatæ, deuotæ Virgini, eius nomine inſignitæ. Adurum 5617. E. 5619. B. Bamberga 5002. A. Colonia 5058. A. Conſtantinopolis 4313. A. Inſula 5617. E. Leſina 5383. B. Lucerina 5254. A. Mariemburgum 5274. A. Meſſana 4039 G. Neapolis 4516. A 4571. A. Saona 5589. E. Senenſis & Monſpelium 5652. C. &c.

Conceptio Virginis immaculata permittitur imprimi 5638. A. *De ea* decretum Sixti quarti 5459. A. Pij quinti 5553. A. Alexandri ſexti 5485. A. Pauli quinti 5599. B. Gregorij decimi-tertij 5605. A. Sorbonæ 5329. A. 5435. A. Coloniense 5480. A. Duacum 5617. H. Moguntinum 5484. A. Ioannis Aragoniæ conſtitutio 5377. A. Ioannis item Nauarræ 5434. A. Votum Ferdinandi tertij 5640. B. Votum Neapolis 5601. A. Caroli Garnier 5632. C. &c.

Conceptio Virginis quando, vbi, quomodo celebrata 3967. A. B. C. D. E. Quid de ea Baſileenſe Concilium? 5422. A.

Concep. causâ diſputationes 5417. A. 5418. A. Pariſiis turbatio 5370. A. temeritas & correptio Ioan. Veri 5480. A. Malè illam tractantes Religioſi comburuntur 5491. A. Theſes eximentes Virg. à debito 5599. A. Baij contrariæ 5562. H. Sultani auerſio à fide orta ex nimia de Conceptione dubietate 5303. A.

Conceptionis causâ prodigia. Imago Conceptionis reddit ſanitatem 5597. L. ab incendio illæſa eſt 5536. C. redit quis ad vitam 5539. A. curatur calculus 5639. A. De illa detrahens ſacerdos ſubitò moritur 5333. A. Confirmatur ab Angelis 5582. C. Miracula alia 5418. A. 5568. K. 5528. C.

Conceptionis causâ Rothomagi fit certamen poëſeos 5370. A. 5477. E. & alibi 5589. R. fit ſolemnis ſupplicatio Hiſpali 5385. A. fit Collegium de Harcuria 5263. B. fit Fraternitas 5489. A. fit Ordo 5467. B. Officium 5263. C. Feſtum 4819. A. 4863. A. Vide, Feſtum.

Conceptionis immaculatæ causâ teſtimonia Iacobi Apoſtoli 4044. A. Marci 4047. B. Andreæ 4052. A. Ignatij 4091. A. Origenis 4188. A. Thaumaturgi 4214. A. Chryſippi 4233. A. Cypriani 4241. A. Dionyſij Alexandrini 4241. B. Ephrem 4333. A. Epiphanij 4338. A. Ambroſij 4380. A. Hieronymi 4405. A. Auguſtini 4413. A. Sedulij 4414. B. Andreæ Cretenſis 4533. A. Anaſtaſij Sinaitæ 4546. A. Fortunati 4359 A. Heſychij 4584. A. Eligij 4548. A. Ildephonſi 4650. A. Synodi Agathonic 4663. A. Damaſceni & Græcorum 4710. A. Paulini Aquileienſis & Alcuini 4764. A. Septimæ Synodi 4770. A. Concilij Francofordienſis 4777. A. Nicephori 4794. A. Ionæ Aurelianenſis & Ambroſij Anſberti 4803. B. Strabonis 4832. A. Folberti 4990. A. Petri Damiani 5053. A. Anſelmi 5092. C. Iuonis 5099. A. Eccleſiæ Lugdunenſis 5189. D. Pothonis 5135 A. Adami à S. Victore 5160. B. Cellenſis 5176. A. Alenſis 5228. A. Alberti magni 5242. A. Hugonis de S. Caro 5245. A. Idiotæ 5288. B. Concilij Baſileenſis 5420. A. Laurentij Iuſtiniani 5438. A. Siſti IV. 5459. A. Tridentini 5528. C. &c.

Confraternitas, Albeiudniorum 5513. D. Conceptionis 5489. A. Confalonis 5257. C. 5559. A. Diſciplinantium 5166. C. 5245. B. Laudantium 5166. C. Mibrum Virginis Conceptæ 5568. K. S. Mariæ à clauſtro 5427. C. S. Mariæ de pietate 5544. A. S. Mariæ de Sion 5376. C. S. Mariæ Poſſiheatæ 5482. A. Scapularis 5033. B. 5387. A. Zonæ 5429. A.

Congregatio, Clericorum Regularium Teatinorum 5507. A. Clericorum ſæcularium 5578. A. Oratorij Romæ 5558. A. Oratorij in Gallia 5596. A. Montis Ottoni 5420. A. Somaſchæ 5514. A. Virginum à B. Virgine inſtituta 4026. A. Virginis à encipiorum 5079. A. Congregationes in Soc. Ieſu incipiunt 5546. A. Vide, Sodalitates.

Coniuges Virgines. Cæcilia & Valerianus 4213. A. Chryſanthus & Daria 4266. A. Iulianus & Baſilla 4283. A. Ammon 4313. A. Iuranius & Ruſticus 4322. B. Simplicius, & Acerus 4319. A. Pelagius Laodicenſis 4353. B. Amator 4385 A. Auxius 4302. B. Atoulphus & Theocotitis 4504 A. Galactio & Epiſteme 4235. A. Effiam 4483. B. Faurus & Apronia 4603. A. Marcianus & Eucheria 4453. A. Vanuo 4622. A. Hunegundis & Eudaldus 4637. B. Hieu phus & Ara 4663. C. Aoſtertus 4678. C. Theophanus 4760. A. Alphonſus & Bertha 4766. A. Aurelianc & Natalia 4835. A. Bertilia 4927. B. Henricus & Kunegundes 5007. A. Eduardus & Editha 5036. A. Maria Ceymacenſis 5196. E. Colomau 5217. A. Boleſlaus 5262. B. Elzearius & Delphina 5306. A. Catharina Sueca 5364. A. &c.

Conuerſionem Virgo procurat . ſocillæ impudicæ 4913. C. Cocincinenſium 5603 B. Viri, 5243. A. Hæretici 5593. O. 5595. Q. 5598. M. Iudæi 4913. B. Martini Garti ci 5598. D. moni andi monachi 5123. C. Turcæ 5569. P. 5572. P 5590. T. diuerſorum 5562 E. 5567. G. I. L. 5570. M 5571. I. 5573. D. 5581. R. 5583. E. P. T. EE. 5587. V. X. CC. 5595. C. D. Q. 5596. C. I. 5573. K. L. N. V. 5576 L. 5566. F.

Coſolla parua B. Virginis in vſu 5481. B. corolla ſeptuagiota ſalutationum Angelicarum 5584. C. Corona precatoria inſtituitur 5079. A. prædicatur 5439. A. Coronula duodecim ſalutationum 5632. D. nouem ſalutationum 5605. D. Vide, Roſarium.

D

DÆmon apparet ſub figura B Virginis 5581. V. 5556. A. 5235. D. illum Virgo coercet ne noceat 5587 D. exhibet & fraudes 5186. K. fugæ à Petro Fauiec 5296. C. à Carthuſienti 5120. A. ab Hugone Deruenſi 4943. A. è moribundis 5373. D. 5555. B. 5470. B. ab obſeſſis & poſſeſſis 4296. A. 5627. D. 5591. O 5472. B. 5508. E. 5349. E. ab al 56 5202. F. 5504 B 5296. C. 5284. B. 5481. D. 5559 E. 5572. T. Z. X. 5581. L. BB. 5593. K. T. 5160. B. 5470. B.

Dæmonem fugat crucc Gualbertus 5214. A. fugat imago Virg. 5539 B. 5572. T. fugat inuocatio Deiparæ 5535. D. 5609. D. 5575. O. 5588. F. 5574. B. 5575. H. 5593. T. 5364 A. fugat hymnus *O Glorioſa* 5214. A. fugat Roſarium 5594. V. 5595. I. fugat breuis oratio 5348. A cogit Virgo reddere ſyngrapham 5248. A. 5416. B. 5541 B. 4510 B. iubet obedire S. Dominico 5204. B. impedit ne turbet aut illudat, 5203 C. 5582. A 5590 Q 5593. T. 5575. D. 5364 A Dæmones de potentia Virg. queruntur 5481. D. 5573. N. oderunt deuotionem in Virg. 5420. B 5588 T. illis rapit Virgo tenti. O. Dæmoni & Magiæ addictum liberas 5598. N. & pene addictum 5123. C. 5569. O

Dæmonum turba Religioſos hoſpitio ſuſcipit 5515. C.

Deſperabundi liberantur. 5196. C. 5416. B 5563. H. 5570 K. 5572. M. 5573. K. 5576. C 5577. M. 5581. BB. 5586. N. O. 5587. V. 5593 K. 5594. Q 5595. C. 5620 H. 5614. F. 5600. D. &c. Deſperabundos ad Virg. mittit Auila. 5552. C.

Deſponſat Chriſtus Catharinam Senenſem 5363. A. Luciam Narnienſem 5528. B. & alias quibus dat annulum. Vide, Dona dat. Deſponſat Virgo S Robertum 5004. A. Hermanum Steinfeldenſem 5219. A. Virginem S. Edmundus 5229. A. *Deſponſatio Virginis.* 3982. A. B. C.

Deuotio in Virg. teſſera ſalutis 4863. A. 4913. C. 5398. A. 5560. A. 5567 G. 5587. V. AA, BB 5592. B D. E. F. N R. 5594. O. 5595. A. B. F. 5597. I. P. N R. 5598. N. 5604. E. 5614 D. Deuotio Græcorum in Virg. 5610. B. 5633. A. 5655. B. Deuotio in Virg. vincit diabolum 5583. V. item 5568. G. 5570. N. 5591. R. libidinem 5590. BB. 5591. H. inſidias 5513. E. obtinet ſanitatem 5581. N BB. ſeruorem 5583. E. F. Z. EE. gratiam 5588. L. M. lucem & fortitudinem 5567. I. 5571. B. H. 5597. I N. S. 5596. C. 5583. M. curam Virginis 5569. Q. liberationem ab hæreſi 5597. I. N. S. à dæmone 5575. E. 5586. N. 5588. F. ab inſidijs, inimicitijs & variis malis 5569. L. K. M. N. Q. R. 5570. K. Q. 5571. G 5575 C. 5577. L. 5579. R. T. 5581 T. 5586. A. 5183. V. 5590. S. 5595. A. &c.

Digitized by Google

Neceſſaria eſt 5092. C. commodiſſima 5014. C 5215. A. Nuntiis vtiliſſima 5566. B. 5583. Z. à commendandis 5597. O. P. Magnum eius pretium 5594. E. 4582. B. 5056. A. Vide, Dæmon, Caſtitas, Inimicitiæ, Sodalium preces, Animam Virgo adeſt, & Mortis horam prædicit.

Deuotionem in Virginem Marinus exercet ſe faciendo eius mancipium 5036. A. item Vvalterus de Birbach 5194. A. Indus quidam 5520. O. Vincentius Carafa 5632. A. Guillel. Roae 5640. C. & alij. Vide Congregatio mancipiorum. Deuotionis in Virg. varij modi augendæ & exercendæ ſunt, 5590. O. P. S. V. Z. Vide, Praxis. Hanc imminuunt Ianſeniſtæ 5640. D.

Dignitates obtentæ per Virg. 5192. B. 5538. A. 4440. A. 4968. B. 4566. A. 5217. C.

Dona diuerſa ſenſibilia dat Virgo. Annulum S. Roberto 5004. A. Alano de Rupe 5458. A Bruno Bruno 5623. B. annulum & coronam Mariæ Razzi 5583. G. Crucem pendulam Agneti de Montepolitiano 5300. C. veſtem Claræ Iodæ 5379. B. velum Lyduuinæ 5416. B. Franciſcæ Romanæ 5413. A. Chirothecam Sotori B. Amedei 5127. A. Albam Ildephonſo 4560. A. Sacerdotale ornamentum Bonito 4687. A. nummum Capucino 5594. E. Similiter annulo donantur à Chriſto, Catharina martyr 4190. A. Catharina Senenſis 5363. A. Oſanna Mantuana 5488. B. Stephana Soncinas 5513. E. Catharina Raconiſia 5530. C. Vide, Deſponſat.

Dona data Virgini, non ſunt ſine præmio 5189. B. Dona Agricoli 4683. A. Alphonſi Luſitaniæ 5464. A. Arnulphi templo Remenſi 4948. A. Aurifabrorum Pariſienſium 5432. C. Benedicti tertij 4838. A. Caroli quarti Imperat. 5344. A. Dagoberti 4630. A. Emanuelis Sabaudi 5579. A. Ethelbaldi 4699. B. Ferdinandi Florentiæ 5573. C. Gregorij tertij 4714. A. Hadriani 4755. A. Henrici ſecundi & tertij Galliæ 5530. A. 5565. A. Ioannis Britanniæ 5403. B. Innocentij Octaui 5467. A. Leonis tertij 4778. A. Ludouici Iuſti 5621. A. Ludouici Vindocinenſis 5406. A. Ludouici vndecimi 5466. A. Margaritæ Poloniæ 5385. A. Mariæ Aubron 5599. H. Nicolai Papæ 4841. A. Pauli quinti 5588. A. Peroiti 5495. A. Philippi Auguſti, 5206. A Philippi Burgundiæ 5450. A Philippi Hiſpaniæ 5581. B. Philippi pulchri 5287. A. Prætoris Turcarum 5535. A. Remigij 4520. A. Sigiſmundi Poloniæ 5497. D. Sodalium Camberienſium 5615. A. & Veſuntinorũ 5592. E. 5593. F. Sultani Damaſci 5186. B. Vrbani quinti 5353. C. Vrbis Lugdunenſis 5564. B. Nanceianæ 5641. A. Panormitanæ 5560. D. Varia 5523. B. 5625. F. G. &c.

E

EGeſtati Virgo ſubuenit. Aquæ 5568. C. annonæ 5540. A. 5583. C. 5490. A. 5578. C. 4483. A. 4581. A. 5268. A. 5442. A. 5169. Q. Magnum ſubſidium Virgo contra egeſtatem 5390. A.

Eleemoſynæ Leontij in honorem Virg. 4569. P. Cuiuſdam ſcholaſtici gratæ Virgini 5189. A. Gerardus Chanadienſis nil recuſabat petitum nomine Mariæ. 5030. B. nil item Alenſis 5228. A. Eleemoſyna punitionem auertit 4474. A.

Epiſcopi in cultu Virginis pij. Adalbertus 4980. A. Agricolus 4683. A. Ambroſius 4560. A. 4380. A. Amedeus Lauſanenſis 5127. A. Andreas Creteuſis 4533. A. Andreas Feſulanus. 5556. B. Ansbertus 4678. C. Anſelmus 5092. C. Antoninus 5442. A. Athanaſius 4354. A. Arnulphus Sueſſionens 5070. A. Auguſtinus 4413. A. Auitus 4687. A. Baſilius 4562. A. Bonifacius Ferentinenſis 4500. B. Bonifacius Lauſanenſis 5243 C. Bonitus 4687. A. Bruno pbus 5300. C. Cyrillus 4395. A. 4427. A. Dunſtanus 4971. A. Ernetus 5347. D. Edmundus 5229 A. Euſebius 4351. A. Eutychius 4561. A. 4566. B. Exuperius 4585. A. Fulbertus 4990. A. Fulgentius 4512. A. Gerardus 5050 B. Germanus 4697. A. Gregorius Nazian. 4372. A. Thaumaturgus 4214. A. Turonenſis 4557. A. Hemmingus 5550. A. Hincmarus 4865 A Hugo Lincolnienſis 5190. A. Iacobus Blaſæus 5601. B. Iacobus Renchera 5385. A. Ildephonſus 4640. A. 4650. A. Irenæus 4161. A. Laurentius Dublinenſis 5163. B. Manaſſes 4975. A. Martialis 4030. A. Martinus 4384. A. Maternus 4084. A. 4085. A. 4103. A. Mauricius 5217. C. Maurilius 4363 A. Maurus 4632. A. Milo 5216. A. Niſſenus 4454. A. Nicolaus 4308. A. Nortbertus 5203. A. Oſvaldus 4953. A. Otho. 5182. A. Petrus Alexandrin. 4295. A. Petrus Chryſolog. 4416. A. Polychronius 4454 B. Proclus 4417. A. Raubodus 4873. A. Remigius 4520. A. Richardus 5230. A. Rigobertus 4716. A. Rubertus Atrebatenſis 5098. A. Robertus Rothomagenſis. 5477. B. Rupertus 4563. A. 4573. B. Sueno 5065 B. Svvibertus 4578 A. Theodorus 4582 A Thomas 5145. A. 5153. A. Vdalricus 4958. A 4956. A. Virgilius 4684. A. Vriel 5497. C. Vvilbrordus 4713. A. Vvito. 4725. A. Zeno 4258 A &c.

Euchariſtia, ex carne eſt Deiparæ. 4014 B. in ebullientem aquam coniecta 5273 A. in igne illæſa 5591. A A. neglecta eſt cauſa inundationis 5201. B. ſanguinem reddit 5275 B. verſa in viſibilem carnem 5175 A. datur à Virgine S. Silveſtro. 5255. B. datur B. Staniſlao per Angelos 5532. A. procuratur per S. Barbaram. 5451. A.

F

FEſta Virginis deteſtantur in Bohemia Pikardi 5483. G. In Anglia Proteſtantes 5343 A. In Germania Lotherus 5500. D. Illa violans punitur 5388. K. punitur & negligens 5471. A. 5289. A.

Feſtum Annuntiationis quando incepit? 4214. A. celebratur Decembri in Hiſpania 4638. A. quo tempore ſit celebrandum in Conciliis agitatur 4987. A. Nouiomi ſit celebrius 5050. A. & Barcinone 5558. A. violans illud punitur 4648. A. 5583. P. 5596. D.

Feſtũ Aſſumptionis incepit 4039 A. celebrius fit 4570. A. cum octaua 4850. A. ab Angelis celebratur prope Sueſſionas 5262. D. piè tranſigitur à Conuerſo 5212. B. In eiuſdem peruigilio ſuſcitantur quadraginta mortui, vt Virginem laudent 5543 E. Violatores puniuntur 4845. A. 5053. A. 5222. A. 5539. D 5589. P. 5597. T.

Feſtum Conceptionis incipit apud Græcos 4781. A. in Hiſpania 4819. A. celebrari iubetur à Virg. 4865. A celebrioris fit, & de eo reuelationes. 5092. C. In Gallia & Lugduni ſolemnius eſt 5129. D. De eo quid Oxonienſe? 5205. A. quid Sixtus quartus? 5454. A. Vide, Conceptio.

Feſtum de eadem B. Virginis 5623. H. Expectationis, ſiue de O. 4658. A. Deſponſationis 5529. A. Dolorum Deiparæ 5406. Miraculorum B. Mariæ 5172. A.

Feſtum Natiuitatis fit in Gallia 4563. A fit communiter in Occidente 4410. A. in Oriente 4855. A. fit in Gallia ſolemnius 5000. A. cum octaua 5142. A. cum vigilia & ieiunio. 5360. A. cum octaua ex voto Cardinalium 5224. A & ex iuſſu Papæ. 5226. A.

Feſtum Præſentationis incipit 4700. B. fit ſolemne in Occidente 5355. A. ſub ritu duplici 5454. A. reſtituitur in Calendario 5567. E.

Feſtum Purificationis à Latinis celebratur 5201 B. à Gelaſio cum cereis fit 4475. A. reuelatione commendatur 4527. A.

Feſtum Roſarij in cœlo celebratum 5414. B. Mariæ ad niues Moguntiæ 5497. C. Mariæ de Victoria 5554. A.

Feſtum Viſitationis celebrari iubetur cum vigilia, ieiunio, & octaua 5372. A. denuò. 5424. A.

Fidei magiſtram Apoſtoli Mariam habent. 4014 H. Fidem promouet Virgo concionatores iuuando in Ioan. Baptiſta Tolomæi 5305. A Bernardino 5427. B. Alphonſo Lupo 5576. L. Volcano 5282. C. iubendo inſtrui Cocincinenſes 5603. B. ad fidem in ſomnis inuitando 5572. C. per ſeipſam docendo fidei myſteria

5226 H. 4254 *A.* Ad fidem ionando Iudum 5562. B. Arium 5581. A 5569. P. Mahumetanum 5496 D 5590. T. 5572 P. Hæreticum 5528 H. 5591. *D.* Firmat fidem ac promouet in Catharina martyre 4290. A. In Petro Veronenſi 5225 B In Iudæa 5587. CC. In puella 5525. CC. In parentibus D. *Angeli* 5105. *A.* In puellulo ſe nato ea ruina 5518 *A.* & omnibus quos cæcitas ad baptiſmum. Vide, Mortui excitati, Hæreſim, &c.

Fiducia noſtra in Virg. magna eſſe debet. 5056. A. requirit haec Virgo in ſuis 5590. D. Fouet eo ipſo quòd non deeſt 5618. D. 5576. H. Exercenda eſt in oratione 5434. B. Fiducia variorum in Virginem: Andreæ ducis 4869. A. Auguſtini. 4413. A. Bonifacii Fereutinenſis 4500. B. Catharinæ Suecæ 5364. A. Gertrudis 5273. D. Heraclij 4404. A. Hermanni Steinfeldens. 5219. A. Ioſephi Aukietæ. 5580. A. Iſaacij Imperator 5170. A. Lyduinæ 5416. B. Mariæ Ægyptiacæ 4508. A. Mulieris 5077. A. Petri de Anaſco 5588. B. Philippi Benitij 5268. A. Puellæ 5610. A. Romæ 5244. D. Stephani Grandimont. 5109. C. Sabbæ 4483. A. Thereſiæ 5563. A. V alrici 4938. A. Franciſci a puero Ieſu 5587. D. Margaritæ à S. Sacramento 5631. D.

Figuræ de B. Virgine. Abigail 2928. A. Abiſag 2918. A. Ager non exaratus 3270. B. Altare holocauſti 2454. C. Altare thimiamatis. Ibid. Amice 2970. M. Anna Samuelis. 2850. A. Aquila. 1. K. Arca fœderis 2454. H. Arca Noë 2556. A. Arcus cœleſtis. 2567. A. Auis. t. k. Aurora 2970. I. Aaa 2317. A. Balſamum 3734. E. Bethlehem 2899. A. Bethſabee 2946. B. Cælum 12 C. Candelabrum aureum 2434 E. Caſtellum 4015. E. Caſtra Dei 2492. A. Caſtrorum acies 2970. L. Cedrus 3734. B. Cetus t. I. Cinnamomum 3734. E. Ciſterna 2928. B. Cithara Dauid 2919. A. Ciuitas Dei. 2924. B. Ciuitas refugij 2498. B Columba. 2970. B. Columna nubis 2452. C. Concha 2454. D. Currus gloriæ Dei 3388. A. Currus igneus 3087. A. Currus Ioſeph 2228. A. Cypreſſus 3734. B. Debora 2683. A. Dies, Diluculum, Lua 1. B. Domus Dei 2184. A. 2434. B. Domus ſapientiæ 2970. P. Eſther 3525. A. Eua t. L. M. Farinula prophetæ 3079. B. Firmamentum t. C. Fiſcella 2373. A. Fons hortorum, Fons ſignatus 2970. H. Forceps Seraphicus 3227. A. Galbanus 3734. E. Gazophilacium 3106. A. Gedeonis Vellus 2730. A. Gutta 3734. E. Horologium Achaz 3170. A. Hortus concluſus 2970. G. Hydria Elizæi 3087. B. Iacobeda 2373. A. Iahel 2683. A. Iudith 3296. A. Labrum æneum 2454. D. Leæna 2254. A. Lectica Salomonis 2970. F. Lectulus floridus 2970. C. Lia 2195. A. Libanus 3734. E. Liber grandis 3245. C. Lilium inter ſpinas 2970. D. Luna t. F. G. 2970. K. Lux primigenia t. B. Manipulus 2214. A. Manna 2451. *D.* 4448. A. Mare 1. E. Mare fuſile 2454. D. Maria ſoror Moſis 2367. A. Maria & Martha 4015. E. Menſa panum propoſitionis 2454. F. Mons 3408. A. Mulier amicta ſole 4078. A. Mulier fermentans 4013. E. Mulier fortis 2970. Q. Mulier vaſa replens 3079. B. Mundus 1. A. Myrrha 3734. E. Nauis inſtitoris 2970. Q. Nubecula 3079. A. Noëmi 2770 A. Nubes Eliæ 4373. A Nubes leuis 3243. F. Oliua 3734. D. Paradiſus 1. D. Peluis, ſiue Labrum 2454. D. Petra deſerti 3243. F. Petra percuſſa 2452. F. Phœnix t. k. Piſcina probatica 4013. D. Piſcis grandis t. I. Platanus 3734. E. Porta cæli 2184. A. Porta clauſa 3402. B. Pratum fragrans 3270. A. Propheriſſa 3243 B. Propitiatorium 2454. I. Puteus aquarum viuentium 2970. H. Rachel 2191. A. Rebecca 2087. A. Regina 2924. E. Roſa 3734. C. Rubus 2452. A. Ruth 2770. A. Sabbatum t. N. Sapientiæ domus 2970. P. Sara 1958. A. Scala Iacob 2184. A. Signum magnum 4078. A. Sol. 1. F. 2970. M. Spelunca viſionis 2452. H. Sponſa 2970. M. Stella 1. F. H. 2492. A. Storax 3734. E. Sunamitis 2968. A. 2670. M. 3079. B. Tabernaculum 2454. B. Templum Salomonis 2972. A. Terebinthus 3734. E. Terra benedicta 2924. C. Terra germinans Saluat. 3270. B. Terra promiſſionis 2498. A. Thalamus 2924. D. Thronus Salomonis 2981. A. Turris 2970. L. Vellus Gedeonis 2730. A. Vidua cum vaſis 3087. B. Vidua Sarephtana 3079. B. Virga Aaron 2454. K. Virga Ieſſe 3243. E. Virga Moſis 2452. B. Virgula fumi 2970. E. Vitis 3734. F. Vngula 3734. E. Vrna aurea 2452. E.

Flores eruit ore mortuus Andreas Seruita 5298. B Cancellarius Carnotenſis 5014 C. Franciſcus Senenſis 5309. B. Guillelmus Conuerſus 5136. B. Iuſbertus 5169. A. Ioſcio 5146. A. Salaonus 5548. B. Flores aſpergit B. Virgo ſuper Alexandrum Bertio 5591. K. Flores rorarum ſpirat poſt mortem Cæcilia Ferrarienſis 5490. C. Emittere videtur recitans Roſarium 5456. C.

G.

GAude Maria, quando compoſitum 4434 B. Quomodo, & cur inſertum officio Purificationis 4592. A. Frequentatum affert lætitiam 5056. V ſum coeco, vitam occiſo reddit. 4591 A.

Gratitudo B. Virginis erga varios. Bonitum 4587. A. Dagobertum 4650. A. Hemmingum 5350. A. Ildephonſum 4250. A. Iuſtinianum 4517 A. Iuſtinum iuniorem 4560. A. Leonem Imperatorem 4440 A. Leonem Senum Imperat. 4894 A. Pictorem 5587. AA. Pulcheriam 4438. A. Sodalem quemdam 5574. K Vralterum de Birbach 5194. A. &c. vincit omnem noſtram liberalitatem 5189 Q.

Gratitudo diuerſorum erga Virginem. Alani Barbatortæ 4020. A. Comitis Henrici Luſitani 5122. A Conradi 5106 *A.* Conimbricenſis Collegij 5582 K. Dimonis 5492 B. Ducum duorum 4951. A. Ferdinandi Florentiæ 5573 C. Incoldi 5217. A. Heraclij 4409. A. Ioannis Luſitaniæ 5565. A Ioannis Zemiſces 4954. A. Iuſtiniani 4116 B 4517. A. Ludouici Iuſti 5221. A. B C. Ludouici Vindocinenſis 5406. A. Melitenſium 5548. C. Neapolis 5408. A. Pictauorum 5125 A. Philippi Auguſti 5192. A. Philippi pulchri 5227. A Philippi Valeſij. 5511. A. Redonenſium 5617. F. Ruperti 5094. A. Vladiſlai 5422. A. Punitur in Virginem ingratus 5577. B. Vide, Dona. Puniuntur ingrati.

H.

HÆreſim & errores impedit Virgo 4595. A. 4500. A Facit abiurare 5522. H 5591 D. 5593. O. 5595. E. 4404. A. 4418. B. Fugat 5179. E. Quidam inuocata Virgine deponit 5398. M. Deponit alius viſo bono exemplo Sodalis 5555. H Erga Virginem deuotus in hæreſi mori non poteſt. 5597 I N S. 5236. C. &c.

Hæretici in iniquoſi & infenſi in Virginem. Nicolaitæ, Simoniani, Ebionitæ, Cerinthiani, Carpocratiani 4047. A. Heracus 4086. A. Cerdo, Marcion 4117. A. Valentinus 4132. A. Theodotus Coriarius, & Theodotus Trapezita 4177. A. Helceſitæ, Cathari, Nouatiani 4235. B. Sabelliani, Paulus Samoſatenus 4248. A Manes & Manichæi 4260. *A* Arius 4299. A. Photinus 4325. A. Apollinaris 4353. A Aerius, Eunomius, Euchitæ, Maſſaliani 4344. A. Iulianus ibidem. Antidicomarianitæ, Collyridiani 4352. A. Priſcillianiſtæ. 4324. A. Heluidius 4325. A. Neſtoriani 4415. A. 4418. B. 4419 A. Eutyches 4451. A. Mahometus 4615. A. Leo Iſauricus. 4718 A. Copronymus 4757. A. 4752. A. Leo Armenus 4803. A. Theophilus 4825. A. Pauliciani 4795. A.

Albigenſes 5182. A. 5191. *A.* Manichæi noui, & Valdenſes 5253. D. Regnardus Betroldus de Rorbach. 5342. A. Lolnardi. 5298. A. Vvicleffus 5360. A. Thomas Apulus 5371 A. Pikardi 5483. G. Lutherus 5500. D. 5529. C. Melanchthon, & alij Lutherani. 5513. I. Caluinus 5517. E. 5547. A. Lutherani mixti Caluiniſtis 5541. A. B. 5523. B 5526. A. 5547. B. Theodorus Beza, & Caluiniſtæ alij 5547. B. C. &c. Hæreticum de Virgine male locutum terra mortuum emouit 5614. C.

Hymni: *Gaude flore virginali* 5145. A. *O glorioſa, Memento ſalutis auctor. Veni Redemptor omnium* 4380. A. *O glorioſa* fugat dæmonem 5214. *A. Stirps Ieſſe. Solem Iuſtitiæ. Chorus noua Ieruſalem* 5011. B. *Quem terra, pontus*, 4559. *A. A Solis ortus cardine* 4414. *B. Aue maris ſtella* 5136. *A.* 5551. D. *Te cæli reginam* 5444. A. B. Hymnus S. Caſimiri 5472. A. 5591. R. Hymnus Ennodij 4486. A. Hymni Strabonis 4832. A. Coſmæ Ieroſolymitani 4711. B. Hymnus de Annunciatione 4793. B.

## I.

IEiunia diuerſorum ſuſcepta in honorem Virginis, Angeli de Calaſſio. 5589. E. Aonæi de Nouë 5629. C. Cæciliæ Panormitanæ 5554. B. Cæleſt. quinti 5276. A. Caroli Borrom. 5567. O. Didaci 5446 A. Dorot. Prutenæ 5382. B. Eduardi 5290. A. Eliſabethæ Luſitaniæ 5319. B. Engelberti 5108. A. Fœlicis de Cantalicio 5570. C. Ferdinandi Luſitaniæ 5426. B. Friderici Auſtrij 5476. B. Græcorum 5630. B. Ioachimi Seruitæ 5288. A. Ioan. Pekan 5276. B. Iulianæ Falconeriæ 5324. A. Margaritæ Hungaricæ 5253. B. Mariæ Oegniacenſis 5196. E. Nicolai Factoris 5566. B. Nicolai Tolentinatis 5269. B. Philippæ de Campo Limano 5434. B. Radegundis 4573. B. Bernardini Senenſis 5427. B. Toleti 5579. C. Vincentij Carrafæ 5632. A. Vrbani quinti 5353. C. aliorum 5252. B. 5606. &c.

Ieiunium Sabbati in honorem Virginis Incipit frequentari 5181. D. prodeſt militi ad ſalutem 5398. A. ſeruat Sodali vitam 5582. G.

Imagines inſigniores S. Virginis, à Bugloſſo. 5606. B. à Carmelo 5483. B. à Clauſtro 5427. C. à Conſolatione 5454. G. à Floribus 5587. I. à Grabadona 4806. A. à Gratia 5251. C. à Ieremia facta 5237. B. 4644. A. à Nazareth 5133. A. 5572. A. à Pariete 5497. A. à Pede argenteo 5267. A. à Querceto 5582. L. à Quercu 5600. C. à Roſa 5252. C. à Rupe Gallica 5417. A. à Sancto Ioannino 5569. A. à Scala 5182. D. à Sede 5504. B. à Spe 5283. D. à Virtutibus 5321. A. ab Arcu 5583. Q. ad Niuam 5383. A. ad Niues 5583. D. ad Oppidum S. Fidei 5626. F. ad S. Deodatum 5639. B. Angelopolitanæ 5570. O. Annunciatæ 5435. B. Antiquæ 5446. A. apud Prunetam 5337. B. Araucanæ 5583. D. Ardilienſis 5437. A Aſpricollis 5569. B. 5586. A. 5589 N. 5590. O. P. Audomarenſis 5590. O. Auxiliatricis 5612. A. Bonæ Spei 5496. B. 5609. A. Bononiæ 5384. A. 4616. A. 5613. C. Cæſtrenſis 5478. G. Cajonienſis 5587. O. Camberonenſis 5305. A. Cameracenſis 5433. B. Cancellata 5333. E. Carauaggiana 5418. B. Carnotenſis 3382. A. 4031. A. 5550. A. Caſimiriæ 5604. K. Cercelerenſis 5439. D. Ceruienſis 5083. A. 5309. A. Claromontana, ſiue Czeſtochouienſis 5366. C. 5413. B. Clauſtri 5607. A. Conceptæ 5618. C. Conſolatricis 5250. A. 5608. D. 5625. B. 5627. E. Copacolani 5570. P. Czercana 5594. EE. Czeſtochouienſis 5366. C. 5413. B. Damaſcenæ 4833. A. De Alanda 4629. A. De Aquilis 5148. B. De Atocha 5506. in Append. De Bello prato 5599. B. De Benedicta valle 5624. A. De Bono auxilio 5612. A. De Bono nuncio. 5609. L. De Bono occurſu 5483. A. De Ceraſo 5438. C. De Dirtelbach 5183. A. De Galera 5461. D. De Gazazoniæ 5503. A. De Gradafes 5151. A. De Gratia 5336. A. 5454 G. De Guadalupa 4577. B 5183. A. 5290. A. De Guardia 5416. A. De Irzeho 5303. G. De la ligna 5583. D. De Lætitia 5116. B. De Madis 5058. D. De Miſericordia 5528. A. De Montdeuy 5578. C. De Monte ſalutis 5124. A. De Montibus 5563. A. De pace 5622. A. De populo 5596. H. De plebs 5469 A. De Rochietta 5453. B. 5468. B. De Sardenay 4853. A. De Sarranea 5203. E. De ſchola 5269. C. De Stagno 5614. B. De valle viridi 5581. A. De valle verraria 5092. E. De Vaſſiuiera 5598. A. De Victoria 5603. A. Doloroſæ 5484. B. Dracenæ 5515. A. 5627. E. Embricenſis 5510. C. Foroliuienſis 5567. F. Foyenſis 5592. A. Galliæ 4507. A. Grayenſis 5600. Grattarum 5564. D. Grupnenſis 5585. M. Guaraquenſis 5576. H. Halenſis & Harleonſ 5210. A. In æde S. Georgij Nanceii. 5508. D. 5598. P. In agro Viuonenſi 5468. A. In Bricklingen. 5434. C. In Breuo 4785. A. In Catalonia. 5570. IA. In Ciuita Eberhardi 5432 A. In Gidle 5499. A. In oppido Delphis 5516. B. In Petra Antonij 5447. B In Porticu 4507. A. In Skape 5479. B. In Thongſtein 5447. B. In Tymbach. 5005. B. In Vacceis 5383. A. In Valuanera 4557. B. In Verticeto 5425. A. In Vvolodimeria 5377. B. Ioannis Eremitæ 4369. A. Lapenſis 5586. O. Leenſis 5397. A. Lepidenſis 5179. V. Loenſis 5564. D. Louanij in æde S. Petri 5427. C. Molshemienſis 5170. L. Montis Berici 5411. B. Montis Guardiæ 5416. A. Montis Orroni 5410. C. Montis regalis 5578. C. Montis Rollandi 5604. O. Montiſſerrati 4878. A. Naiaræ. 5031. B. Neukirchenſis 5595 E. Nicopion 5186. B. 5187. A. Oropenſis 4351. A. Pacis 5388. A. 5267. A. 5622. B Paſcuacenſis 5569. Q. 5579. R. Pietatis 5617. A. Platienſis 5590. FF. Puchenſis 5206. B. Pulchræ dilectionis 5638. B. Reconciliationis 5608. B. Schedamenſis 5169. B. 5586. A. Smelcenſis 5289. C. Socalij 5375. B. Tabularum 5296. D. 5331. E. 5341. A. Ternarum 5460. A. Templi Cyri 4429. B. Traiecti ad Moſam 5123. B. 5564. E. Trioij 5477. C. Tungrenſis 5064. A. B. Vallis floridæ 5610. B. Vareſij 5368. B. Villarienſis 5599. C. Viſuntionenſis 5591. Q. Viuonenſis 5468. A. Vvartenſis 5185. D. Zaratecanæ 5591 M. &c.

Imago Virginis loquitur *Aleaio* 4388 a Gregorio Papæ 4587. *A.* Bernardo 5136. *A* Hyacintho 5224. C. Luciæ Natalienſi 5528. B. Ioannæ Abbatiſſæ 5202. G. Sacrificanti reſpondet 5201. B. pueros irreuerentes arguit 5515. A. &c.

Imago Virg. percuſſa dat ſanguinem 5170. B. 5252. C. 5275 B. 5283. D. 5366. *A.* 5401. B 5466 B. 5583 Q. 5469 B ſudorem emittit ſanguine mixtum non percuſſa 5594. C. lac & ſanguinem reddit 5285 A lac tantum 5564. *D.* lachrimas 5510. C. 5590. B. in App. 5274. Sudorem 5321. A. 5620. E. 5626. F. oleum 4863. A. 5186. B. oleum mutatum in carnem 5187. *A.* percuſſa à Turca, dat ſanguinem & Turca lapideſcit 5524 B. permanet illæſa ab igne 5515. B. 5572. A. 5383. K. 5207. A. ab igne per Angelos eripitur 5300. B igni & ferro reſiſtit 5577 N. reſiſtit hæreticorum iniuriis 5549. D. C. 5550. *A.* 5573. P. non læditur à fulmine 5483. *F.* non à tempeſtate 5570. H. aquis ſupernatat

5228. B. Repercutit ſuum percuſſorem & interficit 5524 F. Eam male tractantes puniuntur 5576. E. 5560. B. 5521. P. 5535 B. 5531. A &c.

Imago Virginis ſanat militem 4750. A. Morbos pellit 5584. N. amuletum eſt pro caſtitate 5610 A. libidinem frangit 5592. C. & tentationes 5523 K. fugat libidinoſum 5592. H. conſcientiam ſtimulat 5614. C. expellit dæmonem 5559. E. 5578. T.

Imago Virginis variè honoratur. reſtituitur eius cultus in Oriente 4825. B. colitur a Maria Ægyptiaca 4508. A. fertur ab Heraclio 4595. A. ab Arthuro Angliæ 4472 A. a Tiburtio Poloniæ 5273. C. a Gerardo Hollandiæ 5303. G. a Ludouico vndecimo 5466. A. retinetur a ſepulta Heduuige 5226. B. in obſidione ciuitatis circumfertur 4700. A a Gregorio Magno cum pompa 4573. A. a Ludouico ſimplici 4825 A. a Franciſco primo Galliæ 5581. B. a S. Hyacintho geſtatur 5224 C. argent a oſtenſus a Carrara 5505. A. eſt inſigne Monſpeſſ 5617. C. triumphat ſub Zemiſce, & Comneno 4954 A. 5106. A. &c.

Imperatores deuoti in Deiparam. Andronicus iunior 5312 A. 5324 A. Andronicus ſenior 5311. B. 5315. A. 5278 B. Baſilius Macedo 4869 A. Balduinus 5289. C. Carolus magnus 4797. A. Conſtantinus 4295. A. 4303. A. 4313. A. 4320. A. Ferdinandus ſecundus 5611. B. 5620. A. Ferdinandus tertius 5640. B. Fridericus Auſtriacus 5476. B. Henricus 5007. A. Heraclius 5493. A. 4604. A. 4608. A. 4609. A. Ioan. Comnenus 5106. A. Ioan. Zemiſces 4954. A. Iſaacius Angelus 5170. A. Iuſtinianus 4510. A. 4513. A. 4516. B 4517. A. 4525. A. Iuſtinus iunior 4548. A. 4560. A. Leo 4440. A. Leo ſextus 4869. A. 4894. A. Ludouicus pius 4825 A. Mauritius 4566. A. 4570. A. 4585. A. Michael Palæologus 5244. A. Otho tertius 4984. A. Romanus 5014 A. Theodoſius 4418. A Zeno 4474. A. &c.

Imperatrices in Virginem piæ. Eudocia 4404. A. Helena 4303. A 4309. A. 4310. A. Pulcheria 4414 A. 4433. A. 4436 A.

Incendio varia templa Deiparæ conflagrant. Cameracenſe 5047 A. 5131 C. Condatenſe 4878. B. Carnotenſe 4853. A 4891 A. 4939 A. 5003. A. 5014. C. De Laborario 5150 A. Laudunenſe 5093 A. Nouomenſe 5114 A. Spirenſe 5182 B. Timnogenſe 5455. B. Tungrenſe 4584 B. Atrebatenſe 5013 B.

Incendium euadunt ad illud damnati 5077. A. 5135. B. 5177. A Vide, Supplicium. Euadunt item, templum Nouiodunenſe 4633 B. templum Zanæ S. Virg. 5183. B. templum S. M. Conſtantinop. 5616. A. imagines Deiparæ 5515. B 5516. A. 5607. A. Puer Iudæus 4535. A. & in Appendice. Alij 5446 A. 5083 B. 5588. S. 5594. B. CC. 5460. A. 5572. B. 5606. F. 5614. B

Ingenium, memoriam, ſapientiam dat Virgo. Guilielmo Rothenſi 5571. A. Petro à Martina 5573. LL. Alberto magno 5248 A Hermanno Contracto 5057. A. Henrico Dilſon 5598. D. Ioanni Gonterio 5599 F. Petro Marquez 5625. H. Ruperto 5094. A. Vdnoi 4968. B. Puero 5595. E. Iacobo Aluarez de Paz dat vſum Latinæ linguæ 5603. D. Oſannam Mantuanam docet legere & ſcribere 5488. B. docet quemdam verſus & cantica 5570. P. iuuat in poeſi adoleſcentem 5591. P. dat conſilium 5582. M. &c.

Ingrati de beneficijs B. Virginis puniuntur 5187. EE. 5337. A 4968. B.

Inimicitiæ & ſimultates compreſſæ per Virginem: Epiſcopi contra Gordonem 5029 A. inter Regem Aragoniæ & Comitem S. Ægidij 5116. A. inter Nouitios 5573 CC. inter alios 5558. B. 5181. Z. 5594. S. Coordonatæ ob amorem Virginis 5568. G 5175. F. 5582. P. 5187 FF. 5613. B. Inimicorum inſidiis & incurſibus erepti 5575. E. 5592. V.

Inuocatur B. Virgo in Miſſa 4044 A. 4047. A. 4362. A 4390. A. in Concilio Epheſino 4414. A. publicè Antiochiæ 4458. A. alibi à diuerſis 4508. A. 4818. C. 4938. A. 5007. A. 5015. A. 5050 B. 5036. B. 5039. A. 5058. A. 5070 B. 5071. A. 5078 A. 5069. A. 5095 A. 5170. A 5192. A. 5224. A. 5211. A. 5226. C. 5237. A. 5568. F. 5565 E. 5575. A. 5490. A. 5567. D. 5614. A. 5629. C. &c. Vide, *Deuotio*, Officium, Supplicationes.

L

LActat Virgo Fulbertum 5011. A. Bernardum 5136. A. Catharinam Peruuianam 5597. K. Alanum 5458. A. Lactentis Chriſti defluum lac ebibit Paula Camaldulenſis. 5351. B.

Latronum in via moleſtias, inſidias, & pericula Virgo amouet 5109. C. 5196. D. 5529. F. 5506. D. 5559. C. 5569. R 5570. S. 5571. Q. 5579. S. 5574. D. 5580. F. 5556. D Latronum claſſis contra Lauretum malè habetur 5617. D.

Lauretana domus 5274. A. 5277. A. 5278. A. 5279. A. 5283 A. 5333. D. 5283. B. 5318. A. 5430 A. 5447. A. 5499. A. 5506. A. 5517. A. 5532. A 5535. A. 5537. B. 5540. B. 5542. A. 5567. O. 5568. B. 5573. A. 5617. D.

Litaniæ ſolent vſurpari 4223. A. præcipiuntur à Sergio Papa pro quatuor feſtis Deiparæ 4670. A. iis conuertitur quidam 5590. V. vſus earum frequens Modoëtiæ ſabbatis 5587. GG. Quotidianus eſt in Congregatione Oratorij 5196. A. cantaræ pro victoria 4865. B. ijs pellitur peſtis 5590. & paralyſis 5517. L. & dæmones 5575. H. vſus earum contra hoſtes 4755. A. Lauretanæ verſu comprehenſæ 5564. H. auxilium à Deo extorquent 5237. A. pro fœlici morte recitantur 5398. P.

M

MAgnificat à Virgine prolatum 3983. F. cantatur in morte 5196. E. iteratum ſæpiùs quotidie 5240. rapit in extaſim 5591. F.

Mancipium Virginis ſe conſecrat. Marinus 5036. A. Vualterus de Birbach, 5194. A. alius 5588. O. Vincentius Carrafa 5632. A. Guillelmus Roze 5640. C. alij 5643. D.

Martyres Virgo roborat. Andream de Chio 5448. A. Theodorum & Theophanem 4818. C. Yemundonum Iaponem & eius familiam 5612. C. Campianum 5564. G. Orat pro S. Stephano 4014. I. Martyres eam inuocant capite abſciſſo 5629. B. ſub eius auſpiciis certant Iaponenſes Martyres 5580. A.

Martyrium Virginis in Chriſti morte 4014. C.

Miracula, paſſim occurrunt in toto operis decurſu.

Miſſa de Sancta Maria ſingulis Sabbatis vſurparur 4753. A. 5158. B. commendatur 5145. B. quanti faciant eam defuncti 5328. B. Miſſa in honorem Virginis fundatur, in App. 5260.

Monaſteria aliquot S. Mariæ inſigniora: à Carquere 5168. A à noua luce 5561. B. à Victoria 5196. A. 5611. U. ab Agnone 4816. A. ab Arcu 5195. C. ad Gradus 5058. A. Albocacenſe 5131. B. 5168. A. Alnenſe 5131. B. Altiuillarenſe 4643. A Ambertinenſe 5269. A. Aquicinctinum 5064. C. Beccenſe 5018. A. Calenſe 4648. B. Charitatis, ſiue Billetarum 5273. A. Ciſonienſe 4821. A. Ciſtercienſe 5081. A. Conceptionis 5513. G. De Arrabida 5583. B. De Bouzieres 4929. A. De Gradafes 5151. A. De Hedera 5115. A. De Inſula 5205. B. De Lucka 5126. A. De Sion 5609. E. Dunenſe 5090. A. Etalenſe 4885. A Farfenſe 4203. A. Firetij 5177. A. Horti Mariani 5146. C. Iardineti 5300. B. In Horreo 4693. A. In monte Guardiæ 5470. A. Longi campi 5252. A. Moguntinum 4994. A. Malbodienſe 4618. A. Malumdunum 5235. D. Maniacis 5165. A. Marquettæ 5227. B. Media-

num 4728. A. Meſſenenſe 5048. A. Moliſmenſe 5004. A. 5056. B. Muſſipõtanum 5592. T. Oliuæ 5177. A.; Parcenſe 5112. C. prope Nanceium 5612. A. Saleburgenſe 4573. B. Sirhienſe 4676. B. Trecenſe 4668. A. Tuitienſe 5984. A. Turris Aquilarum 5148. B. Viterbienſe 4953. A. &c.

Morbidos Virgo viſitat & ſolatur 5571. E. 5567. k. Morbo corporis ſanat ægritudinem mentis 5576. C. E. Morbum colicum ſanat 5467. A. Febrim 5530. D. ignem ſacrum 4928. A. 5074. A. 5088. A. 5518. A. B. 5511. A. Scabiem 5194. B. 5220. B. 5585. k. 5587. I. venenum 5616. D. Morbos alios 5168. A. 5448. A. 5312. A. 5540. C. 4384. A. 5289. B. 5529. D. 4875. A. 5453. A. 5252. C. 5515. C. 5573. EE. 5563. C. E. 5571. D. E. 5576. B. C. D. 5581. N. 5599. D. 5600. D. 5601. k. 5602. F. 5507. E. 5609. D. 5612. B. 5613. A. B. 5614. C. 5621. D. 5624. B. C. 5625. A. 2. 5626. C. D. 5628. A. C. 5629. A. &c. Vide Cæcitatem. Surditatem. Mutos. Paralyſim. Peſtem. Venenum.

Morienti Virgo adeſt, dat ſolatium, tentationes auertit: Adolpho 5222. B. Alexandro Bertio 5591. R. Alexandro Papæ 5164. A. Aldegundis 4618. A. Andreæ de Caſtelmaro 5589. D. Antonino 5442. A. Bernardo Caracienſi 5550. B. Carolo filio Birgittæ 5556. C. Claræ 1256. A. Claudio Ponceoto 5592. P. Cornelio Murgiæ 5623. B. Coſmæ à Martina 5560. B. C. Cononi 5173. A. Didaco Mendoſæ 5562. E. Dominico Leoneſſæ 5470. B. Dominico Luſitano 5283. E. Gratiæ Valencenæ 5589. B. Henrico de Heyden 5569. E. Hieronymo Ruiz 5575. B. Humili à Paterno 5563. I. Huronicæ mulieri 5626. E. Iacobo Blanco 5284. A. Iacobo Turriano 5621. E. Ioanni Dei 5333. E. Ioanni Florentino 5552. D. Leoni Catanenſi 5563. I. Mariæ Oegniacenſi 5196. E. Mario 5036. A. Michaëli de fonte 5589. F. Nicolao Tolentinati 5289. B. Opportunæ 4749. A. Paulo ab Alcamo 5560. C. Paulo Conuerſo 5188. E. Paulo à Pedona 5556. C. Petro Fernandes 5242. C. Petro Podienſi 5281. A. Petro Vrbinati 5555. B. Puero Muſico 5625. D. Sodali 5570. 2. Trezcelino 5138. A. Vlrico 5219. C. Alijs 5149. A. 5240. C. 5442. B. 5449. F. 5560. A. 5564. 2. 5568. D. 5569. AA. 5575. D. 5586. F. 5626. I. &c.

Mortis horam & tempus Virgo reuelat: Andreæ de Caſtelmaro 5589. D. Andreæ Feſulano 5356. B. Bartholomæo Vergaræ 5576. A. Eliſabethæ Sconaugiæ 5148. A. Hermanno Conuerſo 5188. D. Hieronymo Carollio 5587. C. Alijs 4925. A. 5451. B. 5557. C. 5233. A. 5570. B. O. P. 5576. H. L. 5582. O. 5589. M. 5590. F. 5594. T. &c. Morti venturæ deſignat 5146. D. In append. 5116. 5378. 5432.

Mortem impedit Virgo: à familia Alexandrini Mercatoris 4359. D. Ab Hugone monacho 4943. A. Ab Adalberto 4980. A. à Vvilfrido 4688. A. à Medico 5590. N. à Sodali 5584. G. Ab alijs 5572. O. 5576. M. 5629. D. 5235. C. Vide, Sodalitatem ingreſſi ope Virg. ſanantur. Et in App. 5568.

Mortuorum animas iuuat & ſuſcipit Virgo: Laufranchini 5220. C. Scholaris 5198. B. Sancti Dominici 5204. A. Dagoberti 4630. A. Aliorum 5034. A. 5036. B. &c. corpora item curat, in Iacobo Apoſtolo 4024. A. In Cæcilia 4804. A. In Cancellario Carnotenſi 5014. C. In alijs 5500. C. &c.

Mortuos Virgo ad pœnitentiam vitámque remittit: Andream Romanum 5047. E. Baſſum Burgundionem 5036. A Militem 5398. A. Mulierem 5591. N. Alios 4917. A. 5571. H. 5609. D. 5625. E. 5194. D. 5610. F. In Append. 5186. 5234.

Mortuos excitat Virgo: Ioannem Callpetum 5521. A. Meinulphum 4793. C. Quadraginta monachos 5545. E. Alium qui cantabat *Gaude Maria* 4591. A. Adultos alios 5163. A. 5205. D. 5536. A. 5527. A. 5619. A. Pueros 5411. A. 5531. B. 4913. E. 5529. F. 5576. A. 5627. C. 5410. A. 5610. F. 5524. A. 5526. B. 5527. B. 5548. D. 5402. A. 5522. A. 5523. A. 5529. F. 5538. D. 5534. B. 5537. A. 5579. k. 5506. E. 5580. F. 5616. C. &c.

Mutos ſanat Deipara 5296. A. 5549. B. 5500. C. 5522. A. 5580. F. 5587. L. 5604. N. Linguam abſciſſam reſtituit 5183. B. 5518. A. Linguæ abſciſſionem inuocata impedit 5546. D. Defectum tollit 5593. C. 5595. G. Mutus vocem toties amittit, quoties non ſtat promiſſis 5610. D. Muto reddita vox in conſecratione templi Deiparæ 4929. A. &c.

N.

NAtiones variæ Virginem honorant. Honorant Ethnici: Claudianus 4378 A. Albumazar 4883. B. Argonautæ 2721. A. Druidæ 3882. A. Sibyllæ 2256. B C. 2774. A. 2818. A. 2838. A. 2849. A. 3425. A. Rex Mogos 5563. M. Rex Munomotapæ 5544. C. Honorant Turcæ: Mahometes 4613. A. Turcarum Prætor 5535. A. Honorant Hæretici: Theophilus Iconuclaſta 4825. A. Græci Schiſmatici 3530. B. Colſyridiani 4356. *A.* Petrus Gnaphæus. 4588. A. Vide, Prophetiæ, Figuræ, Feſta, Inuocatio, Templa, Monaſteria. Sacella, Dona, Ieiunia, Peregrinationes, Imagines, Pontifices, Cardinales, Epiſcopi, Reges, Principes, Abbates, Ordines, Regna, Ciuitates, Tempeſtates, Incendia, Peſtem &c. quæ docebunt nil eſſe, quod honori Virginis non adlaboret.

Naufragium euadit ope Virginis: Albaquertius 3496. F. Andreas Argenta 5637. B. Capucini 5536. A. Eduardus Rex 3330. B. Manattæus 5598. D. Mercator 3525. B. Petrus Terenaaticus 5526. B. Puer 3508. B. Hroznata 5230. C. Puſiones 5620. G. Reinerus 5228. B. Alij 5616. G. 5117. A. 5535. B. 5373. A. 3539. G. 5568. K. 5578. L. 5572. C. 5579 V. 5582. M. N. 5583. C. 5528. B. F. 5529. Q. 3195. T. 5594. R. 5605. H. 5637. B. &c. in Append. 5237.

Nomen Mariæ & eius excellentia 5968. *F.* Mel eſt in ore 5855. A. In veneratione apud Hungaros 5030. B. Inuocatum fugat dæmones 5535. D. 3590. Q. 5595. 3. K. 5573. O. 5509. D. &c.

Nouitium Virgo protegit 5240. C. Iuuat contra tentationem 5845. A. Admonet de iurgio 5573. CC. Molſit viam 5581. M. &c.

O.

OFficium S. Mariæ in Sabbato 4753. A. Deſponſationis 3529. A. Recollectionis Feſtorum S. Mariæ 5577. T. Conceptionis 5265. C. 5629. C. De corde B. Virg. & de Nomine 5223. H. Officium paruum S. Mariæ recitatus à Gamugenſibus quotidie 3039. A. à Carthuſienſibus 3069. A. Ab alijs 5585. A. 5423. A. 5297. B. 5080. A. 5109 C. Commendatur ad Vrbano ſecundo 5071. *A.* 5072. *A.* à Roberto Atrebatenſi 5098. *A.* Reformatur à Pio Quinto 5554. E. Recitanti Virgo apparet 4265. A. & dat oſculum 5188. C. Iuuat omittentem ex obliuione 5182. D. Recitare ſolitas, in morte libellum non dimittit 5592. F. &c.

Orationes geminas in honorem Virginis compoſuit S. Franciſcus 5209. A. Caſimirus vnam 5592. R. *Gaude Maria*, quam placeat Virgini 5036. B *Interueniat. Sentiat Mater* 5199. A. Quæ dicta pallium Virginis? 5577. F. Caſimiri oratio 5472. A.

Ordines aliquot militares Deiparæ addicti : *Alcantaræ* 5160. C. 5168. *A.* Annunciationis Angelicæ 5293. C. 5367. A. *Aniſii* 5168. *A.* Calatrauenſium 5182. B. Cardui S. Mariæ 5353. B. De Ala 5168. A. De Monteſia 5300 A. Hoſpitalariorum 5201. C. 5171. A. 5295. C. Militiæ Chriſtianæ 5602. *A.* Militiæ Sacræ 5597 *A.* S. Mariæ a Lilio 5051. B. S. Mariæ de Mercede 5201. *A.* S. Mariæ de monte Carmelo 5590. *A.* S Mariæ de Stella 5005. A. S. Mariæ Glorioſæ 5216. B. Stellæ 5534. A. Templariorum 5101 B. 5294. A. Theutoniorum 5174. *A.* 5182. B. Vallis B. Virginis 5395. *A.* Velleris aurei 5413. A.

Ordines aliquot Religioſi in Virginem pii : *Annunciatæ* Galliæ 5481. B. Annunciatæ Genuæ 5587. *A.* Benedictini 4493. *A.* Cæleſtini 5257. *A.* Camaldulenſes 5010. A. Capucini 5508. A. 5525. *A.* in append. 5509 5512. Carmelitæ 5164. C. 3079 A. 4047. C. 5200. *A.* 5218. *D.* Carmelitæ Diſcalceati 5551. B. 5606. B. Carthuſienſes. 5069. A. Charitatis 5559. E. Ciſtercienſes 5081. *A.* 5096. A. B. 5192. A. B. D. 5134. A. Cluniacenſes 4895. A. Conceptionis 5467. B. Congregationis S. Mariæ 5594. A. Eremitæ Montis Virg. 5109. B. Eremitæ S. Auguſtini 5182. C. Fontis Ebraldi 5100. A. Fulienſes 5558. B. Grandimontenſes 5109 C. Minimi 5456. A. 5490. A. Minores 5199. E. 5203. B. 5237. A. 5238. *A.* Montis Oliueti 5301. A. Prædicatores 5199. B D. 5196. B. 5303. A. 5304. A. Præmonſtratenſes 5105. A. Recollecti 5469 E. 5507. A. Sancti Antonij apud Viennam Galliæ 5078. B. 5191. B. Sanctæ Mariæ a turre ſpeculatorum 5408 *A.* Sanctæ Mariæ de refugio 5623 H. Sancti Saluatoris 5555. A. Sanctæ Trinitatis, ſiue de Redemptione Captiuorum 5181. B Sanctæ Vrſulæ 5594. A. Seruitæ 5216. A. Siluestrini, ſiue de Monteſano 5251. B. Societatis Ieſu 5517. F. 5539. A. 5523. C. 5556. A. 5563 A. 5575. BB. CC. Vallis ſcholarium 5202. D. Viſitationis S. Mariæ 5593. B. &c.

P.

PAralyſim Virgo ſanat 5296. A. 2491. B. 5520. A. 5535. F. 5552. B. 5561. C. 5580. F. 5582. N. 5598. L. 5602. F 5609. L. 5613. A. 5587. L &c.

Partum iuuat aut procurat Virgo in S. Alberto 5275. B. In B. Aloyſio 5574. A. In Andrea Feſulano 5356. B. In Angelo Carmelita 5200. *A.* In filijs S. Birgittæ, & in ipſamet Birgitta 5556. C. In Hroznata 5230. C. In Ioanna à Cruce 5517. B. In Ioanne Saguntino 5465. A. In Ludouico octauo 5209. B. In Ludouico nono 5255. D. In Mauritio Hungaro 5519. *A* In Odone Cluniacenſi 4925. A. In Roberto fundatore Ciſtercij 5004. A. In S. Andrea Chinnita 5448. A. In S. Rocho 5310. A In S. Stephano iuniore 4750. *A.* In alijs 5575. S. 5520. B. 4915. B. 5209. A 5587. E E. Partus dolores ſanantur 5590. Q 5591. E. Partus impeditur in blaſphema 5549. E.

Peccatores recipit & iuuat Virgo: Ægidium Poncellanum 5248. A. Agnetem pœnitentem 5241 B. Beatricem Monialem 5186. A. Catharinam meretricem 5204. B. Hugonem monachum 4965. A. Ioffredum 5575. D. Militem Barienſem 5571 F. Mariam Ægyptiacam 4508. A. Sanctimonialem ſtupratam 5058. C. Theophilum 4510. B. Vuillelmum Vidiam 5243. *A.* Alios 5500. C. 5572. k. 5573. N. O. 5571. H. 5585 *F.* 5566. F. 5867. G. L. 5611. *D.* Peccatorem recipit & ſchedam iubet à dæmone reddi 5616. B. Procurat remiſſionem peccatorum, aut factam aſſerit 5220. A. Mittit ad bonos Cõfeſſarios 5576. L. Inſtitorum iuniorem iuuat 4560. A. Et Doſitheam vt conuertatur 4530. A. ſpondet pro peccatore 5585. E. Iuuat eum in articulo mortis 5491. C. & mortuum 5047. B Vide, Mortuos. Conuerſionem. &c.

Peregrinationes variæ ad S. Mariam de Benedicta valle 5654. A. 5625. A. De Dittelbach 5488 A. de Sarranca 5203. E. De Stagno 5514. B. Lauretum 5579. *A.* 5515. A. B. 5567. O. Villariam 5599. C. Burgidolium in App. 5528. &c.

Peregrinationes variorum : Caroli Marchionis Burgouiæ. 5184. D. Dorotheæ Pruteniæ 5382 B. Emanuelis Sabaudiæ 5579. A. Henrici Angliæ 5154 B. Henrici Galliæ tertij 5565. C. Ioannæ Auſtriacæ 5556 B. Ioannis Auſtriaci 5561. B. Ioann. Luſitaniæ 5417. C. Mariæ Ognīacenſis 5196. E. Maximiliani Bauari 5590. DD. Philippi pulchri 5569. A. Sancti Cerlati 5155. B. &c. Peregrinos Virgo ſeruat, ſanat, protegit 5193. C. 5196. D. 5321. *A.* In Append. Ducis Normanniæ 5518.

Peſtem ſedat Virgo : Anicij 5562. A. Antuerpiæ & Bruſellis 5586. F. Bragantiæ 5582. L. Burdegalæ 5477. B. Conimbricæ 5582. K. Conſtantinopoli 4527. A. 4561. A. Deppis 5613. A. Paduæ 5410. C. Lugduni 5564. B. Biturici & Lugduni 5611. B. Panormi 5560. D. Pariſijs 5573. P. Recineti 5479. A. Rhegij & Genuæ 5469. AA. Romæ 4573. A. 5505. A. Tungris 5198. A. Valencenis 4991. B. Venetenſibus 5503. B. Viennæ 5538. C. Alibi 5331. E. 5481. B. 5461. D. 5615. A. &c.

Pluuia per Virginem impetratur 5296. D. 5537. B. 5338. B. 5579. k. 5583. D. 5584. P. 5568. G. 5619. A. Pluuiâ non madeſit Antonius de Padua 5214. A. Henricus Eremita 5298. C. Francisca Romana 5423. A. &c.

Pontifices in Virginem pij : Alexander ſextus 5475. A. 5483. C. Anaſtaſius 4381. A. Benedictus tertius 4838. A. Bonifacius quartus 4590. A. Bonifacius octauus. 5277. A. 5286. A. Cæleſtinus tertius 5174. A. 5181. A. Cæleſtinus quintus 5257. A. 5276. A. Clemens ſeptimus 5506. A. 5513. A. Clemens octauus 5575. A. 5578. A. B. Clemens quintus 5297. A. Dionyſius 4243. A. Gelaſius 4475. A. Gregorius Magnus 4573. A. 4577. B. 4587. A. Gregorius quartus 4810. A. 4818. B. Gregorius ſeptimus 5056. A. Gregorius Vndecimus 5354. A. 5355. A. Gregorius decimus tertius 5555. A. 5568. A. Gregorius decimus quintus 5605. A. Hadrianus primus 4755. A. Hadrianus ſextus 5505. A. Innocentius ſecundus 5128. C. Innocentius tertius 5199. A. Innocentius quartus 5226. A. 5235. A. Innocentius octauus 5467. A. Ioannes primus 4407. A. Ioan ſecundus 4516. A. Septimus 4688. A. Viceſimus ſecundus 5299. A. 5317. A. Iulius ſecundus 5486. A. Iulius tertius 5535. A. 5537. B. Leo primus 4444. A. 4445. A. Tertius 4778. A. 4787. A. Quartus 4850. A. Decimus 5492. A. 5496. A Liberius 4343. A. Marcellus ſecundus 5538. A. Martinus primus 4632. A. 4637. A. Quintus 5400. A. 5403 A. Nicolaus primus 4841. A. Quintus 5271. A. 5273. B. 5275. A. Paſchalis primus 4800. A. Paulus primus 4740. A. Secundus 5447. A. Tertius 5517. A. Quintus 5558. A. 5599. AB. Pius ſecundus 5441. A. Quartus 5543. A. 5544. A. Quintus 5549. A. 5553. A. 5554. A. 5555. A. Sergius 4670. A. Silueſter 4297. A. Sixtus tertius 4415. A. Quartus 5454. A. 5459. A. Quintus 5568. A. 5573. A. Stephanus tertius 4735. A. Vrbanus ſecundus 5071. A. 5078. A. Vrbanus ſextus 5364. C. 5372. A. Vrbanus ſeptimus 5373. A. &c.

Præcipitium euadunt ope Virginis, aut ab eo leuantur ; Ludouicus Clauerius 5553. F. Gaſpar de Bono 5587. B. Hroznata. 5230. C. Silueſter de Monteſano 5231. B. Varuoda 5513. B. Alij 5496. E. 5573. S. X. 5579. I. 5591. S. 5600. D. &c.

Praxis honorandæ Virginis : Alphonſi Rodrigues 5600. G. Arnulphi Cornibautij 5211. A. Ambroſij Senenſis. 5269. B. Baronij 5590. E. Brigantinorum 5595. A. Cæleſtini quinti 5276. A. Caroli Borromæi 5567. D. Caroli Spinolæ 5605. D. Chriſtophori de Plaræa 5564. k. Conſalui Silueriæ 5544. C. Edmundi Cantuar. 5229. A. Eleonoræ Auſtriacæ 5577. F.

Eliſabethę

Eliſabethæ Luſitaniæ 5389. B. Ferdinandi ſecundi Imp. 5620. A. Franciſci à villa regali 5582. S. Franciſci Colleti 5601. C. Franciſci de Enzinas 5615. C. Franciſci de Paula 5490. A. Gerardi Chanadienſis 5030. B. Henrici Suſonis 5348. A. Hermanni Dominic. 5216. C. Iacobi Alemanni 5474. A. Ignatij Azebedei 5553. B. Ioachimi Seruitæ 5288. A. Ioannis a Valle 5599. G. Ioan. Brionij 5563. K. Ioannis Dei 5533. E. Iſabellæ Claræ Eugeniæ 5616. B. Margaritæ Darbouſe 5609. E. Margaritæ de Caſtello 5303. B. Margaritæ Reginæ Hiſp. 5594. D. Mariæ a Luxemburgo 5606. C. Martini de S. Dominico 5576. L. Paſchalis Baillonì 5575. C. Petri Fabri. in App. 5589. Petri Fourierij 5623. A. Sebaſtiani Luſitaniæ 5561. A. Simonis Garciæ 5589. C. Thomæ Cantuar 5145. A. Telamoniorum 5565. E. Vvaleuanni 5189. C. Vvalteri de Birbach. 5194. A. &c.

Principes aliquot in Virginem pij: Alanus 4920. A. Albertus 5604. C. Amedeus 5367. A. 5390. B. Arnulphus 4942. A. Balduinus Audax 5178. B. Balduinus Comes 5289. C. Caſimirus 5472. A. 5592. R. Carolus Andegauenſis 5251. B. Carolus Bonus 5110. A. Carolus Burgouiæ 5584. D. Carolus Niuernenſis 5601. A. Elzearius 5306. A. Emanuel 5579. A. Ferdinandus Caſtellæ 5393. A. Florentiæ 5573. C. Luſitaniæ 5426. A. Focoldus 5117. A. Franciſcus Lotharing. 5615. B. Godefridus Bullonius. 5073. A. 5079. A. Godefridus Loth. 5030. A. Guilielmus Bauariæ 5609. E. Henricus Vademontanus 5289. A. Henricus Luſitaniæ 5393. C. Henricus Lothar 5607. D. Ioannes Auſtriacus 5554. A. 5561. B. Ioan. Aremoricus 5348. B. 5403. B. Ioannes Galeatius 5371. B. Ikael Suecus 5331. A. Leopoldus 5608. A. 5119. A. Ludouicus Borbonius 5353. B. Ludouicus Vindocinenſis 5406. A. Matthæus Cantacuzenus 5340. A. Petrus Aremoricus 5440. A. Philippus Bonus 5413. A. 5450. A. Philippus Dux Mercurienſis 5585. A. Raazelachriſtus 5604. I.

Principiſſæ aliquot in Virginem piæ: Adela 3048. A. Aldegundes 4618. A. Brigitta 5353. A. 5356. C. Chriſterna 5561. C. Dalphina 5306. A. 5343. B. Eleonora 5577. F. Ermingardis 5119. B. Euſtachia 5115. A. Genouefa 4714. A. Hedunigis 5026. B. Herſendis 4955. A Ida. 5083. A. Ioanna Auſtriaca 5556. B. Flandriæ 5287. B. Luſitaniæ 5473. B. Irmina 4693. A. Iſabella Belgij 5616. B. Iſabella Franciæ 5252. A. Ludmilla 4903. A. Margarita Flandriæ 5261. A. Hungariæ 5853. B. Maximiliani filia 5550. C. Sabauda 5447. C. Maria à Luxemburgo 5606. C. Philippa Gueldrica 5550. B. Regina 4746. A. &c.

Prophetiæ ſpectantes ad Virginem. Promittitur 1. O. Purificationis lege abſoluitur 2452. G. à Dauide prædicitur 2924. A. B. C. D. E. F. à Salomone 2970. A. B. C. D. et ſequentibus literis vſque ad Q. Ab Iſaia 3227. A. 3243. A. B. C. D. E. F. 3270. A. B. Ab Ieremia 3385. A. 3396. A. Ab Ezechiele 3388. A. 3408. B. Ab Daniele 3408. A. Ab Iobo 2256. A. Vaticinia Sibyllarum: Aſſyriæ 2256. C. Delphicæ, Lybicæ, Siculæ 2774. A. Erythrææ & Theſſalicæ 2818. A. Cumææ 2831. A. Phrygiæ, Tyburtinæ, & Colophoniæ 2849. A. Helleſpontiacæ & Agrippinæ 3415. A. Vaticinia alia, Argonautarum 2721. A. Druidarum 3882. A. Virgilij 3944. A. Libri reperti 5224. B. Sepulchri 5357. A. 4763. A. &c.

Protegit Virgo ſuos: Cyrillum 4395. A. Nicolaum 4308. A. Genouefam 4724. A. Lobienſes 4888. A. Ciſtercienſes 5192. A. B. D. Abbatiam de Lucka 5126. A. Franciſcanos & Dominicanos 5237. A. Mendicantes omnes 5528. D. Guidonem Abbatem 5019. A. Nouitium 5540. C. Seruitas 5216. A. Ieſuitas 5556. A. Carmelitas diſcalceatos 5606. B. Arnulphum Villarienſem commẽdat 5223. A. Alium a morbis protegit 5111. B. Mundum ab vltima ruina 5100. B. Vide, Benignitas. Gratitudo.

Puniuntur Hæretici vel Apoſtatæ iniurij in Virg. Iulianus 4346. A. Neſtorius 4419. A. Copronymus 4755. A. Leo Armenus 4803. A. Sybodo 5192. C. Iconomachi 5581. P. Anatolius 4563. B. Gaianus 4568. B. Hæretici in Virg. maledici 5596. K. 5614. C.

Puniuntur blaſphemi in Virg. Mulieres 5549. E. 5572. S. 5573. EE. 5589. I. 4973. B. Funiuntur ineptè garriens 3197 B 5583. K. Viri 5508. C. 5583. L. 5583. S. 5587. M. 5592. A Blaſphemi Puniuntur 4568. A. Blaſphemus libidinoſus 5572. V. Alij 5338. A. 5371. A. 5589. A. 5348. D. 5540. B 5181. E. 5550. E. 5561. D.

Puniuntur percuſſores imaginum B. Virg. 5305. A. 5170. B. 5584. F. 5576. E. 5319 B. 5413. B. 5507 B. 5531. A. 5533 B 5560. F. 4770. A. 5285. A. 5573. AA. 5181. E. 3550. E. 5561. D. In Append. 5182. 5549.

Puniuntur aleatores infenſi in Virg. 5401. B. 5275. B 5285. D. 5365. A. 5572. Z. 5583. Q. 5388. A. 5588. E. 5589. O.

Puniuntur raptores bonorum S Mariæ 5230. B. 4587. A. 4741. A. 5541. A. 4973 A. 5578. N 5560. G. 5058. B. 4676. A. 4885. A. 5368. A. 5567. F. In Append. 5170.

Puniuntur quidam variè iniurioſi in Virg. Periuri 5361. A. 4557. A. Simulantes 5459. B. 5591. G. Auari 5164. B. Duri in peregrinos 5587. P. 5602. B. 5311. A. Sodalis libidinoſus 5587. DD. Roſarium vetans 5631. B. Irridens pios in Virg. 5822. B. Ingrati & pigri 4968. B. 5192. B. 5337. A. 5039. A. 5471. A. 5575. E. 5578. N. 5179. A. Vide, Sodales egreſſi. Violantes feſta Virg. 5189. A. 5583. P. 5588. K. 5596. D. Annuntiationis. Ibid. Aſſumptionis 4845. A. 5053. A. 5539. D. 5589. P. 5597. T. Punitur iracundus in clientem Virg. 4943. Append.

Purgatorij pœnis Virgo leuat aut eximit. Eximit Leodaium 5221. A. Et Reinerum 5211. B. Alios iuuat 5034. A. 5036. B. Purgatorij pœnas horrentem ſolatur 5587. C.

R.

REges aliquot in Virginem deuoti: Alphonſus Caſtellæ. ſecundus, nonus, vndecimus 4766. A. 5194. A. 5323. D. 5327. A. Alphonſus Luſitaniæ, primus, quintus 5151. B. 5183. A. 5168 A. 5464. A. Balduinus 5107. A Carolus Caluus 4852. A. Carolus Galliæ, quintus, ſeptimus, octauus, nonus 5347. C. 5412. G. 5481. A. 5543. B. Carolus Siciliæ primus, ſecundus 5251 B. C. 5253. C. 5254 A. 5287. B Caſimirus 5626. B. Childebertus 4505. A. Clodouæus 4497. A Clotharius ſecundus 4588. A. Dagobertus 4630. A. Eduardus Angliæ tertius, quintus, ſextus 5026 A. 5290. A. 5350. B. 5343. A. Eduardus Luſitaniæ 5417 D. Franciſcus primus 5530. A. 5511. B. Ferdinandus 5475. C. 5499. B. Garcias 5031. B. Godefridus Bullonius 5079. A. 5073. A. Guillelmus Siciliæ 5157. A. Henricus Angliæ ſecundus, tertius, 5154. B. 5228. C. 5255. A. Henricus Galliæ ſecundus, tertius, quartus 5530. A. 5365. C. 5590. A. 5593. A. Henricus Hungariæ 5023. A. 5031. A. Henricus Luſitaniæ 5583 B. Iacobus Aragoniæ 5201. A. 5246. A. 5259. A. Ioannes Aragoniæ 5377. A. Ioannes Galliæ 5334. A. 5343. A. 5347. B. Ioan. Luſitaniæ 5388. A. 5417. C. Ludouicus Galliæ octauus 5209. B. Nonus 5231. A. 5235. D. 5242 B. 5253. A. Vndecimus 5486. A. Duodecimus 5497. B. Decimus tertius 5595. A. 5604 F. 5621. A. Ordonius 4901. A. Philippus Auguſtus 5179. B. 5196. A. 5206. A. Pulcher 5269. A. 5287. A. Valeſius 5312. A. Philippus

Hiſpan. ſecundus tertius, 5581. B. 5604. B. Robertus Galliæ 5026. A. Robertus Siciliæ 5326 A. Scotiæ, 5177. A. Sebaſtianus 5581. A. Sigiſmundus. 5497. D. Stephanus 5013. A. 5021. A. Vladiſlaus Hungariæ, Poloniæ 5526. A. 5427. A. &c.

Reginæ aliquot in Virginem piæ: Anna 5498. C. Bathildis 4648. B. Blancha 5235. D. Eleonora 5451. C. Elizabetha 5319. B. Ioanna Franciæ 5481. B. Nauarræ 5277. B. Margarita Hiſpaniæ, Scotiæ 5594. D. 5080. A. Radegundes 4373 B &c.

Regna proulitantur Deiparæ addicta: Galliæ per Ludouicum Iuſtum 5821. A. Hungariæ per S. Stephanum 5021. A. &c.

Reliquiæ Virg. enumerantur 4039. F. Reperitur veſtis 4453. A. Manica 5581. D. 5583 S. De Sepulchro 4440. B. Iodunum 4797. A. 5479 B. 4852. A. Coruſcant miraculis 5610 E. In igne illæſæ 5581. D. Ignem ſedant 4557 A. Dant Victoriam 5107. A. Zona 5525. B. 4438. A. Aliæ 4310. A. 5353. C. 5358 A. 5600. A. 5231. A. 4542. B. 5440. A. 5438 C. &c. In Appendice 4030.

Rotarij deuotio incipit 5196. B. C. 5199 D. 5458 B. Augetur 5456 B. Feſtum eius in cælo 5414. B. Fructus eius aliquot 5477. D. 5824. D. E. F. G Salutem promouet 5570. M 5594. O. Meretur auxilium 5585. V. Conuerſioni prodeſt 5592. I. Contra prædones firmat 5541. C. Captiuitatem tollit 5517. D. 5551. B Tempeſtatem & pluuiam diſcutit 5214. A. 5826. E. Morbos eijcit 5638. H. Morſum & zelotypiam 5535. C. Dæmones 5594. V. 5593 S. Libidinem 5202. C. 5590. BB. Meretrici prodeſt ad ſalutem 5204 B. Generoſitatem dat 5571. G. Fugat ſpectra 5555 B. Fugat libidinoſos 5592. H Non comburitur Roſarium igne 5570. R. Roſas ſpirat 5490. C. pie recitatur 5828. E. 5630. A. 5624. D. Reperitur indicante Virg. 5584 O. Illud omittens punitur 5575. E. Vide, Corona, Corolla, Coronula.

Ruinâ oppreſſis Virgo ſubuenit 5524. A. 5572. O. 5584. L. 5581. D. 5579. P. S. Ruinam euadunt per Virg. moniales 5527. C. Partes Oratorij Romæ 5559. B. Auguſtinus Cremenſis 5546 B. Auara inuocans Virg. 5579. T. Alij 5536. B. 5549. H.

S

Sacella aliquot ſacra Virgini. S. Mariæ à Buch. 5493. A. à Campis 4055. A. à Columba 5097. B à Luce 5503 B. 5591 P. à Nazareth 5153. A. à principio 4505. B à Rupe Gallica 5417 A. à Stella 5225. A. à Statua 5481. A. à virtutibus 5503. B Ab Aggeris 5612. B. Ab Arrabida 5523. B. Anteradanum 4080. A. Apud Tungros 4084. A. Calauritanſe 5337. A. Cerneienſis 5085. A. Colonienſis 5409 A. Conſolatricis 5608. D. De Atocha in Append. 5506. De Beſſicis 5587. M. De Betharam 5804 P De Biterlco 4080. A. De bono auxilio 5612. A De bono occurſu 5483 A. De Cauadonga 4701. A. De Ceica 5165. A. De columnas 4.18. A. 5572. R. De gratia 5454. C. De Miſericordia 5487. C. De Myanis 5230 B. De pace 5642. A. De pietate 5425. C. De Rupe Amatoriæ 5123. A. 4030. in Append. De Saliteio 5640. E De ſalit 4080. A. & in Appendice 4080. & 4585. De Sarraoca 5205. E. De Verdeleyo 5806. A. Diuaria Inſulæ 5540. C. In Carmelo 4047. C. In foro Cameraci 5586. D. In monte Petri 4755. A. Iuxta Hanoſer 5400 A. Iuxta Malacam 5555. D. Iuxta Vercellas 4551 A. Iuxta Vvinckenuertum 5324 B. Lauretanum. Vide, Lauretana domus. Mechlinenſia 5605. C. Oropeaſe 4551. A. 5603. H. Regium 5225. A 5218. C. Redonenſe 4051. B. Scieraſhineuſe 5565. H. Smelceoſe 5289. C. Subterraneum 5455. E. &c.

Sacerdoti ſacrificanti adeſt Virgo: Andreæ Feſulano 5556. B Ioan. Calipeto 5521. A. Marcello ſecundo 5538. A. Borilo 4687. A. Sacramenta eadem procurat: Confeſſionis 5576. G 5571 B L 5572. M. 5575. K. L. O V. 5577. M. 5579 Q 5591. L 5595. D. 5597. O. P. 5197. A. 5595 M. 5583 EE 5609 D. 5610. H. 5598. I. 5586. G & in Append. 5565. 5567 5568. Procurat illud militi diu orgiſo 5598. A. & extremam Vnctionem Mario Ocgniacenſi 5196 E Euchariſtiam koſtkæ 5551. A. Ordinem ſuſcipienti viſibiliter adeſt 5805. C. &c.

*Salue Regina* officio diuino inmiſcetur 5222. A. pellit dæmones 5203. C. Vide: Antiphona, & in Append. 5136.

Salutatio Angelica ad pulſum campanæ recitatur 5222. A. 5257. C. 5299. A. 5466. A. 5483. C. Etiam inter Schiſmaticos 5569. F. Pulſata pellit dæmonem 5572. Z. Eadem Salutatione Energumena liberatur 5588. K. Incubus fugatur 5178. A. & dæmon 5188. B & tentationes 5200. B. Lux interior obtinetur 5364. A. Eam multi frequentant: Agnes de Montepolitiano 5300. C. Aloyſius Gonzaga 5574 A. Aſcelina 5178. A. Franciſcus Senenſis 5309. B. Iulianus Cornelienſis 5240. B. Columba Rhietenſis 5493. B. Carthuſienſes 5069. A. Catharina Senenſis 5363. A. Clara de Montefalc. 5291. G. Ioannes Dei 5533. E. Margarita Hungarica 5253. B. Iaponica mulier 5604. H. In charta deuorat Thomas Aquinas adhuc infans 5257. B. Lactens recitat 5581. C. Alij recitant cum fructu 5293. B. 5635. B. 4913. C. A. & in Append. 5116. Salus eſt & gaudium in morte 5626. I. Mel eſt in ore 5155. A. Apparet in lingua mortui 5197. B. Apparet inſperſa veſti recitantis 5188. A. Indulgentias habet 10. dierum 5244. A. Valdenſes illam reijciunt 5253. D. Salutat recens nata Virginem. In Append. 5222.

Scripta & Scriptores de Virgine paſſim ſparguntur toto in opere, & peculiares Indices orientur: tradendos alibi, Typographo tardante.

Sodalitates B. Virginis in Collegijs Societatis Ieſu initium habent 5546. A. Confirmantur 5567. A. Propagantur varijs locis patet id ſingulis annis ab anno mundi 5564. ad annũ 5594. ſub finem cuiuslibet anni. Eas ineunt viri conſpicui 5569. G. H. 5567. M. 5573. H. 5582. P. 5585. H. I. 5588. Q. 5590. Q. DD. EE. 5591. M. Eas ingreſſi aut votum habentes ingrediendi ſanantur 5569. I. k. 5572. X. 5573. H. Z. 5575. E. 5577. I. 5574. E. 5579. N. 5582. R. 5584. G. 5587. Z. 5581. I. 5586. Q. 5585. M. 5590. S. Egreſſi vel ingredi cunctantes puniuntur 5577. I. k. 5572. AA. 5582. R. 5524. M. 5587. DD. 5586. Q. 5579. M. N. 5590. CC. 5583. R. 5591. I. P. 5592. B. 5593. N. O. S. 5594. X. 5595. M. 5596. F. 5597. Z. Indulgentias habent 5572. S. Odio ſunt dæmoni 5587. kk. Sodalium fœlicitas in morte 5573. D. F. 5576. A I. 5577. H. O. 5587. S. 5588. I. L. 5589. L. 5594. M. 5619. A. eorum preces Virgo exaudit 5568. I. 5569. I. 5583. AA. 5585. L. 5587. S. 5583. G. 5596. G. Procurat ſoſpitatem 5566. E. 5570. S. 5571. E. 5575. H. Q 5582. G. I. 5598. N. O. Sodalium feruor 5568. H. 5577. I. 5578. M. 5579. N. 5584. L. 5585. G. 5592. L. 5593. P. 5594. Z. 5625. C. Sodalis exemplum hæreticum conuertit 5588. IP. Alterius conſtantia firmat alios in bono 5587. II.

Sodalitates S. M. Mancipiorum 5619. A. De ſuffragio pro animabus defunctorum 5577. A. Adoleſcentum Tornaci 5223. D. Particularis 5613. C. Sanctæ Mariæ Hallenſis 5415. B. Virginis Annunciatæ 5451. A.

Supplicationes ſolemnes in honorem Virg. Angolæ 5567. H. Antuerpiæ 5569. L. Apamijs 5543. C. In Brabantia 5127. B. Calaſſij 5589. O. Apud Canadenſes 5621. C. 5622. E. Confluentiæ 5564. F. Melitæ 5548. C. Neapoli 5523. C. Metis 5636. B. Nouellariæ 5179. X.

Pariſijs 5433. A. 5513. B. Pictauis 5385. A. Redonibus 5617. F. Romæ 5501. A. Traecti 5564. E. Treuiris 5586. H. Valencenis 4991. B. Vallisoleti 5583. X. Venetiis 5600. A. Contra Saracenos 5107. A. Contra peſtem 4561. A. A. 5076. A. Contra obſidionem 4701. A. 5223. A. Contra minas cæleſtes 5415. A. Contra Turcam 5501. A. In gratiarum actionem 5553. C. 5406. A. Aliæ variæ 5587. N. 5573. k. 5382. A. 5578. I. 5496. B. 5624. A. 5625. A. 5123. D. 5610. E.

Supplicium capitale quidam Innocentes euadunt 5566. D. 5582. A. 5576. B. 5495. B. Supplicium ignis alij 5393. B. 5177. B. 5299. A. Supplicium ſuſpendij 5365. A. 5484. C. 5388. B. 5477. D. 5522. B 5539. C. 5611. B.

Surditas ſanatur a Virg. 5296. A. 5544. B. 5573. E. E. 5574. B. 5611. B. Vide, Mutos. Surditatem à Virg. obtinet Franciſcus Senenſis contra murmurationes 5309. B.

T.

TEmpeſtas ſedatur ope Virginis 4703. A. 5565. D. 5341. A. 5619. F. 5587. BB. Euitatur 5040. A. 4793. D. 5570. Q. Impeditur Roſario 5214. A. fulmine ictus ſanatur 5574. D. Liberantur alij 5595. k. 5209. B. Timorem tempeſtatum tollit *Salue Regina* 5202. F. Vide, Pluuia.

Templa Virgini dicata ſpecialem Indicem requirunt, tanta eſt illorum ſparſim in hoc opere copia, ſicut diximus de ſcriptis & ſcriptoribus. Quod idem dicendum eſſet de Imaginibus, Monaſterijs, & Sacellis B. Virginis. Sed tam locupletes Indices interuertit Typographia, & alibi tradẽdos diſtulit. Ergo properantes ad alia.

Tentationes ope Virginis ſuperatæ 5200. B. 5573. M. 5584. Q. 5605. C. 5566. I. k. Carnales 5563. F. 5190. A. 4508. A. 5586. L. 5593. I. Aliæ 5560. B. 5561. G. 5240. C. 5154. A. 5119. C. 5143. A. 5590. G. 5296. C. 5555. B. 5401. C. &c. tentationibus ita liberat Virgo, vt inſtruat conſilijs 5120. A. Vide, Deſperabundi. Tentationis carnalis æſtum vincit igne Sodalis 5581. k.

V.

VEneni vim Virgo impedit & curat 5219 B 5575. E. 5588. S 5579. V.

Victoriæ variæ ope Virginis reportatæ 4517. A. 5196. B. A 5570. A. 5583. D. 5287. A. 5311. A. 5568. A. 5529. B. 4358 A 5489 B 5508. D. 4869. A. 5195. A. 5525. D. 5590. A. 4865. B. 5497. D. 4595. A. 4608. A. 4609. A. 5605. A. 4701. A. 5604. I. 5106. A. 5577. B. 4536. A. 5554. A. 5604. k. 4954. A. 5426 A. 4674. A. 5277. C. 5303. G. 5127. B. 5506. E. &c. & in Append 5186.

Virtutis amorem & ſtudium inſpirat Virgo: Sobrietatis 5123. B. 4530. A. 5120. A. 5595. H. Caſtitatis & puritatis cordis 5579. F. Vide, Caſtitatem. Continentiæ à perituro 5586. I. Deuotionis, diligentiæ, feruoris 5139. B. 5454. B. 5581. X. 5347. D. 5565. B. Fiduciæ 5605. B. Vide, Fiducia. Fidei, Vide, Fidem. Gratitudinis, Vide Gratitudo. Manſuetudinis 5572 K. 5578. k. Mortificationis 5125. C. 5139. A Obedientiæ 5562. F. 5589. F. 5566. H. Patientiæ 5447. C. 5626. G. 5632. B. 5570. N. 5595. R. Perſeuerantiæ 5564 A. 5328. C. 5256. B. 5403. B. 5577. G. 5629. C. Pœnitentiæ 5190. D. 5599. A. 5553. F. 5584 L. 5587. X. Zeli animarum 5229. B. &c. Vide, Peccatores. Mortuos. Perfectionis abſolutæ 5575. H. 5598. D. Virtutes à Maria petendæ 5454. B.

Vita Virginis tota ferme continetur ab anno mundi 3967. vſque ad 4039.

Vocationes Religioſæ à Deipara: Ambroſij Zizonienſis 5579 F. Aloyſij Gonſagæ 5574. A Bernardini Realini 5599. E. Catharinæ Racconiſiæ 5550. C. Conſalui Amarantha. 5142. C. Franci Grottenſis 5194 D. Franciſci de Petris 5577 G. Ioan. Nugnezij 5527. B. C. Ioſephi Ankietæ 5580. B. Martini Alberti 5179. D. Nicolai Pimentæ 5597. D. Pauli Ioſeph Arriagæ 5605. E. Philippi Benetij 5268. A. Peregrini 5217. A. Petri de Aoſten 5588 B. Rudolphi Erlintenſis 5238. A. Sebaſtiani Barradij 5541. D. Tancredi 5217. A. Silueſtri Marradij 5500. B. Aliorum 5584 F Q. 5593. R. 5595. B. 5588. T. 5491 Z 5597 Q. &c. Vocationem Religioſam cuiuſdam puellæ virgo dirigit, & conſilio iuuat 5587. R. Cuiuſdam Nouitij firmat 5587. Q. In Append. 5591.

Vota varia facta Virgini liberant à varijs malis, & varios fructus habent 5591. E. 5595. L 5592. k. & in Append. 5592. peſtem auertunt 5477 B. Vota ſuperat benignitate Virgo 5593. L. 5594 I. Votum Virginitatis in honorem Virginis offert Catharina Senenſis 5365. A. Stephana Soncinat 5515. E. Sanctus Edmundus 5229. A. Iacobus Lezeſma 5558. C. &c Votum de tuenda immaculata Conceptione 5601. A. 5604 E. Votum Virginis Conceptæ factum multum iuuat 5568 K. 5650. C. Votum factum Virgini pro conuerſione barbarorum 5613 E. 5635 B. de martyrio ſubeundo 5632 B. de conſtruenda æde 5489 B. 5580. A. Alia honorifica Virgini 5464 A. 5356. C. 5375. A. 5343. A. 5475. C. 5555 B. 5403. B. 5347 A. 5640. G. &c.

Vulnera ſanat Virgo 5231. B 5555. A. 5488. A. 5552. A 5567. O. 5572. L. 5112. A. 4711. A. 5195. C. 5183. B. 4770. A. 5494. B. 5522. A. 5557. A. 5562. B. C. 5573. L. 5591. A. B. 5611. B. 5655. B. &c. vulnera ſclopetorum impedit, aut reddit irrita 5573. P. Q. 5576. B. 5577. L. 5586 M. 5620. D. Vulnera apparent ſanat 5426. C. 5539. C Vngit & ſanat in Moniali 5203. F. In Antonio Piſano 5537. A. &c.

Z.

ZElotypiam ſedat Virgo & aufert 5553. C. 5582. Q. 5587. GG. 5595. B. In Appendice 5232. 5590.

X.

XEnodochia fundata in honorem Deiparæ 5194. C 5601. B. 5199. A. 4735. A. &c. Xenodochium S. Mariæ à charitate 5160. A. Annunciatæ 5287. B 5560. E. Cenomanenſe 4167. A. De pietate 5544. A De Saxia 5199. A. Duacenum 5582. B. Pulchrum 5331 C. Hortus Dominæ noſtræ 5599. H. Mariæ Ieſu 5439. D. Miſericordiæ Virginis 5481. C. Varium 5247 B. &c.

*FINIS.*

PROTESTATIO AVTHORIS.

*PRæter adſcriptos per Romanam Sedem in Sanctorum ac Beatorum Catalogo, nullum abſolutè voco hic Sanctum aut Beatum, elogio cadente in perſonam, ſed tantùm in mores, & ex vulgi opinione: quod proteſtor hoc loco, iuxta placitum SS. D. N. Vrbani VIII. & ſecundum pleniorem eius decreti tenorem, quod fecit anno 1625. Martij die 13. explicuit 5. Iunij 1631. confirmauit 5. Iulij 1634.*

*Facultas R. P. Prouincialis Societatis* IESV *in Prouincia Campaniæ.*

EGo Nicolaus Roger Prouincialis Societatis Ieſu in prouincia Campaniæ, poteſtate ad hoc mihi factâ ab admodùm Reuerendo Patre noſtro Generali Goſvvino Nickel & iuxta priuilegium eidem Societati conceſſum à Regibus Chriſtianis Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV, 20. Decembris, 1606. Ludouico XIII. 14. Februarij, 1611. & Ludouico XIV. nunc regnante, 23. Decembris, 1650. quo omnibus Regni ſui Typographis prohibent, ne Libros ab eiuſdem Societatis hominibus conſcriptos, abſque Superiorum eius permiſſione imprimant; Permitto, vt Liber cui titulus eſt, *Negotium Sæculorum Maria*, à P. PETRO COVRCIER Societatis Ieſu Sacerdote, & Doctore Theologo compoſitus, & à deſignatis ex eadem Societate viris lectus & probatus, typis excudatur; & quidem à vidua PHILIBERTI CHAVANCE, ab eadémque, ad ſex ab abſoluta impreſſione annos, diuendatur. In quorum fidem has literas manu noſtrâ ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus, Muſſiponti 30. Maij, 1658. NICOLAVS ROGER.

*Errata de quibus videtur monendus Lector beneuolus.*

PAg. col. lin. Errata, Correcta.
4. 1. 13. Idolatria, Idololatria.
10. 2. 17. *Adde* : Anno mondi 1453.
8. 2. 16. Idolatratum, Idololatratum.
18. 1. 20. quem, quam.
19. 2. 53. Chyſippum, Chryſippum.
23. 2. 20. hinnulli, hinnulj.
33. 2. 38. Ioachas, Ioachim.
34. 1. 33. 3944. 3940.
34. 1. 34. 40. 44.
72. 1. 54. memraotes, memorantes.
88. 1. 58. Deiparum, Deiparam.
91. 1. 52. 605. 607.
109. 2. 3. Saxonica, Metropolis.
120. 1. 19. oomioi, nominis.
153. 1. 5. fnereiur, frueretur.
156. 2. 52. prædente, præcedente.
212. 2. 47. 1343. 1342. item 3225. 3325.
225. 2. 36. Galearos, Galeatius.
227. 2. 2. Idem, *adde* ; qui ſuprà.
234. 2. 37. bidonm, biennium.
241. 2. 20. Bernasdus Bernardinus.
254. 2. 51. 13. 14.
259. 2. 17. & tribus, cum tribus.
259. 2. 32. Burdegula, Burdegala.
269. 2. 21. hic, hîc.
272. 1. 13. oppeſſos, oppreſſos.
275. 2. 45. multas, multos.
289. 2. 28. Maliner, Malimer.
289. 1. 54. Lauretaoum, Lauretum.
289. 2. 21. Concilia, conſilia.
291. 2. 49. vna, vno.
291. 2. 59. 1542. 5542.
293. 2. 30. intelligis, intelligi.
295. 1. 67. aliquod, aliquot.
296. 1. 19. caſi, caeſi.
299. 1. 8. Ribadenariam. Ribadeneiram.
299. 1. 35. ſuberteraneo, ſubterraneo.
299. 1. 46. petrarat, peseratet.
299. 1. 59. Læl, læti.
299. 2. 6. Gathenus, Cathaneus.
299. 2. 48. ſupplicarionis, ſupplicationes.
302. 1. 9. efferatum, efferatam.
302. 1. 32. pœnitentiam, pœnitentium.
302. 1. 45. amictom, amictam.
302. 1. 63. Dioceſi, diœceſi.
302. 1. 65. Barrecio, Barretio.
307. 1. 22. Religiones, Religione.
309. 2. 46. Conciona, Conciones.
311. 2. 39. Gabrielam, Gabrielem.
318. 1. 2. Pultoniæ, Pultouiæ.
322. 1. 2. §. §. 3.
322. 2. 64. genetrici, genitrici.
323. 1. 64. Louani, Louanij.
325. 1. 44. tuculentius, truculentius.
327. 1. 30. proſè, pro ſe.
327. 1. 47. cap. 5. cap. 5. §. 5.
329. 1. 41. conſeuerat, conſueuerat.
330. 2. 67. Poſſeonin, Poſſeuini.
334. 1. 12. eandem, eundem.
334. 2. 65. inuit, iuuit.
337. 1. 52. vincola, vincla.
339. 1. 55. Ocanienſi, Ocanienſi.
338. 2. 19. Vſtagenſis. Vſſugenſis.
343. 1. 15. vixiſſes ſicut pate: vixiſſet, ſicut patet.
346. 2. 16. 27. 72.
346. 2. 17. puolue, peruolue.
347. 2. 1. Characea, charracea.
348. 2. 36. occeparunt, occeperunt.
353. 2. 19. Sodalij, Sodalitij.
354. 1. 33. alij, alijqua.
358. 1. 50. Camenili, Camelini.
358. 2. 58. mis, somis.
358. 2. 14. poſt multas, permultas.
358. 1. 21. Lemournis, Lemonicis.
371. 1. 12. noece, nocte.
377. 2. 63. formix, fornix.
378. 1. 58. ſcholaſti, ſcholaſtici.
378. 2. 45. hoc, hac.
379. 2. 53. opera, operæ.
380. 1. 1. ergo, erga.
380. 1. 55. Saluiarium, ſæcularium.
380. 2. 13. confeſſiſſe, conceſſiſſe.
380. 2. 14. companæ, campanæ.
381. 2. 19. hic, his.
381. 2. 57. Vaonicelluis, Vannicellius.
382. 1. 2. Deitæ, deipatæ.
382. 1. 51. habes, habet.
385. 2. 21. adungendus, adiungendos.
387. 2. 64. ſate, ſalute.
397. 2. 30. tribulationem, tribulationum.
405. 1. 29. Alias, Atlas.
406. 2. 32. prædibiles, prædicabiles.
408. 1. 44. Alias, Atlas. 407. 2. 49.
409. 2. 57. } Maximianos, Maximilianus.
408. 2. 21. Larmonanus, Lamormainus.
411. 2. 32. topioſſimom, copioſiſſimum.
413. 1. 2. præfeſtus, Præfectus.
414. 1. 61. Saotrum, ſacrum.
414. 1. 62. Virgitatis, Virginitatis.
418. 2. 51. pærcitatus præcitatus.
423. 1. 12. cómittũr, committunt.
425. 2. 50. 1680. 1650.
427. 2. 20. Gantiliris, Gentilitijs.
433. 2. 37. Beate, Beata.
435. 1. 41. deſpaſceret, depaſceret.
436. 2. 65. alim, aliam.
437 1. 56. Abbanm, Abbatum.

Alia leuiora ſi occurrunt, facilè emendabit Lector beneuolus.

# NEGOTIVM SÆCVLORVM
# M A R I A.
## SIVE
# RERVM AD MATREM DEI SPECTANTIVM
## CHRONOLOGICA EPITOME,
### AB ANNO MVNDI PRIMO AD ANNVM CHRISTI. 1660.

## Anno Mundi I. ante Chriſtum 3983.

MVnovs; quamuis potuerit à præpotente Dei manu in momento abſolutus prodire; ſenſim tamen dierum ſex interuallo conditus fuit, & eâ rerum diſpoſitione, vt nulla dies vacarit ex iſtis ſex, in qua non excellens præclarúmque exemplar aliquod Beatiſſimæ MARIÆ Virginis Matris Dei, & eximiarum ipſius perfectionum iucundiſſimè præfulgeret. Imò, ſi credimus Bernardo Sermone de Beata Virgine, *ſpecialiſſimus* ipſa eſt *mundus fundatus in iuſtitia & ſanctitate*. Si Diuæ Birgittæ in ſermone Angelico cap. 5. Mundus eſt à quo Deo gloria, Angelis lætitia, hominibus vtilitas maior redundat, quàm ex viſibili. Si Nouatino in vmbra Virginea N. 182. *Sanctorum Microcoſmus eſt, in ſe eminenter continens, quicquid in quolibet Sancto illuſtre & egregium fuit.* Quibus conſentit Thomas de Villanoua concione 3. de Natiuitate Virginis: & Pintus Ramirez in opere de Conceptione N. 53. fuſiſſiméque Salazar in Prouerbia Salomonis cap. 8. n. 262. vbi Mariam non tantùm Microcoſmum; ſed mundum quemdam mundo ipſo maiorem ſcitè probat: vt non immeritò dixerim, non modò ſpectabilem hanc & vaſtam mundi molem, ſingulis, quibus producta eſt, ſucceſſiuè diebus, ſuggerere prænobiles quaſdam figuras incomparabilis Matris; ſed etiam non dubitanter auſim aſſerere, totum hunc mundum ſimul acceptum, non aliud eſſe, quàm mirabilem imaginem ornatu ſuo aptè glorioſam Virginem adumbrantem.

Prima mundi dies primigeniâ luce Beatam Virginem expreſſam vidit. Nam Mariam inter & illam lucem, quam verbo fecit Deus: *Fiat lux*; & vidit eſſe bonam, & diuiſit à tenebris, & appellauit *Diem*, vt dicitur Geneſis cap. 1. eſt multa omninò affinitas. Quare Sancti Patres in eiuſmodi luce præclarum agnouere maieſtatis Virgineæ ſymbolum. Agnouit Thaumaturgus oratione 2. de Annunciatione, dum Mariam vocat *lucis indumentum*, & *lucis ſplendore coruſcantem*. Agnouit Epiphanius oratione de laude B. Virginis, dum *lucem*, & *lucis Matrem* inuocat, lucis inquam; illius, quæ in cœlis illuminat copias Angelorum; & cætera, quæ ibi circa medium proſequitur. Agnouit Damianus Sermone 40. qui eſt de Aſſumptione Deiparæ, & vberiore eloquentiâ oſtendit, perduraſſe ſuper terram tenebras ab Adamo ad Virginem, quæ, ſicut aurora, noctem expulit ſempiternam. Agnouit Bernardus, & crebiò Virginem *Diem* vocat, vt ſermone de Aquæductu, & ſermone 5. ex paruis. Sed & Petrus Venerabilis in proſa ſecunda de B. Virgine, vocat illam *Diem neſciam noctis*. Et fuſiſſimè ſuo more Richardus à S. Laurentio lib. 4. columnâ 217. Mariam inter & primariam hanc lucem parallelum proſequitur: & lib. 7. columnâ 477. expreſſiùs adaptat Mariæ, quæ Sanctus Propheta Moyſes ſigillatim de prima hac luce dixerat. Poſt hos Philippus Abbas Bonæ Spei in Cantica Cantic. cap. 6. *Quicquid*, inquit, *in Virgine agitur noctem neſcit*. Ex recentioribus verò Paulus Scherlogus in Cantica Cantic. veſtigatione primâ explanationis moralis, ſectione priorâ, diligenter oſtendit Beatiſſimam Matrem eſſe diem ſine nocte, hodie perpetuum, vbi totum dies eſt, quem nox originalis culpæ nõ præijt, nõ ſubſecuta eſt nox culpæ actualis; & alia eiuſmodi iucundè ſimul ac luculenter coaceruat.

Altera mundi dies mirata eſt Firmamentum, alteram B. Deiparæ adumbratam imaginem: de qua plura diſtinctè Geneſis caput primum; vt quòd hoc Deus appellarit *Cælum*; quòd in medio aquarum fecerit, vt diuidat aquas ab aquis, & alia nonnulla, quæ applicari conuenienter Deiparæ, patet ex Sanctis Patribus. Nam & Iacobus Apoſtolus in ſua liturgia vocat vterum eius *ampliorem cælis*. Et Gregorius Thaumaturgus oratione 3. de Annunciatione, vocat *alterum cælum*. Quem cum fœnore ſequitur Epiphanius, & oratione de Deipara appellat *cælum & thronum, cælum ſplendidum, cælum ſeptem circulis conſtans, cælum octauum*. Acciuit verò Heſychius, & oratione 2. de laudibus Virginis Chriſtum alloquens: *quia*, inquit, *Sol exiſtis, neceſſariò Virgo vocabitur cælum*. In eadem eſt mente Germanus Conſtantinopolitanus oratione in dormitione B. Virginis. Ioannes item Geometra hymno ſecundo, circa duas tertias ipſius hymni partes. At ex Patribus Latinis longè ſuauiùs & vberiùs totam hanc, quæ eſt Mariam



Digitized by Google

inter & cælum Firmamenti, analogiam exponit Bernardus ſermone 3. ſuper *Salue Regina*. Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt*, cap. 162. Richardus à S. Laurentio libro ſeptimo de laudibus Virginis columna 445. Bonauentura in minore pſalterio quinquagenâ tertiâ: & tomo tertio, ſermone de Virgine ſub finem. Quos ante Rupertus lib. 1. de gloria filij hominis circa tres quartas partes; & Damianus ſermone 3. de S. Ioanne Apoſtolo circa medium, rem ſcitè tetigerant. At poſt eoſdem planè integrâ oratione ſeſe in hoc negotio explicat Romæus, quam Muſſiponti edidit anno poſt Chriſtum natum 1625. Ac denique Salazarius in Prouerbia cap. 8. verſu 27. & Spinellus cap. 3. n. 1.

D Tertiâ quoque die, vt geminus labor occupauit Numen in terra & in aquis; in terra illam plantis exornans; in aquis magnum ex eis Oceanum colligens: ita etiam geminato Symbolo repræſentata fuit intemerata Dei parens, Paradiſo voluptatis & Mari. De Paradiſo voluptatis Scriptura cap. 2. Geneſeos notat authorem: nam *plantauerat illum Deus*; notat modum quo productæ ſint plantæ, ſine ſemine, ſine ſatione vel inſitione; nam *produxit Deus de humo*; notat quos fructus habuerit, *lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni & mali*; notat amœnitatem eius mirabilem, & hilarem fontis ac fluuiorum decurſum, & alia, quæ vitam oblectare iucundiſſimè poſſunt. Quanti ſunt omnis generis authores, qui ſimilitudines congerunt inter hunc Paradiſum & Sanctam Dei Matrem? Primus Iacobus Apoſtolus in Miſſa ſua hanc nominat *Paradiſum ſpiritualẽ*. Poſteà Thaumaturgus, in oratione de Annunciatione, vocat illam *Paradiſum immortalitatis*, & oratione 3. *Paradiſum ratione præditum*. Dionyſius verò Alexandrinus in calce epiſtolæ contra Paulum Samoſatenſem, *Paradiſum Virginalem*. Seleocienſis Baſilius oratione 39. *florentiſſimum Paradiſum in quo lignum vitæ eſt, &c.* His ſimilia Proclus initio ſermonis de Natiuitate Chriſti; Chryſippus oratione de S. Deipara; Coſmas Ieroſolymitanus hymno de Exaltatione Sanctæ crucis, habent. At locupletiùs Damianus ſermone 11. de Annunciatione Virginis, vbi ſingula ſingulis adaptat, & Mariam *locum* eſſe *voluptatis* demonſtrat, *in quo cumulat delicias deliciarum Dominus*. Non inferiora ſunt quæ habet Rupertus in Cantica libro 4. non longè à principio: quæ Bernardus in deprecatione ad Virginem: quæ Amedæus Lauſanenſis Epiſcopus homiliâ de laudibus S. Mariæ. His etiam multò copioſiora, quæ pulcherrimè complectitur Richardus à S. Laurentio lib. 12. vbi locum, tempus, cultum, incolas, & cætera Paradiſi ornamenta comparat cum Sanctiſſima Dei Matre. Cuius veſtigia preſsè ſequitur Poiræus, & ſtilo floridiore rimatur & comparat omnia, tractatu primo de Corona triplici B. Virginis, cap. 13. §. 6. Iucundiſſimè etiam Nouarinus in vmbra Virginea n. 517. & 526. ac Pintus Ramirez de Virginis Conceptione n. 226. Quibus religio ſit non adnumerare Bonauenturam in pſalterio minore, tertiâ quinquagenâ; & in odis rhithmicis. Caniſium item in Mariali lib. 1. cap. 6. columnâ 63. Guerricum ſermone primo de Ioanne Baptiſta. Barradium tomo 1. in concordiam Euangelicam, lib. 5. cap. 31. Spinellum cap. 5. n. 25.

E Quamquam porrò tanta multitudo ſit comparantium Dominam noſtram cum Paradiſo terreſtri: non paucos tamen vel immenſitas gratiarum eius, vel laudum eius immenſum mare, vel dæmonum per eam nequitiarúmque omnium ſubuerſio, vel impetus ab ea defluentium in homines gaudiorum, vel denique nominis ipſius etymon, quod ſalſum mare ſonat, ſuauiſſimè traxit, vt mare cum Maria conferrent. Ex illis Bernardus ſuper *Salue Regina* ſermone primo: *Origo*, inquit, *fontium & fluminum mare: virtutum auctrix, & ſcientiarum ſcientia Sanctarum Maria*. In huiuſmodi parallelo copioſiſſimè ſe effundit Richardus à S. Laurentio lib. 1. de laudibus Virginis, cap. 3. Item Bonauentura in Speculo, lectione 3. & 7. Nouarinus in vmbra Virginea, n. 181. & n. 1156. Barradius libro ſexto Concordiæ, cap. 1. Spinellus lib. 4. cap. 12. Deſcobar ſermone 2. de expectatione B. Virginis pag. 464. Salazar in cap. 8. Prouerbiorum n. 371. & alij plures, qui, cùm Alberto Magno ſermone in *Miſſus eſt*, dicunt quòd congregationem aquarum vocauit Deus maria: locus autem omnium gratiarum vocatur Maria. De illo mari Moyſes agit Geneſis cap. 1. & de eo Scriptura paſſim enunciat non pauca, quæ cum Virgine non iniucundam affinitatem contineant.

F Quartam mundi diem illuſtrauerunt ornamenta cæli; Sol, Luna, Stellæ: de quibus ſacer textus cap. 1. Geneſeos teſtatur de manu Dei prodiiſſe, *vt diuidant diem ac noctem, vt ſint in ſigna ac tempora & dies & annos, vt luceant in firmamento cæli & illuminent terram, &c.* His figurari Beatam Virginem non tantùm Sancti Patres, ſed ipſa Scriptura in Cantico cap. 6. ſatis inſinuat, dum de ſponſa ſic ait: *Pulchra vt Luna, electa vt Sol*: & Eccleſia fatetur ipſam eſſe *ſtellam matutinam*, ac *ſtellam maris*. Quamuis autem magis propriè per Solem adumbrari Chriſtum, quia neuter aliunde lumen emendicat, ac per Lunam Virginem videatur: non pauca tamen in Sole ſunt, quibus Marianas perfectiones optimè repræſentari cenſet Damianus ſerm. 40. qui eſt de Aſſumptione: & Bernardus ſermone 1. ſuper *Salue Regina*: & Bonauentura in ſpeculo lectione 10. Imò hoc argumentum in longum deducunt & explicant, inter cæteros Richardus à S. Laurentio lib. 7. de laudibus Virginis pag. 453. Poiræus tractatu 1. Triplicis coronæ cap. 13. §. 5. Nouarinus in vmbra Virginea n. 692. quibus addi poteſt Romæus in paruo ſacello B. Virginis icone 9. & alij, de quibus aliàs circa annum mundi 2970. recurret loquendi occaſio.

G Nunc igitur interim, vt res ipſa poſtulat, audiamus quibuſnam placeat vnicam Dei Matrem Lunâ repræſentari. In primis id cenſet Ioannes Geometra hymno primo circa medium, & hymno 2. circa quartam partem: tum Petrus Damianus ſermone 40. tum Rupertus lib. 6. in Cantica circa tertiam partem: tum ſuauiſſimè Bernardus in deprecatione ad Virginem: & ſuo more, id eſt, fuſiſſimè Richardus à S. Laurentio lib. 7. columna 456. & lib. 4. columnâ 289. Deinde Bonauentura in Speculo lectione 7. & Caniſius lib. 3. de Deipara, cap. 8. & Salazarius in cap. 8. Prouerbiorum n. 170. & 191. Poſt

Digitized by Google

eleganter Poiræus in triplici corona tractatu 1. cap. 13. §. 4. Et Pintus Ramirez libro de Conceptione Virginis n. 839. & alij, quorum omnium ſi vellem proferre ſtudia in explicandis proprietatibus Lunæ; vt quòd ſit cæli decus, quòd dux militiæ cæleſtis, quòd armata incedat & arcu quodammodo minax, quòd creſcat nobis & decreſcat, quòd citima terris, quòd nocti præſideat, quòd humoribus præſit, quòd feſta moderetur, quòd determinet tempora, tempeſtates & menſes, quòd ſimillima ſoli, & innumera alia, quæ pulcherrimè cum Virgine componunt, ſcribendi finem vix faciam.

H Vt ergo à Luna ad ſtellas deueniam, dubium non eſt in eis haberi ſpecula maieſtatis Virgineæ, quod manifeſtè adhuc videbitur anno mundi 2492. cùm de ſtella fiet mentio, quam orituram prædixit Balaam Numerorum cap. 24. Hîc ſatis erit ex nonnullis Patribus oſtendere puriſſimam Matrem, tum ſtellâ maris, quam Cynoſuram & Polarem vocant, tum ſtellâ matutinâ, quam dicunt Phoſphorum, ſiue Luciferum, quaſi referat diem, repræſentari. Teſtis in hac re eſt Heſychius orat. 2. de B. Virgine; Ildephonſus teſtis ſermone 1. de Aſſumptione Virginis non longè à principio; teſtis Euſebius Gallicanus, aut alius quicunque, tomo quinto primâ parte Bibliothecæ Sanctorum Patrum editæ Coloniæ ſumptibus Antonij Hierati, vbi homilia in feriam quartam poſt Dominicam 4. Aduentus, pulchra dicit de noſtra ſtella: & homilia in die Natali Chriſti in aurora, ac denique homilia in Epiphania Domini. His ſe dat comitem Damianus ſermone 1. de Epiphania: Bernardus item, ſed abundantiâ hoc loco melliflua nempe homilia 2. ſuper *Miſſus eſt*: tum Richardus à S. Laurentio plenis, vt ita dicam, buccis, lib. 1. de laudibus Virginis cap. 3. Bonauentura in minore pſalterio. Romæus in paruo ſacello B. Virginis icone 18. & Pintus Ramirez de Conceptione n. 601.

I Quinta mundi dies vidit cete grandia, & in aëre volitantes aues, vt ſcriptura indicat cap. 1. Geneſeos: quibus ſignificari poteſt & Chriſtus & Virgo, & iuſtorum generatio. Nam ſi Chriſtus eſt piſcis, & piſcis admodùm grandis, cur non & grandis piſcis Maria? Similiter ſi reliqui iuſti piſces ſunt, in hoc vitæ procelloſo Oceano peragentes curſum, quidni etiam Virgo inter Sanctos iuſtiſſima, piſcis nomine appellari poterit? Certè & piſcem Chriſtum, & piſciculos iuſtos probat Tertullianus in Quintillam ipſo initio; & vberiùs Optatus Mileuitanus in Parmenianum, atque Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 23. referens illam vocem ἰχθύς, & ſermone 28. de ſanctis, ac denique tractatu 123. in Ioannem. Quibus conſentit Paulinus epiſtola 32. ad Aletum dicens: *Aquæ viuæ piſcis Chriſtus*: & Gregorius Magnus homiliâ 24. in Euangelia, & Beda in cap. 24. Lucæ. Proſper item libro 2. de prædictionibus cap. 39. atque Athanaſius quæſtione 79. & Hieronymus commentario in Iob cap. 12. ac Theophilus Antiochenus lib. 4. in Euangelia. Cùm igitur & piſciculi ſint Chriſtiani, ac iuſti vndis baptiſmalibus in Chriſto geniti, & Chriſtus præterea grandis piſcis, fatendum eſt grandem ſuo modo piſcem eſſe Mariam. Callionymus omninò, ex cuius inteſtinis, vt docte Plinius notat lib. 32. cap. 7. medicandis & illuminandis oculis remedia efficaciora, quàm ex Tobiæ ceto, deſumuntur. Sed & in hoc quoque grandis eſſe cetus videtur Maria, quòd in iſto ſæculi ſalo, in quo ſancti fluctuant, *quod eſt*, inquit Hieronimus in cap. 4. Marci, *& guſtu amarum, & vitiorum fluctibus inquietum*, ipſa ex omnibus ſola, ſicuti Chriſtus, ſine peccati amara ſalſedine, & vitiorum, veluti ſcopulorum, offenſione, ingentes dolores ac difficultates illæſa perrupit. Grandis denique, ſed & maximè grandis cetus extitit, quòd eam Dominus præparauit veluti piſcem grandem, vt dicitur Ionæ cap. 5. quæ noſtrum Ionam, hoc eſt Chriſtum, è cælo tanquam è naui in mare demiſſum ſuſciperet: quod acutè vidit & notauit Coſmas Ieroſolymitanus hymno primo in Theogoniam.

K Sed ſi cum piſce comparatur Virgo, quis neſciat eandem adumbrari per auem? non dico per columbam, quæ denotat eius ſimplicitatem, innocentiam ac manſuetudinem; de qua Cantica ſonant, & nobis ſermo erit anno mundi 2970. ſed vt per immanes piſces, ita per regias & prægrandes aues, nempe per Aquilam aut Phœnicem. Vide quæ de Aquila recenſet Geſnerus libro de auibus, quæ item eo loco habet de Phœnice; quæ habet Oppianus; quæ Ouidius lib. 15. Metamorphoſeon; quæ longè pleniùs, ſiue Claudianus, ſiue Lactantius, poëmatio quodam de Phœnice: & his plura videbis appoſitè collata ad Matrem Domini per ſanctos & graues authores. Etenim Richardus à S. Laurentio lib. 12. de laudibus Virginis columna 1062. pulcherrimum parallelum facit Mariam inter & Aquilam, cùm vtraque Regina ſit, vtraque altiſſimè volet, vtraque nidum ponat in arduis, ſpolia prædámque à vulturibus diripiat; & ſimilia quæ præclarè explicat. Idem præſtat Romæus in parui ſacelli icone 13. Idem denique Ioannes Cartagena tomo 3. de arcanis Deiparæ & Ioſeph, libro 15. I homiliâ 5. ſub finem. Phœnicem verò componit cum Dei genitrice Ruffinus in explicatione Symboli. Amedeus Lauſanenſis homiliâ 6. de laudibus Virginis. Item Nouarinus in vmbra Virginea, n. 269. Ac denique acutè ſimul & deuotè Pintus Ramirez de Conceptione, n. 980. & 996. vbi mortem Phœnicis & mortem Virginis inter ſe iucundiſſimè comparat.

## L Sextâ Mundi die, Adam primus homo, & Chriſti ac Mariæ primus progenitor, à Deo conditur. Geneſis cap. 1.

HÆc ſexta mundi dies vt Chriſtum Adamo, ita Virginem Mariam primâ muliere figuratam aſpexit. Quamquam, vt paſſim adnotant ſancti Patres, etſi in Eua, ob pulcherrimas eius dotes, & mirabilem eius formationem, quas videre eſt in Geneſis cap. 2. & 3. præclarum habemus Deiparæ typum: ob luctuoſam tamen, quam poſtmodùm cum Adamo noxam contraxit, grandem quoque in Eua Beatæ Virginis habemus antitypum. Typum faciunt, quòd Eua prima mulierum temporali productione fuit, quòd corporis pulchritudine eximiâ, quòd nata in gratia originali, quòd



Digitized by Google

poſt hominem facta, quòd ex homine & in hominis adiutorium, quòd ex dormiente, quòd à viro accepit nomen, quòd eidem ſoli ipſa ſola nupſerit, quòd Abelis necem innocentis viderit, & ſimilia pleraque, quæ quiſque contemplari poteſt, ſtrictim quidem libata apud Fulgentium ſermone 3. de laudibus Mariæ ex partu Saluatoris, ſub finem: & Procopium Gazæum ad Geneſis cap. 3. Copioſiùs verò apud Caniſium lib. 1. de Deipara, capitis ſecundi initio. Nouarinum in vmbra Virginea n. 592. & Salianum in Annalibus veteris teſtamenti, ſub finem anni 940. Sed copioſiſſimè apud Poiræum, præſertim tractatu ſecundo Triplicis coronæ cap. 5. §. 3. Nam præterea rem iſtam non iniucundè tangit tractatu primo cap. 3. §. 4.

Antitypum verò faciunt ſerpentis auditio in M
Eua, curioſitas, deceptio, culpa, maledictio inde prognata in poſteros, & Ilias malorum. Vnde Patres propemodùm omnes creberrimè oſtendunt, Mariam inter & Euam plus eſſe diſcriminis, quàm conuenientiæ. Poſſem proferre Auguſtinum tomo 9. libro 3. de Symbolo ad Catechumenos cap. 4. ſub finem. Item tomo 10. ſermone 15. de tempore, ac denique ſermone 21. & alibi paſſim. Poſſem etiam Germanum Conſtantinopolitanum ſermone de dormitione Virginis, qui habetur tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pag. 459. Poſſem & Amedæum homilia 4. de laudibus Virginis circa medium, qui omnes hanc antitheſim præclariſſimè tractant. Sed hæc antilogia tam eruditè, tam doctè, tam grauiter Caniſius & Poiræus tractaor, vt non ſit opus alios adducere. Videatur ergo Caniſius in Mariali lib. 4. cap. 16. & Poiræus in Triplici corona, tractatu 1. cap. 6. §. 8. apud quos Irenæum, Iuſtinum, Tertullianum, Auguſtinum, Epiphanium, Nyſſenum, Chryſologum, Fulgentium, Brunonem, Damianum, Bernardum, Sophronium, Rupertum, & alios fideiuſſores huius diſconuenientiæ reperies.

Sabbato ipſo quo *quieuit Deus ab operibus* N
*ſuis*, quo *compleuit Deus opus ſuum quod fecerat*, cui benedixit præ cæteris diebus, vt coleretur in eo; de quo Scriptura ſacra nullam veſperam notat, vt notat in reliquis diebus; *factum eſt veſpere & manè dies vnus, dies ſecundus, dies tertius, &c. Geneſis cap.* 1. quis non intelligat adumbrari Mariam? Mariam ſabbatum Domini, quietem Domini, complementum operum eius, cui præ cæteris benedixit Dominus, quam præ cæteris ſanctificauit, vt à nobis in ea præcipuo quodam cultu honoraretur, in qua nullæ labes, nullæ tenebræ peccati, vt propterea non dubitent authores palam eam dicere eſſe requiem Dei, requiem Trinitatis, feſtam ac ſanctiſſimam diem, abſolutum Dei ſabbatum. Ita Richardus à S. Laurentio lib. 10. de laudibus Virginis columna 588. Bonauentura in Pſalterio minore, quinquagena ſecunda. Ioannes Baptiſta Poza in elucidario lib. 1. tract. 2. cap. 4. Nouarinus in vmbra Virginea n. 534. Ex quibus apertum eſt, nullum eſſe ex ſeptem diebus principibus, qui vel ſeipſo, vel aliquo opere in ſe perfecto, non adumbrarit B. Virginem; & huiuſmodi adumbratione non contulerit ad ampliorem eiuſdem Virginis gloriam.

Decima tertia in mundo dies fuit toti ho- O
minum generi immensùm luctuoſa tentatione dæmonis per ſerpentem facta, primorum parentum lapſu, ruina poſterorum, maledictione diuinitus audita. Huius tamen diei miſerias compeſcuit aliquatenus Deus pollicitatione venturi Meſſiæ, qui natus de ſtirpe Adami, ſimul eſſet Homo & Deus, & Matrem haberet, quæ caput ſerpentis ipſa contereret, inimicitias gerens in ipſum immortales. Huius promiſſionis Chirographum habemus in Scriptura ſacra cap. 3. Geneſeos, cuius ſingulos apices accuratè exponunt, non tantùm Interpretes omnes, ſed præterea hi qui de Virgine nobiliùs ſcripſerunt, & prophetias de ea diuinitus factas ſtudioſiùs rimati ſunt. Spinellus cap. 22. Caniſius lib. 1. de B. Maria, non longè à principio. Item cap. 4. libri 2. & cap. 9. libri 5. tam fusè, vt omnes antiquos, qui de hac prophetia locuti ſunt, complexus videatur. Hoc idem fecit Barradius lib. 3. Euangelicæ harmoniæ cap. 7. fecit item Salazarius de Conceptione cap. 19. cum in Prouerbiorum cap. 8. n. 64. paulò breuiùs de ea re diſſeruiſſet. Similiter etiam Cornelius in cap. 3. Geneſeos, & Nouarinus in vmbra Virginea n. 1544. & Poiræus in Triplici corona tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 10. & alij. Qui omnes efficiunt ne ſigillatim hîc referam Patrum ſententias, quas ipſi coaceruant. Videatur tamen Epiphanius libro 2. contra Antidicomarianitas: & Rupertus lib. 3. in Geneſim cap. 19. & 20. Item libro 2. de Victoria Verbi Dei cap. 17. ac denique Bernardus homilia 2. ſupra *Miſſus eſt*.

Anno Mundi 130. ante Chriſtum 3854. Seth naſcitur, & optimi Abelis à Caino fratre interfecti locum virtutémque ſubintrat. Geneſis cap. 5.

Anno Mundi 235. ante Chriſtum 3749. Enos ex Setho filius exoritur, & ſolemniorem Numinis cultum adornat, vt iam furenti Cainanorum impietati frænos iniiciat. Geneſis cap. 5.

Anno Mundi 325. ante Chriſtum 3659. Cainan prodit in lucem ab Enoſo Patre. Geneſis cap. 5.

Anno Mundi 395. ante Chriſtum 3589. Malalëel ex Cainano naſcitur. Geneſis cap. 5.

Anno Mundi 460. ante Chriſtum 3524. Iared oritur Geneſis cap. 5.

Anno Mundi 622. ante Chriſtum 3362. Henoch ex Iaredo prodijt, amatus à Deo, à quo & ex hominum cœtu viuus tranſlatus eſt. Geneſis cap. 5. & Eccleſiaſtici cap. 44.

Anno Mundi 687. ante Chriſtum 3297. Mathuſalem naſcitur longiſſimæ omnium Patriarcharum vitæ;

vixit enim annos 969. Geneſis cap. 5.

Anno Mundi 874. ante Chriſtum 3110. Lamech oritur filium habiturus iuſtum coram Deo, & ſpem melioris mundi. Geneſis cap. 5. & 6.

Anno Mundi 1056. ante Chriſtum 2928. Noë naſcitur, alter poſt diluuium omnium hominum pater: vir iuſtus atque perfectus. Geneſis cap. 5. & 6.

Anno Mundi 1536. ante Chriſtum 2448. Diluuium à Deo indicitur Noëmo, & præcipitur arca fabricari. Geneſis cap. 6.

Arcæ, quam iuſſu Dei ad euitandum diluuium fabricauit Noë, & furmam & vſum contemplati Patres, non dubitant cum Auguſtino lib. 15. de Ciuitate cap. 26. dicere, quòd *Eccleſiaſticarum ſigna ſint rerum.* Et quamuis id alij ad alia applicent; vt Auguſtinus ad Eccleſiam & Dei ciuitatem; vt Hugo Victorinus libro allegoriarum in Geneſim cap. 18. ad virum Iuſtum; vt ad corpus humanum Ambroſius libro de arca & Noë, cap. 6. vt Beda ad Chriſti humanitatem, & alij ad alia: Magna tamen pars agnoſcit in ea nobile ac præclarum ſymbolum glorioſæ Virginis. Ita inter cæteros Heſychius teſtatur, oratione 2. de Deipara circa initium, magnâ emphaſi verborum. Ita etiam Bernardus ſermone ſuper *Aue Maria.* Ita longo diſcurſu Richardus à S. Laurentio omnia ſigillatum Mariam inter & hanc arcam componens. Ita Bonauentura in laude B. Virginis, & Anonymus quidam cuius opus rhithmicum reperitur in Bibliotheca Patrum excuſa Coloniæ tomo 13. pag. 254. Ita Salazarius de Conceptione cap. 38. n. 6. & Bartholomæus Deſcobar, concione prima de Annunciatione, & Baptiſta Poza lib. 1. Elucidarij tract. 3. c. 1. Atque vberrimè Poiræus Triplicis coronæ tract. 2. cap. 6. §. 11. & tract. 1. c. 5. §. 5. n. 4. Spinellus cap. 16. n. 6. & Nouarinus in vmbra Virginea n. 121. & 325. & alij, qui nunc plures, nunc pauciores arcæ Noëmiticæ cum Maria proprietates tangunt. Fuit certè hæc arca plurimùm mirabilis, quæ totos tenuit in ſui ædificatione centum annos, quæ compacta eſt à viro Sancto, quæ perfecta fuit ſexto annorum Noë centenario, cuius conſtruendæ occaſio extitit ſcelerum colluuies, finis iuſtorum ſalus, quæ fuit ſpes melioris mundi, quæ capaciſſima, quæ lignis læuigatis, imputribilibus, quadratis, coagmentata, certis diſtincta menſuris, includens omnia ad vſum neceſſaria, & alia eiuſmodi, quæ qui volet Mariæ applicare, habebit Patres quos ſequatur. Quippe, vt ait ſupracitatus Anonymus: *Hæc eſt arca teſtamenti, Noë portans in præſenti Maris huius fluuio: Quam Meſſias introiuit, Et intactam cuſtodiuit, Clauſo foris oſtio, &c.*

Anno Mundi 1558. ante Chriſtum 2426. Sem primogenitus inter tres filios Noë prodit in lucem; cuius in parentem pietas in Scriptura laudatur. Geneſis cap. 9. & cap. 11.

Anno Mundi 1656. ante Chriſtum 2328. Diluuium incipit, & durat anno vno diebus decem, octo hominibus in arca ſeruatis. Geneſis cap. 7. & primâ Petri cap. 3.

Anno Mundi 1657. ante Chriſtum 2327. Sedato diluuio, & tellure exſiccatâ, egreditur Noë ex arca; & in ſignum non ampliùs futuræ eluuionis, arcum cæleſtem à Deo monſtratum videt. Geneſis cap. 8. & 9.

A Arcus cæleſtis multicolor, quem Deus Geneſis cap. 9. ſuum appellat, quique hactenus pluuiæ naturale ſignum extiterat, ex beneplacito Dei incipit eſſe ſignum mitigatæ iræ diuinæ, ac diluuij nunquam ampliùs euenturi, quo totus orbis mergeretur. Sed hic idem arcus, qui, vt dicitur Eccleſiaſtici cap. 43. *valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo, & girauit cælum in ſplendore gloriæ ſuæ, quem manus Excelſi aperuerunt;* egregium eſt, ſi Patres audimus, ſpectaculum, in quo reluceant miſericordiſſimæ Matris excellentiſſimæ perfectiones. Teſtes huius rei habeo, Andream Ieroſolymitanum oratione de Annunciatione circa medium. Ioannem Geometram in verſibus Græcis. Et de Latinis authoribus Idiotam cap. 3. contemplationum de Maria Virgine. Richardum à S. Laurentio libro 5. de laudibus Virginis columna 352. Bonauenturam item in laudibus B. Virginis, quas rhithmis compoſuit. Birgittam lib. 3. reuelationum cap. 10. Romæum in paruo ſacello, icone 14. Poiræum doctè & floridè ſe effundentem, triplicis Coronæ tractatu 2. cap. 6. §. 7. n. 4. Nouarinum in vmbra Virginea n. 321. Bonartium commentario in Eccleſiaſticum cap. 43. verſu 12. Spinellum cap. 16. n. 1. ac denique Pintum Ramirez de Conceptione n. 147. Qui omnes copiosè oſtendunt, Matrem Dei eſſe arcum timendum dæmonibus, verendum hæreticis, amabilem probis, Deo chariſſimum, omnium perfectionum coloribus ornatum, fœcundum ad gratiam, ad ſecuritatem ſalutis efficaciſſimum, ſymbolum ſingulare reconciliati Numinis, & ſexcenta alia, quæ in figura, in coloribus, in ſubſtantia Iridis, perlegere nouit ingenioſa deuotio.

Anno Mundi 1658. ante Chriſtum 2326. Arphaxad ex Semo naſcitur. Geneſis, cap. 11.

Anno Mundi 1693. ante Chriſtum 2291. Sale ex Arphaxad oritur. Geneſis cap. 11.

Anno Mundi 1723. ante Chriſtum 2261. Heber, à quo dicti Hebræi, in mundum prodit. Ibidem.

Anno Mundi 1757. ante Chriſtum 2227. Phaleg; ſub quo facta eſt diuiſio terræ, ex prædictione Heberis parentis ipſius; naſcitur. Geneſis cap. 10. & 11.

Anno Mundi 1787. ante Chriſtum 2197. Reu, ſiue Ragau oritur, cuius tempore Monarchiæ variæ initium ſumunt, præſertim Aſſyriorum Monarchia, Geneſis cap. 10. & 11.

Anno Mundi 1819. ante Chriſtum 2165. Sarug ortum habet, cuius ætate caput extulit Idolatria. Geneſis cap. 11. & Epiphanius initio Panarij.

Anno Mundi 1849. ante Chriſtum 2135. Nachor exoritur Sarugo patre. Geneſis cap. 11. quem Deorum multitudini ſeruiuiſſe nonnulli autumant.

Anno Mundi 1878. ante Chriſtum 2106. Thare viuere cœpit. Geneſis cap. 11. & Idolis cultum exhibuit. Ioſue cap. 24.

Anno mundi 1948. ante Chriſtum 2036. Abraham naſcitur, credentium dictus pater, dilectiſſimus Deo. Geneſis cap. 11.

Anno Mundi 1958. ante Chriſtum 2026.

A NOn longè poſt natom Abraham, hoc eſt, decem poſt anois, nata eſt futura eius vxor, & credentium nobilis mater, Sara, vt habetur ex Geneſis cap. 17. Hanc cùm multæ virtutes commendabilem faciant, tum hæc eiuſdem maxima felicitas fuit, quòd Mater Chriſti ex eius propagine ductura eſſet originem. Nec parum ad gloriaoi faciunt, quòd Deiparæ Virginis expreſſa retinet, & iure oſtentat, præclara veſtigia. Longum eſſet cuncta perſequi. Sara Domioam ſonat; fide concipit, & parit eum, qui riſus eſſet & gaudium patris totiúſque familiæ; parit ſterilis; quam propter vapulant Ægyptij; pulchritudine placet omnibus; virum liberat, cum eodem peregrinatur. In his omnibus ſeſe efferuot nobilia quædam perfectionum Deiparæ & præclara lineamenta, quæ vidit Richardus à S. Laurentio lib. 4. de laudibus Virginis columoa 286. & libro 11. columna 705. Item Bonauentura in Speculo lectione 6. Spinellus cap. 5. n. 5. & tractat ornatiſſimè Poiræus triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 4. n. 3. ac denique Salianus in Annalibus veteris teſtamenti.

Anno Mundi 2048. ante Chriſtum 1936. Iſaac centenario iam Abrahamo exoritur de Sara coniuge nonagenaria, & à matre lactatur. Geneſis cap. 21.

Anno Mundi 2087. ante Chriſtum 1897.

A REbecca Bathuelis filia, *puella decora nimis, virgóque pulcherrima & incognita viro*, deſponſatur Iſaaco. Geneſis cap. 24. 25. 26. In qua muliere ſiue cooſideres humilitatem, ſiue virginitatem, ſiue charitatem, & gratiam hoſpitalitatis, ſiue circumſtantias nuptiarum, ſiue ſterilitatem fœcundatam, ſiue ſedulum in obſequentes ſibi, more Iacob, & officioſum animum; ſemper illuſtria dabuntur veſtigia, quibus quod reipſa in Deipara mirabiliter fulſit, in Rebecca rudiore ſtilo præceſſit. Notauit iſta iucundiſſimè ſimul & doctiſſimè Scherlogus in Cantica veſtigatione 3. explanatione moralı, ſectione 1. Notauit & ſuo more eleganter Poitæus in triplici Corona tractatu 1. cap. 3. §. 4. n. 7. vbi virginitatem cum virginitate, miſericordiam cum miſericordia, ſollicitudinem cum ſollicitudine, ſi qua tamen poteſt eſſe comparatio, comparat. Et tractatu 5. cap. 5. §. 1. mirabilem curam Rebeccæ erga Iacob, præluſiſſe oſtendit charitati & ſtudio Mariæ, erga dilectos ſuos benedictione cæleſti cumulandos. Nouarinus item in vmbra Virginea n. 982. parallelum hoc egregiè explicat. Et ante hos omnes Richardus à S. Laurentio libro 2. de laudibus Virginis columna 97. & libro 4. columna 235. & 292. & 325. libro denique 5. columna 336. & 442. Beroardus ſermone 6. de Beata Virgine. Antoninus 4. parte, titulo 15. cap. 2. Caniſius in opere Mariali libro 1. cap. 2. columna 15. Dionyſius denique Alexandrinus in quæſtionibus Samoſatenſibus, ſub finem, quæ habentur tomo 3. Bibliothecæ Sanctorum Patrum. Et alij apud præcitatos authores.

B Circa verò Rebeccæ tempora, Idololatria totum penè orbem tenente, Priocipes tenebrarum, obſcurare volentes futurum Meſſiæ de Virgine partum, falſas variorum Theogonias procuderunt. In vulgus ſparſerunt; prodiiſſe Mineruam ex patre Ioue ſine matre; Vulcanum ex Iunone ſine concurſu patris; Bacchum ex Iouis crure; ex Latooa mortali & Ioue immortali Phœbum atque Dianam; Venerem ex ſpuma Oceani, & ex lotio Orionem; ſimiliáque permulta & pérquam falſa prodigia. Sed his fabulis impedire, non potuerunt Virgioei partus datas de cælo promiſſiones: Quin etiam iiſdem architecti ſui confodi potoeruot, quod præſtat Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 12. & Ruffinus in expoſitione Symboli: & Caniſius lib. 2. Marialis cap. 7. vbi ait, partu Mineruæ probari partum Chriſti, ſi enim fieri potuit ex cerebro Iouis partus illius, quantò magis partus huius ex aluo virginea?

Anno Mundi 2107. ante Chriſtum 1877. Iacob Patriatcha ex patre Iſaaco viuere incipit, poſtmodùm Iſraël ab Angelo vocatus; & duodecim Patriarcharum parens, populi fuit origo Iſraelitici. Geneſis cap. 25.

Anno mundi 2184. ante Chriſtũ 1800.

A PRoficiſcenti Iacob in Meſopotamiam, & fatigato ac dormienti in Betbel, apparuit Deus adnitens ſcalæ, vt dicitur Geneſis cap. 28. de qua myſtica ſcala mirabilia enarrantur. Nec dubium eſt, quin pulcherrimum Deiparæ Virginis extiterit Symbolum. Dicitur quippe ſcala illa *Domus Dei, & Porta Cæli*, vocatur *locus terribilis*, huic innititur Deus, per hanc Angeli aſcendunt & deſcendunt, peregrinanti obiicitur, & feſſo, & iacenti, & dormienti ſupra Petram, & in alienam terram eunti, ſponſamque quæritanti. Quæ omnia congruere, vt ſcalæ, ſic Virgini, Sancti Patres oſtendunt. In primis Auguſtinus ſermone 15. de tempore. Fulgentius ſermone de Laudibus Virginis. Germanus Conſtantinopolitanus oratione de Natiuitate Deiparæ. Ioannes Geometra Hymno 1. Miſſa Moſarabica, quæ habetur in Patrum Bibliotheca impreſſionis Colonienſis pag. 773. Euſebius Gallicanus ſermone in vigilia Natiuitatis circa finem. Damianus, ſermone 4, de Virginis Natiuitate. Bernardus, ſermone de aquæductu. Quem fuſiſſima copiâ ſubſequitur Richardus à S. Laurentio lib. 10. de Laudibus Virginis columna 629. & 631. tum Bonauentura in rhithmis laudis Virgineæ, & in pſalterio minore prima quinquagena. Spinellus cap. 16. n. 9. apud quem habes multitudinem Patrum idem aſſirmantium, præſertim Rupertum, Ephrem, Methodium, Andream Cretenſem, Damaſcenum & alios, cum quibus Eccleſia gratulabunda clamat: *O glorioſa Domina: Tu Regis alti Ianua, & Porta lucis fulgida.*

## Anno Mundi 2191. ante Chriſtum 1793.

A ELapſo ſeptennio in Meſopotamia, contrahit connubia Iacob cum duabus Labani auunculi ſui puellis, Lia & Rachele, vt Geneſis cap. 29. habetur. Agnoſcunt Sancti Patres in vtraque lineamenta quædam perfectionum Deiparæ. Et quidem Richardus à S. Laurentio lib. 4. columna 286. conſiderans fœcunditatem Liæ, non veretur aſſerere, eam Symbolum eſſe fœcunditatis Virgineæ. Sed in Rachele omnes alij & oculos & animum conuertunt, & hæc in ea conſiderant. Rachelis nomen ouem ſonat, Ouis eſt & Maria: Rachel eſt pulcherrima, quid pulchrius Maria? Rachel peperit in ſterilitate, Maria in virginitate: Rachelem amor vrebat liberorum, Geneſis cap. 30. Mariam amor ſaluandorum: Rachel peperit duos, Ioſeph fratrum inuidentiâ venditum, & Beniamin; Maria Ieſum & electos, ſed Ieſum venditum & dira perpeſſum: Rachel fuit Iacobi deliciæ, Maria deliciæ Dei, & Paradiſi amor & gaudium. Reliqua, ſi lubet, proſequere; vel ſi mauis dic ad Mariam cum Epiphanio, oratione de laudibus Virginis circa medium: *Tu es ouis immaculata, quæ peperiſti agnum Chriſtum.* Vide Salianum in Annalibus, & Pintum Ramirez opere de Conceptione n. 1222. necnon Richardum à S. Laurentio loco ſuperiùs citato.

## Anno mundi 2195. ante Chriſtum 1789. Iudam peperit Iacobo Lia, quæ poſteà ceſſauit parere. Geneſis cap. 29.

## Anno mundi 2214. ante Chriſtum 1770.

A IOſepho filio Rachelis oſtenſa eſt in ſomnis futura ſupra fratres ſuos authoritas. Nam eius manipulus à manipulis fratrum adoratus, & ipſe à Sole, Luna, atque vndecim ſtellis ſubmiſsè quaſi ſalutatus, nihil aliud portendebant, quàm imperium in fratres, totámque Iacobi familiam; vt videre eſt Geneſis cap. 37. Bene autem nonnullus, manipulo Ioſephi comparat Sanctiſſimam Dei Matrem. Manipulus, qui viſus conſurgere, adoratus eſt ab omnibus, manipulus plenus abundantia meritorum, manipulus dignus qui vel vnus colligeretur ex ſemine ſanguinis Dominici, & Chriſti paſſionum; quod ſectè notauit Salazarius de Conceptione cap. 24. n. 162. his verbis: *Aliorum hominum ſalus leuiores fuit negotij, in quo tantum támque effuſum Redemptionis pretium non ſatis vtiliter ac dignè collocatum videri poſſet. Sola Maria proprium, &, ſi fas eſt dicere, dignum Incarnationis Chriſti opus, ac negotium.* Antè dixerat Ildephonſus libro de virginitate Mariæ cap. 12. *Procido ante te ſolum opus Incarnationis Dei mei.*

## Anno mundi 2215. ante Chriſtum 1769.

A IOſeph à fratribus per inuidiam venditus, & in Ægyptum ab emptoribus ſuis, Madianitis negotiatoribus, deductus, ab Putiphare Præfecto cubiculariorum Pharaonis Regis emptus iterum ibidem eſt. Geneſis cap. 37. Apud quem cùm adoleuiſſet, ab iſtius coniuge fruſtrà eſt ſollicitatus ad ſtuprum. Innocentiæ tamen ſuæ atque virtutis ſuſtinuit pœnas triennali carcere. Vnde ad interpretandum Regis ſomnium eductus, cùm imminentem fertilitatem annorum ſeptem, ac totidem ſterilitatem prædixiſſet, toti Ægypto præficitur, & curru per vrbes defertur regio, anno à captiuitate ſua decimo tertio. Huic regio Ioſephi currui, quem

## Anno mundi 2228. ante Chriſtum 1756.

A IOſeph conſcendit, & quem currum ſecundum, non primarium, fuiſſe certum eſt, primo enim curru Rex deferebatur, de quo etiam curru mentio fit Geneſis cap. 41. Iuſti hominis animam æquiparant Auguſtinus in pſalmum 67. verſu 18. & ibidem Caſſiodorus; Beda in Geneſim cap. 41. Clemens Romanus libro 5. Conſtitutionum cap. 14. Cyrillus in Abacuc cap. 3. verſu 50. & alij. Sed ad rem noſtram magis appoſitè Ioannes Geometra hymno 3. circa medium comparat Dei Matrem. Maria enim Chriſti, hoc eſt, Ioſephi noſtri currus eſt, ſed triumphalis, ſed ſecundus: ſecundus, inquam; ſinus etenim Patris primus eſt Chriſti currus, quo ab æterno placidiſſimè geſtatur: ſecundus eſt Maria, quo geſtatur in tempore, currus à Rege datus, datus ob ſapientiam, currus deferens per vrbes Ægypti, & deferens clamante Præcone, & vt cognoſcatur quis præſit Ægypto, quis habeat curam colligendi frumenti ac regni gubernandi. *Mariam Chriſtiferam* vocat in epiſtolis ſuis Martyr Ignatius.

Digitized by Google

### Anno mundi 2231. ante Chriſtum 1753. Phares naſcitur ex Iuda & Iudæ nuru Thamare. Geneſis cap. 38.

### Anno mundi 2254. ante Chriſtum 1730.

PRæſentiens Iacob Patriarcha aduentantem mottem, filios ad ſe vocat, & bene precatur A ſiogulis, annuncians ſingulis iiſdem, quæ ventura ſint eis. Inter cæteros ſic de Iuda ptophetat Geneſis cap. 49. *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus Leonis Iuda, ad prædam, fili mi, aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium, ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi! aſinam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Hæc ptophetiæ verba vix ad perſonam Iudæ modica ex parte ſpectant, ſed ad eius Poſteros, maximéque ad Chriſtum & Beatam Virginem, vt communiter aduertunt Interpretes & Sancti Patres, Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 41. Theodoretus & Origenes in Geneſim. Bernatdus ſermone 1. in vigilia Natiuitatis Domini, Peretius, Toſtatus, Vatablus, Iuliaous Archiepiſcopus Toletanus libro primo cootta Iudæos paulò vltra medium, & alij. Sed appoſitiſſimè Epiphanius libro 3. contra Hæreſes, hæreſi 58. alias 78. contra Antidicomarianitas ſic ait: *Si catulum Leonis Iudam Iacob nominans, Chriſtum quadam ſermonis figurâ adumbrauit; non abſurdè matrem illius Leænam appellabimus? Quî enim Leo generari potuit, niſi mater eius Leæna nominaretur? vel porrò Leæna ſecundò non parit, ita Sacroſancta Maria, &c.* Eſt igitur Beatiſſima Virgo, ſicut Chriſtus Leo de tribu Iuda, ita ipſa Leæna de tribu Iuda: In quos omninò duos hic propheticus ſermo intendit cùm ait: *Accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna.* Ob iſtos enim duos habet tribus Iuda, vt laudent eam fratres eius, vt in fortitudine oulli cedat, vt in abundantia vini, lactis, & omnium diuitiarum, oulli cedere poſſit, & nulli conſerri, vt denique omnibus imperet, & ereptum ſibi temporale ab Herode regnum, longè nobiliore guberoandi modo retineat. A Iuda tamen, quod obiter notandum, tota gens Iudæorum poſteà denominata eſt.

### Anno mundi circiter 2256. ante Chriſtum 1728.

IOb, Deo permittente exercetur: vir multarum palmarum, quas reportauit in Satanam, A priùs ab eodem tum domeſticis miſeriis, ac liberorum clade luctuoſa, tum corporis vlcere grauiſſimo ac variis incommodis afflictatus. Poſitum in ſtercore implicatúmque malis ſuſtentabat cogitatio naſcituri de Virgine Redemptoris: *Scio quòd Redemptor meus viuit, quem viſurus ſum ego, & oculi mei conſpecturi ſunt, &c. Iob. cap. 19.* Quæ verba intelligi debere de Verbo ex Maria Virgine incarnato, teſtatur Gregorius Magnus libro 14. Moralium cap. 26. Hieronymus item epiſtola 61. ad Pammachium. Auguſtinus ſermone 6. de tempore, S. Thomas 3. parte, quæſt. 53. art. 1. & in Iob cap. 19. lectione 2. & communiter alij: quæ proinde verba, prophetia quædam ſunt, ſpectans ad B. Virginem, & hoc loco non omittenda, licet Iob non ſit ex proſapia Patriarchæ Iacob; nam communiter tenetur pronepos fuiſſe Eſaü.

B Sed enim multos Deus, etiam inter medios Gentiles, habebat, qui non curuabant genua ante Baal, per quorum ora multa effundebat, quæ ad Chriſti gloriam & Matrem eius pertinebant. Imò ipſis etiam nonnunquam vtebatur Idolatrarum linguis, quibus aperiret futura ad Incarnationem Meſſiæ ſpectantia: quod patentiſſimum eſt in Sybillis, quas olim extitiſſe nemo, quod ſciam, niſi qui Caballiſticam redolent, negat. Agnoſcunt eas Lactantius lib. 1. de falſa Religione cap. 6. & libro de Ira cap. 22. Ambroſius in prioris ad Corinthios cap. 11. Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate cap. 23. & his antiquiores penè innumeri: Ex Græcis Ariſtonicus & Apollodorus apud Lactantium, Diodorus Siculus lib. 4. Pauſanias in Phocicis, Plutarchus in Publicola, Mario, & Cicerone, Suidas in Sibylla & Ilio. Et ex Latinis Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 1. Tullius de Diuinatione lib. 1. Seruius in 4. Æneidos. Liuius Decadis 1. lib. 3. & paſſim in aliis. Suetonius in Octauio. Tacitus lib. 5. Annalium. Plinius lib. 13. cap. 13. Solinus Polyhiſtor. cap. 7. Gellius lib. 1. cap. 19. Macrobius lib. 1. cap. 17. ac rem denique omninò teſtantur Sibyllini libri diu Romæ in Capitolio ſeruati. Quænam autem fuerint Sibyllæ, & quot, non eſt facile expedire. Ludouicus Viues commentario in librum 18. de Ciuitate Dei cap. 23. & vnde ſint dictæ explicat, & docet ab aliquibus Græcis vnam tantùm admitti, à Martiano Capella duas, tres à Plinio, ab Æliano quatuor, ab aliis ſex, à Varrone decem: cui opinioni cum Lactantio & Suida adhæret. Vulgus tamen authorum nunc duodecim enumerat. Sed qua ratione? opinor non meliore, quàm quòd iſto numero earum vaticinia de Chriſto, ex vetuſtiſſimo codice deſcripta leguntur, vt videre eſt in Sibyllinis oraculis, quæ de Germania prodierunt, vt refert Sixtus Senenſis, & habentur in Bibliotheca Græcorum Patrum, atque apud Caniſium lib. 2. de Beata Maria cap. 7. Boniſacium in hiſtoria Virginali lib. 1. cap. 2. Poiræum Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. & alios, qui eiuſmodi Sibyllas hoc numero recenſent: Chaldæam, Lybicam, Delphicam, Cymmeriam, Samiam, Cumanam, Helleſpontiacam, Phrygiam, Europæam, Tyburtinam, Agrippinam, Erythræam. Quæ omnes an inſpiratæ à Deo ventura prædixerint, an impulſæ à dæmone, dubitarunt Patres, aſſeruítque Ambroſius, in epiſtola prima ad Corinthios cap. 11. agitatas à ſpiritu peruerſo præſenſiſſe futura, & expreſſiùs Chryſoſtomus in eandem epiſtolam homilia 29. Id tamen negat Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, verſus finem, vbi affirmat, diuinationem eſſe præmium virginitatis Sibyllarum, & Hieronymo communiter omnes ſubſcribunt. Nec refert quod Sibyllæ ſimulachra colerent,

lerent, aot emotæ mentis, atque corporis agitati motos haberent inconditos. Potuit enim Deus, ſicut vſus eſt Balaamo nefario homine ad dicendum ventura, ita Sibyllis vti: quod eo fortaſſis etiam libentiùs factum eſt, quòd prænunciata ab illis, magna cum veneratiooe admittebantur à popolis, ad qoorum deinde conoerſionem non mediocriter illa vaticinia ſeruierunt. Vide, ſi lubet, Origenem lib. 5. eontra Celſum. Baronium aono Chriſti 389. n. 56. Diuum Thomam 2. 2. qoæſt. 172. att. 6. ad 1. Delrium diſquiſitione Magica libro 2. Lorinum in Numeros eap. 22. Cotoelium ibidem, & alios. Et hæc dicta ſint de Sibyllis in genere.

C Ex illis in particulari; eirca hunc annum ponitur à nonnullis obitos Sibyllæ Sambethæ, quam alij Hebræam, ſiue Chaldæam, aut Babylonicam, Aſſyrlam, Perſicam, ſiue falſam Erythræam appellant. Cùm enim ſub finem libti tertij oraculorum, dicat ſe fuiſſe nurum Noëmi, & alionde feratur ad ſeptingentos vixiſſe annos, vt refert ex Ouidio Genebrardus ad annum mondi 2049. ſi tempore diluuij nata eſt eentum annos, debuit vitam ad hæc vſque tempora prorogaſſe. Multa præſagiit, quæ poſt diluuium acciderunt, vt de Titanibus, de regnorum mutarionibus, de Chriſto, de Deipara, de Ioanne Baptiſta præcurſore. Vide Bonifacium in hiſtoria Virginali lib. 1. cap. 2. Caniſium libro 2. Marialis cap. 7. Poiræum Triplicis eoronæ tractatu 1. eap. 12. § 2. Boxium libro 9. de ſignis Eccleſiæ. Antimachum præfatione io Sibyllina oracula, vbi eam vocat Sibyllam Chaldæam ſioe Perſicam. Ipſa verò, ſuh finem tertij libri Oraculorum, prædicit ſe fore appellandam, ſed falsò, Erythræam ex matre Circe & Gnoſto patre: & ſub fioem ſeptimi libri ait ſe ſub ſenium ſeripſiſſe. Lactantius refert plura ex illa, lib. 4. Inſtitutionum cap. 15. 16. 17. 18. 19. 20. &c. & libto 7. eap. 24. Proſper de promiſſionibus, refert verſus Sibyllæ Erythreæ promiſſione 1. 2. 3. Sixtus Senenſis lib. 2. verbo Sibylla, & verbo Sibylla Erythræa. Scio Coroelium in cap. 7. Geneſis, & Salianum ad annum mundi 1656. n 9. & ibidem in ſcholijs, non approbare hanc Sibyllam tam annoſam eſſe, & opinari verſus, quibus id probetur, furtiuè foiſſe ſuppoſitos à ſciolo quodam, eùm iiſdem etiam dicatur, atcam io Phrygia poſt diluuium manſiſſe, quæ eapite S. Geneſis requieuiſſe dicitur in mootibus Armeniæ. Quid ſi per Synecdochen, pro minore Aſia partem eius aliquam Sibylla poſuit, nimirum Phrygiam? quod liberiùs tolerasi poteſt, cùm aliuode deſignatur ſatis vel locus, vel ciuitas, vel mons, vt Sambetha fecit, quum dixit, illum eſſe montem, *Ararat quem nomine dicunt*. In re tam aneipiti malo hic Sybillam iſtam reponere, cùm nullum planè indicium habeam alterius temporis. Verſus porrò, quibus de Chriſto & Deipara loquitur, hi ſont ex vetuſto codice, qui nunc eontioetur tomo 1. appendicis Bibliothecæ Sanctorum Patrum, per Margarinom de la Bigne digeſtæ.

*Virgine matre ſatus pando reſidebit aſello,*
*Iucundus Princeps, vnus qui ferre ſalutem*
*Rite queas lapſis, &c.*
*Ille Deus caſtâ naſcetur Virgine magnus.*

Plures alij continentur lib. 3. & lib. 8. Oraculorum Sibyllinorum, quibus non tam prophetia, quàm Euangelica hiſtoria videtur perlegi.

Anno mundi 2279. ante Chriſtum 1705. Eſron ex Phares circa hoc tempus natus videtur: huius mentio fit Ruth cap. 4. Matthæi cap. 1. & Lucæ 3.

Anno mundi 2327. ante Chriſtum 1657. Aram imminente iam, vel certè iam premente captiuitate Ægyptiacâ ex patte Eſron prodiit. Eius nomen habetur in locis paulò antè citatis Ruth, Matthæi, Lucæ.

Anno mundi 2367. ante Chriſtum 1617.

A SÆuiebat plurimùm Ægyptiaca captiuitas, cùm naſcitur Maria Amrami filia ex tribo Leui, patre ſeptuageſimum tertium annum agente. Septem ante fratrem Moyſem annis in lucem exorta eſt, vt Hebræis placet in Chronico, & conſequenter annis quatuor ante Aaron, vt colligitur ex libro Exodi cap. 7. Hanc mulierem multa poſtmodùm commendarunt. Primùm ipſum nomen Mariæ, quod Domioam ſonat: Deinde quòd eius prudentia ereptus ex vndis Moyſes ad domum patris reuocatur, vt dicitur Exodi cap. 2. quòd ſacerdotis Aaron, & Moſis Legiſlatoris germana ſit ſoror; quòd cum illis traduxit populum Iudæorum per Erythræum mare: quòd prima præcinuit in choro mulierum, pulſaríque tympanum ad laudes diuinas poſt præterlapſum mare: quòd egregia propheriſſa. Sed vt ſint iſta magnifica, in honc potiſſimùm finem magna ſunt, quòd ſaltem rudiori pictura quodammodo adumbrant virtutes matris Dei Virginis Mariæ. Sic Patres exiſtimant, qui hanc veterem Mariam ſæpe cum Deipara diligenter componunt. Inter cæteros Chryſologus iucundè id præſtat ſermone 146. circa duas tertias partes eiuſdem ſermonis. Item Auguſtinus ſermone 21 de tempore circa medium. Gregorius Nyſſenus, Ambroſius, Antoninus, quos Poiræus citat Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 3. § 5. vbi ipſe latè ac pulcherrimè explicat totum hoc parallelum. Caniſius denique lib. 1. de B. Maria cap. 1. initio.

Anno mundi 2373. ante Chriſtum 1611.

VIx bene natus Moſes, cùm latère ampliùs non poſſet, exponitur ad Nilum à matre Iochabeda in fiſcella ſcirpea, & inde à filia Pharaonis attollitur vt educatur, Exodi cap. 2. Huic fiſcellæ ſcirpeæ comparat Ambroſius ſuper Apocalypſim cap. 6. circa medium, Beatiſſimam Deiparam, quam Sapientia Dei elegit, vt in ea, & per eam Chriſtus nobis expoſitus mortalis huius vitæ committeretur fluctibus; cuius fiſcellæ bitumen vult eſſe virginitatem, pice verò humilitatem adumbrari: ſic expoſitum verò Chriſtum à Pharaonis filia attolli & nutriri, id eſt, à populo Gentium colj & amari. At Richardus à

S. Laurentio lib. 6. de laudibus Virginis columna 421. Mariam mauult Iochabedæ matri Moyſis eſſe perſimilem : cui Caniſius in opere de B. Maria conſentit lib. 1. cap. 6. Et Cornelius in Exodum cap. 1. Vt hæc enim Moyſem in fiſcella ſcirpea flumini expoſuit : ita Virgo Dei genitrix Verbum Dei in humanitate velut ioclusum mundo propoſuit, & Deum in ſe immortalem mortali in carne exhibuit, &c.

Anno mundi 2375. ante Chriſtum 1609. Aminadab filius Arami, & Esronis pronepos circa hoc tempus exoritur. Nominatur apud Ruth, Matthæum, Lucam, ſuprà allegatos.

Anno Mundi 2423. ante Chriſtum 1541. Nahaſſon non longè hinc naſcitur, poſteà futurus præſtantiſſimus ductor, & electus à Deo, qui tribum Iuda in terram promiſſionis deduceret. Numerorum cap. 2. & 7.

Anno Mundi 2452. ante Chriſtum 1532.

MOyſes anno ætatis ſuæ octogeſimo, dum A
ad montem Oreb, qui & Sinai eſt dictus, greges paſceret, cæleſti oraculo monitus eſt & animatus ad liberationem gentis ſuæ de captiuitate Ægypti, viditque Angelum loquentem ſibi de medio flagrantis & inuiolati ab igne Rubi, atque imperantem vt ad populares ſuos rediret, eóſque à tyranoide Pharaonis eriperet. Huic intemerato rubo, tum Eccleſia in Officio B. Virginis, tum crebertimi Sancti Patres integerrimam comparant Virginitatem Deiparæ. Rubum quippe ardentem intuetur homo de aquis extractus, ab aula profugus, in aliena terra peregrinus, oues paſcens, & paſcens in deſerto; ac viſionem quidem videt in loco excelſo, in monte ſemoto, in ſancto ac ſacrato ſolo, quod calcari non debet calceatis pedibus; audit diuinas voces procedentes de rubo, & populi ſpem, liberationem, ſalutem oppidò pollicentes. Hæc omnia aliáque dum conſiderant Patres Deiparæ adaptant. Ex Græcis Thaumaturgus oratione 3. de Annunciatione ſub finem. Nyſſenus de vita Moyſis, & ſermone de Natiuitate. Methodius in Hypapante paulò vltra medium. Proclus initio orationis de Natiuitate Chriſti. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pag. 453. literâ B. Andreas Ieroſolymitanus oratione de Arca, circa tres quartas partes. Chryſippus oratione de Deipara circa ſeptimam illius particulam. Heſychius oratione de B. Virgine circa quartam. Theophanes hymno in Annunciationem circa medium. Ioannes Damaſcenus hymno in Theogoniam, & hymno in Annunciationem ſub finem. Theodorus Ancyræ parte 3. cap. 10. Concilij Epheſini. Origenes tomo 3. homilia 1. ex decem varijs. Ex Latinis verò Ambroſius in Apocalypſim cap. 6. Beda 5. Exodi cap. 5. Ildephonſus ſermone 1. de Aſſumptione verſus finem. Bernardus homilia 2. de B. Virgine. Idiota contemplationum de B. Maria cap. 3. Amedeus de Virginis laudibus homilia 3. ſub finem. Richardus à S. Laurentio lib. 12. columna 958. Bonauentura in laude rhithmica B. Virginis, & in Speculo lectione 15. Atque ex recentioribus rem vberiùs tractauerunt, Spinellus cap. 32. n. 13. Poiræus triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 2. Salazarius de Conceptione cap. 38. n. 7. Fernandius de viſionibus pag. 194. Caniſius lib. 2. Marialis cap. 6. Nouarinus in vmbra n. 994. apud quos nonnullos alios citatos reperies. Imò reperies Chriſtum à communi hominum maſſa & colluuie extractum, & à cæleſti aula in terra noſtra peregrinum, in Virgineo rubo audiſſe ſimul atque reddidiſſe voces ſalutem reſonantes, & ſimilia quæ quiſque facilè percipit.

Sed & virgâ ſuâ Moyſes mira patrauit, afflixit-
B que populos Ægypti multiplicibus plagis, donec, iubente *Deo*, captiuam Iſraëliticam gentem dimittunt ſacrificaturam Numini, & abituram deinceps in terram promiſſionis. Iſtud facinus videre eſt Exodi cap. 4. & ſequentibus vſque ad 15. Fuit verò hæc virga, Symbolica imago Beatiſſimæ Virginis, quâ Deus terribiliter percuſſit inimicos gentis electæ, prædones ſcilicet tartareos; qua item conuerſante, & quodammodo conuerſa in miſerias noſtras, velutique quodam ſerpente in carne peccati, conſumpſit peccati illecebras, & ſerpentinam vitiorum omnium colluuiem; quâ denique diuiſit difficultatum Oceanum nimiùm obſtantium, liberúmque iter impedicotium ad patriam cæleſtem. Parallelum hoc non tantùm Damianus habet ſermone 40. de Aſſumptione: Sed inſuper Cyrillus catecheſi 12. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pag. 453. literâ B. Bonauentura in carmine ſuper *Salue*, vbi Mariam vocat *Draconinam peccaminum*. Richardus à S. Laurentio fuſiſſimè libro 12. de laudibus Virginis columna 1025 Nouarinus in vmbra Virginea n. 340. Ac denique Spinellus cap. 20. n. 14. & cap. 24. n. 9. 10. 11.

Rurſus addidit Deus nouum in terris prodigium, nouam Virginis figuram. Egreſſo ex Æ-
C gypto Rameſſe populo Iſraelitico præeuntem columnam conſtituit, quæ mirabili luce de nocte ſplendeſcens, eadem de die nubis in morem condenſata vmbram faceret, caloréſque Solis nimios temperaret, deduceret denique populum in promiſſam terram crutum omnium rerum periculis; modo fideli obſequio tam eximiæ diuini numinis erga ſe beneuolentiæ ſtrenuè reſponderet. Nouam hanc, lucem dicam an vmbram? adumbrare Mariam, illam, inquam, cæli ducem ac viam, ſentit Epiphanius oratione de *B.* Virgine. Sentit Bonauentura in Speculo, cap. 3. Hugo Cardinalis in Eccleſiaſtici cap. 24. verſu 7. Richardus à *S.* Laurentio parum rem attingens lib. 6. columna 391. Nouarinus in vmbra Virginea n. 564. & 719. *Salazarius* de Conceptione cap. 38. n. 12. ac denique ſatis amplè Spinellus cap. 3. n. 5. & alij, qui in columna nubis hæc attendunt officia: primum, per deſerta præire, ac tutò deducere in terram lacte & melle fluentem; alterum, ab æſtu protegere, & ſolaris radij intemperiem refringere: tertium, lucis ſuæ fulgore tenebras noctis depellere: quartum, in-

terficere exercitum inimicorum & ſubuertere rotas curruum, Pharaonémque ſubmergere: quintum denique, incumbere tabernaculo, illúdque velut in ſe complecti. Quæ omnia patent ex cap. 13. 14. & 40. Exodi; nec difficulter poſſunt accommodari Deiparæ.

Aliud prodigium Manna fuit, quod & fuit D
aliud Virgineæ perfectionis perilluſtre Symbolum. In manna hæc Scriptura notat; datum fuiſſe, cùm alij ex Ægypto cibi populum deficerent; præparabatur ſolum quo exciperetur præuio molli gelu ſiue pruinâ; non decidebat niſi manè ante Solis exortum, ac velut granum coriandri, durum ac pilo tunſile, poſt exortum Solis penitus liqueſcebat radiorum Solis impatiens, vel potiùs pigrorum ac ſplendidè dormientium manus effugiens; congenitus ipſi ſapor erat quaſi ſimilæ mellitæ aut oleatæ, qui tamen in alium ſaporem pro deguſtantis arbitrio verteretur; Gomor ſingulis nec ampliùs quotidie in cibum dabatur, nec ſi quis plus minúſue pro arbitrio colligeret, aut abundabat, aut deficiebat reuerſus ad caſam; duplicabatur Gomor in ſexta feria, & quod non poterat diebus aliis in craſtinum vnquam ſeruari, tunc dies duos manna perdurabat, vt Sabbato nemo laboraret. Denique collectum eſt, in memoriam tanti beneficij, Gomor mannæ, quod reconditum in vrna aurea iuſſu Dei collocatum eſt iuxta arcam fœderis. Res tota colligitur tum ex libro Exodi cap. 16. tum ex lib. Sapientiæ cap. item 16. Ex epiſtola 2. ad Corinthios, cap. 8. & ex Epiſtola ad Hebræos cap. 9. Quamuis autem certum ſit, hoc tam ſingulari & excellenti cibo figurari Euchariſtiam, vt conſtat ex Chriſti verbis Ioannis cap. 6. & communi Patrum conſenſione. Non pauci ſunt tamen, qui in hoc manna vmbram Virginis aſpiciunt. Sic inter cæteros egregiè Ambroſius ſermone 3. qui eſt de pſalmo vigeſimo primo: & Bernardus ſermone 3. in *Salue Regina*: quibus conſentit, & rem iucundè explicat Nouarinus in vmbra Virginea n. 1183. & alij, qui deuotionis Marianæ vtiliſſimum ſimul & gratiſſimum ſaporem deguſtandum propinant, feruentibus dari aſſerunt, negligentibus negari; adhibitâ præparatione eſſe recipiendum, & ſæpe velut maſticandum, aliáque eiuſmodi inculcant.

Multò verò ſunt plures, qui in Vrna aurea E
eandem Virginem figurari fidenter affirmant. Nam præter Bernardum paulò ante citatum, ita cenſet Epiphanius in orat. de laudibus *B.* Mariæ, circa quadrantem. Methodius in Hypapante paulò vltra medium. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 1. Bibliothecæ Patrum Græcorum pag. 452. Andreas Ieroſolymitanus oratione de Salutatione Angelica. Ephrem de *B.* Virginis laudibus. Miſſa Moſarabica, & Damaſcenus ſermone de dormitione Virginis, vbi eam vocat, *Vrnam mannæ Sanctiorem Sanctis.* Paulò fuſiùs autem Bonauentura rhithmo de laudibus *B.* Mariæ, figurâ octauâ. Et Spinellus cap. 5. n. 41. atque Caniſius lib. 3. Marialis cap. 7. Quibus adijce Richardum à S. Laurentio libro 4. columna 183. atque Amedeum homilia 1. de laudibus Virginis ſub finem. Et certè notum eſt vrnam adhiberi menſurandis rebus, condendis cineribus ac lachrimis mortuorum, ſortibus iaciendis. Nunquid Maria eſt menſura omnium, præſertim gratiarum? Nunquid lachrimas, ſudores, & cineres peccatorum recipit & conſeruat? Nunquid præſidet omnium ſortibus? ſed potiſſimùm manna capit, dum Chriſtum concipit, & velut vrna aurea ponitur ab Aarone iuxta arcam fœderis, ſiue ad latus arcæ, &c.

F Sitienti in deſertis locis populo aqua neceſſaria fuit: percuſſa iuſſu Dei copioſam fudit limpidámque Petra, non tantùm ad potum, ſed ad cætera quoque huiuſce vitæ ſubſidia, vt dicitur Exodi cap. 17. Hac Petra quamuis, poſt Apoſtolum prioris ad Corinthios cap. 10. communiter Sancti Patres repræſentari Chriſtum velint, qui, vt petra, percuſſus *ſitientium corda populorum perenni riuo ſui ſanguinis inundauit*, vt loquitur Auguſtinus tomo 10. ſermone 108. non pauci tamen iudicant in hac petra gloriam Deiparæ exprimi. Certè dicitur illa petra fuiſſe altiſſima & duriſſima Sapientiæ cap. 11. vocatur petra Horeb, id eſt, petra ſiccitatis, petra deſerti Exodi cap. 17. longè à caſtris fuit, vt docet Genebrardus in pſalmi 77. verſu 19. Sterilis ad aquam percuſſa petra fluuium euomuit; nec percuſſa fuit niſi coram ſenioribus; eius tamen limpidiſſima vnda omnibus frui licuit, vt patet ex loco citato Exodi. Quid iſtorum Mariæ non conuenit? altiſſima eſt meritis; impenetrabilis aſtutiis dæmonum; ſicciſſima propter abſtinentiam & humanarum carentiam voluptatum; Petra deſerti, ex qua Agnũ emitti exorat Propheta Iſaias cap. 16. Segregata eſt à caſtris, & à tota maſſa peccatrice; percuſſa locutione Angelica, de qua caput ſecundum Lucæ, Chriſtum nobis effudit; nec omnes ex Iſraël cognoſcunt myſterium hoc, ſed tantùm ſeniores, Prophetæ ſcilicet atque Patriarchæ; omnes tamen per eam Chriſto perfruuntur. Quæ omnia & plura alia conſiderant Patres: Andreas Ieroſolymitanus oratione de Annunciatione vltra medium: Methodius in Hypapante vltra medietatem; Guerricus Abbas ſermone 2. de Annunciatione circa tertiam partem; Richardus à S. Laurentio lib. 1. de laudibus Virginis columna 42. Caniſius lib. 4. de B. Maria in Prologo; Galatinus lib. 7. cap. 3. Scherlogus in Cantica Cantic. veſtigatione 1. n. 80. ac denique Nouarinus in vmbra Virginea n. 88.

G Inter varia præcepta, quæ magno numero diuinum Numen Iudæis impoſuit, hæc duo obligabant puerperas. Primum, vt per diuturnum quadraginta, vel etiam octoginta dierum tempus, mulier quæ pepererat, abſtineret à Sanctuario, ſiue communi illo loco, in quo ab omnibus publicè colebatur Deus. Alterum, vt, poſt quadraginta à partu dies, filium primogenitum deportaret in Sanctuarium, & ibidem ita Deo offerret, vt tamen pretio redimeret. Ab vtroque huiuſmodi præcepto liberam fuiſſe Deiparam, vel ſacer ipſe textus ſufficienter innuit, & Patres conſentiunt. Etenim Exodi cap. 13. & 34. & Numerorum cap. 8. ſatis apparet eiuſmodi præceptis obligari tantùm puerperas, quæ amiſſa virginitate fœtum aliquem genuerunt. Quod non ſiluit Diuus Lucas cap. 2. quando ſic legem refert: *Omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum Domino vocabitur.* Et Leuitici cap. 12. *Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit, immunda erit, &c.* Mariæ autem nec aperta eſt vulua, quæ in

Ipſo partu Virgo permanſit, nec ſuſcepto ſemine coneepit filium. Lege ſi lubet Interpretes io prædictos teatus Scripturæ, & Caniſium lib. 2. Marialis cap. 4. & lib. 4. cap. 12. Item Methodium ſermone de Deipara. Amphilochium oratione de Occurſu Domini tomo 4. Bibliothecæ Patrum; & Tolerum fuſiſſimè iſta tractantem in Lucæ caput 2. Cyrillum lib. 5. de adoratione in Spiritu. Baſilium in Iſaiæ cap. 7. Ildephonſum ſermone 1. de Putificatione, & Bernardum de eadem ſerm. 3. Rupertum in Leuitici eap. 12. & alios, quos magno numero refert Spinellus eap. 37. n. 4. contra Abulenſem.

Speluncam ſubingreditur Moyſes, in qua Numinis ſuauitate delinitus, ſibi gloriam Dei eahiberi videndam petiit; & eerte obtinuit, vt per foramen petræ poſteriora Dei aſpiceret, vt dicitur Eaodi cap. 33. Huiuſmodi Speluncæ imagine adumbrari Virginem non dubitat, qui audit Thaumaturgum ipſam vocaotem *Speluncam* oratione 3. de Annunciatione ſub initium. Et verò quicunque io Virgine ſtabit, videbit in hac vita gloriam Dei, & poſteriora Inearnati Verbi, nempe Sanctiſſimam eius humanitatem; nam anteriora, hoc eſt ſempiterna virtus eius & Diuinitas, in cælo videntur: & præterea poſteriora illa videbit per foramen, id eſt, iuata menſuram Spiritus; audiétque voces bonitatis, miſericordiæ & ſingularis beneuolentiæ erga ſe & reliquos bomines, procedentes tamen a Domino tranſeunte, & per hæc noſtra mortalia ad Patrem redeuote: de quo tranſitu pulcherrima Auguſtinus habet tomo 10. ſermone 52. de tempote. H

## Anno Mundi 2454. ante Chriſtum 1530.

Fit, & mandante Deo, & eaemplar Moyſi monſtrante, in medio Caſtrorum Iudaiei populi, Tabernaculum Dei. Res habetur Exodi cap. vltimo. Erat vero tabernaculum Domus Dei in eaſtris, & hæc diuiſa tres in partes, Atrium, Sanctuarium, Sanctum Sanctorum. Atrium populo etiam patebat, Sanctuarium Sacerdotibus duntaaat, Sanctum Sanctorum ſoli ſummo Pontifici, & in anno ſemel. In Atrio videbatur Altare holocauſti, & in proceſſu Labrum, ſiue vas magnum plenum aqua, vbi Sacerdotes lauabant. In Sanctuario autem, ad læuam quidem verſus Septentrionem apparebat Menſa propoſitionis, cui ſingulis Sabbatis recentes panes imponebantur; & ad dexteram verſus Auſtrum, Candelabrum aureum præfulgebat inſtructum ſuis lampadibus: vlteriùs denique verſus Ortum, & iuxta velum quod ſeparabat Sanctuarium à Sancto Sanctorum, auguſtiſſimo videlicet ae ſacratiſſimo loco, occultabatur Arca fœderis, interiùs & exteriùs auro veſtita, ineludens in ſeſe legis tabulas, & mirabili opere fabrefacta. Huic tabernaculo, quod conſtruait Moyſes, & his præcipuis eiuſdem ornamentis, altari holocauſti, labro ſiue pelui, menſæ, eandelabro, altari thymiamatis, arcæ, imò & arcæ illi parti, quæ Propitiatorium dicebatur, tam crebri Sancti Patres figurari aiuot Virginem, vt nulli non eò eooueuiant. A

Nam quòd tabernaculo adumbretur Dei genitria, & præſignetur ea quæ vetè eſt domus B Dei, teſtatur Thaumaturgus oratione 3. de Annunciatione, vbi inſuper eam vocat *Domicilium Deo dignum.* Item Athanaſius de Deipata circa medium. Andreas Ieroſolymitanus oratione de Anounciatione circa medietatem. Theophanes in hymno de Annunciatione verſus finem. Damaſcenus oratione 1. de Natiuitate, & oratione 1. & 2. de Dormitione, vbi docet eam eſſe *Tabernaculum illud, ex quo vita principium duxit; quod Sanctificauit Altiſſimus.* Idem aſſerit Arnoldus Catnotenſis oratione de laudibus Virginis circa medium; & Bonauentura in Speculo B. Virginis lectiooe 10. circa ſextam partem. Sed longè pleniùs Richardus à S. Laurentio lib. 10. de laudibus Virginis columna 599. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 9. §. 3. n. 3. Barradius autem in Concordia Euangelica fuſiſſimè libro 6. cap. 5. vbi tres tabernaculi partes, non eoncinnè modò, ſed etiam doctè Deiparæ adaptat. Mendoſa ſimiliter in primum librum Regum cap. 4. verſu 11. n. 4. & Caniſius libro 1. Marialis cap. 6. columna 64. Itémque Nouatinus vmbra Virginea n. 555. ac denique Spinellus cap. 5. n. 37. apud quem non paueos reperies Sanctos Patres citatos: & ſine dubio nec paucas nec vulgares Mariam inter & tabernaculum eonuenientias mirari licebit, ſiue materiam ex qua conſtat tabernaculum conſideres, ſiue formam aut venerationem, aliáque eiuſmodi.

C Inter ornamenta tabernaeuli confeſtim ingreſſis obuiam erat Altare bolocauſti, quod quadrata forma exurgens, terreum ita erat, vt eircumquaque à latere quolibet, ligoo ſetioo cingeretur, æreis laminis intus & eatra circumamicto. In medio illius craticula inerat victimas ſuſcipiens, ignémque ſuſtentans, qui ſacrificio inſeruiebat. Monet Petrus Cellenſis cap. 21. de panibus, Dominam noſtram eſſe *altare terrenum*: quia videlicet in terris ſuſcepit Agnum illum, qui in cælo ſinum adimplet Omnipotentis ſui Patris. Hanc tamen Methodius ſermone de Purificatione ſub finem, vocat *altare animatum.* Sed præcipuè dicitur *altare holocauſti*, in qua Chriſtus perfectum & integerrimum holocauſtum oblatus eſt. Ita Nouarinus in vmbra Virginea, n. 396. Quin etiam, vt rectè aduertit Salazarius in caput 9. Prouerbiorum n. 149. ita Beatiſſima Deigenitria eſt altate, vt ſit etiam ipſa Sacerdos, quæ filios quoque ſuos victimat n. 88. Vnde & iuata crucem ſacrificantis munere functa eſt, vt idem author dicit in caput 8. n. 211. At Richardus à S. Laurentio, libro 2. de laudibus Virginis, vocat eam *altare placationis Domini*, qui placatur erga peccatores, eum ſuper boc altate offerunt dona & ſacrificia. Vide illum pagina 149. & recordare illius axiomatis deducti ex Bernardo ſermone de aquæductu: *Quicquid illud eſt, quod offerre paras, modicum iſtud, quod offerre deſideras, gratiſſimis illis & omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam.* In altati holocauſti nihil immundum offerri debebat: quid in Maria? in illo altari iugiter ignis eremabat: ara Virginea continuo Dei amore eaarſit, &c.

D Alterum, quod poſt altare holocauſti, io Moyſis taberoaculo opificium occurrebat, erat Peluis ſiue labrum æneum, quod Hæbrei concham,

Græci lutherem vocant, factum ex ſpeculis æneis mulierum, vt dicitur Exodi cap. 38. tantâ verò capacitate, vt etiam Mare interdum vocetur, continens aquam deſtinatam non modo victimis abluendis, ſed etiam lauandis ſacerdotibus. Quis non videt, verè Mariam dici concham, compoſitam ex ſpecioſiſſimis perfectionibus Sanctatum animatum, complexam omnes gratias, quibus abluatur ille populus, qui ſicut eſt victima Deo conſecrata, ita factus eſt regale Sacerdotium, & gens Sancta, vt dicitur primâ Petri cap. 2. De hoc tamen noſtro luthere & vaſe immenſo, vide, ſi lubet, Bonauenturam in Speculo lectione 5. circa quadrantem. Et Richardum à S. Laurentio lib. 9. de laudibus Virginis columna 529. & libro 1. columna 34. vbi inter cætera hæc habet: *per hoc mare ſignatur Maria, quæ fuſilis eſt per pietatem, liquefacta per dilectionem, ænea, id eſt, imputribilis per peccati immunitatem, ſonorá per diuinam laudem & orationum aſſiduitatem, &c.*

E Tertium ornamentum erat Candelabrum aureum in Sanctuario poſitum, de quo Exodi cap. 25. *Facies*, inquit Moyſi Deus, *candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius & calamos, ſcyphos & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia*: & reliqua quæ ibidem fusè explicantur. Quàm multa in opere vno ſymbola! ſi ſpectemus aurum, ſi quòd aurum ductile eſt, ſi calamos, ſi ſphætulas, ſi ſcyphos, ſi lilia, ſi ſeptem candelabri ramos, ſi lumen eiuſmodi ramorum, ſi locum vbi ponebatur, ſi tempus quo ardebat. Vnus pro omnibus ſufficere poſſet Epiphanius, quo probaremus Virginem puriſſimam candelabro illo exprimi, adeò vehemens eſt in oratione de laudibus B. Virginis. Addi tamen huic iure poteſt Theodorus Studita in canone, ode 5. habetur tomo 9. Bibliothecæ Patrum paginâ 279. Theophanes hymno in Annunciationem circa finem, vbi ſanctiſſimam Deiparam appellat *Candelabrum & multilucam lampadem*. Item Germanus Conſtantinopolitanus, qui oratione de Dei genitrice eam vocat *lampadem animæ ſuæ*. Et Damaſcenus orat. 1. de dormitione, dum ait, eam eſſe *Candelabrum ex quo lumen illud æternum & inacceſſum prodiit*. Adde etiam alios, quos Spinellus cap. 9. n. 4. complectitur. Adde & Richardum à S. Laurentio lib. 4. de laudibus Virginis columna 236.

F Quartum tabernaculi ornamentum erat Menſa panum propoſitionis, cuius in omnibus menſuram, ſtructurámque mirabilem Scriptura quidem Exodi cap. 25. deſcribit; ſed pleniùs explicat Villalpandus tomo 2. parte 2. in Ezechielem libro 4. cap. 55. & Salianus in Annalibus ad annum mundi 2544. Cui menſæ comparat Dei matrem, quæ nobis dedit panem de cœlo verum, Epiphanius orat. de laudibus Virginis. Item Methodius, Damaſcenus, & alij, quos citat Spinellus & abundè explicat cap. 5. n. 40. Nec minùs Nouarinus vmbrâ Virgineâ, n. 74. & n. 1335. refert Sanctum Ephrem, & Leonem Imperatorem, idem de Deipara ſentientes. Canſſinus item in ſymbolis libro 11. cap. 1. etiam comparat menſæ S. Sophiæ, quam ex omnibus pretioſis metallis, lapidibus, & lignis, Iuſtinianus Imperator compoſuit. Sed ad rem magis noſtram Ioannes Geometra in cap. 1. Lucæ: *Omnes*, inquit, *te appellant menſam in qua eſt panis vitæ*. At pleniſſimè ac locupletiſſimè Salazarius in caput 9. Prouerbiorum n. 97. menſæ panum propoſitionis perſimilem Mariam oſtendit. Nec difficile erit cuilibet conſideranti vel aurum huius menſæ, vel coronam interraſilem, vel panes, & alia, quæ loco citato Exodi eidem menſæ tribuuntur, longè ſimilliuma in Marianis ornamentis aſpicere.

G Quinta ſupellex tabernaculi conſiſtebat in Altari thymiamatis, quam aliqui thuribulum, alij aram ſuffumigatoriam, vel altare incenſi ac ſuffitus appellant. Deſcribitur Exodi cap. 30. eiuſmodi altare, veſtitum auro, inſtructum craticulâ, ornatum corona aureola, & aliis, quæ ibidem videre licet. In eo autem, non vllæ victimæ, ſed ſolum thymiama Deo incendebatur quotidie bis, manè ſcilicet & veſpere. Tali autem altari repræſentari Deiparam inter cæteros Ephrem affirmat oratione de B. Virgine, quando eam *thuribulum aureum* nominat. Conſentit Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 453. 457. 458. dum eam vocat *thuribulum & altare*. Conſentit & Arnoldus Carnotenſis tractatu de verbis Domini, ad illud: *Mulier ecce filius tuus*, vbi eam appellat, *Altare incenſi quod Ioanni commendatur*. Et certè qui feruentiſſimas preces & affectus Mariæ Reginæ noſtræ attenderit, nonne ſimul animaduertet eam eſſe regalem aram, ex qua perpetuò exhalat iucundiſſimus cælo & fragrans odor, ac thymiama ſoli Deo debitum.

H Vltimum & præcipuum tabernaculi ornamentum erat Arca fœderis, quæ poſita in intimo receſſu fulgebat auro interiùs exteriúſque veſtita, coronula deſuper in circuitu eminente, ſuper quam & tabulas legis intus reconditas, lamina oblonga aurea à duobus hinc & hinc ſuffulta Cherubinis, dicebatur Propitiatorium, & erat quaſi ſedes Dei ſedentis ſuper Cherubim, & ex medio eorum oracula fundentis. In hac præclara arca agnoſcunt Patres omnes genuinam de Matre Dei & præſtantem eſſe picturam. Nam ſiue conſiderent materiam, ſiue formam, ſiue partes operis, locum, authorem eius, & quæ ipſa continet; mirificè Virgini ſingula conueniunt. Parallelum hoc tractant Baſilius Seleucienſis orat. 39. de Annunciatione circa medium. Chryſippus orat. de Deipara circa trientem. Heſychius orat. 2. de B. Virgine circa mediam partem. Theophanes hymno in Annunciationē ſub finem. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 452. litera B. Methodius homilia de Purificatione. Ephrem de laudibus Virginis. Thaumaturgus oratione 1. de Annunciatione. Sed Patres Latini paulò pleniùs rem conficiunt, Damianus ſermone 4. circa trientem. Auguſtinus ſermone 24. de tempore circa medium. Ambroſius ſermone 80. Bernardus ſermone de B. Maria pag. 1693. Ildephonſus ſermone 1. de Aſſumptione Virginis. Petrus Cellenſis de panibus cap. 21. circa duos trientes illius capitis. Richardus à S. Laurentio initio libri decimi de laudibus Virginis, vbi rem diu proſequitur. Bonauentura in Speculo lectione 2. circa medium, & & totâ lectione 12. At ex recentioribus vniuerſam arcæ cum Maria cōuenientiam eleganter

componunt Barradius libro 6. in Concordiam Euangelicam cap. 5. Salazarius de Conceptione cap. 38. n. 8. Spinellus cap. 5. n. 42. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 3. Quibus adde Mendoſam in primi Regum cap. 4. annotatione 11. ſect. 2. Nouarinum vmbrâ Virgineâ n. 17. 636. 705. & Caniſium lib. 1. Marialis cap. 6.

Quòd verò etiam illi ex ſolido auro laminæ, I quæ ſuper arcam radiabat, & ſuſtentata à duobus Cherubinis aureis vocabatur Propitiatoriũ, vt dicitur Exodi cap. 25. & 37. vnde à Deo oracula dabantur, Beatiſſima Dei Mater aſſimilari debeat vt prototypus figuræ, teſtis eſt Origenes ſuper Numeros homilia 5. Epiphanius oratione de Deipara, initio. Item Methodius ſimili in oratione. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Græcorum Patrum pag. 453. litera A. Richardus à S. Laurentio lib. 10. columna 626. Nouarinus in vmbra Virginea n. 560. Mendoſa loco ſuprà citato, annotatione 12. ſect. 1. n. 27. vbi citat nonnullos Patres, refértque Andream Cretenſem. Cornelius in Exodi caput 25. tum Bonartij aliorúmque Interpretum communis conſenſio, quorum alij Cherubinos illos geminos interpretantur Gabrielem Angelum cuſtodem Virginis, & S. Ioſephum alterum B. Virginis velut corporis cuſtodem, quorum vterque, diuerſimode tamen, Virgineum iſtud, in quo Deus ſedit, & vnde oracula & reddit, & reddidit, & reddere ſolet, Propitiatorium ſuo ſtudio ſuſtentaroot: alij interpretari malunt Ioſephum Christi nutritium, & Ioannem Euangeliſtam cuius curæ Dei genitrix à Chriſto commiſſa eſt, Ioannis cap. 19. Quicquid ſit Propitiatorium ipſa noſtrum eſt propitiando Chriſto aptiſſimum, & ex ſolido Sapientiæ & Charitatis auro coram Deo collucens.

Sic ornatum tabernaculum curæ tradidit Aaronis, non tam Moyſes, quàm Deus: & illius K quidem vti Sacerdotium firmaretur, iuſſit diuinum Numen, vt quæque tribus ad receſſum tabernaculi ſuam aliquam virgam, ſiue radium ramúmue, adſportaret, vt cuius virga fructus floréſque, quantumuis ſicca, ſubitò produceret, is ab omnibus tanquam Dei Sacerdos diuinitus electus haberetur & coleretur. Virga floruit Aaronis, & amygdalas ſiccus radius dedit indices diuinæ voluntatis & electionis erga Aaronem, vt dicitur Numerorum cap. 17. Non eſt autem facilè referre omnes, qui in hac virga expreſſam vident imaginem gloriæ atque Virginitatis Marianæ: nonnullos ex multis iuuat ſeligere. Et ex Patribus quidem Græcis Cyrillum Ieroſolymitanum catecheſi 12. Andream Ieroſolymitanum oratione de Annunciatione circa duos trientes. Chryſippum initio ſermonis de B. Virgine. Chryſoſtomum in pſalmum 22. circa medium. Germanum Conſtantinopolitanum oratione de Natiuitate Deiparæ. Ex Latinis autem Auguſtinum ſermone 3. & 18. de tempore. Euſebium Gallicanum ſermone in feriam 4. aduentus circa finem. Damianum ſermone 40. circa medium, & ſermone 46. non longè à fine. Ildephonſum ſermone 2. de Aſſumptione Virginis paulò vltra medium, & ſermone 6. initio. Bernardum homilia 2. ſuper *Miſſus eſt.* Iuonem Carnotenſem ſermone de Annunciatione. Petrum Cellenſem de panibus cap. 21. paulò vltra medietatem. Richardum à S. Victore parte 1. vbi pulcherrimam inſtituit comparationem Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam, & aliquoties iterat hunc verſum: *Virgo Deigenitrix virga eſt, flos filius eius.* Richardum item à S. Laurentio lib. 12. de laudibus B. Virginis columna 1032. Amedeum homilia 1. de B. Maria ſub finem. Bonauenturam in Speculo lectione 3. ſub finem, & lectione 9. circa trientem, & lectione 12. vbi Virgo dicitur eſſe *virga lignea proficientibus, quæ eſt virga ferrea rebellibus*: & in carmine ſuper *Salue,* in iſta verba: *& ſpes noſtra*: ac denique in laude rhithmica B. Virginis. Chryſologum ſermone 142. non longè ab initio. Ex recentioribus verò parallelum hoc egregiè tractat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 3. §. 2. Spinellus cap. 32. n. 14. Salazarius de Conceptione cap. 38. n. 9. Caniſius lib. 2. de B. Maria cap. 7. ac denique Nouarinus in vmbra Virginea n. 1335. & n. 102. & 112. vbi dicit, quòd *ſicut fructus non violat arborem, ſed ornat; ita nec Chriſtus natus Virginis integritatem.* Et hi ex multis ſufficiant Authores; præſertim conſiderãtibus quòd ſicut virga Aaronis eſt virga ſacerdotis, ſiue eſt virga aſſumpta ad declarandum ſacerdotium eius: ita Virgo oſtendit ſacerdotium Chriſti, qui ſolus inter creaturas potuit eſſe Sacerdos ad obtinendam propitiationem. Quòd ſicut illa protulit flores, frondes, & fructus, ita hæc protulit flores, id eſt, virtutes in ſe; frondes, id eſt, virtutes in aliis, & fructus, id eſt, millia iuſtorum, ſed præcipuè Chriſtum: ſicut illa protulit de nocte, ita hæc in nocte peccati; niſi enim peccati nox fuiſſet, vel non fuiſſet omninò Maria, vel Mater non fuiſſet Chriſti Domini noſtri: ſicut illa protulit iuxta arcam teſtimonij & Dei ſedem, ita hæc obumbrante & protegente Deo: illa ſicca produxit, hæc ſine contagio: illa ſemel, hæc ſemel corpore vnigenitum ſuum, nam mente omnes iuſtos quotidie parturit: illa amygdalina fuit, hæc ex ſtirpe amara Adami, ſed ſine amaritudine Adami: illa lignea dirigebat & percutiebat, hæc dirigit homines, percutit dæmones, atque innumera miracula patrat, ſed nullum maius, quàm quòd ſicca frondeat.

## Anno mundi 2459. ante Chriſtum 1525. Salmon ex principe tribus Iudæ Nahaſſon circa hæc tempora natus eſt. Eius nomen habetur Matthæi cap. 1. Lucæ 3. Ruth. 4.

## Anno mundi 2492. ante Chriſtum 1492.

A Vincente Iſrael obuios ſibi & contrarios Reges, Arad Chananæorum, Seon Amorrhæorum, & Og Baſanitidis: Balac Moabitarum Rex Balaamum ariolum aduocauit, qui vota imprecatoria in Iſraelitas coniiceret. Verùm is pro maledictione benedictiones eſt precatus, & Stellam ex Iacob orituram prædixit. Numerorum cap. 24. In qua ſtella Symbolum Dei genitricis agnoſcunt hi præſertim Patres atque Doctores: Bernardus homilia 2. ſuper *Miſſus eſt.* Odilo ſermone 4. de Incarnatione circa medium, &

ſub finem. Bonauentura in Speculo B. Virginis lectione 3. circa trientem, & in laude rhithmica B. Virginis; Richardus à S. Laurentio libro 1. toto ferè capite 3. Nouarinus vmbrâ Virgineâ n. 39. & 108. Spinellus cap. 32. n. 14. & Piotus Ramirez libro de Conceptione n. 602. & 953. vbi citat Ludolphum & alios, pulcherrima congerens de noſtra Stella myſtica. Conſentiunt omnes Scripturæ Interpretes ad præcitatum Numerorum locum; & conſentire debent ſi velint attendere Stellæ proprietates & Virginis. Stella clara eſt, ignea, incorruptibilis, magnæ efficaciæ, remora à terra, parua ad ſenſus noſtros, in ſe admodùm ingens, de nocte lucet, futuros euentus prænotat, regulariſſimè mouetur, illuſtrat, lætificat, lumen habet à Sole, Solem ſemper aſpectat. Quid non ſimile in Maria? Adde quod notat Richardus à S. Laurentio lib. 2. columna 112. & lib. 12. columna 1042. *Nata eſt tota Sancta, vnde Natiuitas eius ortui ſideris comparatur. Oriet ur Stella, &c.* Quod idem dici poteſt de immaculata Conceptione. Cæterùm in hac Balaam prophetia id quoque notandum eſt, Iſraëlitarum exercitum vocari *Caſtra Dei*, in quæ caſtra plurimas, ſic adurgente Deo, effundit ariolus laudes. Quibus Dei caſtris comparat Deiparam Damianus ſermone 40. circa duos trientes. Richardus à S. Laurentio lib. 3. columna 200. Bartholomæus Deſcobar ſermone 2. de Expectatione partus B. Virginis, paginâ 467. Sed pulcherrimè Delrio in Floridis oratione 12. ante quem Chryſologus dixit Chriſtum fuiſſe in Virgine *Metatorem*, ſermone 140. circa duos trientes. Et certè ipſa *terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata*; dictúmque eſt de illa Canticorum cap. 7. *Quid videbis in Sunamite niſi choros caſtrorum?*

Anno Mundi 2494. ante Chriſtum 1490. Boos prodiit ex Salmone & Rahab, de quibus mentio eſt apud Matthæum cap. 1. Lucam cap. 3. & Ruth cap. 4.

Anno Mundi 2498. ante Chriſtum 1486.

TErram promiſſionis, duce Ioſue, ingrediuntur & poſſident ſubducti ex Ægyptiaca ſeruitute Iſraëlis poſteri, de cuius terræ bonitate ſic loquitur Deuteronomij caput 8. *Hæc eſt terra riuorum, aquarum, & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi. Terra frumenti, hordei ac vinearum, in qua ficus & malogranatum & oliuetα naſcuntur. Terra olei & mellis, vbi abſque penuria panis comedi-tur.* Quæ omnia ſimul & pleraque alia, quæ ibidem habentur, cùm rectiſſimè appareant eſſe figura Virginis; propterea non pauci Terræ promiſſionis Beatam Dei matrem æquiparant. Inter cæteros Bernardus, 3. ſermone ſuper *Salue*. Auguſtinus ſerm. 100. de tempore. Damianus ſermone 46. circa duos trientes. Richardus à S. Laurentio lib. 8. initio. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum, pagina 453. litera C. Nouarinus vmbrâ Virgineâ epiſtolâ ad lectorem, & n. 1720. Ac denique copioſiſſimè & elegantiſſimè Poiræus Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 9. §. 3. n. 2. A

Sed & ciuitates refugij ſecundùm Dei imperium per Iſraëliticas tribus deſtinatæ ſunt, vt dicitur Deuteronomij cap. 19. & Ioſue cap. 20. *Ciuitati refugij ſimilis eſt Virgo*, inquit Nouarinus in vmbra Virginea n. 757. Spinellus cap. 16. n. 6. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 12. §. 2. vbi hanc materiam ampliſſimè tractat. Et ex antiquis Richardus à S. Laurentio libro 2. de laudibus B. Mariæ, columna 94. *Dicitur ipſa ciuitas refugij*, inquit, *figurata per ſex ciuitates refugij, quarum tres citra Iordanem, & vltra Iordanem tres. Iordanis baptiſmus eſt, &c.*

Anno Mundi 2517. ante Chriſtum 1467.

A AXa Othonielis coniux & filia Calebi, quam obtiouit à Calebo Othoniel ob Cariat-Sepher expugnatam atque deuictam, non leue extitit Marianarum perfectionum exemplar. Id rectè agnouit Bonauentura in Speculo B. Virginis lectione 13. Richardus à S. Laurentio libro 12. columna 740. Poiræus Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 5. Huius mulieris hiſtoria habetur Ioſue cap. 15. & Iudicum cap. 1. & grande aliquid inſinuat in honorem Virginis; ſiue conſideres nomen eius, quod *Adornatam* ſignificat; ſiue petitionem eius, quâ patri ſuo dixit: *Da mihi benedictionem*, & obtinuit *irriguum ſuperius & irriguum inferius*; ſiue quòd petiit in via *ſedens* ſuper aſinum ſuum, eum rectè moderans; ſiue quòd habuit *victorem coniugem*, & quidem debellantem vrbem literarum, id enim ſonat *Cariat-Sepher*; ſiue quòd ſit promiſſa expugnatori inimicæ Ciuitatis: *Qui percuſſerit Cariat-Sepher, & vaſtauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem*; ſiue denique quòd acceperit in coniugem fratrem minorem Patris ſui.

Anno Mundi 2564. ante Chriſtum 1420. Boos alterum, filium præcedentis Boos, cogimur hîc ex coniectura, ſicut & alij communiter authores,
A adijcere; ne cogamur dicere Obed & Ieſſe & Dauid vixiſſe pluſquam centum annos, priuſquam liberos illos haberent, qui proauos Chriſti & Mariæ continuant.

Imò ad annum mundi 2634. ante Chriſtum 1350. rurſus adijcere tertium Boos ſecundi filium neceſſarium videtur, ob ſimiles præcedentibus rationes.

Anno Mundi 2683. ante Chriſtum 1301.

GEminæ mulieres victoriæ & libertatis genti
A Iudæorum cauſa fuerunt; Debora prophetiſſa, quæ Baracum Nephtalitam ad bellum

eapeſſendum contra Iabio Regem Chanaan eaacuit; & Iahel, qoæ Siſaram aduerſarij exercitûs Imperatorem taberoaculo excepit ſuo., & ſatiauit lacte, ac deinceps ſopitum, impacto per tempora clauo, trucidauit. Huius vtriuſque mulieris facinus enarratur Iudicum cap. 4. Quam etiam vtramque, nobiliſſimum eſſe Dei genitricis Symbolum, glorioſam de hoſtibus populi Dei victoriam generosè reportantis, communiter agnoſcunt omnes: In primis Richardus à S. Laurentio: nam lib. 4. de laudibus Mariæ columna 286. comparat eam Deboræ, & lib. 12. columna 730. aſſimilat Iaheli. Similiter Bonauentura in Speculo lectione 15. circa medium eandem confert cum Iahele: cui conſentit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 5 Deboræ autem pleniùs & elegantiùs oſteodunt ſimilem Spinellus cap. 24. n. 17. & Meodoſa in cap. 4. libri primi Regum, annotatione 12. ſectione 1. o. 7. Nouariuus denique in vmbra Virginea n. 773. pulcherrimam facit Iahelem inter & Mariam comparationem. Certè in Debora ingens prudentia fortitudini coniuncta emicat, cuius nomeo *apem*, argumentoſam videlicet, ſignificat; iudicabat populum ſub oliua, quæ ſignum eſt miſericordiæ; proſtrauit Iſraëlitarum inimicos, ſubuertítque captiuitatem; ioſuper dicitur eſſe *Mater in Iſrael, &c.* At Iahel oblato lacte ſopiuit Siſaram aduerſarium populi Dei hoſtiúmque Ducem, clauo tempora illius transfixit, & capot transverberans reliquum corpus momento interfecit; denique dicitur *Benedicta inter mulieres, &c.* Quanto ſplendore hæc myſtica in Maria refulgent!

Anno Mundi 2704. ante Chriſtum 1280. Boos quartus hic addendus videtur inter progenitores Chriſti & Mariæ: qui cùm fuerit pater Obed, vt paulò poſt dicetur, eius eximiæ virtutes referuntur in libro Ruth cap. 2. & ſequentibus.

Anno Mundi 2721. ante Chriſtum 1263.

A Argonautarum expeditio celebrata eſt, vt refert Petauius in libro 13. de Doctrina temporum, ex Clemente Aleaandrino & Euſebio. In illa memorabiles foerunt Orpheus, Hercules, Caſtor, Pollua, Telamon, Iaſon, & alij, qui ad Cyzicum vrbem peruenientes, vbi eam cœperunt, templum in eadem ædificarunt *Virgini pariturae eiúſque Filio.* Nomen etiam Virginis adſcripſerunt in limine templi, appellantes *Mariam.* Quæ omnia præſtiterunt ducti oraculo Apollinis Pythij, vt refert Cedrenus in Compendio libro 36. cap. 15. Boſius libro 9. de Signis Eccleſiæ cap. 6. Bonifacius de hiſtoria Virginali lib. 1. cap. 2. Spinellus cap. 29. n. 25. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. o. 2. & 3.

Anno mundi 2730. ante Chriſtum 1254.

A Gementibus Iſraëlitis ſub iugo Madianitarum, eacitauit Deus Gedeonem ad bellum, mittens Angelum, qui noo tam affatu inflammaret illum, quàm alliceret mirâ Velleris nunc irroratione, nunc ſiccitate, vt enarratur lib. Iudicum cap. 6. Eiuſmodi vellere puriſſimam Dei Matrem, vt in myſtica figura, repræſeotari communis eſt Sanctorum opioio. Ita ſentit inter cæteros Ambroſius tomo 5. ſermone 13. ſub finem. Paulinus in epithalamio circa medium. Ildephonſus ſermone 6. de Aſſumptione circa duos trientes. Chryſologus ſermone 143. circa trientem. Richardus à S. Laurentio lib. 4. columna 219. & 324. Item lib. 12. columoa 908. Richardus à S. Victore parte 2. in pſalmum 71, circa duos trieotes. Amedeus homilia 3. circa medium. Bernardus ſermone 3. de Annunciatiooe, & ſerm. 5. de Aſſumptione, & pulcherrimè homilia 2. ſuper *Miſſus eſt.* Bonauentura in laude rhithmica B. Virginis, & in pſalterio minore, quinquagenâ ſecundâ. Ex Patribus verò Græcis, Damaſcenus hymno in Annunciationem ſub finem. Coſmas Ieroſolymitaous in Theogonia. Ephrem de laudibus Virginis. Methodius in Hypapante circa tres quadrantes. Proclus oratione de Natiuitate Chriſti initio. Germanus Cooſtaotinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 458. litera C. Theodoretus in Cantica explicans illud: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi.* At ea receotioribus id vberiùs tractarunt, Scherlogus in Cantica veſtigatione 3. eaplanatione morali, ſectione 9. Spinellus cap. 32. n. 15. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 2. Nouarinus io vmbra Virginea n. 101. 743. 1621. & alij, qui in iſto vellere Gedeonico notaruot Agoi eauuium, molliciem, puritatem, ſiccitatem, irrorationem miraculoſam, & inde ſecutam liberationem populi, & ſimilia; quique non igooraruot iſtud ab Eccleſia decantatum: *Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ ſunt Scripturæ: ſicut pluuia in Vellus deſcendiſti, vt ſaluum faceres genus humanum: te laudamus Deus noſter.*

Anno Mundi 2770. ante Chriſtum 1214.

A Floret Noëmi, & clareſcere incipit Ruth Moabitis nurus ipſius. In priore & fœcunditas & pulchritudo fuit, & prudentia, & religionis plurimùm laudabilis ardor: in poſteriore tum gratitudo & pietas, tum mira docilitas atque humilitas, quâ ſingularem à cæleſti Numine conſecuta eſt & fidei & fœcunditatis benedictionem. Illius nomen *Decoram* ſignificat: huius verò interpretatur *Saturata.* Harum vtraque in multis geſſit Dei genitricis ſimilitudinem. Noëmi quidem, vt teſtatur Bonauentura in Speculo B. Virginis lectiooe 3. Ruth autem, vt idem Bonauentura docet ibidem lectione 5. circa duos trientes, & lectione 9. circa tres quadrantes, & lectione 10. circa quadrantem, & lectione 14. circa medium. Richardus item à S. Laurentio libro 6. de laudibus B. Mariæ columna 403. Habes hiſtoriam vtriuſque in libro Ruth. Et, præter alia, in Noëmi agooſcere potes amaritudinem dolorum Deiparæ, quam in

morte

morte Chriſti filij ſui *amaritudine replenit Omnipotens*, ſicut Noëmi repleuerat in ſuorum morte filiorum. In Ruth contemptum ſæculi, quem ſemper S. Virgo perfectum habuit, & nuptias myſticas cum Spiritu ſancto, repræſentatas in coniugio Boos & Ruth Moabitidis, aliáque ſimilia.

## Anno mundi 2774. ante Chriſtum 1210.

A Sibyllam Delphicam vixiſſe, quæ Hierophile dicebatur; item Siculam, quæ & Samia & Rhodia & Claria erat, ipſa ſe Artemida nominauit, & nunc ſororem Apollinis nunc filiam dixit, exiſtimauit Genebrardus. Has ſequidem reponit ad ætatem Iudicis Tholæ, qui tempore illo in Iſraël præerat, vt colligitur ex libro Iudicum cap. 10. Quo etiam tempore floruit Sibylla Lybica. Hæ omnes prophetarunt de Beata Virgine, quarum Prophetias habet Sixtus Senenſis libro 2. *Bibliothecæ Sanctæ*, verbo Sibylla Delphica, Samia, & Lybica. Habent item Caniſios libro 2. de B. Maria cap. 7. Bonifacius io hiſtoria Virginali lib. 1. cap. 2. Poiræus Triplicis coronæ tract. 1. cap. 12. §. 2. & alij, quos ipſi citaot. Verſus Sibyllæ Delphicæ de Deipara hi circumferuntur.

*Virginta conceptus ab aluo*
*Prodibit ſine contactu maris, omnia vincit*
*Hoc naturæ opera: at faciet qui cuncta gubernat.*

Sibyllæ verò Samiæ, quam Erathoſtenes aſſerit fuiſſe cognominatam Pytho, hi verſus habentur:

*Hunc poterunt clarum viuorum tangere Regem*
*Humano quem Virgo ſinu intemerata fouebit,*
*Annuit hoc cælum, rutilantia ſidera monſtrant.*

Denique Lybica, de qua recordatur in Lamiæ prologo poëta Eurypides, hæc oracula fudit:

*Gremio Rex membra reclinat*
*Regina mundi, ſanctus, per ſæcula viuus.*

Paulò pleniùs hæc omnia oracula habentur in antiquiſſimo illo codice manuſcripto, quem ſuprà ad anoum mundi 2256. diximus contineri tomo 1. appendicis Bibliothecæ Sanctorum Patrum per Margarinum de la Bigne concinnatæ.

Anno Mundi 2776. ante Chriſtum 1208. Obed ſub hoc tempus naſcitur ex coniugio *Boos* cum Ruth: fit mentio de Obed lib. Ruth. cap. 4. libro ſecundo Paralipomenon cap. 2. Matthæi cap. 1. & Lucæ cap. 3. At

## Anno Mundi 2818. ante Chriſtum 1166.

FLoruiſſe creditur, aut certè ſub his temporibus, quibus Iephte gubernabat Iſraël, Sybilla Erythræa; non illa quidem annoſiſſima, quæ ſe dicebat nurum Noëmi, de qua ſuprà commemoratio facta eſt ad annum mundi 2256. Sed illa, quæ Graiis Ilium profecturis vaticinata dicitur, & perituram Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum. Cui ſucceſſiſſe perhibetur Theſſalica cognomento Manto, neptis Tyreſiæ vatis Thebani; de qua Genebrardus ſub Iephte A Iudice mentionem facit. Prædixit vtraque de B. Virgine, vt refert Lactantius lib. 4. cap. 6. & Caniſius lib. 2. Marialis cap. 7. Poitæus Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. Bonifacius Hiſtoriæ Virginalis lib. 1. cap. 2. De Sibylla Erythræa habet præclara Sixtus Senenſis, nominatímque carmina illa Acroſtycha, quorum meminit alicubi Tullius, & Auguſtious mentionem facit lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 23. vbi notat initiales eorum characteres hanc ſententiam efficere: Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ, hoc eſt, *Ieſus Chriſtus Dei filius Seruator.* Quæ carmina licet in manifeſtam Saluatoris noſtri gloriam, & in laudem Matris Virginis decúſque non parum conferant: multò tamen ſunt clariora iſta, quæ ex vetuſto codice Caniſius, Poiræus, Margarinus, & alij referuot.

*Cerno Dei matrem, qui ſe dimiſit ab alto*
*Vltima felices referent cùm tempora Soles,*
*Hebræâ quem Virgo feret de ſtirpe decora,*
*In terra multùm teneris paſſurus ab annis.*
*Magnus erit, &c.*

At Sibyllæ Theſſalicæ, quam probabile eſt eandem eſſe cum Cimmeria, hæc oracula proſtant:

*In teneris annis faciei inſignis honore*
*Militia æternæ Regem Sacra Virgo cibabit*
*Lacte ſuo, &c.*

## Anno Mundi 2831. ante Chriſtum 1153.

A SVb Elone, ſiue Aialone, qui iudicauit populum Iudaïcum decem annis, vt ex capite 12. Iudicum habetur, vixit Sibylla Cumæa mater Euandri, cuius carmina apud Ænam ciuitatem Iolianus Apoſtata ignibus tradidit, vt Genebrardus refert ex Ammiano Marcellino. Illa prophetauit de Beata Domini matre, vt videre eſt apud Caniſium lib. 2. Marialis cap. 7. Bonifacium in hiſtoria Virginali lib. 1. cap. 2. Bozium de ſignis Eccleſiæ lib. 9. Sixtum Senenſem libro 2. Bibliothecæ, verbo Sibylla Cumæa. Poiræum Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. Scio nonnullos authores diſtinguere inter Cumæam & Cumanam Sibyllam, quaſi hæc floruerit io Ionia, illa io Italia, & iſtam poſtremam fuiſſe filiam Beroſi: ſed in re intricatiſſima, & quæ expediri vix poteſt, præſertim cùm in Italia fuerit ſua etiam Græcia & Ionia, quilibet pro arbitrio ſuo ſenſúque loquitur. Oraculum eius de B. Virgine ſic habet:

*Iam mea certa manent & vera nouiſſima verba,*
*Vltima venturi quòd erunt oracula Regis,*
*Qui toti veniens mundo cum pace placebit;*
*Vt voluit, noſtra veſtitus carne decenter,*
*In cunctis humilis, caſtam pro matre puellam*
*Deliget, hæc alias formâ præceſſerit omnes.*

Anno Mundi 2844. ante Chriſtum 1140. Iſai, ſiue Ieſſe ex Obed prodiiſſe putatur, aut certè circa hunc annum. Huius meminit paſſim Sacra Scriptura, & nominatim Ruth cap. 4. Matthæi cap. 1. Lucæ 3.

Anno mundi 2849. ante Chriſtũ 1135.

IVxta Petauium, ſuſcepit Præfectutam populi Iſraclitici Samſon, cuius tempotibus magna in æſtimatione fuiſſe dicitur Caſſandra, ſiue Taraxandra Sibylla, ſicut teſtatur Genebrardus iu Chronico ad annum mundi 3006. Vbi etiam idem ſentit de Tyburtina & Colophonia; quarum hanc docet nominatam fuiſſe Lampuſam, neptem vatis Calchantis, qui comes fuit expeditionis Græcorum contra Troiam: illam verò ex Tybure ortam & Albunæam dictam Sixtus Senenſis aſſerit, atque a Tyburtinis honoratam vt Deam prope ripas fluuij Anienis. De his Sibyllis agunt, Sixtus Senenſis lib. 5. Bibliothecæ, verbo Sibylla. Caniſius libro 2. de Deipara cap. 7. Poiræus Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. Et Phrygiæ, ſiue Caſſandræ, quæ etiam ab aliquibus Sarbis dicitur, hi quidem ſunt de Deigenitrice verſus: A

*Virginis in corpus voluit demittere cælo*
*Ipſe Deus prolem, quem nuntiet Angelus almæ*
*Matri, quæ miſeros contractâ ſorde leuaret.*

At Tyburtinæ aliquantò ſunt expreſſiora carmina; quæ ſic ſe habent:

*Verax ipſe Deus dedit hæc mihi numina fandi*
*Carmine quòd Sanctam potui monſtrare puellam,*
*Concipiet quæ Nazareis in finibus illum*
*Quem ſub carne Deum Bethlemitica rura videbi*
*O nimiùm felix! cælo digniſſima mater*
*Quæ tantam ſacro lactabit ab vbere prolem.*

Ad hæc Colophonia:

*Virginis æternum veniet de corpore Verbum*
*Purum, qui valles & montes tranſiet altos.*
*Ille volens etiam ſtellato miſſus Olympo*
*Edetur mundo pauper, &c.*

## Anno Mundi 2850. ante Chriſtum 1134.

NAtus creditur Samuël, inquit Petauius lib. 13. de Doctrina temporum. Hunc votis ac precibus impetratum à Deo, mater eius Anna pia fœmina miniſterio Sanctuarij addixit, vt dicitur libro 1. Regum cap. 1. Huius Annæ fœcundata ſterilitas præluſit partui virgineo: & ſi credimus Richardo a S. Laurentio lib. 12. de laudibus B. Virginis: *Anna Mariæ eſt Symbolum, hanc referens in pietate, in abundantia gratiæ quam ſignificat Annæ nomen, in eo quòd ſit mater præſtantiſſimi Prophetæ, &c.* Vide illum columnâ 735. A

## Anno Mundi 2899. ante Chriſtum 1085. Dauid exiſtimatur prodiiſſe in lucem ex patre Iſaï, nobilis ſanè tum Chriſti tum Deiparæ progenitor; vt ex Matthæi cap. 1. Lucæ cap. 3. & aliis innumeris Sacræ Scripturæ locis facilè colligitur.

ORtum verò habuit Dauid in Ciuitate Iuda. quæ Bethlehem dicitur, quam non parum nobilitauit exortu ſuo: quamquam longè magis nobilitata eſt, non tantùm Chriſti Natiuitate; ſed etiam ex eo, quòd putatur eſſe, & verè eſt Dei genitricis imago; vt perbelle aduertit Richardus a S. Laurentio libro 12. de laudibus B. Mariæ columnâ 665. & ante eum Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum paginâ 452. literâ D. Ipſa enim Sancta Maria eſt Domus panis, quod vox Bethlehem ſignificat, & quidem panis illius, qui de cœlo deſcendit, quo reficimur in altari, & qui noſtra erit refectio in æternitate. Ipſa eſt, ſicut Bethlehem, in monte poſita, hoc eſt in faſtigio excellentiſſimarum virtutum: nam fundamenta eius in montibus Sanctis, hoc eſt in præcipuis Sanctorum gratijs, &c. vt dicetur poſtea. A

## Anno Mundi 2919. ante Chriſtum 1065.

A FVrenti ex Spiritu malo & melancholico Regi Iſraëlitarum Sauli, factum eſt vt quæreretur citharædus, qui muſicâ ſuâ furorem eiuſmodi leniret: repertus eſt Dauid, qui cithara ſua id præſtitit gratus omnibus & fortis adoleſcens, vt dicitur libro 1. Regum cap 16. Hanc præclaram citharam Symbolum eſſe ſuauitatis Virgineæ nonnulli grauiſſimi authores dixêre. Nam Andreas Ieroſolymitanus oratione de Annunciatione circa medium vocat Deiparam, *Lætitiæ organum.* Ioannes autem Geometra initio tertij hymni. *Camœnam* eam appellat. Et Bonauentura in pſalterio minore, prima quinquagena circa quadrantem, linguam eius nominat, *laudis instrumentum.* Et in Litaniis vocat *Melodiam.* Denique Barradius libro 6. in harmoniam Euangelicam cap. 5. *Suauiſonam citharam* Mariam nuncupat. Vide hunc circa medium præcitati capitis.

## Anno Mundi 2924. ante Chriſtum 1060.

A DAuid à Samuële in Regem Iſraël inunctus, & propterea à Saüle non ſemel ad necem quæſitus, ab aula fugere, per deſerta errare, & grauia quæque perpeti coactus eſt. Non defuit autem illi diuina conſolatio, quæ non tantùm ipſum eripuit à diuerſis periculis: ſed multis etiam locupletauit prophetiis, quæ Dei matrem attingunt: & quia quo præſertim anno acciderint non ſatis conſtat, ſatius erit illas hoc loco in vnum congerere.

B Primò igitur Deiparam expreſſit ſub nomine *Ciuitatis Dei*, de qua potiſſimùm loquitur pſalmo 86. quando exclamat: *Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei*: & dicit ea, quæ conuenire Sanctiſſimæ Domini Matri contendit Germanus Conſtantinopolitanus oratione de Zona Virginis; & Damaſcenus prima oratione de dormitione, & multò pleniùs Hugo Cardinalis, atque Rickelius. *Fundamenta* enim *eius* poſita ſunt *in montibus Sanctis*, quod doctè & eleganter oſtendit Barradius in harmoniam Euangelicam libro 6. cap. 3. Et huiuſce Ciuitatis, verè *Sionis* (vt eam vocat Auguſtinus tomo 5. lib. 17. cap. 16. de Ciuitate Dei. Et Bernardus ſermone 1. de Aſſumptione. Et Gregorius Nicomedienſis oratione de oblatione in templo. Et Albertus in Lucæ caput 10) *diligit Dominus portas*, ſiue ſenſuum, ſiue iudicij, ſiue potiùs Conceptionis immaculatæ, *ſuper omnia tabernacula Iacob*, & omnia Spiritualia ædificia reliquorum etiam perfectiſſimorum Sanctorum: Nam immaculata ſua Con-

ceptione plus Virgo Beatiſſima gratiarum & Sanctitatis habuit, quam perfectiſſimi quique Iuſtorum in vitæ cutu, vt pulcherrimè cum innumeris propemodùm Patribus, Damiano, Bernardo, Bonauentura & aliis, probat Poiræus triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 7. §. 1. vbi etiam proſequitur explicationem prædicti pſalmi Dauidici, quem conuenire Virgini non oſtendit modo ex Athanaſio, Auguſtino, Ildephonſo, Heſychio, Bernardo, & aliis: Sed demonſtrat etiam ea communi Eccleſiæ ſenſu adhibentis eiuſmodi pſalmum in feſtiuitatibus omnibus & officijs Sanctiſſimæ Dei genitricis; quo etiam vtuntur ſacri Oratores frequentiſſimè in exedris ſuis, vt magnitudinem gratiæ Marianæ omnibus deprædicent. Nolo reliqua pſalmi perſequi explicando, cùm præcitatus author abundè id præſter, multique alii. Satis mihi eſt indicare nonullos, qui Sacram Deiparam indubitanter nominent Ciuitatem, & Ciuitatem Dei. Certè Gregorius Thaumaturgus, oratione 3. de Annunciatione ſub medium, vocat hanc *Ciuitatem animatam*. Rupertus de diuinis officijs cap. 25. appellat *Ieruſalem*; & *Ciuitatem Dei* atque *Ieruſalem* nominat Nouarinus in vmbra Virginea, n. 69. & 326. Item Richardus à S. Laurentio toto fermè libro 11. de laudibus Virginis, & præſertim columna 644. & 662. Item Theodorus Studita in Canone, ode 6. quæ habentur tomo 9. Bibliothecæ Patrum pagina 279. Cum his præclarè rem explicat Delrio in Floridis oratione 15. Poiræus tractatu 1. cap. 13. §. 8. Scherlogus in Cantica veſtigatione 23. explanatione morali, ſectione 1. ac denique Spinellus cap. 5. n. 25.

C Secundò, alterum Marianæ excellentiæ Symbolum proponit Sanctus pſaltes ſub nomine *Terra Benedicta, & dantis fructum ſuum*: de qua potiſſimùm loquitur pſalmo 84. quando dicit: *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Eſt enim Chriſtus *fructus terræ ſublimis*, cuiuſmodi terram eſſe Beatam Virginem, vt neceſſe eſt, ita Thaumaturgus agnoſcit, oratione 1. de Annunciatione; Andreas Ieroſolymitanus, oratione de eodem Annunciationis myſterio circa medium; Bonauentura in Speculo, lectione 7. circa trientem, & in pſalterio minore, ſecunda quinquagena, ſtrophe 30. Richardus item à S. Laurentio libro 8. de laudibus Virginis, & Richardus à S. Victore parte 2. in pſalmum 71. circa duos trientes; Bernardus quoque ſermone 2. de aduentu, ſub finem, vbi Deiparam appellat *campum à nullo ſeminatum*, ſicut & Chryſippus oratione de B. Virgine ſub initium, eandem vocat *pratum*, & Miſſa Moſarabica, quæ habetur tomo 15. Bibliothecæ Patrum, Matrem Dei nominat *ampliſſimum Dei prædium*. Pulcherrimè autem Ildephonſus de Virginitate B. Mariæ cap. 3. ſub finem: *Hæc terra eſt*, inquit, *de qua veritas oritur, quæ veritas Chriſtus eſt, &c.* Idémque rurſus habet ibidem cap. 6. circa ſextam partem. De illa autem terra locupletiùs multò atque abundantiùs iam citatus Richardus à S. Laurentio initio libri 8. & nominatim columna 490. Guerricus Abbas ſermone 2. de Annunciatione, Caniſius libro 1. cap. 6. & 7. item lib. 3. cap. 13. operis quod de B. Maria compoſuit.

D Tertiò, ſub nomine *Thalami* de quo Sponſus egreditur, & velut Gygas exultat ad currendam viam, vt dicitur pſalmo 18. adumbraſſe lineamento Dauid videtur viſcera caſtiſſimæ mundi Reginæ. Sic non modo ſentiunt ex Patribus Græcis Gregorius Thaumaturgus orat. 3. de Annunciatione. Proclus de Natiuitate Chriſti circa initium. Germanus Conſtantinopolitanus tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pag. 453. litera A. Andreas Ieroſolymitanus oratione de Annunciatione circa medium. Theophanes hymno in Annunciationem. Epiphanius de laude Deiparæ initio, & circa medium. Sed præterea ex Latinis Auguſtinus ſermone 9. de tempore circa tres quadrantes, & ſermone 21. ſub finem. Fulgentius de Natiuitate Chriſti circa medium. Chryſologus ſermone 141. non longè à principio. Fauſtus Rhegienſis epiſtola ad Græcum Diaconum contra errorem Neſtorij circa medium. Ildephonſus de virginitate B. Mariæ cap. 3. ſub finem, & cap. 6. initio, & de parturitione Beatæ Virginis ſub finem. Petrus Cellenſis de panibus cap. 21. Richardus à S. Laurentio lib. 10. columna 603. & ſequentibus. Denique Spinellus recentior cap. 5. n. 29. Et certè Beata Maria rectè dicitur Thalamus, hoc eſt, lectus nuptialis, cùm in vtero eius Dei filius humanæ naturæ tanquam Sponſus Sponſæ abſque fœditate & immunditia copulatus ſit: In ea quieuit tanquam in ornatiſſimo ac florido lecto: ex ea egreſſus eſt velut ſponſus omni pulchritudine circumdatus gratiæ & gloriæ; egreſſus eſt veluti gygas, magnis paſſibus mortalitatis huius tranſuolaturus miſerias, & nobis facinoribus ſuis ſignans iter, &c.

E Quartò, nobiliſſimum Symbolum de Deipara Virgine Dauid incluſit ſub nomine *Reginæ*, pſal. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis, &c.* Hæc enim verba paſſim accipiunt Patres ac reliqui authores de Dei genitrice, vt videre licet apud Lorinum in hunc pſalmi citati locum. Inter cæteros Athanaſius oratione de Deipara circa finem: *Quandoquidem* inquit, *ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex Virgine, idemque & Dominus & Deus, ea propter & mater, quæ eum genuit, & Regina & Domina & Deipara propriè & verè cenſetur.* Bonauentura autem in Speculo tota lectione 3. totus eſt in explicanda Regali maieſtate Mariæ, ac dominio in omnes vniuerſaliter creaturas. Damianus ſermone 4. ſub finem, idem argumentum tractat, & Guerricus Abbas ſermone 3. de Aſſumptione ſub finem, & innumeri alij, quos fusè refert Salazarius in Prouerbiorum caput 8. à numero 113. ad 140. His tamen adde Richardum à S. Laurentio libro 6. columna 425. & Amedeum homilia 1. vbi de veſtitu & ornatu Reginæ noſtræ differit. Spinellum cap. 5. n. 5. Ioannem Geometram hymno 2. initio & fine; & hymno 3. circa tres quadrantes. Chryſippum oratione de Deipara circa medium, & communem Eccleſiæ vocem, qua publicè Virgo ſalutatur *Mundi ac cœli Regina*, vtique quæ Mater Regis eſt.

F Quintò, ſignificantior eſt ille locus, qui habetur pſalmo 131. verſu 11. vbi ſic dicitur: *Iurauit Dominus Dauid, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* In quæ verba Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem: *Quis iſte venter eſt?* inquit, *ipſius Dauid? vtique*

*non: neque enim pariturus eſſet Dauid. Sed nec vxoris eius, non enim dixiſſet, ex fructu ventris tui, ſed potius ex fructu ventris vxoris tuæ. Ipſius autem dicendo ventrem, ſupereſt vt aliquem de genere eius oſtenderit, cuius ventris fructus eſſet caro Chriſti, quæ ex vtero Mariæ floruit; idcique & fructum ventris tantùm nominauit, & propriè ventris, quaſi ſolius ventris, non etiam viri: & ipſum ventrem ad Dauid redegit, ad principem generis & familiæ Patrem: Nam quia viro deputare non poterat virgineum ventrem, Patri deputauit.* In eundem ſenſum docet Irenæus Meſſiam hoc loco ex Dauidico genere naſciturum prædici, *ſed per Virginem, non de fructu Lumborum & renum patris Dauid; neque ex viri mulieriſque complexu.* Ita ille libro 3. aduerſus hæreſes cap. 27. Et Auguſtinus in enarratione præcitati pſalmi, ſimilem adfert interpretationem, quam videre poteris apud Caniſium lib. 2. de B. Maria, vbi hanc Dauidis Prophetiam diſertè tractat. Nec diſſimiliter agitatur locus hic a Pinto Ramirez, de Conceptione n. 635. Quem locum de Chriſto & matre eius intelligi, ſolidiùs Lorinus probat ex Actorum capite 2, vbi Diuus Petrus de Dauide loquens: *Propheta,* inquit, *cùm eſſet, & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius, &c.* & planè oſtendit eiuſmodi locum debere intelligi de Chriſto, quem Dauid appellat Dominum ſuum pſalmo 109. cuius epithalamium canit pſalmo 44. & paſſim in aliis locis mortem & genus mortis, reſurrectionem, triumphum & aſcenſionem in cœlum prædicit. Eiuſmodi locos collectos dabit Proſper Aquitanus de Promiſſionibus & prædictionibus, 3. parte.

## Anno Mundi 2928. ante Chriſtum 1056.

IDem, de quo ſupra actum eſt, Dauid accepit in coniugem Abigaelem prudentiſſimam fœminam, quæ antea ſolertiâ & induſtriâ ſuâ iratum Dauid contra Nabal hominem immoderatiſſimum placauerat. Res habetur primo Regum libro, cap. 25. Et in hac muliere agnoſci ſoler à Patribus egregius typus Sanctiſſimæ Virginis. Erat enim Abigail non tantùm prudentiſſima, ſed prætereà modeſtiſſimæ mentis, quæ à Dauide electa in coniugem, ſe faſſa eſt famulam, & *ancillam* paratam ad lauandos pedes ſeruorū Domini ſui. Nunquid iſta genuinè referunt verba hæc Mariæ: *Ecce ancilla Domini?* Parallelum tamen iſtud pleniùs dabit Bonauentura in Speculo B. Virginis lectione 8. circa medium, & lectione 10. circa finem, & lectione 14. non longè à medio, & lectione 15. circa trientem. Richardus item à S. Laurentio libro 2. columna 86. & 89. & lib. 4. columna 229. & 278. Nouatinus in vmbra Virginea n. 760. At pleniſſimè Poiræus Triplicis Coronæ tractato 1. cap. 3. §. 7. Cui iterum adde Bonauenturam in rhithmica laude B. Virginis. A

Ad hæc verò tempora Dauid ſitiens expetiuit aquam ex ciſterna Bethlehemitica, vt dicitur lib. 2. Regum cap. 23. & lib. 1. Paralipomenon cap. 11. Cuiuſmodi ciſternæ aquam ſalutis continenti aſſimilat Beatiſſimam Deiparam Sophronius, oratione prima in Natiuitatem Chriſti circa tres quadrantes. Methodius item in Hypapante, & Richardus à S. Laurentio, lib. 2. columna 42. B

## Anno mundi 2946. ante Chriſtum 1038. vel certè ad hoc circiter tempus, vt habet fusè Petauius lib. 13. de doctrina temporum; ex Dauide progenitore Ieroſolymis natus eſt Salomon:

A NAtus eſt & Nathan; qui ambo pertinent ad Chriſti proauos & Virginis Mariæ, diuerſo tamen modo. Propaginem enim ac lineam Virginis paternam Nathan continuat, quandoquidem ex eo recta deinde procedit Sanctus Ioachim ſiue Heli (is enim binomius erat) pater Beatiſſimæ Deiparæ, cui tanquam auo Chriſtus attribuitur Lucæ cap. 3. cùm hominem patrem, à quo genitus ſit, nullum habuerit, ſed tantùm matrem: in qua opinione ſunt Lucidus libro 7. de emendatione temporum cap. 1. Galatinus, Canus, Annius, Sotus, Ianſenius, Genebrardus & alij, quos citat & ſequitur Barradius in concordiam Euangelicam lib. 5. cap. 30. At Salomon maternam propagat. Nam qui Matthæi cap. 1. nominatur Mathan, pater fuit Iacob & Sanctæ Annæ, atque adeò fuit auus S. Ioſephi & Mariæ Virginis. Ex quo conſequenter patet Chriſtum & Mariam ſecundum maternam propaginem ex ſanguine Regum ducere originem, quod ſæpè teſtantur Patres, & fatetur Eccleſia dum canit: *Regali ex progenie Maria exorta refulget.* Per hanc maternam & regalem propaginem, numerabimus ſequentes progenitores B. Deiparæ, tanquam nobiliorem & magis notam; nam de paterna vix quicquam certi quoad Chronologiam habemus: ſed tantùm proauorum, in eiuſmodi linea, nomina porrigit S. Lucas cap. 3. ſui Euangelij.

B Cæterùm natus eſt Dauidi Salomon ex Bethſabee, quam olim coniugem Vriæ, hoc demum interfecto, iam fecerat ſuam Rex Dauid; & honoratiſſimam ſemper habuit Salomon, non vt Matrem tantùm, ſed vt eam cuius beneficio & Regnum & Coronam acceperat, vt dicitur libro 3. Regum cap. 1. Vnde eidem ipſe thronum iuxta ſuum conceſſit, vt declaratur eodem lib. Regum cap. 2. Quibus in rebus, delatos à Chriſto honores Beatiſſimæ Matri repræſentari volunt, Ambroſius de Inſtitutione Virginum cap. 16. Gregorius Magnus ſuper Cantica cap. 3. Antoninus 4. parte, titulo 15. §. 2. Poiræus triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 6. Spinellus cap. 30. n. 11. *Verè ipſa eſt Spiritualis Bethſabee, quam Chriſtus de Solario paternæ maieſtatis adamauit, & eius decorem concupiſcens ſibi ineffabili matrimonio copulauit,* inquit Richardus à S. Laurentio lib. 9. de laudibus B. Mariæ, columna 516. & lib. 4. columna 221. *Ipſa deſignata eſt,* ait, *per Bethſabee matrem Salomonis, qui Chriſtum ſignat, cui videlicet Bethſabee de præcepto filij poſitus eſt thronus iuxta thronum regis, & ſedit ad dexteram eius.* Vide eundem columna 100. 134. 456. 567. 759. & agnoſces Mariæ licere magis, quàm Bethſabee, & ingredi

ad Chriſtum myſticum Salomonem noſtrum, & ſedere ad dexteram eius, & petere ab ipſo, & ab eodem audire: *Pete mater mea, neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam, &c.*

## Anno mundi 2968. ante Chriſtum 1016.

A SEneſcenti & præ ætatis maturitate frigeſcenti Dauidi reperta eſt immaculata Sunamitis Abiſag, quæ puritate & amabilitate ſuâ egregios immaculatiſſimæ Virginis referret mores. Res exponitur lib. 3. Regum cap. 1. Parallelum verò explicat Richardus a S. Laurentio lib. 5. de laudibus Virginis columna 333. & 340. & Nouarinus in vmbra Virginea n. 761. Nec difficile eſt in Sunamitide notare quietem, innocentiam, pietatem, maieſtatem, gratiam, & pulchritudinem; ac totidem veluti characteres aduertere, quibus præſtantiſſima Virgo, diuinum Numen in ſtirpem Adami ob culpas & ingratitudines iuſtiſſimè frigeſcens, ad ſanctioris amoris & charitatis nimiæ incendium, ſola inter omnes immaculata excitauit.

## Anno Mundi 2970. ante Chriſtum 1014.

A MOrtuo ac Sepulto Dauide, Salomon eius hæres & in regno ſucceſſor maturus coniugio filiam Regis Ægypti Pharaonis in vxorem ducit: ob cuius amorem Canticum Canticorum poſuiſſe dicitur, quod omnes ſancti Patres agnoſcunt ſublimem eſſe Prophetiam Spiritualis coniugij, quod celebratur inter Deum & animam Iuſti, atque illam præſertim, quæ inter puras creaturas ſe iuſtiorem nullam habet. Hoc tam diuinum carmen & myſticum epithalamium ad longum rectè ſanè ac piè exponit Honorius Auguſtodonenſis, qui author habetur tomo 12. Bibliothecæ Patrum editionis Colonienſis pagina 1168. & de Virgine deuotè explicat; proptereáque hoc opus inſcripſit, *Sigillum B. Mariæ.* Diffuſiùs verò ſe in eiuſdem Cantici interpretatione exercuit ad gloriam & encomium Matris Dei Rupertus. Pulcherrimè Delrio, & alij, quos conſulere poterit, qui præſtantiſſima de Genitrice Dei Symbola conſiderare volet. Nunc obiter nonnulla hîc tango; & indicabo Patres atque authores, qui in his B. Virgini adſcribendis, aut in eius honorem adlegendis & explicandis adlaborant.

B Primò igitur Salomon formoſiſſimam Dei matrem comparauit *Columbæ* Cantici Canticorum cap. 1. 2. 5. 6. Quod cognoſcit Beda ſupra Geneſim cap. 8. & prætereà Ildephonſus, ſermone 4 de Aſſumptione non longè ab initio; & ſermone 6. circa medium. Heſychius, oratione 2 de B. Maria prope initium. Epiphanius, de laude Virginis circa quadrantem. Idiota, contemplatione de B Maria cap. 3. Vvalafridus Strabus, ode 25. de roſa, quæ habetur tomo 9. Bibliothecæ Patrum pagina 1006. Bonauentura in Speculo lectione 9. circa medium: & carmine *ſuper Salue*, in hæc verba, *ô dulcis*: & in laude rhithmica B. Virginis. Richardus à S. Laurentio lib 4. columna 215 Rupertus lib. 3. in Canticа, ſuper caput 5. Delrio autem in caput 6. ſectione 2. in ſenſu mixto, ſic loquentem Chriſtum introducit: *Hæc eſt columba per fœcunditatem, & mea per ſingularis partus nouitatem, columba mea cui ſingularis pullus ſum, perfecta mea cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam, &c.*

C Secundò, ſimilem deſcripſit *Lectulo florido*, dum ait: *Lectulus noſter floridus.* Canticorum cap. 1. Qualem eam fatetur Auguſtinus ſermone 21. de tempore circa duos trientes. Et Bonauentura in Speculo B. Virginis lectione 12. circa medietatem. Rupertus in textum citatum Cantici. Richardus a Sancto Laurentio libro 10. de laudibus Virginis columna 587. Quantus flos in illo lectulo Chriſtus?

D Tertiò, comparat *lilio inter ſpinas* cap. 2. *ſicut lilium inter ſpinas*, inquit, *ſic amica mea inter filias.* Subſcribit Damianus, ſermone 46. circa medium. Epiphanius item oratione de Deipara circa duos trientes. Ephrem de laude B. Mariæ. Ioannes Geometra hymno 2. Bonauentura in laude B. Virginis. Ex recentioribus autem hoc Symbolum non indiligenter Delrio in Floridis oratione totâ de Conceptione pertractat. Prætereà Spinellus cap. 32. n. 16. Caniſius lib. 1. de B. Maria cap. 7. Nouarinus in vmbra Virginea n. 109. & 128. Scherlogus in Cantica, veſtigatione 18. explanatione morali, ſectione 5. Pintus Ramirez de Conceptione, n. 1539. Quibus omnibus adde ſatis longum diſcurſum Richardi à S. Laurentio lib. 12. columna 808. & in lilio nota candorem, fragrantiam, ſublimitatem, &c. Maria autem eſt lilium inter ſpinas, quia eſt innocentiſſima inter peccatores, patientiſſima inter tribulationes, caſtiſſima & fœcundiſſima inter mulieres.

E Quartò dicit eſſe *Virgulam fumi*, Canticorum cap. 3. his verbis: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Quam locutionem ænigmaticam perbellè explicat Ildephonſus, ſermone 6. de Aſſumptione circa trientem, docétque Mariam iugi quaſi ſacrificio in laudem Dei velut odoriferum vaporem ſuauiſſimè ferri. Explicat item Damianus, ſermone 40. circa duos trientes, & ſermone 46. ſub finem. Itémque Euſebius Gallicanus, ſerm. de Natali Chriſti in aurora. Certè Salomon alludere videtur ad fumum illum, qui gratiſſimus exhalabat ex altari thymiamatis. Aſcendit ergo per deſertum Maria, ſicut virgula fumi, quia ſola ex puris creaturis per hunc mundum ſine curuitate & fœtore vitij ad Deum peruenit.

F Quintò, repræſentat eam ſub figura *Lecticæ Salomonis*, Canticorum cap. 3. cùm ait: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.* Et paulò antè: *En lectulum*, ſiue Lecticam, *Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Hanc Salomonicæ Lecticæ Pompam & cuſtodiam totam conuenire B. Virgini non auarè oſtendit Richardus à S. Laurentio lib. 10. columna 575. Spinellus item cap. 5. n. 30. Barradius in Concordiam Euangelicam lib. 5.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

cap. 31. Pintus Ramirez de Cooceptione n. 74. Quibus præluxit Bernardus in deprecatione ad B. Mariam : & ſerm. 4. ſuper *Salue* ſub finem. Item Petrus Venerabilis in proſa, vbi Deiparam vocat *Regis reclinatorium*. Andreas Ieroſolymitanus, orat. 2. de dormitione Virginis. Georgius Nicomedienſis orat. de oblatione. Germanus Conſtantinopolitanus, tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 453. litera E, & alij, qui conſiderant Regem noſtrum in Maria portari, in ea quieſcere, in ea contineri, moueri ad motum eius, regios ſuos miniſtros, id eſt, Angelos Mariæ adhibere, totam illam auream & argenteam & purpuream eſſe varietate pulcherrimâ virtutum, & tenerrimâ præcipuè charitate conſtratam, vt omnibus proſit, quæ omnium animas ad cæleſtem attrahit, portatque Ieruſalem, &c.

G Sextò, *Hortus concluſus*, inquit Canticorum cap. 4. *ſoror mea Sponſa* : quem hortum luſtrat & miratur, & clauſuram eius extollit laudibus Bernardus in deprecatione ad B. Virginem. Ambroſius item in exhortatione ad Virgines : & de Virginum inſtitutione cap. 9. Ildephonſus de Virginitate B. Mariæ cap. 2. circa medium ; & lib. de parturitione circa trientem. Plures verò alios Patres citatos videbis apud Spinellum cap. 32. n. 17. vbi hunc locum diſertè explicat : diſertè quoque explicat Mendoſa in libri 1. Regum cap. 4. annotatione 11. ſectione 2. n. 5. Sed fusè & pulcherrimè Richardus à Sancto Laurentio bona parte libri 12. initio ſumpto à proprietatibus huius mirabilis horti, quæcunque propemodùm de hoc horto aut dici aut cogitari poſſunt in medium profert. Tantùm hîc nota, bis à Salomone Mariam dici hortum concluſum : an quia & per innocentiam ſummam, & per ſummam virginitatem, geminas has virtutes, ſemper clauſa iniquitati fuit? an quia hortus ipſa concluſus fuit, non tantùm quando filium concepit, ſed etiam quando peperit, ſemper retinens ſignaculum ſuæ integritatis? ſemper floruit hic hortus virtutibus, nunquam patuit ſerpentibus.

H Septimò, dicitur Maria à Salomone Canticorum cap. 4. *Fons ſignatus, fons hortorum, Puteus aquarum viuentium* : cui concinunt tam multi Patres, vt ſit difficile omnes referre. Et quidem Mariam eſſe fontem ſignatum, & hortorum fontem, teſtatur Thaumaturgus, oratione 2. de Annunciatione. Ambroſius, exhortatione ad Virgines, & libro de Iſaac cap. 5. Ildephonſus, ſermone 2. de Aſſumptione non longè ab initio. Heſychius, orat. 2. de B. Virgine circa quadrantem. Vvalafridus Strabo, hymno do B. Deipara tomo 9. Bibliothecæ Patrum Colonienſis editionis pagina 1000. Bonauentura in Speculo lectione 15. circa medium. Ennodius Ticinenſis in hymno de B. Virgine, qui habetur tomo 6. Bibliothecæ Patrum parte 1. Vberrimè verò Richardus à S. Laurentio ſtatim ab initio libri 9. de laudibus Virginis ; & vel vnus ex his teſtibus abundè ſufficit. Addo tamen Bernardum, Bernardinum, Sophronium, Damaſcenum, & innumeros alios, quos videre poteris apud Spinellum cap. 5. n. 33. vbi etiam multos reperire eſt, qui fatentur Genitricem Dei eſſe puteum aquarum viuentium. Sic præterea ſentit Gilbertus, qui eſt inter opera Bernardi, ſermone 37. ſuper Cantica, & alij. Appoſitè ſanè Richardus à S. Laurentio lib. 4. columna 289. *Beata Virgo*, inquit, *fons & puteus eſt aquarum viuentium, quæ à Chriſto ad ipſam, & ab ipſa ad nos fluunt impetu de Libano, id eſt de candore benignitatis vtriuſque.*

I Octauò, comparatur Virgo *Auroræ*, Canticorum cap. 6. cùm dicitur : *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens?* Mariam eſſe ſimillimam Auroræ mediam inter noſtram noctem, & Lucem ac Solem diuinum, facilè quiſque videt. Adſtipulatur verò Damianus, ſermone 40. de Aſſumptione. Petrus Venerabilis in proſa. Bernardus ſermone 4. ſuper *Salue Regina*. Rupertus in 6. caput Canticorum. Bonauentura in Speculo lectione 11. Richardus à S. Laurentio abundè libro 8. de laudibus B. Mariæ columna 463. Spinellus cap. 24. n. 18. & alij.

K Nonò, *Soli & Lunæ* : Nam ibidem additur: *Pulchra vt Luna, electa vt Sol.* Et quidem Lunæ ineſſe aliquod veſtigium perfectionum Deiparæ, iam oſtenſum eſt in quarta mundi die; vbi etiam eſt aliquid additum de Sole ; vt proinde non videatur hîc eſſe immorandum. Vide tamen ſi vacat Bonauenturam in Speculo lectione 13. circa trientem, vbi Virginem matrem ſimilliman eſſe oſtendit *Lucidiſſimo Soli*. Idemque cap. 3. præſtat Idiota. Et Richardus à S. Laurentio lib. 4. columna 238. vbi ait : *Comparatur ipſa Soli, cuius radium nec aqua emollit, nec fœtor corrumpit, nec ignis comburit, nec gladius ſcindit, nec vitrum obſiſtit, &c.* Ildephonſus, ſermone 2. de Aſſumptione circa octauam partem: *Proceſſit*, inquit, *de terris ad cælum electa vt Sol.* Et Chryſippus, oratione de Deipara, hanc vocat *fontem Lucis*. Heſychius verò, oratione 2. de laudibus B. Virginis, vocat *Matrem Lucis*.

Decimò, dicitur Maria *terribilis vt caſtrorum acies ordinata*. Cantic. cap. 6. quod licet iam ſatis oſtenſum eſt ſuprà ad annum mundi 2492. Rem tamen vberrimè explicant, tum Spinellus, cap. 24. n. 17. multos allegans Patres ; Delrio item in citatum Canticorum textum ; & Pintus Ramirez de Cooceptione, n. 408. & ſequentibus : tum maximè Poiræus Triplicis Coronæ tractatu 2. toto capite 9. Nec contemnendum eſt, quòd Canticorum cap. 1. dicit Sponſus dilectæ ſibi Sponſæ: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te.* Multò verò minùs quòd eidem idem ait cap. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Et quòd cap. 7. ornatum ſponſæ enumerans aſſerit ; *Collum tuum ſicut turris eburnea.* Hæc enim omnia terribilem Virginis fortitudinem loquuntur, quæ nobis & toti Eccleſiæ eſt munitio, & arx, & turris ; purior quidem ebore propter innocentiam : ſed omnibus ſpiritualibus armis refertiſſima ; quam in Litanijs Lauretanis implorat Eccleſia ſuccinens iſta honorifica epitheta ; *Turris Dauidica, Turris eburnea*, de qua turri pulchrè locutus eſt Theobaldus Deſvoſſa, in ſua lauro Parthenica ; ſed longè pulcherrimè ſimul ac fuſiſſimè Iuſtinus Miechouienſis diſcurſu 344. 345. & 346. ſuper Litanias Lauretanas : Imò omnes quotquot in eiuſmodi Litanias aliquas commentationes ediderunt.

M Vndecimò, Deipara *Sunamitis eſt, Amica*

*& Sponſa*; vt dicitur Cantic. capitibus 4. 6. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea. Reuertere, reuertere Sunamitis.* Poſſum in hanc rem proferre Epiphanium, qui oratione de B. Virgine circa quadrantem vocat eam *Sponſam Trinitatis*: Et Anſelmum, qui libro de excellentia Virginis appellat eam *Sponſam Spiritus ſancti*: & Ildephonſum, qui libro de Virginitate B. Mariæ cap. 1. circa trientem, nominat eam *Sponſam filij Dei*: & Auguſtinum qui *Matrem Sponſam*, ſermone 10. de tempore: Chryſologum, ſermone 140. circa quadrantem: Bonauenturam in Speculo lectione 11. ſub finem: Theophanem, hymno in Annunciationem ſub calcem illius: Petrum Bleſenſem, ſermone 2. de Aſſumptione; & alios. Sed tam perfectè totum hoc Symbolum expoſuit Poiræus tractatu 2. Triplicis Coronæ toto capite quinto, vbi & rationes nuptiarum, & contractum matrimonij, & pompam ipſam coniugalem luculenter deſcribit; vt nihil propemodùm addendum videatur. Nolo tamen hîc omittere Richardum à S. Laurentio, qui lib. 6. de laudibus B. Mariæ fusè oſtendit, Deiparam eſſe præcipuo quodam modo *Amicam*; tum quia ſingulari amore eſt à Deo dilecta; tum quia non ſeruiuit in timore ſed dilectione; tum quia conſcia fuit ſecretorum; tum quia ſemper dilexit ſine interruptione, &c. quæ latè explicat columna 398. At columna 408. Sponſam eſſe multis demonſtrat, ſed Sponſam electam & prælectam, Sponſam multi decoris, Sponſam fideliſſimam. Libro denique 5. columna 333. & 340. vocat *Sunamitidem*, vt iam indicauimus ad annum mundi 2968. Nolo etiam omittere Caniſium, cuius hæc ſunt præclariſſima verba lib. 1. ſui operis de B. Maria cap. 2. *Hæc præcipua lectiſſimáque Dei Sponſa & amica, quam in myſtico epithalamio haud ſine diuino ſpiritu Salomon celebrat, & dulciſſimis vocibus affatur: quòd nempe ſit Sponſa Domini & amica, ſponſáque prorſus immaculata, pulcherrima, coronanda; ſed & columba perfecta, taliſque mulier, quæ ſuo miro decore non ſit abſimilis Ieruſalem ciuitatum omniũ elegantiſſima ampliſſimaque: mulier dico, quam filiæ Sion vident & laudant, imò quam Reginæ beatiſſimam prædicant. Neque ſat erat diuino huic Encomiaſtæ illam pleriſque rebus, quæ ob gratiam, pulchritudinem, ſpeciem, & venuſtatem ſingularem amantur & appetuntur, conferre, quemadmodum fonti mundiſſimo, horto amœniſſimo, puteo aquarum ſcaturientium lectiſſimo, paradiſo & horto deliciarum vndique concluſo maximéque munito, & aciei caſtrorum decenter inſtructæ, ac idcirco etiam hoſtibus formidabili. Sed cum idem animaduerteret ſe tantæ perſonæ maieſtatem nullis quidem verbis aut ſymbolis aut præconijs poſſe conſequi, in hanc demum vocem admirabundus erupit. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol? Et rurſus: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi puluerís pigmentarij? Iterum verò: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum?* Hactenus Caniſius, quibus ſatis apparet, quot Symbolis Sapientiſſimus Princeps tentarit, vel rudi ſaltem penicillo delineare nobis imaginem illius, de qua immaculatiſſima, & inter puros homines ſola dici meritò poteſt: *Vna eſt columba mea, perfecta mea, &c.*

N Poſſum hîc adhuc delibare multa, quæ Canticorum textus de pulchritudine eius, & venuſtate ſingularum corporis partium ænigmaticâ locutione extollit: Nam, *Oculi tui columbarum*, inquit, *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce, ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Et rurſus: *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis. Iunctura femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuum ſicut turris eburnea, ſicut turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Fauus diſtillans labia tua. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, &c.* Quæ omnia ſufficienter explicata dabunt, Rupertus, Delrio, Scherlogus, Honorius Auguſtodunenſis, Cantacuzenus & alij, qui in Canticum Canticorum commentaria ediderunt in honorem Virginis.

O Quid perſequar, quæ de eadem immaculata Virgine Rex Pacificus in Prouerbiis pulcherrimè diſſerit? Sublimia enarrat toto capite octauo, quæ tam doctè tamque luculenter explicat Salazarius, vt nihil dicendum prætereà ſupereſſe videatur. Sed vt aliqua ſaltem attingantur. Quem non mouent iſta? *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant. Necdum montes graui mole conſtiterant, ante colles ego parturiebar, &c.* quæ, vel ab ipſa Eccleſia, piiſſimæ Dei Matri aſcribuntur.

P At capite nono quâ emphaſi verborum *Sapientiæ domum* proponit? Cuiuſmodi Sapientiæ domum ſi Mariam eſſe dixerim, fideiuſſores habeo Thaumaturgum, orat. 3. de Annunciatione. Epiphanium, oratione de laudibus B. Virginis. Bernardum, in Cantica ſermone 46. & 2. de Aſſumptione, & 9. ex paruis. Guerricum, ſermone 1. de Aſſumptione circa medium. Idiotam, in contemplatione de B. Maria cap. 4. Bonauenturam, in Speculo lectione 6. Richardum à S. Laurentio lib. 10. columna 609. Imò Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Ildephonſum, & alios, quos refert Salazarius in cap. 9. Prouerbiorum n. 30. vbi hanc Domum Sapientiæ latè explicat. Habeo prætereà Nouarinum in vmbra Virginea n. 330. Spinellum, cap. 5. n. 26. atque inſuper communem Eccleſiæ vocem, quæ Mariam vocat *ſedem ac Domum Sapientiæ.* Quàm verò fortis, quàm ſolida, quàm ampla & ornata hæc domus eſt, quæ *Chriſtum*

Digitized by Google

*Dei virtutem, & Dei Sapientiam,* vt loquitur Apoſtolus prioris ad Corinthios cap. 1. ſuauiſſimè recepit? Suffulta eſt ſeptem columnis, ſiue ſeptem Spiritus ſancti donis, & hanc ſibi Sapientia ædificauit, ſibi, inquam, &c. Vide ſi lubet plura apud Iuſtiuum Miechouienſem ſuper Litanias Lauretanas tractatu 283. 284. 349.

Relinquerem hæc Salomonis tam copioſa Prouerbia, niſi vel eorum poſtrema admonerent, vt cum eodem Salomone cap. 30. admirer *viam viri in adoleſcentula* vt legunt nonnulli, id eſt, Chriſti in Maria, vt vel ipſi Rabbini explicant, quos videre potes apud Caniſium in Mariali opere, lib. 2. cap. 7. Similiter vt obiter ſaltem conſiderem *Mulierem* illam *fortem*, quam magnifico apparatu deſcribit cap. 31. In qua adumbrari Deiparam docet Bernardus, ſermone 2. ſuper *Miſſus eſt.* Richardus à S. Laurentio, lib. 6. columna 417. Mendoſa in caput 5. lib. 1. Regum, annotatione 17. ſect. 2. n. 1. Salazar in cap. 31. Prouerbiorum n. 45. Qui etiam rectè aduertit n. 78. eandem Virginem repræſentari *Naui* illâ *Inſtitoris*, quæ de longè aduehit panem; panis enim eſt Chriſtus, vt ipſe ſe vocat Ioannis cap. 6. Salazario coſentiuot paſſim authores, Spinellus, cap. 8. n. 20. Nouarinus in vmbra Virginea n. 142. & ante illos Richardus à S. Laurentio, libro 1. columna 43. Bonauentura in minore pſalterio primâ quinquageoâ. Heſychius initio orationis, quam in laudem Diuæ Virginis ſcripſit, & alij plures. His itaque de Sanctiſſima Matre tot præclaris figuris, ac præſtantibus typis, breuiter ſalutatis; veniendum eſt ad præcipuum Salomonicum opus, & certè vnum ex præcipuis, ſi non præcipuum, Marianæ gloriæ & magnitudinis Symbolum, nempe ad Salomonicum templum. Ergo Rex Salomon.

## Anno Mundi 2972. ante Chriſtum 1012. regni ſui tertio.

PArtâ diuinitus Sapientiâ, & incredibili di- A
uitiarum apparatu, quas ad hoc olim pater illius Dauid congeſſerat, Templum Ieroſolymis aggreditur, opus longè magnificentiſſimum, & quod deinceps Iudaicæ Religionis Sacrarium foret. Huius templi ſtructura, partes, ornamenta, ſupellex, theſauri, Sacerdotes, dedicatio, ſanctificatio, præclarè deſcribuntur lib. 3. Regum, & Paralipomeoon lib. 2. Expendunt verò iſta & explicant, quicunque hos Scripturæ libros commentariis exponunt. Prætereà verò optimè Villalpandus in Ezechielem, & Salianus in Annalibus, & alij. Præter quàm quòd igitur eius ſtructura fuit in monte, & in illo quidem vbi anteà Iſaac immolandus à parente ſtetit; inſuper pretioſâ admodùm materiâ conflatum eſt, auro, argento, ſelectis lapidibus ac marmore, necnon & lignis cedrinis. Partes verò habuit, ſicut Moſis tabernaculum præcipuas tres: Atrium, Sanctuarium, & Sanctum Sanctorum. Et in atrio quidem ſpectabatur Altare holocauſtorum æneum, cum Mari fuſili, & quinis ex vtraque parte conchis, id eſt, decem, quarum quinque ad Meridiem, quinque ad Septemtrionem erant. In Sanctuario autem ſimilitet decem fulgebant candelabra aurea, decémque aureæ menſæ panum propoſitionis, cum aureo thymiamatis altari. In Sancto denique Sanctorum, vt in auguſtiſſimo totius templi loco & adyto, quieſcebat Arca fœderis. Tantæ porrò diuitiæ, tam ingens victimarum turba, tam ingens cohors vaſorum, Sacerdotum, tubarum, & rerum omnium; ſed præſertim tam excellens artificium in cælaturis, metopis, zophoris, triglyphis, ac ſimilibus, abundabat; vt quicquid in reliquo mundo venuſtatis aliquid aut ſplendoris habere videbatur, huc putaretur confluxiſſe. Hæc templi maieſtas, quæ, vt dictum eſt, eſt præſtantiſſimum & excellentiſſimum Mariæ Virginis Symbolum, non minus requirit in ſui explicatione, quàm integrum volumen: quam prolixitatem quia non patitur hæc à nobis ſuſcepta breuitas, ſufficiet inſinuare Patres, qui Sanctam Deiparam *Templo Salomonico* ſimillimam dicunt, aut *Templum* appellant. Talis eſt S. Iacobus Apoſtolus in ſua liturgia. Talis Thaumaturgus, oratione 2. de Annunciatione. Gregorius Nazianzenus ad Nemeſium, circa medium. Chryſippus, oratione de Deipara circa medietatem, Theophanes, hymno in Annunciationem ſub finem. Baſilius Seleucienſis, orat. 39. circa duos trientes. Paulinus in Epithalamio prope mediū. Sedulius in opere Paſchali lib. 2. Item in hymno, *A Solis ortus cardine.* Euſebius Gallicanus, homilia 2. de Natiuitate Chriſti. Petrus Cellenſis libro de panibus cap. 21. Bonauentura in laude rhithmica B. Virginis; & Richardus à S. Laurentio, lib. 10. columna 622. & innumeri alij, quos quia Recentiores habent, hîc referre non placet: ſed ſufficere pro iis poſſunt hi: Spinellus cap. 5. n. 38. Nouarinus in vmbra Virginea n. 145. 146. 147. 148. Poiræus Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 13. § 7. & tractatu 2. cap. 7. § 1. Quorum hic permulta, quæ pertinent ad templi partes, & diuitias, ac dedicationem, cum Virgine egregiè ſanè componit. Adde etiam, ſi lubet, Caniſium, qui paucula quidem, ſed non inuenuſtè, attingit libro primo operis Virginei cap. 6. & 11.

## Anno mundi 2981. ante Chriſtum 1003.

A ABſoluto templo Rex Salomon, nobile deinceps aggreſſus eſt opus, *Thronum* videlicet *regium.* Structuram eius expendit Sacer textus libro 3. Regum cap. 10. Eius verò authorem, materiam, formam, leones, gradus, ebur, ſublimitatem, mirantur quidem Patres: ſed magis illi tamen vehementer mirantur, qui in typo relucet, prototypum; nempe diuiniſſimam Dei Matrem; quam in hoc Throno figurari contendit Damianus, ſermone 44. per totum. Guerricus item Abbas, ſermone 1. de Annunciatione circa medium. Bonaventura in Speculo, lectione 2. circa duos trientes, & lectione 7. ac lectione 8. Richardus à S. Laurentio, copioſiſſimè libro 10. columna 546. At ex recentioribus ſcitè rem tractant & explicant Salazarius de Conceptione cap. 38. n. 10. Spinellus cap. 2. n. 4. & 6. Barradius in harmoniam Euangelicam, libro 6. cap. 2. Poiræus Triplicis Coronæ tractatu 1. cap. 3. § 3. Qui etiam cap. 13. § 10. fuſè oſtendit illam eſſe *Thronum Dei*, quem vidit Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi cap. 4. & multis Patrum teſtimonijs rem illuſtrat. Item

Nouariuus

Nouarinus in vmbra Virginea, n. 1380. 1418. eandem eſſe *thronum gratiæ*, & *thronum miſericordiæ* multis commemorat. Caniſius denique, libro primo operis Marialis cap. 6. adumbrari *Salomonico throno* declarat *virginalem* hunc, vti loquitur Methodius, ſermone de S. Deipara, *thronum.*

Anno Mundi 3009. ante Chriſtum 974. Mortuo Salomone, regnum Iſraëliticum vitio paterno inquinatum, iuuenilibus conſilijs exceptum, peſſumdedit Roboam, diſtractis à ſe decem tribubus; & tantùm duabus tribubus reſiduis Iudâ atque Beniamin, regnauit annos circiter 17. vt habetur ex libro 3. Regum cap. 15. Deinde

Anno Mundi 3026. ante Chriſtum 658. Roboamo Abiam ſuccedit, & tres annos regnat, lib. 3. Regum cap. 15. poſteà

Anno Mundi 3029. ante Chriſtum 955. Poſt Abiam regnauit Aſa annis 41. fuitque pius, ac religioſus ſummi Numinis cultor, lib. 3. Regum cap. 15. Tum

Anno Mundi 3070. ante Chriſtum 914. Asâ extincto, ſedit in throno Iuda Rex Ioſaphat, bonus ac pius in Dominum; regnauitque per annos viginti quinque, lib. 3. Regum cap. 22. At

Anno Mundi 3079. ante Chriſtum 905.

His certè non longè temporibus, hoc eſt, A circa annum, Ioſaphati regnantis ſupra Iudam, nonum: prodire incepit Elias Theſbites, propheta præclarus, virtutibus & prodigiis inſignis, vt patet ex libro 3. Regum cap. 17. Commendabilem hunc fuiſſe caſtitate notat Ignatius martyr, epiſtolâ 6. ad Philadelphenſes. Celebris eius habitatio fuit in monte Carmelo, vbi filios Prophetarum, id eſt, Sanctioris vitæ ſocios, congregarat, qui ſe poſteà Carmelitas dixère: de quorum cœtu Beatiſſima Virgo putatur extitiſſe; creditúrque à pluribus ob eam rationem, quòd communiter Religioſi Carmelitæ nuncupantur fratres Beatiſſimæ Virginis. Sed fides ſit penes authores. Hanc certè appellationem Ioannes Ieroſolymitanus Patriarcha libro de Inſtitutione Monachorum cap. 36. refert ad id, quòd ſicut Elias & filij Prophetarum, ſiue Eliæ diſcipuli, ſeruabant caſtitatem; ita ipſa Virgo prima inter mulieres virginitatem complexa ſit. Fuit autem Elias mirabili zelo in Deum, & non minore potentiâ in creaturas, vnde in Idolorum cultores ac ſuperſtitioſos Iſraëlitas infenſus, trium annorum ſéxque menſium ſiccitatem indixit, quo tempore demum elapſo, pluuiam impetrauit, miſſo tamen antè puero, ſiue famulo, qui ſepties aſcendens proſpectaret ad mare, & Nubeculam tandem videri renuntiaret ſimilem veſtigio hominis, vt dicitur lib. 3. Regum cap. 18. Hanc *Nubeculam*, & imaginem & prophetiam fuiſſe, quâ prædiceretur Virgo ſanctiſſima, fuse oſtendit prædictus Ioannes Patriarcha cap. 32. 33. & ſequentibus, qui author habetur tomo 4. Bibliothecæ Patrum editionis Colonienſis. Cui adhæret, ſed elegantiâ floridus ſolitâ Salazarius, de Conceptione cap. 38. n. 11. & Bartholomæus Deſcobar, ſermone 3. de Natiuitate B. Virginis, pagina 246. vbi plurimos in hanc rem Patres citat: quibus addi poſſunt Chryſippus in oratione de Deipara, & Heſychius, oratione 2. de B. Virgine, ſub initium eiuſdem orationis. Et verò in Nubecula prædicta hæc notabilia ſunt: quòd venit poſt longam ſiccitatem, quòd impetrata fuit ſubmiſſis precibus, quòd parua erat ſed fœcundiſſima, quòd erat ſicut veſtigium hominis quo calcantur ſerpentes, &c. Quid horum non conuenit Mariæ? diu expectata eſt arente mundo ſiccitate gratiæ, impetrata fuit votis Sanctorum Patrum ac parentum, humillima erat & omnium ancilla, fœcunda imbribus gratiarum, fœcundior diuino Verbo Incarnato: hâc, tanquam ſuo veſtigio & calcaneo, dirum omnis peccati ac Luciferi caput, Deus homo factus contriuit, & omnium malorum fæculentum virus, noxam videlicet originalem, compeſcuit, &c.

B Intereà illius ſiccitatis ab Elia prædictæ; omnia per Iſraëlitidem deuaſtante fame; primùm quidem idem Elias monitu Numinis ſe confert ad torrentem Carith, ibique paſcebatur à coruo. Poſteà in Sarephtam Sidoniorum ſe recepit, & ad quamdam viduam diuertens perennitatem illi olei & farinæ impetrauit, eiuſdémque filium impetrauit exſuſcitari à mortuis mirabili modo, vt dicitur lib. 3. Regum cap. 17. Huic bonæ, & hoſpitali ac miſericordi *viduæ* Deiparam comparat Richardus à S. Laurentio, lib. 6. de laudibus Virginis columna 414. Item Mendoſa in primi libri Regum cap. 4. pagina 221. Certè Maria pauit Chriſtum lacte & bonis ſuis, pauit populum electum humore gratiæ, tempore mundanæ huius miſeriæ & famis: Et de eius hydria nunquam defecit, quâ ſuſtentaret ſuos, farinula; nunquam oleum miſericordiæ ac benignitatis de Lecytho.

Anno Mundi 3087. ante Chriſtum 897.

A IAm ceſſauerat fames, imò poſt famem toto quinquennio mira patrauerat Elias, interficiens Sacerdotes Idoli Baal, Elizæum Prophetam in ſocium deligens, Syros cum ſuo Rege Benadado diuerſis cladibus afficiens, Achabum increpitans, interminans Iezabeli audaci & impiæ Reginæ ſeueriorem necis modum, vt latè enarratur libro 3. Regum capitibus 17. 18. 19. & ſequentibus. Cùm, vt dicitur lib. 4. Regum cap. 2. rapitur ex oculis & cætu mortalium, ſpectante Eliſæo & duplicem ſpiritum fœliciter obtinente, curruque igneo deportatur in cælum: cum quo

*igneo curru*, poſt Ioannem Geometram, hymno 1. componit B. Dei Matrem Nouarinus in vmbra Virginea n. 682. additque: *Qui hoc Virgineo curru in cœlum ferri deſiderat, diuitias contemnat vt Elias*; Elias enim delatus ſuo curru pallium in terras demiſit; addo vlteriùs zelo Dei plenus ſit vt Elias, virtutibus omnibus floreat vt Elias, & ſe ſciat flammeo charitatis curru deuehi.

B Rapti Eliæ locum, vt & Spiritum, Eliſæus obtinuit, qui virtutum ſplendore conſpicuus, præſertimque virginitate, vt docet martyr Ignatius epiſtolâ 6. ad Philadelpheoſes, & longè poſt eum Adelmus libro de laudibus virginitatis circa trientem: ac prætereà miraculis clarus, Iericuntinas primùm aquas potabiles reddidit, ſubmiſſa cum ſale interiùs contento in fontem hydriâ, vt dicitur libro 4. Regum cap. 2. Cuiuſmodi *hydriæ* Deiparam comparat Methodius, in Hypapante circa duos trientes: ſicut etiam comparat illi *farinæ*, qua idem Eliſæus lib. 4. Regum cap. 4. cibos mortiferos confeſtim ſanos fecit. Prætereà idem Sanctus Propheta, præter miracula, quæ pro Ioſaphato, & Ioſaphati exercitu præſtitit, vt enarratur eodem libro Regum cap. 3. inopi mulierculæ oleum in vaſis adauget: & Sunamitidi ita filium impetrat, vt eumdem poſteà morte extinctum mirabiliter excitarit, lib. 4 Regum cap. 4. In vtraque muliere imaginem Virginis agnouerunt nonnulli Patres: In *Sunamitide*, quia vero Prophetæ Chriſto Domino hoſpitium præparat: in *Inope muliere*, quia, ex imperio Dei ac Chriſti ſummi Prophetæ, vaſa vacua replet. Vide Richardum à S. Laurentio, lib. 6. columna 414. & Bonauenturam in Speculo, lectione 7. circa medium. Interim

Anno Mundi 3090. ante Chriſtum 894. Ioram cum patre ſuo Ioſaphato regnat quatuor annis. Et poſteà ſolus quatuor aliis regnat magnâ in fratres ſuos crudelitate, lib. 2. Paralipomenon cap. 21.

Anno Mundi 3099. ante Chriſtum 885. Ochozias Ioramo ſuccedit, & poſt obitum Patris vix anno imperat: poſt Ochoziam Athalia mater eius tyrannidem ſex annis vſurpat, lib. 4. Regum cap. 11.

Anno mundi 3106. ante Chriſtum 878. Ioas interfectæ Athaliæ locum excepit; regnauitque annis 40. & fuit, dum vixit Pontifex Ioïada, ſatis in Deum pius, lib. 4. Regum cap. 12.

A Eſt verò, regnante Ioa, & viuo Ioïada Sacerdote, factum in templo Ieroſolymitano Gazophylacium, in quod coniectæ ſunt immenſæ propemodùm pecuniæ, quæ ad inſtaurationem templi deſeruirent. Huic *Gazophylacio* comparant Matrem Dei Nouarinus in vmbra Virginea n. 1386. Galatinus lib. 7. cap. 3. Richardus à Sancto Laurentio lib. 10. de laudibus B. Virginis Mariæ columna 595. Et certè magnas cæli gazas cuſtodit, quæ Chriſtum ipſum, quæ cum Chriſto omnium gratias, ac prærogatiuas ſuo ſinu cuſtodit, & pro ſuo arbitrio diſpenſat; quæ, cum his omnibus, ſibi ipſi conſeruat, & gratiæ ſingularis immenſos theſauros, & immortalis gloriæ inæſtimabilem atque ineffabilem maieſtatem. B Quicquid boni nobis pauperibus, quicquid ædificando & reſtaurando templo cæleſtis Ieruſalem dare diſpoſuit munificentia diuina, in ipſa velut in quodam gazophylacio congregauit. *Vnde dicta eſt, gratia plena, ad raſum propter ſe, ad cumulum propter nos*, inquit Richardus prædictus.

Anno mundi 3146. ante Chriſtum 838. Amazias poſt patrem Ioam regnat annis 29. initio regni in Numen religioſus, lib. 4. Regum cap. 14.

Anno Mundi 3175. ante Chriſtum 809. Azarias, qui & Ozias ſuccedit parenti Amaziæ, in Deum propenſus, in quem tamen poſtmodùm offendens Sacerdotalis officij vſurpatione, leprâ percuſſus eſt, lib. 2. Paralipomenon cap. 26.

Anno mundi 3227. ante Chriſtum 757. Vidit Propheta Iſaias viſiones; & mortuus eſt Azarias Rex Iuda, ſiue Ozias, cui ſuccedit Rex Ioatham, pietate non modo adæquans, ſed & ſuperans Patrem, regnauit autem ſexdecim annis, vt habetur lib. 4. Regum cap. 15.

A INter viſiones autem, quas habuit Iſaias, inſignis eſt illa, quam habuit in anno, quo mortuus eſt Ozias, hoc eſt hoc anno, in qua Dominum vidit ſedentem ſuper ſolium excelſum, vt ipſe de ſe dicit Prophetiæ ſuæ cap. 6. In ea enim carbo de altari excipi viſus eſt, qui de eo beneficio forcipis extractus Prophetæ labia expurgauit. Eiuſmodi *forcipi* carbonem ignitum de diuino altari excipienti, Beatiſſima Virgo, quæ Verbum ex gremio Patris, velut ſacrum ignem ad nos aduexit, à Methodio æquiparatur, oratione in Hypapante circa medium. Item ab Andrea Cretenſi, oratione de Annunciatione circa medietatem. Et his Patribus conſentit Nouarinus in vmbra Virginea n. 1335. ac Pintus Ramirez de Conceptione n. 1172.

Anno mundi 3243. ante Chriſtum 741. Regnum Ioathami conſecutus eſt filius eius Achaz, patri mortuo ſuccedens, eidem moribus valde diſſimi-

lis, nempe Idololatra infamis, libro 4. Regum cap. 16.

A SVb hæc quoque tempora Iſaias Propheta multa vaticinatus eſt, & Symbola dedit, quæ genitricem Dei, Verbúmque Incarnatum reſpiciunt. Nobilis certè eſt illa prædictio, quam complexus eſt cap. 7. cùm reſpuenti Achazo poſtulare de cælo vel de inferno ſignum, magnificà reſpondit: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum, &c.* Quam Prophetiam eſſe intelligendam de B. Virgine Deipara Chriſtum Dominum ſaluâ & illibata virginitate concipiente & pariente, de fide eſt: quod qui negat, cum Ebione, Heluidio ac Iudæis damnatur, & contrarius eſt Diuo Matthæo, Euangelij ſui cap. 1. id aſſerenti. Locum hunc fusè & probant & explicant Scripturæ Interpretes, præſertim Cornelius. Illuſtrant etiam hi; Auguſtinus, ſermone 6. de tempore, initio; & ſermone 8. circa medium; & ſermone 9. circa tres quadrantes. Chryſippus, oratione de Deipara circa medium. Guerricus Abbas, ſermone 3. de Annunciatione, initio. Timotheus presbyter Ieroſolymitanus, oratione de Simeone, tomo 4. Bibliothecæ Patrum. Caniſius, libro 2. operis Marialis cap. 6. & innumeri alij.

B Præterea ideò Propheta Iſaias, velut Euangelicus doctor, cap. 8. inſequente, proſequendo loquitur de partu B. Virginis, quam *Prophetiſſam* vocat. Sic enim ait: *Et dixit Dominus ad me. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis: velociter ſpolia detrahe, citò prædare, &c.* Tum paulò poſt: *Et acceſſi ad Prophetiſſam, & concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: voca nomen eius; Accelera ſpolia detrahere, Feſtina prædari, &c.* Quam Prophetiſſam etſi nonnulli exiſtiment eſſe coniugem Iſaiæ, tamen, vt rectè docet Cornelius, ſenſus hic Iudaicus eſt & falſus. Sed eiuſmodi Prophetiſſa eſt Sanctiſſima Virgo Maria, quam ibi exprimi agnoſcunt Hieronymus, Cyrillus, Baſilius, & Chaldæus hîc, Rabbi Haccados apud Galatinum lib. 7. cap. 18. Auguſtinus, lib. 17. de Ciuitate Dei cap. vltimò. Epiphanius, hæreſi 78. Ildephonſus, de Aſſumptione ſermone 2. Ambroſius, in caput 1. Lucæ. Euſebius, lib. 7. de demonſtratione cap. 2. & ſine numero alij.

C Imò etiam communiter Patres, per *librum grandem*, in quo ſtylo hominis iubetur Propheta ſcribere, velut excellenti Symbolo adumbrari Mariam volunt, in qua conceptum & velut conſcriptum ineffabile Dei Verbum Homo pro nobis factum eſt. Ita inter cæteros Thaumaturgus, oratione 3. de Annunciatione. Epiphanius, de laudibus Virginis circa duos trientes. Gregentius Tephrenſis, diſputatione cum Herbano Iudæo circa ſextam partem operis illius. Baſilius Seleuciæ, oratione 39. de Annunciatione circa medium, vbi dicit: *Verbum chartæ inſcriptum.* Andreas Cretenſis, circa medium orationis de Annunciatione. Titus Boſtrenſis, in primum caput Lucæ, ad illa verba: *Ecce Ancilla Domini.* Richardus à S. Laurentio, de laudibus B. Mariæ, lib. 12. columna 1072. & alii quos citat & ſequitur Spinellus cap. 5. n. 29. Nouarinus in vmbra Virginea n. 77. 78. 195. Pintus Ramirez de Conceptione n. 869. & Bartholomæus Deſcobar, toto ſermone de Conceptione Virginis.

D Quem autem non rapiunt iſta tam clara, támque expreſſa, quæ idem Iſaias habet cap. 9. ſui vaticinij? *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis, &c.* quibus verbis graphicè deſcribitur Deus homo, ſiue Chriſtus: qui cùm dicatur natus, certè ex aliqua matre, quæ proinde hîc promittitur vnà cum paruulo filio, qui paruulus dicitur, vt non conſideretur eius generatio æterna, quæ à matre non eſt, ſed à ſolo Patre. Id agnouêre Patres omnes, quos Interpretes Scripturæ magna cum copia congerunt.

E At verò quibus non deſcribit ſignis & circumſtantiis Verbum Incarnandum, quando cap. 11. ſic loquitur? *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Spiritus Sapientiæ & intellectus, Spiritus Conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit.* Et reliqua, quæ hoc capite vberrima de Chriſto, tam iuxta Patrum, quam Hebræorum mentem, continentur: qui proinde propemodùm omnes, vt per *florem* Meſſiam, & per *radicem Ieſſe* familiam Dauid, ita per *virgam* Matrem Meſſiæ, ſignificari intelligunt. Ita inter cæteros virgam cum Virgine componit ex Græcis Epiphanius, oratione de B. Virgine. Chryſippus, de Deipara circa tres quadrantes. Methodius, in Hypapante paulò vltra medium. Heſychius, orat. 2. de B. Maria circa quadrantem. Coſmas Ieroſolymitanus, Theogoniæ hymno 1. Baſilius Seleucienſis, orat. 39. de Annunciatione circa duos trientes. Germanus Conſtantinopolitanus, tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 453. litera B. Ex Latinis autem Leo magnus, ſermone 4. de Natiuitate Chriſti circa quadrantem. Ambroſius in Lucam, ad illa verba: *Benedicta tu inter mulieres.* Lactantius, lib. 4. Inſtitutionum cap. 13. Hieronymus in Iſaiæ cap. 11. & epiſtola 22. ad Euſtochium circa mediatatem. Damianus, ſermone 40. & 46. Bernardus, ſermone 1. de Aduentu: & ſermone *Signum magnum.* Ildephonſus, de virginitate B. Mariæ cap. 3. ſub finem: & cap. 6. non longè ab initio. Item ſerm. 1. de Aſſumptione. Præter hos autem ex recentioribus, Delrio in Floridis hanc materiam latè tractat, oratione totâ de Natiuitate B. Virginis. Caniſius, lib. 1. operis Marialis cap. 3. Quibus omnibus adde Richardum à S. Laurentio, lib. 4. columna 281. Amedeum, homilia 8. de B. Maria, initio; & Bonauenturam in Speculo, lectione 6. vbi inter alia, hæc pulcherrima habet. *Cùm ex iſto flore*, Chriſto videlicet, *tanta gratia redundet in totum hortum, quantò magis in ipſam huius floris virgam, in ipſam Mariam?*

F Iſtis Iſaiæ Prophetiis addendæ ſunt adhuc hæ Prophetiæ eiuſdem, quæ inter onera, hoc eſt, inter comminationes diuinitus factas ad diuerſas gentes, continentur: quarum prima ſumitur ex

cap. 16. vbi poſtquam Iſaias conſideraſſet vaſtationem, quæ nppreſſuta erat Moabitas, cognoſcens Meſſiam venturum ex Ruth Moabitidis progenie, exclamat: *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Vbi licet per verba iſta, *de Petra deſerti*, intelligatur ad literam vrbs ſic nuncupata in Arabia Petræa, myſticè tamen accipitur de B. Virgine, quæ hoc ſenſu eſt *Petra deſerti*, quòd adſit auxilio omnibus, qui in hoc mundi deſerto militant. Vide Cornelium in Iſaiam cap. 16. & Scherlogum in Cantica, veſtigatione primâ, explanatione morali ſectione 4. Altera decerpitur ex cap. 19. vbi hæc habentur. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum. & commouebuntur ſimulacbra Ægypti à facie eius, &c.* Qualem Sancti Prophetæ locutionem Hieronymus, Cyrillus, Procopius, & Ambroſius exhortatione ad Virgines, interpretantur de Chriſto inter maternas vlnas deportato in Ægyptum, atque adeò *Nubes* illa leuis Symbolum eſt B. Mariæ. Qualem nubem mirantur; præter dictos Patres; Damianus, ſermone 46. ſub finem. Euſebius Gallicanus, ſermone in feſto Innocentium circa quadrantem. Ioannes Ieroſolymitanus, cap. 33. & 34. Richardus à Sancto Laurentio, lib. 7. de laudibus B. Mariæ, columna 478. Et ex recentioribus, Nouatinus in vmbra virginea n. 338. & 725. Caniſius, lib. 2. de Deipara cap. 6. Piotus Ramirez de Conceptione n. 640. Scherlogus, in Cantica veſtigatione 7. explanatione morali ſect. 1. Ac denique Poitæus, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 3. Et certè Maria nubes eſt, quæ nobis obumbrat, Solem Iuſtitiæ, & carne velut nebula veſtit: quæ irrorat gratiis, refrigerat, fœcundat, & citiſſimè fertur, ac Chriſtum portat in omnium hominum mentes & terræ populos, ac nationes etiam barbaras.

Anno Mundi 3257. ante Chriſtum 727. Ezechias factus eſt Rex poſt defunctum Achas, & regnauit annis 29. laudatiſſimus Princeps ac religionis patriæ inſtaurator egregiùs, lib. 4. Regum cap. 18. Sed

Anno mundi 3270. ante Chriſtum 714. regni Ezechiæ 13.

ÆGrotauit ipſe Ezechias, vt dicitur libro 4. A
Regum cap. 20 & Iſaiæ cap. 38. cui cùm nomine Dei denunciaſſet mortem Iſaias, ipſi tamen, eius precibus exoratum Numen, vitam prorogauit ad quindecim vlteriùs annos. In cuius rei ſignum Solis vmbra regreſſa eſt per decem lineas in horologio Solari Achaz, ſiue quod curauerat conſtrui Achaz. Huic *Horologio* non inconcinnè Nouarinus in vmbra Virginea n. 181. Beatiſſimam Dei matrem comparat, in qua Sol Iuſtitiæ infra omnes nouem Angelorum ordines, ad humanam carnem deſcendit.

Sub hæc tempora etiam putantur accidiſſe B
nonnullæ adhuc ab Iſaia Vate de S. Deipara prædictiones. Hæ verò nominatim: quarum prima eſt ſcripta Iſaiæ cap. 45. his verbis: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem, & iuſtitia orietur ſimul, &c.* Suſpirat enim ad Chriſtum ſacer Vates, vt communiter Patres ſentiunt, in primis Auguſtinus, lib. 5. de hæreſibus, cap. 4. Nec enim hæc, quæ dicit, alij conuenire poſſunt, vt rectè probat Cornelius, quàm Chriſto, quem Iſaias vehementer exoptat. *Terra* ergo *germinans Saluatorem*, eſt vterus Virginis: vnde à Gregorio Thaumaturgo, orat. 1. de Annunciatione circa medium, dicitur *Pratum fragrantiſſimum, & ager, qui non exaratus fructum attulit.* Andreas verò Ieroſolymitanus, orat. de Annunciatione in medio, Chriſtum appellat *Spicam* illius agri. Nec longè diſſentiunt; Heſychius, oratione 2. de B. Virgine, circa trientem. Proclus de Chriſti Natiuitate, circa quadrantem. Baſilius Seleucienſis, orat. 36. de Annunciatione, circa tres quadrantes. Guerricus Abbas, ſermone 2. de Annunciatione, verſus initium & deinceps. Altera Iſaiæ prædictio reperitur cap. 66. vbi hæc leguntur: *Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vnquam tale? &c.* Quibus verbis alludit, inquit Cornelius, ad partum B. Virginis: hæc enim peperit maſculum tum ſexu, tum robore, putà Chriſtum, antequàm parturiret, id eſt, *ſine dolore, mora, & ſordibus parturientium*, inquit Nyſſenus, oratione de Reſurrectione. Et Damaſcenus, lib. 4. de fide, cap. 15. qui hæc de B. Virgine explicuit; quem locum egregiè tractat pro Virgine Guerricus Abbas, ſermone 2. de Natiuitate B. Virginis circa medium: Et Caniſius citans pro ſe Rupertum, lib. 2. operis de B. Maria cap. 9. ſub finem. Vide ſi lubet Richardum à S. Laurentio, columna 56. 177. 186. 193. 218. 245. 253. 265. vbi crebrò tractans prædictum Iſaiæ locum, etiam crebrò inculcat, quòd *parturire propriè eſt, ante partum, & in partu laborare: Maria autem antequam parturiret peperit, quia, ſicut canit Eccleſia, ſine dolore peperit Saluatorem ſæculorum: ſed longè poſt parturiit, quia in filij paſſione ſenſit dolores puerperæ.*

Anno mundi 3286. ante Chriſtum 689. Manaſſes, poſt patrem ſuum Ezechiam, Iudaicum ſceptrum tenuit inſignis impietate, inſignis & pœnitentiâ: regnauit annis 55. vt habet
A liber 4. Regum cap. 21. & liber 2. Paralipomenon cap. 33. Sed &

Anno Mundi 3296. ante Chriſtum 688.

A MAnaſſes à Merodacho captiuus Babylone detentus eſt, de qua captiuitate agit liber 2. Paralipomenon cap. 33. Quo tempore ponitur accidiſſe hiſtoria Iudith, quæ nobiliſſima matrona in Bethulia ciuitate, vidua degens, commiſeratione ſuæ patriæ permota miro ſtratage-
B mate Aſſyriorum exercitum fudit, & Holofernis Ducis ſomno vinóque conſepulti caput generosè truncauit. Præclarè res exponitur toto libro Iudith: & conſentiunt Scripturæ Interpretes &

Patres rem hoc tempore eueniſſe: multò magis autem conſentiunt omnes in hac Heroin. ... præſentiſſimum refulgere exemplar glorioſæ Virginis inimicos Dei atque humani generis, calcato capite Tartarei ſerpentis, animosè vincentis. Ita videre licet apud Bonauenturam in Speculo lectione 6. & 9. & 15. atque etiam in rhithmica laude B. Deiparæ. Item apud Richardum à S. Laurentio, lib. 4. de laudibus Virginis columna 286. & libro 6. columna 420. Poſt quos, ex recentioribus Spinellus, cap. 24. n. 16. Pintus Ramirez de Conceptione, n. 399. Mendoſa in caput 4. libri primi Regum, annotatione 11. n. 16. atque illis vberiùs in Triplici corona Poiræus, tractatu 1. cap. 3. §. 6. parallelum rite tractarunt, oſtendentes Mariæ meliùs, quàm Iudithæ conuenire hæc verba: *Non eſt mulier, talis ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum.* Item: *Et erat in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de ea verbum malum.* Ac denique: *Benedixit te Dominus in virtute ſua, qui per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris.* Et alia paris excellentiæ encomia, quæ paſſim in libro Iudith ſparſa repeiuntur.

Anno mundi 3341. ante Chriſtum 643. Amon poſt Manaſſis obitum duobus annis regnauit ſed impiè: vt patet ex lib. 4. Regum cap. 21. & lib. 2. Paralipomenon cap. 33. Deinde

Anno Mundi 3343. ante Chriſtum 641. Ioſias ſanctitate ac religione commendabilis, annis 31. poſt Amon patrem ſuum Iudæis imperauit ſic habet liber Regum quartus cap. 21. & 22. At

Anno Mundi 3374. ante Chriſtum 610. Ioachim, ſiue Eliacim; poſt parentem Ioſiam percuſſum ac peremptum ab Aſſyriis in Mageddo; itémque poſt tres menſes Ioachaſi filij Ioſiæ & fratris ſui; tempore Babylonicæ turbationis; populum rexit annis vndecim, vt habetur ex lib. 4. Regum cap. 23. Tum

Anno mundi 3385. ante Chriſtum 599. Ioakim ſiue Iechonias, filius Eliacim euectus eſt in ſolium regium, in quo tribus tantùm menſibus ſtetit, & vltimus ex proauis Chriſti ac B. Virginis regnum occupauit: patet id ex libro 4. Regum cap. 24. & libro 2. Paralipomenon c. 36. ac Matthæi c. 1.

A HOc igitur anno incipit Babylonica Iudæorum captiuitas, quæ Iechoniam & Ieroſolymitas fortunis, ſolo, ac ſolio euertit: cuius captiuitatis calamitoſis temporibus, viuebat Sanctiſſimus Propheta Ieremias, virgo ipſe, vt docet Ignatius martyr, epiſtola 6. ad Philadelphenſes, & ab vtero ſanctitate ornatus, vt teſtatur Deus Ieremiæ cap. 1. Hic inter multa, quibus ſolabatur aut monebat populum ſuum, egregia iſta adducit cap. 31. *Creauit Dominus nouum ſuper terram. Fœmina circumdabit virum.* In quibus manifeſtam de B. Virgine contineri prædictionem, Auguſtinus aſſerit, ſermone 9. de tempore circa medium. Item Hieronymus, Rabanus, Hugo de Sancto Victore, Diuus Thomas, Lyranus, Cornelius, & alij Interpretes in hunc Ieremiæ locum. Quis enim alius vir, quem perfectum & verè virum ſapientia & ſanctitate, fœmina circumdaret, niſi Dominum Chriſtum, quem Maria concepit? Ita rem Bonauentura interpretatur in Speculo, lectione 7. Conſentiunt recentiores; Caniſius, libro 2. Marialis cap. 4. & 6. Nuuarinus in vmbra Virginea n. 79. atque 85. Imò & ipſi Rabbini, quos citat Galatinus libro 7. cap. 14. Iam verò

Anno Mundi 3388. ante Chriſtum 596.

A IN ipſo loco Babylonicæ captiuitatis, quæ, ſumpto initio à Iechonia in Babylonem deportato, triennis erat; vndennis verò, ſumpto initio à depoſito per Aſſyrios Ioachaſo, cùm eius loco regnauit Eliacim; Prophetiâ micabat Ezechiel, & ſub Symbolo *currus gloriæ Dei*, quem mirabili viſione diuinitus contemplatus eſt in Chaldæa iuxta fluuium Chobar, glorioſam Domini matrem magnificè depinxiſſe viſus eſt cap. 1. ſuæ Propheriæ. Ita certè rem inſinuat Gregorius Thaumaturgus, oratione de Annunciatione. Et præclarè explicat ex omnibus quos legerim, Poiræus, Triplicis coronæ, tractatu 1. cap. 13. §. 11. Qun enim nobiliore curru, magis veloci, magis oculato, & ad omnem pompam aptato Chriſtus ferri ac deuehi poteſt, quam Virgine Maria? quam circumdant cæleſtes Spiritus, præcedit maieſtas, & ſacer in pectore ignis, illo, qui in curro ſplendebat, repræſentatus, perpetuò comburit. Lege Ezechielis viſionem, & ſatis ſe proder adumbrata ſermone prophetico Virgo. Vide etiam Spinellum, ſi vacat, qui librum bene copioſum magna ex parte adaptat ad hoc Ezechielis ſymbolum. Poſtmodùm

Anno Mundi 3396. ante Chriſtum 588. Salathiel Iechoniæ Regis filius, ſed iam priuatus homo, in captiuitate viuebat. Huius nomen eſt apud Matthæum cap. 1.

A HOc eodem anno Ieremias Vates in Ægyptum non tam profectus, quàm, vt ipſe indicat cap. 43. à Iudæis popularibus cum Baruch abductus, docuit Sacerdotes Ægyptios myſterium *Virginis pariture*, quâ ingrediente olim (ingreſſuram vaticinabatur & aliquamdiu man-

ſuram in Ægyptn) vana Deorum ſimulachra corruerent. Res exponitur ab Epiphanio in vita Ieremiæ, & à Dnrothen in Synnpſi, atque ab Euſebio, libro 6. de demonſtratinne cap. an. Similiter à receotinribus, Caniſio, in opere de B. Maria lib. 2. cap. 7. Bonifacio, in hiſtntia Virginali lib. t. cap. 2. Odnne Giſſæn, de Virgine Anicienſi librn 2. cap. 7. Pnitæn, Triplicis cnronæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. n. 4. Huic autem vaticinio tantum Ægyptij ttibuerunt, vt ad ſeruandam eius memotiam, paſſim Virginem in lecto cnllocarent, & in præſepi infantem adorandi gratiâ: de qun pnſtmndùm ritu interrogati à Ptolnmæn, quid ſibi vellet; bnc eſſe myſterium reſpnnderunt, qund mainres ipſnrum à Sanctn Prnpheta Ieremia iampridem traditum accepiſſent.

## Anno mundi 3408. ante Chriſtum 576.

A EX captiuis Ephebis, qui Babylnne mnrabantur, Daniel, illuſtratus a Deo vates, ſub typo *Montis*, è qun lapis deciduus Cnlnſſalem Nabuchodonnſoris ſtatuam euertit, ſicut ipſe explicat cap. 2. ſuæ Prnphetiæ, figurari Dei genitricem ſatis expreſſit: & ita valde multi Patres, qoi Mariam *Montem* dixere, intellexiſſe viſi ſunt. Vnde Bnnauentura iu Speculo, lectinne 14. circa quadrantem. *Maria*, inquit, *eſt mons, de quo, ſicut in Daniele legitur, lapis ſine manibus abſciſſus eſt, dum Chriſtus de Maria ſine opere maritali natus eſt.* Multa alia de hoc monte prnſequitur: cui conſentiunt Richardus à S. Laurentio, lib. 8. de laudibus Virginis cnlumna 500. & libro 10. cnlumna 544 Item Ildephnoſus, de virginitate B. Matiæ cap. 6. Auguſtinus in pſalmum 101. in parte prima citca trientem. Gregorius in librn 1. Regum cap. 1. Damaſcenus, nratinne 1. de Natioitate Virginis. Andreas Ieroſnlymitanus, nratinne de Annunciatinne circa duos trientes, & alij: quos ex recentinribus ſequuntur Caniſius lib. 2. Marialis cap. 6. & 16. Nouarinus in vmbra Virginea, o. 7t. Spinellus cap. 32. n. 19.

B Rurſus Ezechiel hoc anno; qui eſt vel trigeſimus tertius, vel vigeſimus ſecundus expletus Babylonicæ captiuitatis, ſumpto diuerſimndè huius captiuitatis initio, vt innuimus ad annum mundi 3388. ſub *Portæ clauſæ* myſticn ænigmate, integertinræ Matris inuiolatam caſtitatem diuinitus ſibi repræſentatam vidit: de qua viſione hæc nobis exarata reliquit cap. 44. Prophetiæ ſuæ: *Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per illam, eritque clauſa Principi.* Sic Ezechiel. Sed *hæc porta*, inquit Caniſius, lib. 2. nperis Marialis cap. 6. *non ad Aquilonem vnde panditur omne malum, ſed ad exortum ſpectat, vnde Sol nouus, & nouator omnium oritur, idémque Princeps eſt pacis, qui ingrediens & egrediens Marianæ virginitatis clauſtra non violauit, ſed conſecrauit.* Neque vacat id myſterio, ter clauſam hanc portam a Propheta repeti, vt ſic etiam admoneamur, Meſſiæ matrem ſimul ante partum, & in partu, & poſt partum Virginem integram ſignificari in hoc loco. Quæ Prophetica verba crebrò citantur a Patribus, & ad Mariam, vere Portam perpetuò clauſam, nulliſque niſi Domino Deo peruiam, ſedulò accnmmodantur. Sic locum hunc accipit Chryſnſtomus, hnmilia de Sancto Inanne Baptiſta. Hietonymus, in cap. 44. Ezechielis. Ambroſius, de Inſtitutione Virginum cap. 8. & epiſtnla 81. Auguſtinus, ſermnne 6. & 18. de tempore. Ruffinus in Symbnln. Damianus, ſermnne 46. circa trientem. Euſebius Gallicanus, homilia 2. circa medium. Rupertus, librn 2. in Ezechielem cap. 32. Ildephnnſus, de virgioitate B. Mariæ cap. 2. initio, & cap. 3. ſub finem, & cap. 6. & ſermone 6. de Aſſumptinne circa quadrantem: & primo de Natiuitate circa finem. Guerricus quoque Abbas, ſermone 2. de Annunciatione circa trientem. Et Bernardus, ſermone *Signum magnum.* Bonauentura io laude rhithmica B. Virginis. Amedeus homilia 4. de S. Maria. Richardus à S. Laurentio, lib. 10. columna 627. & 629. Ex Græcis verò, præter Chryſoſtomum ſuprà citatum,

A Epiphanius de laude Virginis circa trientem. Andreas Cretenſis, de Annuociatinne circa duns trientes. Chryſippus de Deipara. Heſychius oratinne 2. de B. Virgine. Ephrem in laude Virginis. Methodius in Hypapante, circa tres quadrantes. Thaumaturgus, nratione 3. circa medium de Annuociatinne. Germanus Conſtaotinopnlitanus, tnmn 2. Biblinthecæ Patrum Græcotum pagina 453. litera D & pagina 458. litera E. Inannes Genmetra, hymnn 3. ſub finem. Et innumeri alij cum recentinribus Nouarino in vmbra Virgioea n. 124. 1335. Fernandio de viſionibus pag. 485. Cornelin & nmnibus Interpretibus. Pulchrè verò & fusè locum hunc tractat citatus Caoiſius.

## Anno circiter Mundi 3425. ante Chriſtum 559.

A FLorebat Sibylla Helleſpnntiaca, vt ſcripſit Heraclides Ponticus, & Genebrardus in Chronicn, Ad quod etiam tempus ignntam ſatis referimus Sibyllam Agrippinam. De quibus mentionem faciunt, Sixtus quidem Senenſis de Hel-

B leſpontiaca, lib. 2. Biblinthecæ; verbn *Sibylla*: & Caniſius, librn 2. Marialis cap. 7. ac Bnnifacius in hiſtntia Virginali, lib. 1. cap 2. de vtraque verò Poiræus, Triplicis cnrnnæ tractatu 1. cap. 12. § 2. quarum etiam Prnpheticos verſus de Maria Virgine ibidem refert, qui ſic ſe habent Helleſpontiacæ ſuot iſti:

*Dum meditor quondam, vidi decorare puellam*
*Eximio, caſtam quòd ſe ſeruaret, honore:*
*Munere digna ſuo, & diuino Numine viſa*
*Quæ ſobolem multo pareret ſplendore micantem.*

At Agrippinæ ſic ſe habent:

*Summus erit ſub carne ſatus, cariſſimus atque,*
*Virginis & veræ complebit viſcera ſanctum*
*Verbum, conſilio, ſine noxa, Spiritus almi.*

Hæ poſtremæ videntur eſſe Sibyllarum, quæ de Chriſto & Dei genitrice fuderunt oracula.

## Anno Mundi 3429. ante Chriſtum 555.

A DAniel Prnpheta dncetur de aduentu Meſſiæ, reuelante ipſo Gabriele Angeln: quæ reuelatio, vt ad Chriſtum pertinet, ita & ad

eius mattem: vt enim probat Ieſum eſſe verum Meſſiam, ita etiam demonſtrat Matiam eſſe veram Meſſiæ mattem. Continetut hæc teuelatio capite 9. Danielis, iſtis verbis: *Septuaginta hebdomades abbreuiata ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſumetur prænaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo & animaduerte. Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & nō erit eius populus qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & Sanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.* Hæc eſt tota reuelatio, cuius variæ expoſitiones videri poſſunt apud Scriptotæ Interpretes, & Iulianum Archiepiſcopum Toletanum, libro 1. contta Iudæos pet totum; Petaoium, de doctrina temporum libto 12. cap. 31. & ſequentibus; Abramum in Pbaro lib. 14. & alios. Hîc mihi ſatis eſt breuem verborum Danielis paraphtaſticam expoſitionem adiicete. Itaque reuelationis ſenſus eſt. Septuaginta bebdomades annotum, nimirum anni quadriogenti & nonaginta, definiti ſunt, & veluti breue ſpatium conſtituti, quo tes Iudaica ſtabit, donec Meſſias promiſſus adimpleat omnes Prophetias, & ſuâ motte peccata hominum redimat. Scito autem, ô Daniel, initium eiuſmodi definiti temporis ſumendum eſſe à tempore, quo erit ſerium & efficax à Regibos Petſicis decretum ac ptomiſſio, non tantùm de templo, ſed etiam de vtbe Ietuſalem teædificanda; quod accidet anno vigeſimo Artaxerxis Longimani, id eſt, anno mundi tetmilleſimo quingenteſimo trigeſimo (tunc enim Nehemias ab Artaxerxe Miſſus eſt, cum ſumma poteſtate ac litetis, ad Præfectos regios, & opus illud ad exitum perduxit, vt dicitur Nehemiæ 1. & ſequentibos capitibus) Ab boc igitur initio vſque ad Chtiſti mortem, complebuntur hebdomades ſeptem & ſexaginta duæ, id eſt, ſexaginta nouem. Et quidem anguſtum tempus ſeptem hebdomadarum, ſiue quadraginta nouem annorum, inſumetot ad plenam & perfectam inſtaurationem vtbis. Ab hac autem plena & perfecta inſtauratione vſque ad Chriſti occiſionem, elabentur hebdomades ſexaginta duæ, id eſt, anni quadtingenti triginta quatuor, poſt quos elapſos, in bebdomada ex ſeptuaginta hebdomadibus vltima, circa medium hebdomadis, hoc eſt, ttiennio ptiore, Chriſtus nouum fœdus confitmabit prædicatione, miraculis, ac denique tolerandâ morte. Quo etiam triennio deficiet hoſtia & ſacrificium: abtogabuotur enim Iudaica ſacrificia motte Chriſti, tunc quando velum templi conſciſſum conſummata eſſe omnia demonſtrabit. Populus autem Iudaicus, qui Chriſtum negaturus & interfecturus eſt, non etit eius populus, ſed Chriſtiani ab ipſo Meſſia ſiue Chriſto ſic dicti. Vnde populus Romanus cum Imperatote Tito, Ieruſalem & Templum eius vaſtabit, & in perpetuum deſolabit Iudæos.

Anno Mundi 3447. ante Chriſtum 537. Zorobabel filius Salathielis floret, atque conceſſione Cyri Perſarum Regis reuertitur Ieroſolymam. Eſdræ lib. 1. cap. 1. Nomen eius legitur apud Matthæum cap. 1. inter progenitores Chriſti ac Virginis.

Anno Mundi 3458. ante Chriſtum 526. aut certè non longè hinc. Abiud Zorobabeli ſuccreuit, & lineam maternam genealogiæ S. Deiparæ continuauit, vt patet ex primo Matthæi capite. Et

Anno mundi 3511. ante Chriſtum 473. aut circa hæc tempora, rurſum, vt colligitur ex præcitato loco Matthæi, Eliacim ex Abiud genitus lineæ Virginis genealogicæ adhæſit. At

Anno mundi 3525. ante Chriſtum 459.

A AD Artaxerxem Loogimanum, quem Scriptura Aſſuerum vocat, introduxit ſe Regina Eſthet, quæ ante tres annos fuerat ab eodem in coniugem ducta, tepudiatâ Vaſthi, vt enarratur libto Eſthetis cap. 1. 2. & ſequentibus, & quoad notam temporis conueniunt inſigniotes Chtonologi atque Scripturæ Interptetes. Introduxit autem ſe oon iguata peticuli; ſed amor populi ſui contemnere proptiam vitam iuſſit: ſuâ tamen pulchtitudine, induſtriâ & prudentiâ Regem molliuit, & inimicum Aman infenſiſſimum Iudæis virtute compeſcuit, cùm anteà precibus atque ieiuniis cæleſte Numen ad ſuum auxilium fortitet attraxiſſet. Fuiſſe in Eſthere oon ignobilem picturam, in qua B. Deiparæ eximia petfectio telucet, dubium eſſe non poteſt. Nam ſiue pulchtitudinem vultûs, ſiue dignitatem Reginæ, ſiue patriæ charitatem, & eiuſmodi alia conſideres, quæ in Eſthere effulſerunt: quid horum non emioet in Maria? Parallelum boc explicat Bonauentuta in Speculo, lectiooe 3. circa duos trientes, & lectione 5. ac 6. ſob finem, & in laude rhithmica B. Virginis. Item Richardus à S. Laurentio, lib. 2. columna 136. & lib. 4. columna 229. & 286. & 288. libro itidem 5. columna 328. Spinellus, cap. 24. 0. 17. Caniſius, lib. 1. opetis Matialis cap. 2. & lib. 2. cap. 10. & lib. 5. cap. 13. Poiræus, in Ttiplici cotooa ttactatu 1. cap. 3. §. 6. Nouarinus in vmbra Virginea n. 46. Scherlogus in Cantica, veſtigatiooe 3. explanationis motalis ſectione 1. Pintus Ramirez de Conceptiooe, n. 260. 336. 341. 346. 920. Bartadius, libro 6. in harmoniam Euangelicam cap. 12. Atque alij denique, quos authores hi citati indicabunt. Et certè innumere propemo-

dùm occurent legenti hiſtoriam Eſtheris, in quibus prototypus in typo reſplendet.

Anno mundi 3530. ante Chriſtũ 454.

A Incipiunt hebdomadæ ſeptuaginta Danielis: a quo tempore vix quicquam porrigit antiquitas, in quo Virgini Deiparæ laudem aliquam decerpamus, donec ad illud tempus acceſſerimus, quo ipſa felici exortu proceſſit in mundum.

Anno tamen circiter mundi 3564. ante Chriſtum 420. Azor de patre natus Eliacim proauorum Virginis ſeriem continuauit; quo de loquitur Matthæus c. 1. Eandem quoque continuauit ſeriem

Anno circiter mundi 3617. ante Chriſtum 367. Sadoch de Azor progenitus, vt loco citato Matthæi apparet. Deinde

Anno mundi propemodùm 3670. & ante Chriſtum 314. ex Sadoch Achim exoritur. Tum poſteà eodem ex Achim

Anno circiter mundi 3723. ante Chriſtum 261. Eliud ex parente Achim inter proauos Deiparæ à Matthæo cenſetur loco Euangelij prædicto.

Ad annum verò mundi propemodùm 3734. & ante Chriſtum 250.

A Floruiſſe dicitur Ieſus filius Sirach, qui compoſuit Eccleſiaſticum; vult enim eum ſcripſiſſe, ante tempora Chriſti quinquaginta circiter & ducentis annis, Cornelius a lapide, præfatione in prædictum Eccleſiaſtici librum, vbi etiam pluta & magnifica congerit in laudem huius Siracidæ. Sed inter illa non parum illuſtre eſt, quòd vir ſapientiſſimus variis ac pulcherrimis Symbolis præluſit honorandæ Beatiſſimæ Matri Dei, & id maximè præſtitit cap. 24. quod totum caput egregiè explicat & applicat in laudem B. Virginis non ignobilis commentator Bonartius, & multi alij Scripturæ Interpretes. Nam præter illa quæ ſunt præſtantia in gloriam Sanctæ Deiparæ. *Ego ex ore Altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens,* &c. Et deinde iſta: *Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi in Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare, & in electis meis mitte radices*: & quam plurima quæ magnificentiſſima conſequuntur. Quot egregia Symbola, hoc vno contextu complectitur? *Radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion: quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris: & quaſi ſtorax & galbanus, & vngula & gutta, & quaſi Libanus non inciſus vaporaui habitationem meam, & quaſi balſamum non miſtum odor meus. Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ Spei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis. Tranſite ad me omnes,* &c. Neque enim facile eſt omnia perſequi, aut operæ pretium, cùm ſint apud Cornelium, alióſque Interpretes explicatiſſima. Conuenientius, opinor, erit ex Patribus aliiſque non contemnendis authoribus, quaſi digito indicare eos, qui prædicta Symbola in Virgine, & Virginem in illis agnouerint.

B In *Cedro* adumbrari Virginem cenſuit Ildephonſus, ſermone 1. de Aſſumptione non longè ab initio. Arnoldus Carnotenſis, de laudibus B. Virginis circa medium. Bonauentura, in pſalterio minore quinquagenâ 2. ſtrophe 37. Richardus à S. Laurentio, lib. 4. de laudibus B. Mariæ columna 231. & 237. Sed maxime lib. 12. columna 960. Item Spinellus cap. 6. n. 3.

At *Cypreſſo* eandem aſſimilat idem, qui ſuprà citatus eſt, Richardus lib. 12. columna 973. Spinellus item. cap. 6. n. 3. Sed non tantâ vbertate quantâ Richardus.

*Palmæ* verò *exaltatæ in Cades*, Ildephonſus, ſermone 1. de Aſſumptione circa quadrantem. Bonauentura, in pſalterio minore, quinquagenâ 2. ſtrophe 37. Richardus à S. Laurentio fuſiſſimè, libro 12. columna 965. Romæus in paruo ſacello B. Virginis, pagina 25. Nouarinus in vmbra Virginea, n. 14. Bonattius, Cornelius, aliique Interpretes.

C Plurimi autem *Roſæ plantatæ in Iericho* eandem comparant, vt Andreas Cretenſis, oratione in Annunciationem circa quadrantem. Chryſippus, oratione de Deipara, circa trientem. Sedulius in opere Paſchali, libro 2. verſus ſextam partem. Item Bonauentura in laude B. Virginis, & in pſalterio minore, quinquagena 2. ſtrophe 8. quibus conſentit Scherlogus, in Cantica veſtigatione 3. explanatione morali ſectione 1. & Delrio in Floridis, totâ oratione 4. quæ eſt in Annunciationem; & fuſiſſimè Iuſtinus Miechouienſis toto diſcurſu 304. aliique, quibus concinit Eccleſia, à qua Beatiſſima Virgo vocatur *Roſa myſtica*.

D Sed *Oliuæ*, quæ eſt ſignum pacis & miſericordiæ, quis non ſtatim aduertit Sanctam Virginem pulcherrimè dici ſimilem? Id non tacet Delrio, in Floridis orat. 13. Iuſtinus Miechouienſis, diſcurſu 275. n. 20. Spinellus, cap. 16. n. 6. Richardus à S. Laurentio, libro 12. columnâ 951. & ille quidem vberrimè. At non minus deuotè Ildephonſus, ſermone 1. de Aſſumptione, circa ſextam partem. Bonauentura in Speculo, lectione 17. circa duos trientes; & in pſalterio minore, quinquagenâ 2. initio. Germanus Conſtantinopolitanus, tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 453. litera D. Idiota, de B. Virgine cap. 3. Romæus, in paruo Sacello pagina 23. Ac

denique

denique Cauſſinus in *Symbolis*, aliíque, qui præclarè oſtendunt, Deiparam Virginem eſſe verè *oliuam ſpecioſam in campis*.

Quin & *Platano* Sanctam Mariam figurari, E illiſque Platano, quæ *exaltata eſt iuxta aquam in plateis*, oſtendit, nec contracto diſcurſu, Richardus à S. Laurentio, libro 12. de laudibus Virginis columna 979. Item Spinellus, cap. 6. n. 3. Nouarinus in vmbra Virginea, n. 709. & Iuſtinus Miecbouienſis, diſcurſu 365. n. 4. & alij.

*Cinnamomo* autem & *Balſamo* aromaticum odorem efflanti, idem ſuprà citatus Richardus in eodem libro, columna 982. & 993. Bonauentura in Speculo, lectione 7. circa tres quadrantes. Spinellus, cap. 21. n. 32.

*Myrrhæ, Storaci, Galbano, Vngulæ, Guttæ, Libano, Terebintho*, adhuc idem Richardus ibidem, columna 987. & ſequentib. Sed præterea *Myrrhæ*, Bonauentura in Speculo, lectione 7. circa tres quadrantes; & Romæus, in paruo Sacello, pagina 35. *Guttæ* verò, Germanus Conſtantinopolitanus, tomo 2. Bibliothecæ Patrum Græcorum pagina 453. litera B. *Terebintho*, Bonauentura in Speculo, lectione 5. circa medium. Ac denique *Libano*, Idiota de B. Virgine, cap. 3.

Sed *Viti* illi, *quæ fructificauit ſuauitatem* F *odoris* certatim Mariam comparant. Chryſippus, oratione de B. Virgine, ſtatim à capite. Epiphanius, de laude B. Mariæ, circa duos trientes. Et Andreas Ieroſolymitanus, oratione de Anunciatione, Chriſtum Dominum *Botrum* vocat. At ex Latinis Guerricus Abbas, ſermone 1. de Natiuitate B. Virginis, circa medium. Bonauentura in pſalterio minore, quinquagena 3. circa medietatem. Richardus à S. Laurentio, lib. 12. de laudibus Virginis columna 927. Alios dabit adhuc Spinellus, cap. 8. n. 21. Salazar in Prouerbia cap. 31. n. 88. ac potiſſimùm Delrio in Floridis, oratione 5. de Annunciatione per totam, & oratione 6. in Viſitationem: quibus adiice Thomam à Kempis, parte 3. ſermone 7. ad Nouitios. Theobaldum des Vouez in laude Parthenica. Romæum in paruo Sacello, pagina 55. Cauſſinum in Symbolis; & alios, quos omittere ipſa nimia copia facit.

Anno interim mundi circiter 3776. & ante Chriſtum 208. Eleazar filius Eliud exoritur, qui à Diuo Matthæo cap. 1. inter proauos Beatæ Virginis numeratur.

Anno autem mundi propemodùm 3829. ante Chriſtum 155. Mathan auus B. Virginis ex parente Eleazaro naſcitur.

HVnc verò Mathan Sanctus Matthæus cap. 1. enumerat, tanquam auum Sancti Ioſephi, quem etiam eſſe Patrem S. Annæ, atque A adeò auum Beatiſſimæ Virginis ſecundum maternam progeniem ſiue propaginem, agnoſcunt Chriſtophorus à caſtro, cap. 1. de Deipara, & Cornelius à lapide in caput 3. Lucæ: cuius ſuæ opinionis has potiſſimùm rationes afferunt. Primò, quòd alij modi explicandi genealogias Chriſti, quas Matthæus & Lucas habent, niſi ſupponatur Mathan eſſe Pater B. Annæ, inſufficientes reperiuntur, nec ambæ pertinebunt ad Sanctiſſimam Virginem & Chriſtum, ſed tantùm ad Sanctum Ioſeph, qui non fuit Pater, niſi putatitius, Chriſti. Secundò, quia à Luca texi Genealogiam Chriſti per auum eius Heli ſiue Ioachim maritum S. Annæ, & Patrem B. Virginis communis eſt Doctorum ſententia, Auguſtini, Carthuſiani, Ianſenij, Palacij, Galatini, Driedonis, Caniſij, Cani, Soti, & aliorum, quos citat & ſequitur Suares in tertiam partem D. Thomæ quæſt. 27. art. 1. diſput. 2. ſect. 3. Ergo neceſſariò dicendum eſt Genealogiam Matthæi texi per Sanctam Annam, eámque fuiſſe filiam prædicti Mathan; alioqui omnes huius aui & abaui, quos recenſet Matthæus ad S. Ioſeph ſpectabunt tantùm, non verò ad Mariam & Chriſtum. Tertiò, quia huic ſententiæ fauet, quòd in libro Numerorum cap. 36. fœminæ, quæ, deficiente prole maſcula, parentum ſuorum ſunt hæredes, iubentur nubere, non ſolùm in eadem tribu, ſed etiam in eadem cognatione & familia proauita, ne illa hæreditas abeat ad remotos, verùm ad eum tranſeat qui viciniſſimum ius habet, qualis erat S. Ioſeph in hac hypotheſi. Sed vide eoſdem, præſertim Cornelium, apud quem, quæ contra obiici poſſent, diſſoluta reperies: & nota Mathan eſſe vltimum virorum, qui in linea progenitorum B. Virginis materna reperitur: Nam poſt Mathan ſequitur S. Anna, ex qua B. Virgo. Iuuat hîc, initio ſumpto à Dauide, tres genealogiæ lineas deſcribere; quarum prima ſit linea paterna ſancti Ioſeph, quæ ex Diuo Matthæo cap. 1. & libris Regum ſic ſe habet. Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Aſa, Ioſaphat, Ioram, Ochozias, Ioas, Amazias, Ozias, Ioathan, Achas, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias, Ioachas, Iechonias, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliacim, Azor, Sadoch, Achim, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Sanctus Ioſeph. Secunda eſt materna Beatæ Virginis, quæ in nullo differt à præcedente, niſi quòd poſt Mathan ſcribenda eſt Sancta Anna, tum Virgo Maria. Tertia ſic deſcribitur ex Diuo Luca cap. 3. Dauid, Nathan, Mathata, Menna, Melcha, Eliacim, Iona, Ioſeph, Iuda, Simeon, Leui, Mathat, Iorim, Eliezer, Ieſus, Her, Helmadan, Coſan, Addi, Melchi, Neri, Salathiel, Zorobabel, Reſa, Ioanna, Iuda, Ioſeph, Semei, Mathatias, Mathat, Nagge, Heſli, Nahum, Amos, Mathatias, Ioſeph, Ianne, Melchi, Leui, Mathat, Heli ſiue Ioachim, Maria.

Ad annum Mundi 3882. ante Chriſtum 102.

A CArnuti in Gallia, honorari cœpit à Druidis imago B. Virginis, in ara ab ipſis dedicata *Virgini pariture*, conſentiente cum Nobilibus Comite Carnutenſi Priſco; erátque hæc imago ſtatua quædam egregiæ puellæ, puerum ſuum in ſinu geſtantis: quæ etiamnum adhuc hodie Carnuti videtur & viſitur. Res explicatur apud Sebaſtianum Roüillard, in hiſtoria Virginis Carnutenſis. Spinellum, cap. 29. n. 14. & in appendice pagina 460. Caſſanæum, in catalogo gloriæ mundi parte 12. conſideratione 20. Nauarrum, de horis canonicis lib. 23. n. 28. Poiræum,

Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 38. Vincentium Charron, in Calendario Mariano die 17. Octobris n. 1.

Ad annum item mundi 3909. ante Chriſtum 75. aut certè non longè hinc, exorta videtur in lucem S. Anna ex parente Mathan, vt paulò ante dictum eſt. Nec longè etiam antè natus eſt B. Ioachim ſiue Heli ex patre Mathat: ambo futuri Beatiſſimæ Virginis Mariæ progenitores.

HOs animo contemplans Damaſcenus, oratione 2. de Natiuitate B. Virginis, circa initium: *O par beatum*, inquit, *Ioachim & Anna: vobis omnis creatura obſtricta eſt: per vos enim, donum omnium donorum præſtantiſſimum, Creatori obtulit, nempe caſtam matrem, quæ ſola Creatore digna erat.* A

Circa annum quoque mundi 3938. ante Chriſtum 46. quo Romæ Dictator perpetuus renuntiatus eſt Caius Iulius Cæſar, vnde hic annus dicitur primus Iulianus, procurante Iudæam Antipatro Patre Herodis Aſcalonitæ, fœliciter natus videtur ex parente Iacobo & ex Dauidica Regum Iudaicorum ſtirpe S. Ioſeph.

F*Idelis ille ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus Deus ſuæ Matris ſolatium, ſuæ carnis nutritium, ſolum denique in terris magni conſilij coadiutorem fidiſſimum*; vt loquitur Bernardus homilia 2. ſuper *Miſſus eſt*. A

Anno Mundi 3944. ante Chriſtum 40.

MOnarchia Romanorum exoritur, cuius anno quarto Herodes Romam veniens regnum Iudææ præter ſpem ex Senatuſconſulto, ipſe non Iudæus, obtinet. Ioſephus id teſtatur libro 14. cap. 24. & ſequentibus; Petauius, de doctrina temporum lib. 9. & alij. Itaque ſic iam aduentant tempora, quibus ex Prophetia Patriarchæ Iacob, quam continet caput Geneſis 49. Meſſias prodire debet, & breui Mater eius emergere. Et his quoque diebus egregius Poëta Publius Virgilius Maro, de aureo ſæculo ſub Virgine rediturо fauſta, vel neſciens, ominatus eſt, cùm cecinit Eglogâ 4. hos verſus: A

*Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,*
*Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo:*
*Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna:*
*Iam noua progenies cœlo demittitur alto.*

Et ſimilia nonnulla proſequitur, quæ, neſcio an minore ſuauitate, Euſebius Græco carmine reddiderit. Certè Proſper, 3. parte promiſſionum, multa refert ex eiuſdem Virgilij carminibus, præſertim 4. & 7. promiſſione. Vide Bonifacium, in hiſtoria Virginali libro 5. cap. 2. Spinellum, cap. 35. n. 20. & Caniſium, lib. 5. Marialis operis cap. 7. ac denique Euſebium Cæſarienſem, in vita Conſtantini libro 4.

Anno mundi 3967. Romani imperij 27. ante Chriſtum 17. Olympiadis centeſimæ nonageſimæ 4. Periodi Iulianæ 4697. Auguſto Romæ imperante, Furnio & Silano Conſulibus, concepta eſt auguſtiſſima Dei mater MARIA, ex optimis parentibus Ioachimo & Anna, Decembris octauo die.

A NVllum hac de re aut certius aut antiquius teſtimonium habemus, quàm Euodij Antiocheni Epiſcopi, in epiſtola quam *Lumen* inſcripſit: quódque Nicephorus, libro 2. cap. 3. refert his verbis: *Peperit huius mundi lucem annum agens decimum quintum, vigeſimâ quintâ die menſis Decembris*: quæ verba licet Salianus ad annum mundi 4037. de anno currente explicet, probabilius eſt accipienda eſſe de anno completo, ita vt integerrima ac Sanctiſſima Mater pepererit Chriſtum, non minùs ætate prouecta, quàm annis quindecim completis & quatuor ferè menſibus. Nam cùm, vt ait ibidem idem Euodius; trimula in templum præſentata fuerit, & in templo traduxerit annos vndecim, certè antequam in Sponſam Sancto Ioſeph committeretur, quatuordecim annos completos obtinuit. At apud Ioſephum menſes peregit circiter quatuor, tum ab Angelo ſalutata concepit Saluatorem mundi, quem poſt nouem menſes edidit. Annos igitur aſſecuta quindecim eoſdémque completos, & quatuor circiter menſes, id eſt, annum agens decimum ſextum currentem à Natiuitate ſua, ſiue decimum ferè ſeptimum à ſua Conceptione, Ieſum Chriſtum peperit: adeóque eius immaculata Conceptio in hunc annum quadrat. De hac Conceptione quædam ſummatim tangenda ſunt.

B Primò, prænunciatam fuiſſe per Angelum tantæ Virginis Conceptionem, non tantùm conuincit priuilegium conceſſum Iſaaco, Samſoni, Samueli, Ioanni Baptiſtæ, & aliis: Verùm etiam teſtantur Patres quamplurimi, inter quos Damaſcenus, lib. 4. de fide cap. 15. Epiphanius, hæreſi 79. Germanus Conſtantinopolitanus, in encomio de B. Virgine, quod habetur tomo 8. Bibliothecæ Patrum, pagina 65. in editione Colonienſi. Quibus ex recentioribus meritò conſentiunt, Aloyſius Nouarinus, in vmbra Virginea n. 1208. Galatinus, lib. 7. cap. 8. Salianus ad annum mundi 4037. & alij propè innumeri.

C Secundò, celebratam fuiſſe viâ quidem communi, id eſt, ex ſemine; non tamen ſine miraculo; ex parentibus ſcilicet huc vſque ſterilibus, nunc verò diuino beneficio fœcunditate donatis, qui eam multis & aſſiduis orationibus, ieiuniis, eleemoſynis obtinuerant; eſt communis Sanctorum Patrum ſenſus, præſertim Epiphanij, citatâ hæreſi 79. vbi damnat hæreſim Collyridianam, quæ Mariam dicebat humanæ naturæ protſus fuiſſe expertem, aut certe ſine con-

iugio, & ſine virili ſemine, fuiſſe progenitam, ſed ſolo oſculo conceptam. Similiter eſt ſenſus Damaſceni, lib. 4. de fide cap. 15. Andreæ Ieroſolymitani, oratione de dormitione Deiparæ. Germani Cunſtantinopolitani, Gregotij Nyſſeni, ac Metaphraſtæ, & aliorum, quos citat & ſequitur Suares, tomo 2. in 3. partem Diui Thomæ, diſputatione 2. ſectione 1. vbi præclarè docet, Conceptionem B. Virginis ex coniugio maritali fuiſſe; tum quia talis eſt communis traditio, tum quia ipſa redempta eſt, atque adeò via ſeminali ex Adam proceſſit: proceſſit autem non ſine miraculo, vt ad Virginem Matrem ſummum videlicet miraculum, & ad Chriſtum eius, via, vt ait Damaſcenus, per miracula ſterneretur.

D Tertiò, Locum in quo accidit tam mira Conceptio diuerſi diuersè exponunt. Nam Abulenſis, in caput 2. Matthæi, quæſtione 91. ex communi opinione arbitratur, Mariam Conceptam eſſe Sepphori, cuius vrbis, diſtantis duas leucas à Nazareth, Hieronymus & Egeſippus meminêre. Alij, quibus Theophylactus adhæret, in caput 2. Lucæ, exiſtimant conceptam in Bethlehem. Alij Ieroſolymis; in quibus eſt Adrichomius ad deſcriptionem vrbis Sanctæ, & Coroniens, & alij, quos allegat Poza in elucidario, libro 1. tractatu 7. cap. 6. vbi ipſe probabilius putat, cum Anaſtaſio, Beda, Ildephonſo, & aliis, Deiparam conceptam fuiſſe in viculo Nazareth, ad cuius prædia & paſcua Ioachimus & Anna confugerant pertæſi ſterilitatis ſuæ; vbi de futura ſobole diuina reſponſa & Angelica oracula audierunt.

E Quartò, Immaculatam fuiſſe eiuſmodi Conceptionem, & ab omni originalis culpæ mala labe immunem, imò & à debito abſoluto illam contrahendi, tam multi nunc authores paſſim docent, vt parum erga B. Virginem affectus iure videatur, qui contrarium ſenſerit. Pro immunitate Mariæ à noxa illa capitali proferrem hîc Patres quamplurimos, ſed integris tomis illos collectos offerunt Ioannes Perlinus, Pintus Ramirez, Ferdinandus de Salazar: ampliſſimè etiam agitatam hanc materiam habet Caniſius, libro primo de B. Maria, capitibus 5. 6. 7. Suarez in 3. partem, tomo 2. diſp. 3. & 4. Spinellus cap. 7. n. 4. vbi pluribus docet immunem fuiſſe Beatiſſimam Matrem à peccato originali, & confirmatam in gratia vt peccare non poſſet: tum, n. 24. fomitem peccati in ea fuiſſe extinctum: & n. 26. an habuerit iuſtitiam originalem quærit, & inſinuat. Rem verò totam pleniùs aliquantò pertractat Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. ferme per totum. Sed præter hos authores, quos Beatæ Virgini obtulit Ieſu Societas, innumeri ſunt ex aliis Religioſis Ordinibus diuerſiſque ſtatibus, qui in propugnanda Immaculatiſſima Conceptione Deiparæ pietatem ſuam & induſtriam exercuerunt: citare hic eos ſuperuacaneum eſt, tum quia non pauci apparebunt in ſequentibus annis; tum quia, ſi quis eoſdem volet, legat caput 42. Ferdinandi Salazarij de Conceptione, in quo capite illi authores ad ſua ſinguli ſæcula inſcripti apparent. Quibus omnibus plurimùm ſuffragatur Concilium Tridentinum ſeſſione quintâ in fine decreti, vbi ait: *dum de peccato originali agitur, non eſſe intentionis ſuæ comprehendere Beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem.*

F Quintò, non minùs notandum videtur, an in puncto Conceptionis illuſtrata fuerit immaculata Virgo apertâ Dei viſione; non illâ quidem perpetuâ, quæ merces eſt laborum, & regni ſempiterni naturam conſtituit: ſed quæ temporanea, facit in mente ſilentium quaſi mediâ horâ, qualem aliqui volunt, aut Paulum, aut Moyſem, aut eiuſmodi meriti ac virtutis viros, in familiari cum Deo colloquio vſurpaſſe. Certè nullus dubitat id genitrici Dei conceſſum fuiſſe, ſi prædictis famulis quid eiuſmodi tributum ſit. Quicquid autem his contigerit, nihilominus Mariæ in inſtanti Conceptionis delibatam fuiſſe viſionem Numinis, docuerunt, Gerſon ſuper *Magnificat*, Alphabetho 88. litera Z. Bernardinus Senenſis, tomo 2. ſermone 51. art. 1. cap. 2. Suarez, Hieronymus de Florentia, Antolinus apud Salazarium de Conceptione, cap. 32. quos ibidem idem Salazarius ſequitur, & luculenter probat Mariam ipſo ſuæ Conceptionis inſtanti viſione Dei fuiſſe perfuſam & præoccupatam. Salazario conſentit Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 39. conſentit Pintus Ramirez de Conceptione, n. 483. & 755. & 832. conſentit Nouarinus in vmbra Virginea, n. 91. & quodammodo conſentiunt omnes, qui Beatam Virginem aiunt nonnunquam in vita, ſiue in Natiuitate, ſiue in Incarnatione Verbi, ſiue in Chriſti Reſurrectione eiuſmodi Dei perſpicuam intuitionem intellectu deguſtauiſſe: quales ſunt Rupertus, libro 3. in Cantica. Bernardus, homilia 4. ſuper *Miſſus eſt*, & clariùs in ſermone *Signum magnum apparuit*. Antoninus 4. parte tit. 15. cap. 17. §. 1. Albertus Magnus, Marialis, cap. 32. & cap. 140. Carthuſianus, in Dionyſium de cæleſti hierarchia, articulo 18. Gerſon ſuper *Magnificat*, Alphabeto 82. litera R. & 83. litera E. Suarez in 3. part. tomo 2. diſput. 19. ſect. 4. Vbertinus, lib. 1. arboris vitæ cap. 9. Medina, quæſt. 27. art. 5. Faſolus prima parte, quæſt. 12. art. 11. & paſſim alij. Nam inter momenta, quæ Virgo vberiùs in donis cæleſtibus affluentia habuit, numerantur Conceptio ipſius, & Conceptio Verbi: ſi ergo diuinam eſſentiam pluries in vita conſpexit, conſpexit in iſtis duobus momentis.

G Sextò, controuerſum eſt, an ſi Verbum nunquam aſſumpſiſſet carnem humanam, Virgo nihilominus ex Adami ſtirpe concepta & prognata fuiſſet. Tota res pendet ex illo Theologorum placito, hactenus litigioſo & multùm agitato, ſed nondum pacato; verum ſi Adam non peccaſſet, Chriſtus homo factus fuiſſet. Cum Sancto Thoma pernegant id non pauci: Scotus autem & eius Schola id affirmat; & cum hoc conſentit Suarez, in tertiam Diui Thomæ partem, & multi authores alij. Nam ſi verum eſt quod docet Diuus Thomas, vix ratio apparet, cur illa non eſſet ventura, quam nulla culpæ labes aut ſuſpicio excluderet. Aliunde tamen volunt non certè pauci ex vi decreti, quo ſtatutum eſt à Deo de Verbo Incarnando, determinatum quoque eſſe de Matre eiuſdem, vt ſi Verbum incarnandum non eſſet, illa quoque non eſſet: non erat ergo in mundum ventura, ſi Verbum non erat aſſumpturum carnem, quæ in opinione Scotica ſemper erat ventura, in qua ſcilicet Verbum in



Digitized by Google

carne ſemper erat venturum. Rem tractat egregiè Salazarius de Conceptione, capitibus 19. 20. 21. & ſequentibus: & poſt eum Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 1. n. 4. qui ſatis probabiliter concludunt; Si Chriſtus non fuiſſet peccato Adami in terras vocatus, nec Virginem Matrem vnquam in hoc noſtro mundi ambitu ſpiraturam fuiſſe. Vide illos ſi lubet.

## Interim anno mūdi 3968. ante Chriſtum 16. Poſt euolutos à Conceptione nouem menſes, tandem naſcitur Beatiſſima Dei Mater, & Septembris octauo die naſcitur ex ſterili ac propemodùm ſexagenaria Anna.

NVllum hac de re aliud teſtimonium quærendum eſt, præter id quòd ſuprà ex Euodio protulimus, & communem fidelium ſenſum. A
Hoc verò loco rurſus aliqua circa hunc ortum notanda ſunt, quæ paucis delibabo.

Primò, dubium eſt vbi ſit Virgo nata. Aſſerunt in Bethlehem Theophylactus, in caput 2. Lucæ. Metaphraſtes, oratione de vita & dormitione Deiparæ. Ambroſius, libro 3. in Lucam. Chriſtianus Drutmarus, in caput 1. Matthæi, & antiquus Rabbinus apud Galatinum, lib. 7. cap. 12. At in Nazareth volunt author libelli de ortu Virginis, qui eſt inter opera Hieronymi. Gerſon 4. parte ſermonis de Conceptione. Onuphrius in Chronico. Ludolphus prima parte vitæ Chriſti cap. 2. Pererius in benedictionibus Patriarcharum, Prophetia 4. Salianus ad annum mundi 4038. Gononus in Chronico Deiparæ. Benzonius libro 6. de Iubilæo. Aiunt in Sepphoro (quæ eſt in meditullio Galilææ, & quam Egeſippus lib. 1. cap. 30. & Hieronymus de locis Hebraïcis, & Epiphanius non ſemel, Diocæſaream appellat.) Toſtatus in caput 2. Matthæi, quæſt. 91. Marinus Venetus libro de diuiſione terræ Sanctæ. Brocardus in Itinerario. Salmeron prolegomeno 41. Idemque inſinuant Bernardus Breidembachius, Ioannes Paſcha Carmelita Mechlinienſis, & Fretellus Archidiaconus Antiochenus. Denique in Ieruſalem contendunt; Adrichomius de Ieruſalem, n. 37. Beata Birgitta lib. 5. reuelationum, cap. 13. Guillelmus Baldenſel in Hodæporico. Barradius in harmoniam, libro 6. cap. 5. ſub finem. Poza, ex quo hæc magna ex parte deſumpſi, in elucidario tractatu 8. cap. 3. In hac authorum diuerſitate, pro Ieruſalem faciunt Indulgentiæ à pluſquam nouem Pontificibus, nominatimque à Syluestro, rogatu Helenæ & Conſtantini Magni, illi domui conceſſæ; præſertim cùm ſimiles nec Sepphoro, nec Nazareth, nec Bethlehem impenſæ reperiantur. Pro Sepphoro facit, quòd in ea domicilium pater B. Virginis habebat, in quo proinde veriſimile eſt, Virginem eſſe natam. At pro Nazareth inſcriptio, quam in marmore altaris Lauretanæ Domus teſtatur inſcriptam Horatius Turſelinus lib. 1. cap. 2. hiſtoriæ Lauretanæ, qua ſignificatur Lauretanam Domum eam eſſe, *Verbum vbi conceptum, natáque Virgo parens*: quam inſcriptionem non improbant Pontifices. Denique pro Bethlehem, ſola eſt authoritas Patrum, qui Bethlehem vocant patriam Mariæ, vel Mariam ciuem Bethlehemitam; quam vrbem cùm Virgo diutiùs non habitauerit, reliquum videtur eſſe, vt natiuitas ipſi dederit iura ciuitatis. His omnibus rationibus perpenſis, Poza exiſtimat veniſſe in feſto Scenopegiæ Annam cum Ioachim Ieroſolyma, ibique in domo prope probaticam piſcinam peperiſſe Mariam: cui fauet Damaſcenus, cùm lib. 4. de fide cap. 15. ait: *In lucem editur Virgo in domo probatica Ioachim*: & oratione primâ de Natiuitate Virginis: *Fauſta tibi ſint omnia ò matris Dei probatica, patrium reginæ domicilium, &c.* Et videtur opinio probabilior: nam inſcriptio Lauretana tolerari poteſt, cùm non ſit omninò certa opinio de Ieruſalem: rationes autem pro Sepphoro & Bethlehem non admodùm vrgent; non enim neceſſe eſt, vt in domicilio paterno ſemper quilibet naſcatur, adeóque nec Virgo in Sepphoro: dici verò potuit Bethlehemitica ciuis, quia cùm ipſa & Ioſeph de tribu Iuda eſſent & familia Dauid, & dependentiam & ius habebant in ciuitate Dauid, quæ vocatur Bethlehem, vt dicitur apud Matthæum cap. 2. & Lucam capite itidem 2.

B Secundò, dubium eſt, an Sanctiſſima Virgo, vnigenita fuerit matri ſuæ. Non fuiſſe contendunt, Antoninus in prima parte hiſtoriæ. Petrus à Natalibus in Catalogo. Ludolphus de vita Chriſti cap. 5. Eckius in ſermone de Diua Anna. Gerſon in ſermone de Natiuitate B. Virginis, & in Ioſephina. Petrus Sutor Carthuſianus, in libello de triplici connubio Diuæ Annæ. Maior in Matthæi cap. 10. cum quibus Mantuanus in faſtis ſic canit:

*Anna puerperio fortunatiſſima Sancto,*
*Tres habuiſſe viros, & tres habuiſſe puellas*
*Dicitur.*

Hi ergo omnes obſirmatè contendunt, Diuam Annam primùm quidem nupſiſſe Ioachimo, deinde poſt Ioachimi obitum Cleophæ, tandem Salomæ: Ex Ioachimo ſuſceptam fuiſſe Deiparam Virginem; ex Cleopha Mariam, quæ ab Euangeliſtis Maria Cleophæ propter patrem dicitur; ex Salome, Mariam Salomen, quæ Salome in Euangelicis libris appellatur: quam ſuam opinionem probant ex diuerſis Scripturæ locis, ac nominatim ex illo Ioannis cap. 19. *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene, &c.* Ex hoc etiam loco probabile eſſe reputat Barradius, in Harmoniam lib. 6. cap. 15. duas ſaltem filias Diuæ Annæ ex Ioachimo proueniſſe; Virginem ſcilicet Deiparam & Mariam Cleophæ: quam in rem citat Hieronymum, S. Thomam, Heſſelium, Dionyſium Carthuſianum, Hugonem Cardinalem, Toletum & alios. Nihilominus ipſe paulò poſt ibidem, & ante eum Euthymius in Ioannis cap. 19. Theophylactus ibidem, & Epiphanius hæreſi 78. Atque ex recentioribus Caniſius in opere Mariali lib. 1. cap. 4. Suarez in 3. partem, tomo 2. quæſt. 28. Lippomanus, in hiſtoria Sanctorum ante vitam Sanctiſſimæ Virginis, in epiſtola ad Lectorem. Ianſenius in concordia, cap. 143. Baronius, in apparatu ad Annales. Cornelius, in caput 3. Lucæ, & alij contrarium & docent & aſſerunt. Quorum rationes ſunt. Prima, quia Deiparæ Virginis dignitas

peſtulabat, vt eſſet ipſa vnigenita, miróque modo poſt ſterilitatem in lucem edita, vt Ioannes Baptiſta, & Iſaac. Secunda, quia veriſimile oon eſt Annam ſanctiſſimam fœminam, quæ poſt longam ſterilitatem diuino munere Virginem pepererat, tali filiâ taliſque viro non fuiſſe contentam, ſed poſt huius obitum ad duo coonubia conuolaſſe; quod ſaperet quandam continentiæ difficultatem. Tertia, quia non ſolent patentes plures liberos eodem nomine nuncupare; volunt tamen, qoi B. Annæ coniugia multiplicant, tres eius filias nomine Matiæ fuiſſe appellatas. Quarta, quia Diua Anna prouectæ erat ætatis cùm Deiparam peperit; Ergo non nupſit poſteà nec bis nec ſemel: ſi enim, vt legitur in Romano Breuiario, per viginti annos in matrimonio ſine liberis fuit, certè Virginem circiter quadragenaria peperit, aut etiam pluſquam qoinquagenaria. Quinta, exemplum Annæ Phanuëlis, quæ octoginta quatuor annis vidua fuit, vt dicitur Lucæ cap. 2. & exemplum Iudith, quæ poſt mortem coniugis nuptias non repetiit, ſuadet vt idem de matre Deiparæ ſentiatur. Quando igitur Maria Salome dicitur ſoror matris Ieſu, ſororis nomine intelligitur cognata; idem dicendum de Maria Cleophæ, & ſi quæ aliæ ſimili modo nuncupantur, quæ eſt mens Euthymij, Theophylacti, Maldonati, & aliorum.

C Tertiò, Vix à quoquam alicuius nominis authore dubitatur, an Beatiſſimæ Virgini adfuerit Angeli cuſtodis à Deo aſſignati protectio. Imò plurimi cenſent eum Bernardino Senenſi, ſermone 51. art 3. Bonauentura in Speculo Virginis, lectione 3. Chryſoſtomo, Gregorio Nicomedienſi, & aliis quos citat & ſequitur Poza in elucidario, libro 2. tractatu 16. cap. 3. & ſequentibus, innumerabilem ei Angelorum multitudinem in obſequium datam eſſe. Etſi autem ibidem, cap. 5. idem Poza exiſtimet cuſtodiam Virginis creditam fuiſſe S. Michaëli: tamen communior opinio eſt, hoc munus fuiſſe demandatum Archangelo Gabrieli: vnde Petrus Damianus monet, Gabrielem Archangelum & Ioannem Euangeliſtam duobus leonibus comparari, quorum alter dextræ Virginis, alter ſiniſtræ cuſtos deputatus ſit. Gabriel enim mentem, Ioannes carnem eius peruigili ſolicitudine ſeruauerunt: Qui bene leooes dicuntur, propter rugitum altiſonæ vocis. In eandem mentem abiit Abulenſis in cap. 18. Matthæi, ſectione, ſiue cap. 9. niſi quòd exiſtimat Virginem habuiſſe duos Angelos, qui totâ vitâ oon quidem ei ſimul aſſiſterent; ſed alterum ex primis præcipuíſque Angelis, qui tota vita; alterum Gabrielem ex ſecundo ordine Archangelum, qui ab Incarnatione Chriſti vſque ad Paſſionem illam cuſtodierit, & hos geminos poſſe dici Cuſtodes. De his videri poſſunt, S. Odilo Cluniacenſis Abbas, ſermone de Aſſumptione. Caniſius, lib. 3. de B. Maria, cap. 1. Nouarinus io vmbra Virginea n. 539. & 946. vſque ad 962. vbi præclara tractat de S. Gabriele. Gononus autem in Chronico, non putat Gabrielem fuiſſe cuſtodem Virginis, quin potiùs contrarium exiſtimat eſſe certum.

D Quartò, non dubitandum eſt, Mariæ Natiuitatem attuliſſe magnum toti mondo gaudium. Nam præterquam quòd exhilarauit cælum, Auguſtiſſimam Trinitatem, Angelóſque: præterea maxima lætitia repleti ſunt Sancti Mariæ progenitores, Abraham, Dauid, & alij quotcunque in ſinu Abrahæ exorientem hanc autoram iamdudum exſpectabant: oominatim autem Ioachimus & Anoa; quorum vterque haud dubiè repletus eſt Spiritu Sancto, non minùs quam Zacharias & Elizabeth in Natiuitate Ioannis Baptiſtæ, nata quippe erat illo Sanctior, & parentes Mariæ oou minùs Sancti erant parentibus Ioannis; de quorum eximia Sanctitate tractarunt, Damaſcenus, oratione 1. in Natiuitatem B. Virgiois. Baronios in apparatu ad Annales. Ribadeneira in eorum vitis. Caniſius, lib. 5. de B. Maria, cap. 4. Spinellus, cap. 18. Suarez, tomo 2. io tertiam partem, diſput. 2. ſect. 1. Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 4. §. 6. n. 2. Poza in elucidario, lib. 2. tractatu 8. per totum, vbi fuſiſſimè oſtendit, Mariam eſſe partum virtutum omnium, fidei, ſpei, charitatis, hoſpitalitatis, miſericordiæ, temperantiæ, caſtitatis, fortitudinis, timoris Sancti, lachrymarum, patientiæ, iuſtitiæ, deuotionis, atque omnium denique virtutum; quia harum omnium frequenti exercitio aſſueti ipſius parentes eam à Deo obtinuerunt. Vide, ſi lubet, Epiphanium, oratione de laudibus Virginis. Nicephorum, lib. 5. cap. 7. Vbi Sanctus Ioachim & Sancta Anna de Sanctitate vitæ commendaotur. Ex quibus redarguas adulterinam, ſiue Gnoſticorum, ſiue Seleuci Manichæi, de ortu Mariæ hiſtoriam; ſicut & Pſeudoeuangelium Iacobo attributum, de quibus Baronius præcitato loco, n. 39.

E Quintò, non eſt dubitandum, quin magna fuerit Dei genitricis nobilitas, pulchritudo, & perfectio. Nam, quicquid dixerit Fauſtus Manichæus, quem refutauit Auguſtinus, libro 23. contra Fauſtum, cap. 9. eam ex tribu Leui, & oon ex tribu Iuda traxiſſe originem: certum eſt eam fuiſſe ex tribu Iuda, & domo Dauid, ortúmque habuiſſe ex proſapia Regum & Sanctorum Patriarcharum: quod non ſolùm patet ex ſerie hactenus continuata progenitorum ipſius, aut ex teſtimonio Eccleſiæ canentis: *Natiuitas Virginis Mariæ, ex ſemine Abrahæ, orta de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid.* Et, *Regali ex progenie Maria exorta refulget*: prætereà enim cùm certum ſit, Chriſtum eſſe de tribu Iuda, & filium Dauid, ortúmque habuiſſe ex proſapia Regum, vt patet ex Geneſis, cap. 47. Matthæi, c. 1. & 22. Lucæ, c. 20. Ioannis, c. 7. epiſt. ad Hæbræos, c. 7. epiſt. ad Romanos, c. 1. & aliunde etiam certum ſit ex Lucæ cap. 1. & Symbolis Apoſtolico, Nicæno, & aliis, Chriſti Matrem Virginem genuiſſe; certum quoque eſt eam ortum duxiſſe ex tribo Iuda & ex familia Dauid, Regúmque ac Patriarcharum proſapia. Vide Suarez, tomo 2. in 3. partem diſputat. 2. ſect. 3. vbi hæc Theologicè tractat, quæ Poiræus, in Triplici corona, tractatu 1. cap. 6. §. 1, oratoriè expolit, additque permulta in ſequentibus paragraphis 2. 3. 4. de forma, venuſtate, pulchritudine, ingenio, indole; in quibus deſcribendis non parum eius eloquentia triumphat: triumphant quoque Barradius in coocordiam Euangelicam, lib. 6. cap. 9. Caniſius de B. Maria lib. 1. cap. 13. Spinellus, cap. 5. 0. 52. Suarez loco antè citato ſect. 2. Poza in elucidario, libro 3. tractatu 11. Gononus in Chronico: apud quos referuntur pluri-

mi antiquorum, ſiue Sanctorum Patrum, ſiue Scholaſticorum, qui docent pulchritudinem Virginis talem fuiſſe, vt in ſe intuentes ad caſtitatem & pudicitiam excitaret, motúſque concupiſcentiæ extingueret. Imò docet Alenſis 3. parte quæſt. 9. membro 3. artic. 1. præclariſſimam Virginem ſuo ſolo aſpectu commotiones eiuſmodi in aliis impedire potuiſſe, & excitatas facillimè ſedare: addit quoque Carthuſianus, libro 1. de laudibus B. Virginis art. 3. ex ipſius vultu ſplendorem radiaſſe, qui omnes ad Deum raperet, imò & ſuauiſſimum exhalaſſe ex corpore odorem, qui conuerſantes cum ea ad honeſtatem accenderet. Quòd ſi verum eſt, in inſtanti Conceptionis perfuſam fuiſſe beatificâ Dei viſione; hanc in Natiuitate gratiam iteratam fuiſſe probabile eſt, & multi tenent: multò tamen plures, iam ſaltem liberi arbitrij vſum; quem etiam alij in vtero matris habuiſſe volunt; non trepidè affirmant: præſertim Bernardinus Senenſis, cuius hæc ſunt verba in ſermone Natiuitatis B. Mariæ art. 1. cap. 2. *Beata Virgo dum erat in ventre Matris ſuæ, habuit vſum liberi arbitrij, atque lumen perfectum in intellectu & ratione, &c.*

F Sextò, Poſt Natiuitatem glorioſæ Virginis, octauo, vt creditur, die, ipſi eſt impoſitum Auguſtiſſimum nomen MARIÆ: quod nomen Bonauentura ait euolutum eſſe de theſauris ac ſcriniis diuinis, vt videre eſt in Speculo, lectione 3. Vnde Cardinalis Cuſanus lib. 8. exercitationum: *Non eſt*, inquit, *Maria deleta de libro mortis, quia nunquam in eo ſcripta fuit, ſed in libro vitæ: primum in libro illo ſcriptum nomen, Ieſus eſt; ſecundum poſt illud nomen, Maria.* Quænam verò ſit etymologia huius nominis, quæ vel ſignificatio, vel dignitas, pluribus & inquirunt, & explicant Patres. Et horum aliis placet Mariam interpretari *mare*, vel *amarum mare*, vt Hieronymo de nominibus Hebraicis, & poſt illum Bonauenturæ in Speculo, lectione 3. vbi dicit: *Maria mare eſt gratiâ affluendo, & amara Filio compatiendo.* Aliis *ſtella maris eſt*: ſic Philoni, libro de Mariæ nomine: ſic Ildephonſo, ſermone 1. de Aſſumptione: Sic Bedæ in Lucæ caput 1. Sic Bonauenturæ antè citato; & Bernardo, homiliâ 2. ſuper *Miſſus eſt*: quorum hic ſic loquitur: *Ipſa eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum & ſpatioſum neceſſariò ſubleuata.* Aliis explicatur *Illuminatio* & *Illuminatrix*; quæ, vt idem ait Bernardus ibidem homilia 4. *Euangeliſtas illuminauit iuxta ſui nominis etymologiam.* Conſentiunt Hieronymus, & multi alii. At Epiſcopus Rutilius, in Hebraicis idiotiſmis peritiſſimus, libro 2. ſuper *Magnificat* cap. 22. interpretatur *Imitatricem Dei.* Epiphanius verò, oratione de laudibus Virginis: *Mariam* inquit, *interpretari ſolemus. Dominam atque etiam ſpem; peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi, nempe Chriſtum.* Ambroſius denique de Inſtitutione Virginum cap. 5. *Speciale*, inquit, *Maria hoc nomen inuenit, quod ſignificat Deus ex genere meo.* Sed inter omnes interpretationes, nulla magis propria videtur, quàm ea quæ ab omnibus crebrò vſurpatur, quâ Eccleſia ſæpe vtitur, quámque ipſa Virgo Virginum mirificè complet, ſcilicet, *Domina*: Etſi enim Hebraicum eius nomen *Miriam* amarum potiùs mare, quàm aliquid aliud ſignificet: hoc tamen non eſt attendendum, ſed Syriacum *Maria*, quâ tunc lingua Iudæi vtebantur, quod nomen propriè *Dominam* ſonat, vt norunt, qui hanc linguam nouerunt, & abundè teſtantur Patres, Epiphanius de laudibus Virginis; Hieronymus de nominibus Hebraicis; Chryſologus, ſermone 142. circa ſextantem, & ſermone 146. circa quartam partem; Eucherius Lugdunenſis de interpretatione nominum Hebraicorum ſub medium. Arnoldus Carnotenſis, oratione de laudibus B. Virginis, circa mediam partem. Anſelmus de excellentia Virginis cap. 7. Damaſcenus, lib. 4. de fide, cap. 15. Sed fuſiſſimè de hoc nomine loquuntur & eius excellentiam virtutéſque explicant, Caniſius in opere Mariali, libro 1. cap. 1. Nouarinus in vmbra Virginea, n. 1117. vſque ad 1197. Barradius in Concordiam Euangelicam, lib. 6. cap. 4. Bartholomæus Deſcobar, ſub finem ſermonis 3. de Conceptione Virginis. Poza in elucidario, tractatu toto 17. libri ſecundi, vbi inter cætera non inſcitè oſtendit, Mariæ nomine caſtitatem animis inſpirari, expelli timorem & iniurias dæmonum, mœrentes recreari, ſecuritatem & præſidium acquiri.

## Anno mundi 3971. ante Chriſtũ 13.

A Elapſo triennio Beatiſſima Virgo Ieroſolymam à parentibus deducta, illícque ex ipſorum voto Deo oblata, vitam deinceps in templo traduxit, quouſque per Sponſalia inde ad coniugium euulſa eſt. Circumſtantiæ in hoc Virgineo receſſu nonnullæ ſe notabiles ingerunt.

Primò, quod ſpectat ad tempus, Euodius apud Nicephorum, libro 2. cap. 3. *Trimula*, inquit, *cùm eſſet, in templum eſt præſentata, & ibi in Sancto Sanctorum traduxit annos vndecim.* Fuit autem Euodius primus Eccleſiæ Antiochenæ, poſt Apoſtolum Petrum, Epiſcopus. Cui conſentit Germanus Conſtantinopolitanus Patriarcha, oratione de oblatione Virginis in templo. Andreas Cretenſis, ſermone de Deipara. Georgius Nicomediæ Archiepiſcopus, ſermone de Præſentatione. Cedrenus in compendio hiſtoriæ. Baronius in apparatu, n. 47. Barradius in Concordiam Euangelicam, lib. 6. cap. 6. Caniſius de B. Maria, lib. 1. cap. 12. Salianus in annalibus, & alii, præſertim Metaphraſtes, Lipomanus, Surius: qui conueniunt etiam in eo, quòd Virgo præſentata fuerit 21. Nouembris, quo die ſolemnem de ea re feſtiuitatem facit Sancta Romana Eccleſia, & omnes Catholici.

B Secundò, quòd voto nuncupato parentes eam ad templum adduxerint, teſtis eſt Damaſcenus, libro 4. de fide Orthodoxa, cap. 15. & Gregorius Nyſſenus orat. de Natiuitate Chriſti, vbi de Sancta Anna ſic loquitur: *Quòd ſi mater euaſerit, ſe, quodcunque pepererit, Deo ſpondet dedicaturam: Quamobrem cùm voti compos effecta filiam ſuſcepiſſet, eam vocauit Mariam, vt ipſo etiam nomine teſtaretur acceptum munus à Deo. Illam igitur cùm grandiuſcula eſſet, nec vbere matris ampliùs indigeret, ducens ad templum Deo reddidit, & ſtudioſè promiſſum exſoluit. Sacerdotes autem, quamdiu paruula fuit, ad Samuelis ſimilitudinem, in Sanctis ædibus*

Digitized by Google

*educarunt.* Hæc Nyſſenus, quibus non eſt neceſſe addere, quæ habet Nicephorus, lib. 1. cap. 7. Nec quæ leguntur in libello de *Beatæ* Virginis ortu apud Hieronymum. Optimè autem nonnulli ponderant pium parentum animum in obſequium Dei, & ſollicitam mentem adimplendi voti, qui nullo modo cunctati ſunt, nec habuerunt rationem commodi vel ſolatii ſui, quod producere ſolet amænus prolis aſpectus. Ita Novarinus in vmbra Virginea, n. 1267. Ribadeneira in feſto Præſentationis. Salianus in Annalibus, & alii, qui communiter etiam addunt, datum fuiſse ſingulare parentibus exemplum natos ſuos non nimis diligendi: & ſimiliter teneriori ætati maturè ſe ad obſequium Dei conſecrandi.

C Tertiò, *Dubitari* ſolet, quî fieri poſſit, vt B. Virgo in templo à parentibus oblata, in eo vitam traduxerit: Nam mulieribus ne accedere quidem fas erat intra templum, vt docet Ioſephus, libro 6. de Bello Iudaico cap. 6. *templum*, inquiens, *arámque cingebat ex pulcherrimo lapide ſeptum vſque ad cubitum ſurgens, quod populum à Sacerdotibus ſegregabat; & prædictum limitem nec puris mulieribus tranſgredi permittebatur.* Facilis tamen ſolutio eſt: idem enim Ioſephus ibidem teſtatur in templo Ieroſolymitano fuiſse proprium locum religionis causâ mulieribus deſtinatum, qui muro diſcernebatur; & in hoc peculiaris locus virginibus ad orandum erat aſſignatus. Et quidem Villalpandus, tomo 2. parte 2. in caput 42. Ezechielis, libro 4. cap. 69. de eiuſmodi mulierum loco aſſerit, illum non fuiſse initio in templo primo Salomonis: ſed poſteà mulieres lege vel conſuetudine à portico Sacerdotum prohibitas, in illum tandem conueniſse. At in ſecundo templo, quod Zorobabel reſtituit, vt docet idem Villalpandus in cap. 40. Ezechielis, lib. 3. cap. 28. hic mulierum locus fuit in tabulato quodam ſuperiore, vbi etiam domicilia quædam fuêre, in quibus mulieres diuino cultui dedicatæ, & Virgines, præſertim illæ quas parentes diuino obſequio deuouebant, educabantur. Talis erat Anna Propheteſſa vidua, quæ Lucæ cap. 2. *Non diſcedebat de templo ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte*, & aliæ plures, de quibus doctè Caniſius in opere Mariali lib. 1. cap. 12. Quam rem etiam tractat Baronius, n. 50. in apparatu ad Annales. Suarez in 3. part. diſput. 7. ſect. 1. Barradius in concordiam Euangelicam, lib. 6. cap. 6. Eſpencæus, Caſtro, & alii apud Spinellum, cap. 8. num. 10.

D Quartò, Dubitatur adhuc an Sancta Deipara educata fuerit in ipſis intimis templi adytis, hoc eſt, in Sanctis Sanctorum. Nam ex Apoſtolo ad Hebræos, cap. 9. *In illa ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine introibat.* Et Ioſephus libro 2. contra Apionem: *In adytum*, inquit, *id eſt, Sancta Sanctorum ſoli principes Sacerdotum ingrediebantur propriâ ſtolâ amicti.* Et libro 8. antiquitatum, cap. 2. idem indicat. Et Philo legatione ad Caium teſtatur, quibuſlibet etiam Sacerdotibus, imò & ipſi Pontifici, ſi duobus anni diebus, aut eâdem die ter quatérue in intimum Sacrarium ingredi vellet, ſub pœna capitis eſse interdictum; & idem repetit lib. de Monarchia. Ex alia tamen parte, pleríque ex Patribus Græcis, quos veriſimile eſt habuiſse veteres hac de re hiſtorias, quas allegant Nyſſenus, Epiphanius, Nicephorus, & alij, diſertis verbis adſtruunt, Deiparam in Sanctis Sanctorum, ipſiſque templi adytis, fuiſſe non raró introductam; ſic ex allatis ſuprà authoribus Euodius apud Nicephorum: ipſe Nicephorus; Andreas Cretenſis; Georgius Nicomedienſis; Pantaleon; Metaphraſtes; & Germanus Conſtantinopolitanus, qui addit eam ad intima Sancta Sanctorum, quæ ſummo Sacerdoti ſemel in anno patebant, fuiſſe inductam. Horum authoritate permotus Barradius in harmoniam Euangelicam, lib. 6. cap. 6. ait: *horum Patrum ſententiam, ſi ſit opinio tantùm, & non maiorum traditio, reiiciendam eſſe. Quod ſi traditio,* inquit, *eſſet, reſponderemus ſoli Pontifici licuiſſe ingredi Sancta Sanctorum ex lege, ex priuilegio verò etiam Virgini Deiparæ; quod Diuo quoque Iacobo conceſſum ſcribit Hieronymus, recepítque Eccleſia in Breuiarij lectionibus: Si Iacobo, cur non Virgini?* Barradio conſentiunt à Caſtro in hiſtoria Deiparæ cap. 3. n. 14. Spinellus cap. 8. n. 12. & nonnulli alii. At Salianus ad annum mundi 4041. totum hoc reiicit; negátque Virginem in ipſa æde ſacra, nedum in adytis eius aut Sancto Sanctorum, habitaſſe: ſed eius cubiculum templi ſeptis incluſum minimè aditum vulgò fuiſſe, vt pote locum Sanctis Virginibus ſepoſitum; *neque aliud*, inquit, *Sancti Patres voluerunt.* Verùm, etſi probabilius ſit, cubiculum Virginis ita ſe habuiſſe, vt Salianus ſentit; nihil tamen eſt, quòd falſi conuincat, nonnunquam fuiſſe licitum eidem Virgini ad Sancta Sanctorum orationis causâ penetraſſe, nec tenuiter fauent præcitati Patres, aut exemplum Iacobi ſuprà delibatum ex Hieronymo, & Eccleſia, & aliis: ſi enim Iacobo id permiſſum erat priuilegio notæ omnibus atque compertæ Sanctitatis, cur non & Virgini?

E Quintò, Interogant aliqui, quo cibo Sanctiſſima illa puella in templo nutrita fuerit. Nam, vt rectè notat Suarez tomo 2. in 3. part. diſput. 7. ſectione 1. referunt authores graues toto illo tempore, quo in templo manſit, accepiſſe Virginem cibum miniſterio Angelorum: quod ex Hieronymo epiſtolâ ad Heliodorum habet Bonauentura in libro meditationum vitæ Chriſti cap. 3. Et conſentiunt Georgius Nicomedienſis, homiliâ de oblatione Virginis in templo. Cedrenus in compendio hiſtoriæ. Pantaleon apud Metaphraſtem de Præſentatione. Caniſius libro primo M[illegible]is cap. 13. Barradius antè citatus, [illegible] Et ſuaderi poſſe videtur ex eo, quod ſimile priuilegium conceſſum legimus Paulo primo Eremitæ longo vitæ tempore, Abbati Apollo, & aliis: Virgini ergo vitam in templo contemplatiuam profitenti, cur id conceſſum denegetur? præſertim cùm ſic ſoluta omni alimentorum curâ meliùs vni Deo vacaret. Nihilominus difficile mihi videtur miniſterium Angelorum in hac re admittere, vbi ſufficiebat, & nunquam deerat miniſterium hominum ac conſociarum: Eſcam enim Beatiſſima Virgo recipiebat à templi Pontificibus, ſi credimus Bonauenturæ, & id ratio ſuadet, quæ Virgines templo dedicatas, & communi illo conuictu receptas, non fuiſſe ſine cibo & potu, alíſque vitæ neceſſariis derelictas, ſatis ſanè oſtendit: Iis igitur non erat neceſſarium miniſterium Angelicum,

ſicut vel Chriſto, vel Eliæ, vel Paulo Eremitæ, & aliis, mediis in ſyluis, locíſque deſertis degentibus. Et neſcio, num hoc priuilegium, de cibo ab Aogelis allato, faueat Manichæis, & aliis hæreticorum ſectis, Chriſtum mentientibus caroem noſtræ diuerſam, & corpus cæleſte oon verò terrenum babuiſſe.

F Sextò. Indubitatum eſt Beatam Virginem, toto illo tempore, quo in templo commorata eſt, ardeotiſſimis deſideriis ac frequentiſſimis orationibus Incarnationem filii Dei poſtulaſſe, tanto maiore amore, merito, atque efficaciâ, quàm omnes Superiores Sancti Patriarchæ atque Prophetæ, quantâ eos perfectione gratiæ & Sanctitatis ſuperabat. Qualis autem eius fuerit in templo conuerſatio, quæ ſtudia & exercitia, explicat Germanus Cooſtantinopolitanus oratiooe de Deipara. Sed loogè vberiore ſtylo Caniſios in Mariali, lib. 1. cap. 13. quotidiana Virginis exercitia, & mirabilem virtutum profectum recenſet. Similirer Spinellus, cap. 21. o. 4. & Barradius, lib. 6. cap. 6. in concordiam Euangelicam, qui ex antiquis authoribus collectam eius viuendi rationem iucundiſſimè exponunt. Certè Bonauentura in Meditationibus vitæ Chriſti, cap. 3. ex quibuſdam reuelationibus ab eadem Deipara factis, vt ipſe exiſtimat, Sanctæ Elizabethæ Reginæ Portugalliæ, ioter alia dicit, Virginem iſta de ſeipſa detexiſſe, his ferè verbis: *Surgebam ſemper in noctis medio, & pergebam ante altare templi, & ibi omni affectu petitiones meas Deo præſentabam*; quas ibi fusè Bonauentura ex eadem reuelatione proſequitur. Deinde ex Hieronymo idem Bonauentura, diſtributionem temporis ita Virgini conſtitiſſe affirmat, *vt à mane vſque ad tertiam orationibus inſiſteret, à tertia vſque ad nonam externo opere ſe occuparet: à nona verò iterum ab oratione non recedebat, vſque dum illi Angelus appareret, de cuius manu eſcam accipere ſolebat, & meliùs in Dei opere & amore proficiebat.* Poſteà verò enumeratis quamplurimis eius virtutibus, addit: *& erat ſollicita circa ſocias ſuas, ne aliqua ex eis in vllo ſermone peccaret, ne aliqua in riſu vocem ſuam exaltaret, ne aliqua iniurias aut ſuperflua contra parem ſuam exerceret: ſine intermiſſione benedicebat Deum; & ne fortè in ſalutatione ſua à Dei laudibus tolleretur, ſi quis eam ſalutabat, illa pro ſalutatione ſua, Deo gratias dicebat. De eſcâ, quam de manu Angeli accipiebat, ipſa reficiebatur, quam verò à Pontificibus templi accipiebat, pauperibus erogabat, &c.* Hæc ex Hieronymo refert Booauentura, & ante eum Vincentius Beluacenſis in Speculo hiſtoriali lib. 6. cap. 66. Deinde alii, vt Petrus de Natalibua in Catalogo Sanctorum, lib. 8. cap. 51. Iacobus de Voragine, in vitis Sanctorum, feſto Natiuiraris B. Virginis. Sabellicus, lib. 2. exemplorum, cap. 4. & 9. & lib. 3. cap. 4. Antoninus 4. parte, titul. 15. cap. 6. in 6. conditione. Extat verò plenior narratio exercitiorum B. Virginis in templo, apud S. Birgittam lib. 1. reuelationum cap. 10. & lib. 3. cap. 8. quæ præclaro compendio collegit Caniſius ſuprà citatus, qui etiam addit ex Sanctæ Mechtildis reuelationibus hæc Virginis verba: *Prima virtus in qua iam nata infantula me exercui, ſingularis humilitas fuit, per quam nulli me vnquam creaturæ prætuli.*

G Septimò, quod ſpectat ad virtutem caſtitatis quam eximiè ſemper Maria dilexit: pulcherrimè & fuſiſſimè oſtendit Suarez tomo 2. in 3. partem diſput. 6. per totam, io primis quidem Beatiſſimam Virginem, ſtatim à principio vſus rationis, habuiſſe abſolutum & firmum propoſitum ſeruandi perpetuam virginitatem: in qua opioione conueniunt, Diuus Thomas, Magiſter ſententiarum, Scotus, Booaueotura, Richardus à S. Victore, Durandus, & alii, quos Suarez loco prædicto citat. Quorum ratio eſt, nō tantùm, quia puriſſimæ Dei genitrici tribuendus eſt virginitatis gradus perfectiſſimus; ad quem, vt patet, ſpectat perpetuum propoſitum ſeruandi ſemper virginitatem ſuam, ſaltem ſub hac conditione, ſi aliter Deus non ſtatuat: ſed etiam quia B. Virgo iam ab ioſantia mota eſt à Spirito Sancto, vt hunc ſtatum amaret, & tanquam perfectionis maioris gradum eligeret. Oſtendit prætereà idem Suarez non modo B. Virginem habuiſſe propoſitum perpetuæ virgioitatis, ſed etiam Votum: in quo conoeniunt authores omnes Catholici contra hæreticos, & probari ſatis apertè ſolet ex eius ad Gabrielem reſponſione: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Ideo enim dicit, *virum non cognoſco*, oon quia tantùm non cognoſcere virum iampridem propoſuit; ſed qoia virum cogooſcere ipſi non licet ob virginitatis votum Deo nuncupatum: & ita hanc Mariæ reſponſionem accipit Auguſtinus lib. de Sancta Virginitate cap. 4. & Gregorius Nyſſenus oratione de Chriſti Natiuitate, quos ſequuntur innumeri alii, vt videre eſt apud Baronium in apparatu n. 56. & 57. Barradium io concordiam lib. 7. cap. 8. Spinellum, cap. 8. n. 6. Caniſium de B. Maria lib. 2. cap. 12. & 13. Nouarinum in vmbra Virginea n. 1521. qui etiam n. 153. & 156. explicat, à quo primùm edocta emiſerit hoc votum, nempe à Deo; & an prima ſine præuio exemplo emiſerit, quod fatentur Patres, Ambroſius, Beda, Rupertus, Bernardinus, D. Thomas & alii, qoos citat & ſequitur prædictus Suarez. At quonam tempore emiſerit, non ſatis conueniunt omnes: Baronius putat antè emiſiſſe, quàm eſſet deſponſata Ioſeph; adeóque parentibus etiamnum viuentibus, ac ſcientibus nec diſſentientibus propter magnam quam de filiæ ſuæ ſanctitate expectationem conceperant; qui proinde cùm, ex Cedreno in compendio hiſtoriæ, anno Virgiois vndecimo ex hac vita ſubtracti fuerint, neceſſariò dicendum eſt, eiuſmodi votum nuncupatum fuiſſe ante anoum Virginis vndecimum. Sed contrà Saoctus Thomas, quem permulti ſequuntur, 3. parte, quæſt. 28. art. 4. exiſtimat Virginem, poſtquam eſt deſponſata, votum Virginitatis, quod animo diu conceperat, ſpooſo aſſentiente, ſimul cum eo emiſiſſe: ex qua opinione conſequitur, non antè votum illud concepiſſe, quàm ad annos quatuordecim perueniſſet. Iam verò

## Anno Mundi 3979. ante Chriſtum 5. atque adeò Virginis vndecimo.

A MOrtuis, vt habet Cedrenus in compendio hiſtoriæ, Sanctis Ioachimo & Annâ, non dubium eſt, quin Sanctiſſima Virgo nouum feruorem conceperit adhærendi Deo, & illi ſoli

ger

per omnia placendi: cuius vita & mores licet fuerint ſemper exactiſſima regula honeſtatis: tunc nihilominus; præter illa omnia, quæ de ipſa Ambroſius libro 2. de Virginitate enumerat: & Chryſoſtomus homiliâ 4. in Matthæum, & alij, quos Caniſius ad longum commemorat, libro primo operis Marialis cap. 13. vniuerſum aſſeri poteſt, talem Mariam fuiſſe, vt vnius vita omnium fuerit diſciplina. Meritò autem Cedrenum refutat Suarez tomo 2. in 3. partem diſput. 7. ſectione 1. quòd dixerit Beatiſſimam Virginem, cùm ad annum ætatis duodecimum perueniſſet, & mediâ nocte piis obſecrationibus incumberet, audiuiſſe hanc diuinitus vocem: *Paries filium meum*: neque enim hoc ea ea ante Chriſti Aſcenſionem reſcitum eſt, nec veriſimile eſt, iſtiuſmodi vocis recordatione munitam, ſalutantis Angeli alloquio facilè turbandam fuiſſe; nec denique vlla ſatis firma eſt à Cedreoo allata huiuſce rei probatio. Illuceſcente autem

## Anno mundi 3982. ante Chriſtum 2.

ERgo aduenerat annus Virgiois decimus A
quartus completus, quo conueniens erat, eam committi connubio. Tradita verò eſt Ioſepho, viro de tribu ſua, & familia Dauid. Qua in re hîc nonnulla breuiter conſideranda ſunt.

Primò, Non magnum pondus authoritatis habere, quæ ſcribit author libri de Natiuitate Virginis, & quæ ea eo referont, Barradius, lib. 6. in Concordiam cap. 7. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 11. §. 12. n. 8. & Chriſtophorus à Caſtro in hiſtoria Deiparæ, cap. 4. Nimirum Pontificem Iudaicæ Gentis ſollicitum de Virgine tradenda connubio, iuſſiſſe ea diuino reſponſo, vt innopti de tribu Iuda, qui idonei coniugio eſſent, virgas ligneas ſiue radios ad templum afferrent, vt coius virga florem cælitus germioaſſet, Virginem in connuhium aſſumeret. Nam neque hæc hiſtoria ab omnihus admittitur; imò nec ipſe Barradius eandem magni æſtimat, & ipſa rei cauſa ac propinquitas Ioſephi ſatis per ſeſe poſtulabat, vt oon alij, quàm ſibi, tum Virgo Maria, tum eius hæreditas deueniret.

Secundò, Quod Gregorius Nyſſenus, oratione B
de Chriſti Natiuitate, & Damaſcenus, lib. 4. de fide, cap. 15. & Nicephorus, lib. 1. cap. 7. aiunt; à perpleais primùm Sacerdotibus, ac deinde diuinitus edoctis, ita traditam Mariam Virginem fuiſſe Ioſepho, vt horum coniunctio non vltra Sponſalia perueniret; ſi ſic intelligatur, quaſi non fuerit inter Ioſephum & Mariam verum matrimonium, ſed tantùm pactum quoddam, & mutua cohabitatio, ordinata vt Ioſephus Virgini miniſtraret, eiuſque Virginitatis cuſtos & teſtis exiſteret, omninò admitti ooo debet. Certum quippe eſt, & fusè probant Doctores Theologi, poſt Diuum Thomam in 3. parte, quæſt. 29. inter Beatiſſimam Deiparam, & coniugem Ioſephum verum ac proprium matrimonium ratum interceſſiſſe: vnde eſt illud Auguſtini libro 2. de conſenſu Euangelij cap. 1. *Hoc exemplo magnificè inſinuari fidelibus coniugibus, etiam ſeruatâ pari conſenſu continentiâ, poſſe permanere vocarique coniugium, non permixto corporis ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu.* Et certè id ſatis efficaciter docent nomina vxoris & coniugis, quæ Scriptura Sacra Ioſepho & Virgini tribuit, quæ nihil vetat in proprio ſenſu accipi. Quare eùm Patrum aliqui, quos refert Caniſius libro 2. Marialis cap. 11. aut reiiciunt verum matrimonium, aut Ioſephum maritum oegant; loquuntur de matrimonio per cohabitationem carnalem conſummato, & de marito cum quo talis cohabitatio habita fuerit. Sed talis cohabitatio, vt omnes fermè conſentiunt, non ſpectat ad naturam ipſam quidditatémque matrimonij; cui ſufficit ius mutuum coniugum in ſua inuicem corpora in ordine ad illam cohabitationem & copulam, ſi modo Deo placuerit, & ſit conueniens. Verùm iſta ſubtiliùs à Theologis pertractantur.

C Tertiò. Non ſine ratione effectum eſt, vt Sanctiſſima Deipara, quamuis ex ſponſo conceptura non eſſet, illius tamen ſocietate & vinculo noo careret. Vodecim ratinnes congerit Diuus Thomas in 3. parte quæſt. 29. artic. 1. quæ deſumuntur tum ea parte Chriſti, tum ex parte Virginis, tum ex parte noſtra; omnéſque ſunt aptiſſimæ, & perſpicuæ, & Sanctorum Patrum ſelectis teſtimoniis confirmatæ. Chryſoſtomus ſimiles rationes inquirit & explicat homiliâ 4. in primum caput Matthæi. Chryſologus ſermone 146. ſub finem. Euſebius Gallicanus ſermone in vigilia Natiuitatis Chriſti. Eucherius Lugdunenſis in Matthæum initio, & communiter Scripturæ Interpretes. Cur autem Ioſepho potiùs quàm alteri Virgo deſponſaretur, ratio eſt; tum quia ille verè erat regni Dauidici hæres, à quo proinde ad Chriſtum rectà deuoluebatur ius iſtius regni; tum vt hæreditas Virginis, quæ parentibus ſuis vnigenita erat, ad maximè propinquum, qualis tunc erat Ioſeph, non ad alios deueniret; tum etiam quia Ioſeph erat vir Sanctiſſimus, ſimilis Patriarchæ Ioſepho, cuius & ſortitus eſt, imò plurimùm ſuperauit præſtantiſſimam caſtitatem; adeóque aptiſſimus fuit, cui Virgo Virgini commeodaretur eaimia. Vide, ſi lubet, Cornelium in caput 1. Matthæi, verſu 18.

D Quartò, Omninò verum non eſt; quod tamen ex antiquis Patribus nonnulli tradiderunt; Epiphanius hæreſi 78. aduerſus Antidicomarianitas, Hippolytus Portuenſis, Origenes, & alii, quos Baronius refert in apparatu Annalium n. 61. Sanctum Ioſephom aliud connubium contraxiſſe, antequam ipſi Virgo deſponſaretur. Certè cælibem vitam ſemper ipſum duxiſſe graues Authores aſſeuerant. In primis Hieronymus & Auguſtinus, quorum ille aduerſus Heluidium ſub finem, cùm dixiſſet pleróſque non tam piâ, quàm audaci temeritate confingere Ioſephum plures habuiſse vaores, de quibus oati ſunt, qui fratres Domioi appellantur, ſubdit: *Tu dicis Mariam Virginem non permanſiſſe, ego mihi plus vendico, etiam ipſum Ioſeph virginem fuiſſe per Mariam, vt ex virginali coniugio Virgo filius naſceretur. Si enim in virum Sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorem habuiſſe non ſcribitur; Mariæ autem, quam putatus eſt habuiſſe, cuſtos potiùs fuit, quàm maritus, relinquitur virginem eum manſiſſe cum Maria, qui pater Domini meruit appellari.* Conſentit Auguſtinus ſerm. 14. de Natiuit. Domini, ſi tamen Auguſtini eſt ille ſermo. Item Baroolus loeo ſuprà citato. Salianus ad annum mundi 4051. Caniſius, libro 2. Marialis cap. 13.



Digitized by Google

citans Rupertum, Gerſonem, Aloyſium Lipomanum, & alios eiuſdem opinionis. Suarea verò tomo 2. in 3. partem, diſput. 5. ſect. 4. & ratione & authoritate probat, perpetuò fuiſſe virginem Sanctum Mariæ Sponſum. Et quamuis non certò ſciatur, an & quandonam de perpetua ſeruanda caſtitate emiſerit votum, valde probabile tamen eſt, ad hoc emittendum excitatum fuiſſe exemplo Beatæ Virginis, & tunc maximè quando initio deſponſationis ipſius, quid ipſa in hac materia præſtandum ſtatuiſſet, agnouit.

Quintò, quòd ſpectat ad ætatem, quam habuit Sanctus Ioſeph, cùm ei deſponſata eſt Beatiſſima Virgo, nonnulli antiquorum, in primiſque Epiphanius hæreſi 78. exiſtimant illum fuiſſe octogenarium, cui recentiores aliqui ſubſcribunt: quòd inde exiſtiment integritati Virginis magis fuiſſe conſultum, ſi eum habuerit coniugem, à quo nec ob virtutem, nec propter ætatem detrimenti aliquid accipere poſſet. Verùm hi nec Chriſti Domini, nec Virginis famæ hâc ratione ſatis prouidere videntur: ſic enim facilè crederetur Virginem de adulterio concepiſſe, ad quam tamen infamiam vitandam voluit Deus Chriſtum ex coniugata naſci, vt notat Hieronymus in cap. 1. Matthæi. Adde quòd effœtæ vires hominis octogenarij non erant pares alendæ familiæ, obeundis peregrinationibus longinquis, & aliis laboribus, quos ſuſtinuit S. Ioſeph. Vnde probabiliùs Suarez loco ſupra citato diſput. 7. ſectione 3. & Barradius, lib. 6. in concordiam cap. 8. Salianus item & Baronius, & alij concludunt, eum non videri fuiſſe ſenem, nec admodùm iuuenem, ſed maturæ ætatis, prout diuinæ prouidentiæ conueniebat eum Virgini dare, triginta videlicet aut propemodùm annorum. E

Sextò, de conditione ſiue arte & corporali munere, quo ad hanc vitam tranſigendam vſus eſt S. Ioſeph, nihil hîc dicere poſſumus, præter id quod in Euangelio indicatur, ſcilicet illum fuiſſe fabrum. An verò fuerit faber lignarius vel ferrarius, incertum eſſe dixit Caietanus in caput 13. Matthæi ſub finem. Nam Sancti Patres ambiguè loquuntur, vt videre eſt in Ambroſio libro 3. in Lucam, initio, qui vtrumque indicat; Hilario, commentario 14. in Matthæum; Anſelmo in caput 13. Matthæi; Beda, lib. 2. in Marcum, capite ſecundum Bedam 23. qui indicant fuiſſe fabrum ferrum igne vincentem: Iuſtino dialogo cum Tryphone paulò longiùs à medio, qui inſinuat fabrum fuiſſe lignarium: quàm ſententiam aſſerit D. Thomas in Matthæi caput 13. ibidémque Lyranus, Abulenſis, & alii. Quod licet ab eis non ſatis efficaciter probatur, viſum tamen eſt & magis conueniens, & magis credibile; vt propterea hæc opinio magis omnium ferè animis inſederit. F

Septimò, Sanctitatem Sancti Ioſephi & excellentem dignitatem egregiè tractant atque extollunt, ex recentioribus Barradius, lib. 6. in concordiam Euangelicam, cap. 8. Suarez tomo 2. in 3. partem, totâ diſputatione 8. Ioannes Iacquinotias, integro libro, quem inſcripſit Gloriam Sancti Ioſeph. Ekius, homiliâ 2. de Ioſeph. Lopes, ſermone de eodem. Iſolanus, Morales, & innumeri paſſim alij, quibus accinit Poiræus, Triplicis coronæ cap. 4. 5. 6. n. 12. Ante quos G omnes Cancellarius Gerſon tum in officio, tum in Ioſephina, tum aliis in locis in laudes ſeſe S. Ioſeph vehementer effundit. Hæc tamen ſatis amplè explicare quis poſſit? Eſſe Sponſum Deiparæ Virginis; Patrem & Nutritium Chriſti; caput tam excellentis familiæ; conuerſationem habere continuam cum Deo Incarnato; humilitate, charitate, caſtitate, fide, confidentiâ, iuſtitiâ, & aliis eſſe præclarum virtutibus, quas Scriptura Sacra pluribus locis in Ioſepho admodùm eminuiſſe clariſſimè oſtendit. Sed prædictos vide authores.

## Anno Mundi 3983. ante Chriſtum vltimo.

A MVndum miſeratus Dominus, filium tandem ſuum ad noſtras mortalitatis miſerias in medio temporum demittit. *Verbum caro fit*, vt loquitur Ioannes cap. 1. & cæleſtis nuncius Gabriel mittitur ad Virginem, qui totam myſterij, & incarnandi Verbi œconomiam proponat; quam declarat his verbis S. Lucas cap. 1. Euangelij ſui: *Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo David, & nomen Virginis Maria, & ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Dominum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus & filius Altiſsimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi, ideóque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus.*

B Ex his Euangeliſtæ verbis, ſat datur intelligi, conſenſum Virginis ad tam grande opus fuiſſe à Domino per Gabrielem expetitum: quo ſtatim obtento Verbum incarnatum eſt, & filius Dei factus eſt filius Virginis. Sed tanti myſterij nonnullas tangere iuuat, ſaltem obiter, circumſtantias, quas fusè expendunt omnes Scripturæ Interpretes, & Scholaſtici, & alij: præſertim S. Thomas in 3. parte, quæſt. 30. 31. 32. 33. 34. & Suarea ibidem, itémque Barradius in concordiam Euangelicam, lib. 7. cap. 6. per totum. Baronius in apparatu ad Annales. Salianus ad annum mundi 4052. & alii.

C Primò itaque, videndum eſt quo huius anni die, aut etiam quâ horâ tam felix de cælo nuntium aduenerit (nam de anno ipſo res intricata admodùm eſt, quam & multis agitat, & deinde ſtatuit, vir doctus Petauius, de doctrina temporum libro 12. cap. 6. quem hîc non inuiti ſequimur) Dies igitur, vetuſtiſſimâ & olim receptâ

traditionē, eſt Martij vigeſimus quintus. Id antiquitus Occidentali Eccleſiæ perſuaſum eſſe teſtis eſt homilia quædam 31. quæ inter Chryſoſtomi opera legitur, in tomo de diuerſis noui teſtamenti locis editionis Frontonis Ducæi. Gregorius item Nyſſenus, homiliâ in Chriſti Natiuitate. Auguſtinus, ſermone 21. & 22. de tempore: & expreſſiùs libro 4. de Trinitate cap. 5. Paulinus, in primo carmine de Natali Sancti Fœlicis, ac vetera Martyrologia paſſim. Quocirca futilis eſt Scaligeri lib. 6. de emendatione temporum, cap. de Natali Chriſti, & in appendice, atque alibi, itémque aliorum diuinatio, qui ex Sacerdotum ephemeridis, & hieraticis neſcio quibus circulis priſcam illam, & à parentibus maioribúſque noſtris huc vſque retentam traditionem eleuare ſtudent. Contra quos accuratè diſputat Petauius, loco ſupra citato, cap. 7. & Deckerius atque Barradius, & alii, quos citat Salianus ad annum mundi 4052. n. 57. Videri etiam poteſt Poza in Elucidario, qui totum primum librum in Chronologicis his quæſtionibus ſollicitè inſumit. In quemnam verò totius hebdomadæ diem diuinum iſtud myſterium inciderit, non minor eſt quàm de anno controuerſia; cùm pro diuerſitate anni, etiam mutari ſoleant, & ad varios menſium & hebdomadis dies alligari, feriæ. Quia igitur ſequenda videtur communis epocha, quâ ſuppoſitâ, cùm eſſet litera Dominicalis, in hoc anno biſſextili, duplex D. & C. hæc poſterior aſſignat vigeſimo quinto Martii feriam quintam, pro die Conceptionis Chriſti: Sabbatum verò pro vigeſimo quinto Decembris, ſiue die Chriſti Natali. Quæ dierum ac temporum ratio mihi probabilior eâ videtur, quam nonnulli ſequuntur, qui cum Ruperto lib. 3. de officiis diuinis cap. 16. & 19. dicunt Conceptioni Verbi feriam ſextam aſſignari debere: qua in mente eſt Clichtouæus, Ioannes Lucidus, Antoninus, Vigoerus, & alii, quos citat & ſequitur Barradius in Concordiam, cap. 6. lib. 7. Nam ſi id feriæ ſextæ attribuatur, neceſſe eſt diei Dominicæ alligare Natalem Chriſti, & ſimul fateri Sanctos Chriſti parentes die Sabbati ſe itineri commiſiſſe, contra communem ritum Iudæorum: quod ſatis abſurdum eſt. Quod pertinet ad horam, communis traditio eſt & fidelium ſenſus, prodiiſſe Chriſtum in carnem, conceptúmque fuiſſe, dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox medium curſum quieta peragerer, hoc eſt circa mediam noctem: quod & paulò pòſt iterum repetetur.

Secundò, Nonnulla notanda ſunt circa Angeli Gabrielis perſonam: Nomen, excellentia, modus quo apparuit Virgini, modus quo eam ſalutauit & quâ horâ. Quod ſpectat ad nomen, Hieronymus, libro de nominibus Hebraicis, Gabriel idem eſſe ait, ac fortitudo Dei: nempe, vt ait Gregorius homilia 34. in Euangelia: *per Dei fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus & potens in prælio ad debellandas poteſtates aëreas veniebat.* Proclus Epiſcopus Cyzicenus, oratione de Chriſti Natiuitate in Concilio Epheſino cap. 7. nomine Gabrielis ſignificari vult Deum & hominem: *Idem*, inquit, *Gabriel ſonat, quod Deus & homo* Pagninus verò idem docet ſignificari, quod *vir meus Deus*: quæ omnes interpretationes nominis bene conueniunt myſterio, in quo Deus factus eſt homo. Vide Titum Boſtrenſem in caput 1. Lucæ. Suarez tomo 2. in tertiam partem diſp. 9. ſectione 1. Barradium in Concordiam lib. 7. cap. 6. Quod verò pertinet ad excellentiam Gabrielis; licet nonnulli ſatis probabiliter exiſtiment, eum eſſe ex ſuprema Angelorum Hierarchia; tum quia miſſus eſt immediatè à Deo, vt docet Bernardus, homilia 1. de Annunciatione, tum quia venit vt Virginem inſtrueret, quæ eſt ſuperior omnibus Angelis; & de myſterio inſtrueret inter omnia ſupremo. Nihilominus probabiliùs docet Suarez paulò antè citatus, eum eſſe tantummodò primum ac principem in ſecundo ordine vltimæ Hierarchiæ, hoc eſt, primum Archangelorum; quia cùm ſoli Angeli vel Archangeli ad homines mittantur, non erat neceſſe illam legem mutari: ſed ad annunciandum ſupremum myſterium, miſſus eſt qui erat ſupremus in officio annunciandi. Verùm in hac re nihil puto poſſe certi ſtatui: Nam & Seraphinus miſſus ad Iſaiam eſt, vt labia eius purgaret: & Michaël, quem tanquam ſuperiorem Gabriele Eccleſia in Litaniis & officio colit, ſæpè Angelum, vel Archangelum, vel principem Angelorum ſe nominauit, & ab aliis Angelis nominatus eſt, vt colligitur ex cap. 10. Danielis, & ex Patribus paſſim. Quocirca ex variis appellationibus, quibus vtuntur Patres, vt Irenæus, lib. 5. contra hæreſes cap. 25. vbi Gabrielem Archangelum vocat, & Heſychius, oratione 2. de B. Virgine, principem Angelorum: Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, & alii apud Suarez, nunc Angelum, nunc Archangelum; nihil certi ſtatui poteſt. Longè autem certius eſt, quod docet Diuus Thomas in 3. parte, quæſt. 30. art. 3. Gabrielem Angelum apparuiſſe B. Virgini in ſpecie corporea atque humana. Non exiſtimat verò eundem Angelum ſecundum ſuam eſſentiam fuiſſe viſum à Virgine viſione intellectuali: cuius tamen contrarium opinatur Suarez ſect. 2. eámque ait tunc tantùm incepiſſe, cùm dixit Angelus: *Ne timeas Maria.* Sed quicquid ſit de hac poſtrema re, certè Auguſtinus, ſermone 14. de Natiuitate Domini, non dubitat dicere hunc Archangelum *facie rutilante, veſte coruſcante, ingreſſu mirabili, aſpectu terribili, apparuiſſe*, cùm Virginem ſalutaturus intraret. Falſum verò eſt, & contra Sanctos Patres, quod docet Lutherus, & ex Iacobi Pſeudeuangelio accepit, vt rectè notat Caniſius, libro 3. de B. Maria cap. 1. nec in conclaui, nec ſolam repertam fuiſſe Virginem, quam Gabriel ſalutaret. Retundit hoc inane figmentum non vno in loco Ambroſius, ſed præſertim in 1. caput Lucæ dicens: *ſolam in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperit: ſola ſine comite, ſola ſine teſte, ne quo degenere deprauaretur affatu ab Angelo ſalutatur.* Et certè ſi ſalutauit mediâ properante nocte, vt communis fert opinio, iuxta illud Sapientiæ cap. 18. *Cùm quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, Omnipotens ſermo tuus, &c.* Et tenent Suarez, Barradius, Salianus antè citati, & Gononus in Chronico, & alij: non fuit conueniens, vt Virgo ſilentij & ſecreti amans inter choreas tunc adeſſet. Salutauit autem illam Angelus per iſta verba: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Quam ſalutationem ſuſè expendunt. Chryſologus, ſermone 140.

Barradius, lib. 7. in concordiam cap. 7. Et fuſiſſimè Caniſius, lib. 3. Marialis cap. 3. & ſequentibus. Rectè porrò aduertit Nouatinus in vmbra Virginea, rarò ab Angelis quempiam olim, hoc eſt, in veteri lege, fuiſſe ſalutatum.

E Tertiò, Quod ſpectat ad Virginem, communiter quærunt, cur fuerit turbata; neque enim inſueta erat videre Angelos, vt habetur ex Ambroſio lib. 2. de Virginibus initio: turbatam tamen dicit Ambroſius ex viſa viri ſpecie: *Nam Gabriel*, inquit *eam vbi reuiſere ſolebat iuuenis, & Angelum Maria, quaſi viri ſpecie mota, trepidauit; quaſi non incognitum audito nomine recognouit, ita peregrinata eſt in viro, quæ non eſt peregrinata in Angelo.* Addit idem Ambroſius ibidem aliam cauſam dicens: *Salutationis nouam formam mirabatur, nuſquam enim erat lecta vel audita*, hoc eſt, cauſa trepidationis Mariæ fuit ipſa eius humilitas: quam cauſam maximè probat Sanctus Thomas in 3. parte, quæſt, 30. art. 4. ad priorum, cùm ait: quòd *animo humili nihil eſt mirabilius, quàm audiens ſua excellentiæ; admiratio autem maximè attentionem animi facit: & ideo Angelus volens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti myſterij, ab eius laude incepit.* Aliæ prætereà rationes afferuntur, ſed hæ ſunt præcipuæ. Lege ſi lubet Barradium in concordiam lib. 7. cap. 6. & Suarez in 3. partem diſput. 9. ſectione 3. & communiter Interpretes Scripturæ Sacræ in primum caput Diui Lucæ. Liberata ergo timore Virgo, auditáque legatione Gabrielis, & ſerie myſterij, ad cuius effectũ quærebatur eius cõſenſus; priuſquàm illum daret, non dubitauit de poteſtate Dei, ſed modum Incarnationis inquiſiuit, vt rectè notarunt, Ambroſius, in Lucam. Auguſtinus, quæſtione 19. in Numeros. Bernardus, homilia 4. ſuper *Miſſus eſt*, & alii. Contra quos ſenſit Euthymius, ſed minùs cautè. Vnde Theophylactus: *Non quaſi diſcredens Virgo dixit. Quomodo fiet iſtud? Sed vt prudens & intelligens, vt diſcat modum, inquirit.* Ab Angelo demum ſufficienter edocta conſenſum præſtitit dicendo: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum:* flexis autem genibus, & lachrymis præ gaudio obortis, oculiſque ac manibus in cælum eleuatis dediſſe conſenſum, ſcripſit Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt*: Auguſtinus verò, ſermone 21. de tempore circa tres quadrantes, pulcherrimè exprimit deſiderium mundi, vt virgo conſentiret. Non dubium autem quin mirâ animi demiſſione conſenſerit, & ingenti affectu vt charitatis, ita & humilitatis, quod ſatis indicat vox *ancilla*. Poſito autem conſenſu, mox ita dilapſum eſt Verbum in vterum Virginis, vt ex ea carnem aſſumens, quod ſemper fuiſset, eſſe non deſineret: vnitáque ſibi indiuiſè & inconfuſè humanæ naturæ ſubſtantiâ in vna eadémque perſona, ex duabus naturis vnus Chriſtus, idémque perfectus Deus & perfectus homo in vtero Virgineo formaretur. Nouum planè miraculum, atque adeò inuſitatum, vt quod olim prædixerat Ieremias cap. 31. *Mulier circumdaret virum*: ſiquidem vno & eodem momento conceptus eſt Chriſtus, perfectus Deus & homo: imò in hoc vnico miraculo octo circiter prodigia comprehenduntur. Nam illo inſtanti quo Virgo conſenſum præbuit, non ſenſim & per incrementa, ſed ſimul conceptum, coagmentatum, & figuratum eſt, & animæ vnitum corpus Chriſti Domini. Deinde eodem inſtanti concurſu materno hoc idem corpus & anima coniunctum eſt cum Diuinitate in hypoſtaſi Verbi, vt fusè explicant, poſt Sanctos Patres, Caniſius, libro 3. de B. Maria cap. 13. Suarez, tomo primo in 3. partem diſp. 10. ſectione 1. & alii. Rurſus totum alterius parentis concurſum ſuppleuit Sanctiſſima Trinitas, nominatímque Spiritus Sanctus appropriatione bonitatis. Prætereà nec illa conceptio, nec ſubſecutus partus, matris integritatem diminuit, ſed ſacrauit. Vlteriùs in infante tantulo intra viſcera matris, ſtatim ab initio erat plenitudo Sapientiæ, & rationis perfectiſſimus vſus. Item erat gratia & Sanctitas ex omni parte abſoluta. Erat quoque lumen gloriæ & intuitio Dei, vt ſimul hic homo & viator eſſet & comprehenſor. Denique ille idem homo primo illo momento ſe obtulit Patri pro hominum ſalute, totuſque effuſus in gratiarum actiones pro tantis prærogatiuis, acceptauit mortem. Propter hæc omnia, & alia, quæ tunc in Virgine præſtita ſunt miracula, non immeritò Beatiſſima Virgo dicitur eſſe facta in Incarnatione officina miraculorum: quod rectè probat & explicat Spinellus, cap. 2. à n. 1. vſque ad 11. Idem verò author, cap. 9. n. 13. dignis elogiis titulum ac dignitatem Matris Dei ſapienter exornat: multò verò ampliùs Barradius, in concordiam Euangelicam lib. 6. cap. 2. & Suarez, tomo 2. in 3. partem diſp. 1. ſectione 2. Recentiſſimus autem Ripalda, tomo 2. de ente ſupernaturali diſput. 79. fuſiſſimè oſtendit, tantam eſſe excellentiam Maternitatis Dei, vt ipſa per ſe ſola, ſine conſortio gratiæ habitualis, vim habeat ſanctificandi perſonam, quæ Mater eſt. Non permittit præſens breuitas in explicandis iſtis ſpatiari; ſicuti nec illa in quæſtione, quam cum Diuo Thoma in 3. parte quæſt. 2. art. 11. omnes tractare ſolent Scholaſtici, & pulcherrimè atque elegantiſſimè tractant, Caniſius, lib. 2. Marialis cap. 16. & Salazar in Prouerbia cap. 31. n. 178. An, & quo pacto Beatiſſima Virgo promeruerit, vt Mater Dei efficeretur.

F Non multos poſt dies à Concepto Chriſto, ſubſecuta eſt Viſitatio S. Elizabethæ facta à Beatiſſima Virgine, quam ſic enarrat Euangeliſta Lucas cap. 1. *Exurgens autem in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda. Et intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth. Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta eſt Spiritu Sancto Elizabeth: & exclamauit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? &c.* Plura de hac mirabili viſitatione ſuggerit Barradius, in concordiam Euangelicam lib. 7. cap. 12. Caniſius, in Mariali lib. 4. cap. 3. & communiter Scripturæ Interpretes, quæ hîc expendere prohibet ſuſcepta breuitas. Dicendum tamen eſt, B. Virginem non ſtatim vt illuxit, ſed aliquot poſt dies, ad Elizabeth properaſſe, quod Barradius docet, & Cornelius, & alii, & colligitur ex verbis Euangelij, *in diebus illis*: vnde non admittitur opinio Bedæ & Theophylacti & Ambroſij, qui eo ipſo die, quo Chriſtus conceptus

eſt, eandem aſſeuerant ad cognatam eſſe profectam. Vt autem Sancta Virgo non abiit Ioſepho comitata, contra quàm ſenſit Ianſenius, alioqui Ioſephus ex verbis Elizabeth ſatis intelligere potuiſſet, Sanctam Virginem eſſe Dei matrem, nec in eam turbationem, quæ poſteà ſubſecura eſt, incidiſſet: tamen non eſt exiſtimandum incomitatam, & quaſi fugitiuam ex Sponſi domo, montana illa percurriſſe; ſed potuit habere comitatum matronarum vel cognatarum vel vicinarum, vt ſentit Clicthouæus, lib. de viſitatione cap. 2. & Barradius, & Salianus, & Gononus, & alij, qui ſimul addunt, ex itinere Ieroſolymam eandem aduenisse, acturam gratias pro tam immenſo Dei dono, & oblaturam quem conceperat fructum, iam propemodùm inſtante Paſchali feſto. Inde ergo digreſſa venit in ciuitatem Iuda, quam Beda, Clicthouæus, Hugo Cardinalis, Exius, Caniſius ſuprà citatus, putant fuiſſe Ieruſalem, minùs probabiliter tamen, cùm Ieruſalem non fuerit propriè in tribu Iuda, ſed Beniamin; nec videatur ciuitatem Sanctam taciturus Euangeliſta, ſi in ea Zacharias & Elizabeth fuiſſent commorati. Alii ergo cum Baronio, Toleto, Gonono, meliùs accipiunt Hebron, hæc enim erat in tribu Iuda, ſita in monte, diſtabátque octo horis ab Ieruſalem. Denique Brocardus, Breidembachius, Adrichomius, Cornelius, & alii magis veriſimile putant, fuiſſe Emaüs: quibus conſentit Salianus ad annum mundi 4052. & Barradius antè citatus. Intrauit ergo Virgo in domum Zachariæ, ſalutauítque Elizabeth, quâ ſalutatione effectum eſt, vt & exultaret infans deliteſcens in vtero Elizabethæ, & ſanctificaretur, & tum ipſe rum mater eius Prophetiæ dono perfunderetur: vt fusè ex Scriptura explicant, Euſebius Gallicanus, ſermone in feriam ſextam Aduentus ſub finem, & Caniſius, lib. 4. de B. Maria, cap. 3. & communiter Interpretes in 1. caput Lucæ: vnde hæc exclamauit plena Spiritu Sancto, & diuinitus edocta (neque enim probabile eſt, quod ſcribit Salianus n. 64. ab humili Virgine enunciatum Elizabeth Incarnationis Verbi myſterium, quod Ioſepho occultatum fuerat) exclamauit, inquam, *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Cui mirabundæ ſubiecit Virgo nobile illud & incomparabile Canticum: *Magnificat anima mea Dominum*, &c. teſtem gratitudinis ſuæ, in quo quanta ſint, & quàm præclara Dei encomia, videri poteſt in explicationibus eiuſdem Cantici, quæ paſſim occurrunt. Vide Thaumaturgum, oratione 2. de Annunciatione, Caniſium, lib. 4. operis de B. Maria cap. 5. & 6. Barradium, lib. 7. in concordiam cap. 13. Toletum & Interpretes omnes. An ſalutarit Zachariam Virgo dubium eſt, exiſtimat Gononus in Chriſtiparæ Chronico, &, ſi non verbo, ſaltem capitis inclinatione ſalutaſſe. Tribus pòſt menſibus, quibus ibidem commorata Maria eſt, natus eſt Ioannes Baptiſta ex matre Elizabeth vetula illa ac ſterili, & patre Zacharia ſimiliter ſene atque admodùm annoſo, vt videre eſt apud Lucam cap. 1. Cuius pueri conceptio vt abundauit miraculis, annunciata cælitus ab ipſo Gabriele Archangelo patri in templo adolenti, & ob fidei defectum vocis exercitium amittenti; ita etiam Natiuitas referta eſt prodigiis, voce redditâ patri prophetanti, omnibus lætitiâ exultantibus, & vt veriſimile eſt ex Ambroſio, Beda, Euthymio, Antonino, Bonauentura, Comeſtore, & aliis, quos citat & ſequitur Barradius in concordiam lib. 7. cap. 13. ipſâ Beatiſſimâ Virgine natiuitatem illam ſuâ Chriſtique præſentiâ humaniter cohoneſtante. Quanquam hoc poſtremum Gononus poſt Theophylactum, & nonnullos alios, paulò ſeueriùs, reiiciendum putat.

G Expletis verò illis, & reuerſa in domum ſuam, domum ſcilicet Sponſi, Beata Deipara; contigit illa Ioſephi tentatio, quam cap. 1. Diuus Matthæus refert: Ioſeph etenim cognoſcens ſponſam ſuam ferentem vterum, conſcius continentiæ ſuæ, noléntque eam ignominioſè traducere, infamémque reddere, quam hactenus viderat moribus eſſe ſanctiſſimis; voluit eam dimittere, dato libello repudii. Verùm in ſomnis de diuino myſterio edoctus ab Angelo, conſilium reliquit de ea dimittenda, quam retinuit, &, vt erat, coluit tanquam coniugem ſuam; vt fuſiùs enarrat idem Euangeliſta, & deinde explicant Auguſtinus, ſermone 18. de tempore circa duos trientes, Chryſologus, ſermone 145. Chryſoſtomus, & alii paſſim, in primíſque Barradius in concordiam lib. 8. cap. 5.

H Hac perturbatione ſedata, miro conſenſu animorum mutuáque obſeruantia communiter vixerunt ambo Sancti coniuges. Cùm, vt refert Lucas cap. 2. edictum Auguſti Cæſaris, de deſcribendis hominibus Romano imperio ſubiectis, aduenerat in Syriam; Ioſephúmque ſimul & coniugem cogit venire in Bethlehem ciuitatem Dauid, *vt ibi profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante*. Erat porrò Bethlehem exiguum quoddam oppidum intra limites tribus Iuda, in quod cùm Virgo perueniſſet; *factum eſt*, inquit Euangeliſta, *vt impleti ſint dies, vt pareret filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio, quia non erat eis locus in diuerſorio.*

Ergo expleto nouem menſium interuallo, ab Angeli Gabrielis nuntio facto ad Virginem Mariam, ex ea illibata procedit IESVS CHRISTVS, verus Deus & verus Homo, filius Dei & filius Virginis, futurus mundi Saluator vt conditor, Rex Regum & hominum Redemptor: procedit autem menſis Decembris die vigeſimâ quintâ, tenebris adhuc noctis mediæ tenentibus: & poſitus eſt in præſepio loci vbi natus eſt, ſtabuli videlicet ſiue antri prope Bethlehem ciuitatem Dauid. Vt Lucæ cap. 2. & Ioannis cap. 1. habetur.

I IN qua Chriſti Natiuitate multa ſeſe offerunt, in quibus conſiderandis, etiam ſuſcepta breuitas aliquid meritò permittere debet.

Primò igitur, Quod ad locum ſpectat vbi

Chriſtus natus eſt: Spelunca fuit in ſuburbiis Bethlehemiticis poſita, vt notat Baronius initio Annalium, & fusè probat authoritate Origenis, lib. 1. contra Celſum. Euſebii, de demonſtratione Euangelica, lib. 7. cap. 5. Iuſtini, Epiphanii, ac præſertim Hieronymi, epiſtola 18. ad Marcellam: atque ex recentioribus, Burchardi, in deſcriptione terræ Sanctæ, parte 1. cap. 7. §. 59. Non defuerunt autem Patres, qui, ignorantes illa loca, de Spelunca nihil dixerunt, exiſtimantes in alicuius ruſticæ domunculæ ſtabulo natum Chriſtum fuiſſe, vti inter cæteros putauit Cyprianus, de operibus Cardinalibus in Natiuitate Chriſti. Sed reuera erat Specum in rupe exciſum, in quo erat ſtabulum ac præſepe deputatum helluis, quorum de grege bos & aſinus, iuxta vaticinium Prophetæ Habacuc, cap. 3. ſecundum Septuaginta, tunc aderant, cùm eſt Chriſtus natus, vt docent communiter Patres Hieronymus, epiſtola 27. ad Euſtochium. Gregorius Nazianzenus, de Chriſti Natiuitate. Nyſſenus, de Chriſti generatione. Paolinus ad Seuerum, epiſtola 11. Cyrillus, catecheſi 12. & alii. Incredibile verò dictu eſt, quanta veneratione Chriſtiani habuerint hunc locum, quem licet Hadrianus Imperator, deſuper extructo templo Adonidis, obſcurare vellet ac penitus tollere, vt ſcribit Paulinus ſuprà, nihilominus exornatus eſt mirifico cultu: & ipſum præſepe, honoris cauſâ, auro, & inſuper variis elogiis Sanctorum iucundiſſimè decoratum. Videri poteſt Chryſoſtomus, in Lucam cap. 2. Eſt nunc autem illud præſepe ex ligno confectum Romæ, vbi ſeruatur ſine vlla argenti auriue cælatura. Cur voluerit Chriſtus in ſtabulo naſci, expendunt deuotiſſimè Patres: nonnullos Suarez enumerat tomo 2. in 3. partem, diſp. 13. ſectione 3. Quibus præterea adiunge Chryſippum, oratione de Deipara non longe à fine. Heſychium, orat. 2. de B. Virgine. Euſebium Gallicanum, ſermone in Epiphania initio, & paſſim alios.

Secundò, de die Natalis Chriſti licet diuerſæ K fuerint diſcrepantéſque hæreticorum opiniones, dum alii Chriſtum volunt natum menſe Aprili, alii menſe Maio, alii Septembri vel Ianuario, vt videre eſt apud Baronium in apparatu, n. 120. & apud Caniſium, lib. 3. cap. 22. ac Suarez diſp. 13. citata ſectione 4. Nihilominus tam Latinorum quàm Græcorum Patrum conſentiens doctrina eſt, natum fuiſſe vigeſima quinta menſis Decembris, vt apparet ex S. Clemente, Conſtitutionum lib. 5. cap. 13. Auguſtino, tractatu in pſalmum 132. prope finem; & libro 4. de Trinitate, cap. 5. Item ex Euodio, Oroſio Chryſoſtomo, Anaſtaſio Epiſcopo Nicæno, & aliis apud Suarez. Quænam autem fuerit illa hebdomadis dies, difficile eſt ſtatuere, ob difficultatem quæ interuenit in ſtatuendo Chriſti naſcentis anno, quem annum ſuprà quia profeſſi ſumus nos ex Petauio amplecti, amplectimur etiam conſequenter, vt vigeſima illa quinta Decembris dies incidat in diem Sabbati, verè diem Domini, Domini dono notabilem, qui illuxit nobis, & quietem parauit copioſam populo ſuo. De hora autem, non obſcurè Euangeliſta inſinuat, nocturnam fuiſſe, quamuis Heſychius aſſignet horam diei tertiam, ſermone de Natali Domini: & Anaſtaſius Nicænus, horam diei ſeptimam; Anaſtaſius verò Sinaita, diei veſperam. Sed vetus traditio Eccleſiaſtica aliud perſuadet, & putatur verius, quod Albinus Flaccus de diuinis officiis cap. 1. & poſt eum Baronius n. 123. tradunt: nimirum ea parte noctis, quæ de media nocte dicta ad ſequentem diem pertinet, Chriſtum Dominum natum eſſe; quod ſuprà indicauimus.

L Tertiò, *Cùm naturæ Dominus gignitur, naturæ legibus non tenetur*, inquit rectè Baronius, initio Annalium n. 6. vnde quæ conceperat ſine viro, parit ſine dolore, & quæ Virgo ſemper fuerat ante partum, etiam Virgo eſt in ipſo partu, & poſt partum: propter quod ſingulare priuilegium perpetuæ virginitatis, *Virgo* ſine ſuperaddito cognomine ab Eccleſia meritò appellari ſolet. Aniles autem eſſe fabulas, quæ vel de obſtetricibus refert Suidas, in ſuo Lexico, verbo Ieſus; vel de Iacobi Proteuangelio Magdeburgici Centuriatores mutuantur, fusè oſtendit Caniſius, lib. 2. Marialis cap. 9. vbi etiam pulcherrimè, cap. 8. 9. 10. ex Patribus & Scriptura Sacra demonſtrat, Mariam non modo ante partum virginem extitiſſe, ſed permanſiſſe in partu virginem, & deinde poſt partum ſemper virginem perſeueraſſe, contra quam Heluidius, Antidicomarianitæ, aliique diuerſi hæretici, impudenter opinati ſunt. De hac Virginis conſtanti puritate, & doloris in pariendo Chriſto perfecta vacuitate, pleni ſunt Sanctorum Patrum libri. De hac loquitur Zeno martyr, ſermone 2. de Natiuitate Chriſti, qui habetur tomo 3. Bibliothecæ Patrum. Auguſtinus, ſermone 25. de tempore circa finem. Fulgentius ſermone tertio circa tertiam partem. Ildephonſus, de virginitate B. Mariæ cap. 1. circa tres quadrantes. Petrus Chryſologus, ſermone 42. 57. 59. 60. 61. 62. 117. 142. 146. 175. Arnobius, in conflictu, lib. 2. circa ſeptimam partem. Baſilius, de humana Chriſti gubernatione circa medium. Leo magnus, ſermone 1. de Natiuitate circa mediam partem, item ſermone 2. & 8. Ildephonſus iterum, toto fermè libro de virginitate B. Mariæ, cap. præſertim 10. Item libro de parturitione circa duos trientes, & ſermone 2. de Natiuitate ſub finem, & innumeri alii cum Scholaſticis, Diuo Thoma in 3. parte diſput. 39. art. 5. & Suarez ibidem diſput. 13. & aliis quamplurimis. Cùm enim dixerit Iſaias cap. 7. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*; non tantùm Maria in conceptione filij ſui virgo fuit, ſed etiam in ipſo partu, vt dicatur peperiſſe virgo. Quod ſi virgo fuit in partu, multò magis integra permanſit poſt partum, ne ipſa dicatur impudenter votum emiſſum violaſſe. Sed vide citatum Caniſium, & Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 3. §. 5. n. 6. vel Nouatinum, in vmbra Virginea, n. 16. & 89. D. Thomam, 3. parte, quæſt. 28. art. 1. & 2. & Suarez ibidem diſp. 5. vbi rem totam fuſiſſimè ac pulcherrimè quatuor ſectionibus tractat: ſimulque cum omnibus fermè authoribus aduerte Beatiſſimam Virginem in oratione & extaſi poſitam, ſanctiſque videndi & amplectendi filij votis ac deſideriis ardentem, miro & inexplicabili modo, ſine damno integritatis, peperiſſe Chriſtum Dominum.

M Quartò, Inter circumſtantias Natiuitatis

Chriſti, ac Virginei partus, non minima illa eſt, quæ Angelos tangit atque Paſtores. *Erant* quippe *Paſtores*, vt refert S. Lucas, cap. 2. *agentes de nocte vigilias circa gregem ſuum*, & quidem degentibus prope turrim Ader, vt notat Hieronymus, apparuit Angelus qui timentibus dixit: *Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum: inuenietis infantem in præſepio pannis inuolutum. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum & dicentium: Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum eſt vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum, paſtores loquebantur ad inuicem: Tranſeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod fecit Dominus & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio, &c.* Procul dubio adorauerunt eum in pannis & præſepio. Tres autem tantùm fuiſſe paſtores ſignificat Beda, de locis Sanctis, cap. 8. *Reuerſi* tamen *ſunt illi*, ait Euangeliſta, *glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, ſicut dictum eſt ad illos. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo*; quæ multò meliùs, & multò citiùs, quàm paſtores, quem genuit adorauit; idémque præſtitit S. Ioſeph, licet de his Euangeliſta taceat, non exprimens id, de quo pietas dubitare non ſinit.

Quintò, circa tempora Virginis parientis, varia leguntur in hiſtoriis accidiſſe prodigia, vt videre eſt apud Oroſium, lib. 6. cap. 19. 20. 22. 23. & ſequentibus, & apud Iulium Obſequentem, libro de prodigiis, cap. 128. & aliis deinceps; quæ licet non omnia in die Natali Domini facta fuerint, à Scriptoribus tamen Catholicis rectè adnotantur non parum facere ad illuſtrandum partum Virgineum, ad cuius honorem videri poſſunt diuinitus fuiſſe ordinata. Primum prodigium eſt de templo Pacis, quod à Romanis æternum exiſtimabatur, quia ex oraculis habebant, duraturum illud donec Virgo pareret: corruiſſe autem dicitur eâ nocte, quâ Deipara Chriſtum edidit. Refert id Bonauentura opuſculo de quinque feſtiuitatibus pueri Ieſu cap. 2. & habetur in homilia quadam de Natiuitate Chriſti, quæ ſub nomine Petri Damiani continetur in Lipomano tomo 8. & in Surio tomo 6. At Baronius initiò ſuorum Annalium n. 12. non indiligenter obſeruat homiliam illam non eſſe Damiani, cùm in ea fiat mentio Bernardi, qui longè eſt Damiano poſterior, nimirum quinquaginta ſaltem annis. Deinde cùm templum pacis nullum agnoſcatur, niſi quòd à Veſpaſiano conſtructum eſt Romæ poſt mortuum Chriſtum & deletam Ieroſolymam, teſte Ioſepho lib. 7. de bello Iudaico cap. 24. quomodo corruere potuit ipſo Chriſto naſcente? probabiliùs exiſtimant alij cum Martino Polono, lib. 4. Chronici, Romæ auream ſtatuam à Romolo poſitam in Palatio conſtitiſſe cum hac inſcriptione: *Non cades donec Virgo pariat*: cecidiſſe autem, vt primùm Virgo Maria Dominum Chriſtum mundo enixa eſt. Alterum prodigium eſt de fonte olei, qui Romæ, toto quidem die ſine intermiſſione fluxit; N cuius meminit Diuus Thomas, 3. parte, quæſt. 36. art. 3. ad tertium, & multi exiſtimant accidiſſe eâdem die ſiue nocte, quâ Chriſtus natus eſt. Oroſius tamen, libro 6. cap. 19. & ante eum Euſebius in Chronico, mentionem facit huius prodigii, & illud accidiſſe putat atque probat anno tertio Triumuiratûs, hoc eſt, vt ipſe ait, viginti ſeptem annis ante Natiuitatem Chriſti; illo tamen oleo, quod è taberna meritoria Romæ fluxit, ſignificatum ait, Chriſtum, qui vnctus interpretatur, regnante Auguſto naſciturum. Tertium prodigium refertur à Dione, hiſtoriæ Romanæ lib. 47. & commemorat D. Thomas ſuprà relatos: de tribus Solibus, qui in Hiſpania apparuerunt, in vnúmque paulatim coiuerunt; cuius etiam meminit Iulius Obſequens citatus anteà. Plinius verò, cap. 31. libri ſecundi Naturalis hiſtoriæ, ait apparuiſſe tres Soles ipſo primo anno Triumuiratûs, non dicit tamen in vnum coiuiſſe. Paulò verò ante Triumuiratum viſum Solem aſſerit Dio, loco ſuprà citato, intra tres circulos fulgere, quorum vnum corona ſpicarum ignita circumdaret; quæ tamen futuri Triumuiratûs causâ fuiſſe demonſtrata putauit: Authores autem Catholici demonſtrata probabiliter volunt in ſignum venturi Meſſiæ, qui verè eſt Sol mundi redimitus coronâ miſericordiæ, in quem omnium fulgor & amor confluere debet, ut ſit vnus Sol & cæleſtium & terreſtrium in ſe vno gloriam colligens. Quartum prodigium paulò certius præcedente, eſt ſilentium in oraculis & reſponſis Idolorum factum, vel etiam inuita confeſſio à dæmone facta de tali ſilentio, vt poſt alios refert Nicephorus, libro 1. hiſtoriæ cap. 17. Cùm enim Auguſtus nullum in templo Apollinis reſponſum acciperet, causámque interrogaret, tandem reſpondit in hunc modum dæmon:

*Me puer Hebræus Diuos Deus ipſe gubernans*
*Cedere ſede iubet, triſtémque redire ſub Orcum:*
*Aris ergo dehinc tacitis abſcedito noſtris.*

Vnde addunt, Auguſtum Romam reuerſum aram in Capitolio erexiſſe, hâc inſcriptione notatam: *Ara primogeniti Dei*: qui locus hodie eſt Baſilica in honorem Dei genitricis dicata, & dicta *Ara cæli.* Alii dicunt, Dei genitricem Mariam infantem in vlnis habentem; monente Sibylla, vel potiùs, vt rectè notat Baronius in apparatu, n. 26. monentibus verſibus Sibyllinis Cumææ Sibyllæ, quæ iam multò antè, tempore, inquit, Tarquinij Regis vixerat; ſublimem in aëre ab eodem Auguſto illic fuiſſe conſpectam. Multa alia prodigia enumerantur, quæ, vt incerta, prætermitti à nobis debent. Vnum tamen, quod poſtremum eſt, ab omnibus notatur; tunc ſcilicet generalem pacem in vniuerſo imperio Romano ſub vno principe floruiſſe, cùm Chriſtus princeps Pacis in mundum introiuit, ſicut prædictum fuerat Iſaiæ cap. 9. & 11. *Habitabit lupus cum agno, &c.* De his prodigiis præter allegatos authores videri adhuc poſſunt. Spinellus, cap. 23. n. 10. & tractatu de templis in B. Virginis honorem ædificatis, n. 23. Vincentius Charron, in Calendario Mariali 25. Decembris n. 4. Suarez diſp. 14. in 3. partem, tomo 2. & alij paſſim.

Ineunte anno Periodi Iulianæ 4714.

mundi 3984. Chriſti, ſiue æræ Chriſtianæ 1.

CHriſtus Dominus circumcidi ſe paſſus eſt ritu Iudæorum, & auguſtiſſimum nomen IESV accepit, vt enarrat Lucas cap. 2. Quod pertinet ad tempus, quo facta eſt circumciſio, non poteſt eſſe dubium, illam accidiſſe primo die Ianuarij, hoc eſt, octauo poſt Natiuitatem die, ſicut Iudæis in more erat ex Geneſis cap. 17. licet quanam feria id acciderit perinde controuerſum ſit atque de feria diei Natalis, vt ſatis per ſe patet. Quonam autem loco circumciſus Chriſtus fuerit: Hilarius, in pſalmum 118. inquirere facit; ipſe enim circumciſum fuiſſe putat in templo Ieroſolymitano: communem tamen aſſenſum obtinuit, quod docet Epiphanius in hæreſi 20. contra Herodianos: vbi ait natum eſſe in Bethlehem, circumciſum in Spelunca, oblatum in Ieruſalem. Sed an circumciſus fuit à B. Virgine? id quidem ſentire videtur author libri de vera circumciſione, qui inter opera Hieronymi extat, & nonnulli alij: ſed tamen incertum eſt, vt oſtendit Barradius in concordiam Euangelicam, libro 9. cap. 1. vbi etiam inſinuat eſſe incertum, an cultro petrino an ferreo ſit circumciſus, cùm Magiſter in 4. diſtinctione 1. Bernardus & alij ſentiant pro cultro petrino: contra pro ferreo D. Thomas in 3. parte, quæſt. 70. art. 3. Hugo à S. Victore, Bonauentura, & alii. De præputio autem Chriſti, quomodo fuerit à B. Virgine aſſeruatum, habet ſcitu digniſſima Cardinalis de Lugo, tomo de Incarnatione, diſput. 14. n. 92. præſertim quæ deſumpſit ex libro 6. Reuelationum B. Birgittæ. Quomodo item idem præputium repertum fuerit anno Chriſti 1557. & crebris miraculis Calcatæ (nomen eſt pagi viginti circiter milliaribus Roma diſtantis) coruſcarit, ad longum refert Cardinalis Toletus, in caput 2. Lucæ, & ex eo Salianus ad annum Chriſti 1. n. 5. vt non ſit opus in his diutiùs immorari. Cauſas etiam, cur Chriſtus circumcidi voluerit, non receoſeo, quas ad octo enumerat Barradius, loco ſuprà citato. Capitibus deinde ſequentibus plura congerit in laudem & gloriam auguſtiſſimi nominis Ieſu, quæ ibidem cum otio videre poteris. Interim A

Hoc eodem anno, ſexta die Ianuarii, ſtella duce ad Chriſtum adueniſſe Magos, eúmque oblatis donis adoraſſe, videlicet auro, thure, myrrha, vnde turbatur Herodes Iudæique, teſtis eſt Matthæus, cap. 2. rem propemodùm oculis videndam ſubiiciens. De hoc autem Magorum aduentu quæri ſolent multa: vt quinam ſint Magi, & vnde venerint, quonam modo, quo ſuadente, quo tempore, quænam etiam fuerit illa ſtella quæ eos vſque ad Chriſtum perduxit. Quamuis autem Ianſenius, cap. 9. Concordiæ, negauerit hos Magos Reges extitiſſe: & Origenes, lib. 1. contra Celſum ſub finem, & cum eo nonnulli Patres exiſtimauerint illos ideo eſſe dictos Magos, quia magiæ & incantationibus ſeſe addixerant: communis tamen opinio & authoritas Patrum, quos refert Suarez, tomo 2. in 3. partem diſput. 14. ſectione 2. ſufficienter indicat hos fuiſſe tres Regulos, non maleficiis, ſed Aſtronomicis ſcientiis deditos: & conſiderationi aſtrorum vacantibus in ſua regione præ- B

monſtratum à Deo ſignum, quo inuitarentur ad Chriſtum quærendum. Regio autem illorum ſine dubio fuit Orientalis, id enim ſignificant hæc Scripturæ verba: *Vidimus ſtellam eius in Oriente.* Hanc verò regionem cùm alii dicant eſſe Chaldæam ſiue Meſopotamiam, alii Perſidem, alii fœlicem Arabiam, alii Magodiam, vt videre potes apud Suarez in loco citato: & apud Petauium, in Rationario temporum, parte 2. lib. 4. cap. 3. quia hæ omnes regiones ſunt reſpectu Iudeæ orientaliores: quamquam Magodia nulla vnquam fuiſſe in rerum natura dicitur: certè veriſimilius videtur ex Arabia veniſſe, tum quia ſic meliùs id congruit cum verbis Prophetæ pſalmi 71. *Reges Arabum & Saba dona adducent: &, dabitur ei de auro Arabiæ*; tum quia iſta dona quæ obtulerunt, Arabiæ fertili valde conueniunt; tum quia multi Patres id opinati ſunt, vt videbis apud Suarez, & apud Baronium ad annum Chriſti 1. n. 25. Venerunt porrò, vt colligere ex Euangeliſta poſſumus, apparatu magno, expediti in equis aut camelis, ita vt manifeſtus admodùm eſſet, & Herodi & Iudæis, præſertim legis Doctoribus ac Sacerdotibus, aduentus eorum. Initium autem itineri ac peregrinationi illi, ſine dubitatione dedit, ſtella in cælo inſolita claritate fulgens, motu ac figura notabilis, accedente præſertim veteri maiorum traditione, quæ docebat orituram ſtellam ex Iacob, quæ index eſſet ad quærendum Chriſtum & inueniendum, qui ſimul eſſet & Deus & homo. Addit etiam D. Thomas, in 3. parte, quæſt. 36. art. vltimo, adfuiſſe Magis diuinam illuſtrationem, quæ & excitaret & confirmaret ad tam arduum iter ſuſcipiendum. Quod ſpectat ad tempus, quo apparuit ſtella, controuerſia eſt non modica, quam pluribus agitat Salianus ad annum mundi 4053. n. 14. & Petauius in Rationatio, & alij. Nam quidam opinantur biennio tantùm poſt Chriſti natalem Magos in Iudæam veniſſe: alii verò putant ſtellam apparuiſſe circiter biennio ante Chriſti exortum, & Magos veniſſe paulò poſt Chriſti natiuitatem. In priore opinione eſt Epiphanius, hæreſi 51. n. 9. & Euſebius apud Petauium; at in poſteriore ipſe Petauius loco ſuprà citato: alii denique, quæ ſententia communis eſt, exiſtimant conſeſtim poſt natum Dominum conſpectam eſſe in Oriente ſtellam, & ſubinde profectos illos Reges: quam opinionem veriorem reputat Salianus; nec video vllam rationem quæ efficaciter aduerſus illam proponatur. Nam quod iuſſit Herodes innocentes interfici *à bimatu & infrà ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis*, vt Matthæus loquitur, poteſt facilè referri ad annum ſequentem, qui cùm eſſet ſecundus à Chriſti Natali, propterea iuſſi ſunt occidi bimuli infantes, vt rectè aduertit Cornelius in hunc Matthæi locum. De ſtella quæ apparuit Magis, qualis fuerit, cuius materiæ, quanti ſplendoris, qualis motûs, fusè diſputant Patres; quorum ſenſa videbis, tum apud Diuum Thomam, in 3. parte, quæſt. 36. tum apud Suarez ibidem: & Barradium, in Concordiam lib. 9. cap. 9. & alios, qui aiunt molis fuiſſe magnæ, ex materia ſublunari, eximii ſplendoris, & motum habuiſſe non circularem diurnum, ſicut reliquæ ſtellæ, necnon planetæ, & cometæ: ſed rectum

ah

ab Oriente in Occaſum, ſiue Iudæam. Deduxit ergo illa Magos, ſi non toto itinere cooſpicua, ſaltem iterum apparens, etiam de die; cootrà quàm reliqua præter Lunam & Solem aſtra facere ſolent; io egreſſu Ieruſalem: & ſuo fulgore ac motu indicauit locum, ſiue diuerſorium Bethlehemiticum, in qood intrantes illi; *inuenerunt puerum cum Maria matre eius; & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham*: ſingulos ſingula munera obtuliſſe rectè improbat Toſtatus, quæſtione 46. in cap. 2. Matthæi: decebat ſiquidem ſingulos tria ſimul offerre, nempe qui Reges erant, & Chriſtum Deum Regem & Hominem, thure, auro, myrrhâ venerabantur. Quid autem factum ſit de iſtis muneribus quis certò dicat? diſtributa poſteà fuiſſe pauperibus à S. Ioſepho & B. Maria piè creditur. Magi porrò, ſic adorato Chriſto in ſomnis admoniti ne redirent ad Herodem, nec Ieruſalem, per quam venerant, repeterent, per aliam viam reuerſi ſunt in regiooem ſuam difficultatibus itinerum quampluribus exhauſtis. Vous verò illorum, in Orientali Iodià apud Cranganorem, dicitur excitaſſe templum in honorem Beatiſſimæ Virginis, ipsâ adhuc Virgine ſuperſtite; quod refert Spioellus, cap. 29. n. 29. ex Hierooymo Oroſio, Algarbienſi Epiſcopo, libro primo de geſtis Emanuelis Regis Luſitaniæ.

C Noo multò poſt quàm diſceſſere Magi, hoc eſt Februarij ſecundâ dia, Mater Chriſti venit in templum Ieruſalem, & ibidem primogenitum eumdémque vnigenitum ſuum Deo Patri de more offert, & ipſa ritum obit Purificationis, vt dicitur Lucæ cap. 2. Horum vota muneráque excepit Simeon ſenex diuinitus anteà inſtructus de Virgine paritura, & ſe viuo ante conſpectum ſuum oblatura Meſſiam. Ab eodem Sancto Sene audiit Beata Deipara voces indices venturorum dolorum, & eodem contextu læto animo excepit Annæ viduæ ſanctas congratulatiooes. Totam hanc hiſtoriam ſic breuiter collectam egregiè expendunt Barradius, lib. 10. in Concordiam, & Suarez in 3. partem diſput. 16. & alij. Inter cætera iuuat obiter aduertere.

D Primò, Duplicem fuiſſe legem in veteri teſtamento, coi hodie B. Deipara veniens in templum cum cooiuge ſuo Ioſepho, & offerens puerum ſuum Ieſum, ſatisfecit. Altera erat de primogenitis offereodis Deo, vt præcipitur Exodi, cap. 13. vt oempe omne primogenitum Deo offeratur, &, ſiquidem non fuerit de tribu Leui quæ tota conſecrata Domino erat, redimatur pretio quinque ſiclorum. Cùm igitur Chriſtus de tribu Iuda oriundus eſſet, oblatus in templo quinque ſiclis redimi debuit, olim ſanguine ſuo mundum redempturus. Altera fuit lex Purificationis, contenta Leuitici, cap. 12. ad quàm adimplendam ſeſe templo ſtitit purgandam Virgo ex omni parte puriſſima. Neutri autem iſtarum legum fuiſſe obooxiam Dei genitricem iam ſupra anno mundi 2453. oſtenſum eſt, & fuſiſſimè oſtendit, præter authores loco illo citatos, Barradius, in Concordiam, lib. 10. cap. 2. vbi etiam aduertit, quòd cùm pro expiatione matris lex dicat, vt offeratur agnus, vel duo turtures, aut duo pulli columbarum; non obtulit Virgo agnum, quæ ditiorum hoſtia erat, ſed vel duos turtures, vel columbarum pullos duos: oam pecuniam quam receperat à Magis, vel iam erogauerat in pauperes, vel tam modicam acceperat, vt ad agnum emeodum neutiquam ſatis eſſet: vel denique quia, quæ hactenus retinuerat demiſſioris fortuoæ ſtatum, nolebat, vt erat humilis, ſtatim ad ditiorum conditiooem aſſurgere.

E Secundò, De ſene Simeone Galatinus habet, libro 1. cap. 3. ipſum fuiſſe Hillelis diſcipulum: Genebrardus verò lib. 2. Chronologiæ, non tantùm diſcipulum, ſed etiam filium, & Gamalielis, ad cuius pedes didicit Paulus, præceptorem ac Patrem. Sed hæc omnia incertiſſima ſuot, ſicut & an fuerit Sacerdos. Nam licet Cyrillus Ieroſolymitanus, oratione de occurſu Domini. Epiphanius, in libro de Patribus veteris teſtamenti, Carthuſianus, Lyranus, Caietanus, Ludolphus, Caniſius in Mariali, lib. 4. cap. 10. opinati ſint eſſe Sacerdotem, cùm benedixerit in templo Virgini ac Ioſepho: veriſimilius tamen eſt non fuiſſe; cùm enim Diuus Lucas tot titulis eum exornauerit, non videtur titulum Sacerdotis prætermiſſurus, ſi illi congrueret: & ita ſeotit Eutymius, Theophylactus, Ianſenius, Maldonatus, Barradius & alij. Itaque benedixiſſe Deiparæ ac Ioſepho dicitur, noo tanquam Sacerdos, ſed vt iuſtus ſenex, & ſicut Elizabeth mater Ioannis Virgini benedixit, & Pharaoni Patriarcha Iacob. Quod autem tradit Celſus, de incredulitate Iudæorum ad Vigilium, qui liber inter opera Cypriani circumfertur, Simeonem cæcum fuiſſe, & attactu Chriſti infantis recepiſſe aſpectum, communiter reiicitur ab omnibus, tum quia tam inſigoe miraculum non ſiluiſset Euangeliſta Lucas, tum quia commentum videtur, quòd in templo habitauerit cæcus. Multò autem magis reiicitur, quod vel Nicephorus lib. 1. cap. 15. vel Beauxamis in Concordia ex Hegeſippo refert, dubitaſſe Simeooem de loco illo Iſaiæ cap. 7. *Ecce virgo concipiet*, & in eo voluiſse corrigere nonnulla; erat enim hic Sanctus ſenex timoratus & iuſtus. An autem verum ſit, quod Timotheus Presbyter Ieroſolymitanus ſcribit de Simeone, vidiſse illum Deiparam inter reliquas mulieres, quæ templum ſubibant, miro fulgore circumdatam, & ex hoc indicio eſse matrem Meſſiæ intellexiſse, rari ſunt qui autumeot. Certè Baronius ad annum Chriſti 1. n. 40. piæ potiùs meditationi, quàm hiſtoricæ veritati adſcribendum id exiſtimat. Certum ergo tantùm eſt, quod Scriptura docet, Simeonem ſenem accepto in vlnis Domioo canticum emiſiſſe: *Nunc dimittis, &c.* Deinde matri prædixiſſe dolores, eidem benedicens: quos dolores non bene explicat Titus Boſtrenſis, in 2. caput Lucæ; nec item Amphilochius, oratione de occurſu. Non malè autem Euſebius Gallicanus, ſermone in Dominicam primam poſt Chriſti natalem. Barradius in Concordiam, l. 10. c. 3. & communiter Iorerpretes.

F Tertiò, De Anna vidua, quam vocat Lucas Prophetiſſam, & orationibus ac ieiuniis deditam atque commendabilem deſcribit; nonnulli exiſtimant eam habuiſſe curam Virgioum: cum igitur vixerit io templo quatuor & octoginta annos, vt Lucam interpretatur Ambroſius, neceſſe eſt vt curam habuerit Sanctæ Deiparæ,

cùm in templo commotabatur; in cuius nunc laudem & filij eius, non ſecus atque anteà vetula Elizabeth, iucundiſſimè effundebatur: *Et hæc ipſâ horâ ſuperueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui exſpectabant redemptionem Iſrael.*

Peractâ celebritate Purificationis & oblationis, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth, vnde digreſſi erant Ioſeph & Maria, vt deſcriberentur, & profiterentur in Bethlehem: qua poſtmodùm in manſione veriſimile eſt hoc anno contextam fuiſse veſtem inconſutilem, quam Chriſtus induit, & totâ vitâ retinuit: ita ſentit Spondanus in Epitome ad annum 1. Chriſti n. 9. Eiuſmodi veſtem fuiſse plebeiorum ac pauperum indumentum teſtatur Iſidorus Peluſiota, lib. 1. epiſtol. 74. confectam autem à B. Virgine ſentiunt communiter omnes, & Nouarinus nominatim docet, in vmbra Virginea, n. 370. Vide Pozam, ſi lubet, in elucidario lib. 3. tractatu 19. cap. 2. Hæc veſtis religioſè aſſeruatur Treuiris, & rarò palam oſtenditur, oſtenſa tamen eſt immenſæ propemodùm affluenti multitudini anno Chriſti 1655. diuerſis diebus, Paſchatis, Pentecoſtes, S. Ioannis Baptiſtæ. SS. Petri & Pauli, &c.

## Anno Mundi 3985. Chriſti 2.

A INtereà, cùm quæ geſta fuerant, non tantùm in templo circa Chriſtum, ſed etiam à Magis, tum in Bethlehem, tum Ieroſolymis, ſpargerentur in vulgus, necnon etiam ad aures Herodis perueniret hic rumor: ambitioſum hominem magna ſolicitudo exercuit, ne quis regno ſuo nouus inſidiator exorgeret: atrox proinde conſilium iniuit necandi omnes Bethlehemiticæ plagæ infantes, qui à biennio & infra, ibidem nati erant: ſic videlicet credidit poſſe inuolui in tanta carnificina etiam filium Virginis. Sed eluſit tyranni conſilium diuinus nuntius, qui in ſomnis Ioſephum admonens, vt puerum & Matrem eius traduceret in Ægyptum, Chriſtum eripuit de tanto periculo, vt deſcribit Matthæus cap. 2. Ergo Ioſeph de nocte ſurgens, & cum coniuge ac puero in Ægyptum tendens, habitauit in regione, quæ nunc vocatur ab incolis Matarea: in qua fons erat, quo Sancta Virgo pannos filij ac familiæ abluebat, qui inde fluens irrigat fœcundátque hortum vbi balſami liquor fœliciter gignitur. Rem totam narrat ex Burchardo, aliiſque, Baronius ad annum Chriſti 1. n. 46. additque ex Sozomeno, Nicephoro, Euſebio, & aliis, Chriſto Domino Ægyptum ingredienti nonnullas arbores, præſertimque Perſeam Iſidi conſecratam, honoris causâ, ad ſolum vſque ſeſe inflexiſse, & vana Deorum ſimulachra collapſa iuxta vaticinium Iſaiæ, cap. 19. *Ingredietur Ægyptum, & commouebuntur ſimulachra Ægypti à facie eius,* corruiſse. At quam ob cauſam Chriſtus in Ægyptum ſic abire voluerit, non vnam tantùm ſed multiplicem refert Suarez, tomo 2. in 3. partem diſput. 17. ſectione 1. in quibus recenſendis non immoror. Spectaculum longè triſtius & immanius Herodes exhibet necandis paruulis in finibus Bethlehemiticæ plagæ, ne proprio quidem filio parcens: ab iſta tamen laniena ſubductus eſt Ioannes Zachariæ filius, à matre Elizabeth paulò antè in deſertum tranſlatus, vbi poſteà per angelicam innocentémque vitam Anachoretis iter aperuit magnæ perfectionis ac puritatis. Herodem verò breui diuina Nemeſis ſceleris ſui terribiliter corripuit, vt refert Ioſephus hiſtoricus lib. 17. cap. 8. & Euſebius lib. 1. hiſtoriæ c. 8. & Baronius ad annum Chriſti 8. & alii multi.

## Anno Mundi 3987. Chriſti 4.

A MOrtuo Herode, & in locum illius regnante Archelao, iterum in ſomnis admonetur Sanctus Ioſephus, vt matrem & puerum in Palæſtinam reducat; quod contigiſse circa ſeptimam Ianuarii diem, & quarto circiter poſt Chriſtum natum anno, partim ex Martyrologio Romano, partim ex Ioſephi Euſebiiſque hiſtoriis paulò antè citatis, & Herodis mortem ac tempus eius tradentibus, partim ex cap. 2. Matthæi, conſtare poteſt: *Audiens autem Ioſeph*, inquit Euangeliſta, *quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire, & admonitus in ſomnis ſeceſſit in partes Galilææ, & veniens habitauit in ciuitate Nazareth.*

## Anno Mundi 3995. Chriſti 12.

A DVodennis IESVS è Nazareth à parentibus ex more deducitur Ieroſolymam ad ſolemnem diem Paſchatis, ibique per triduum remanſit, illis interim non ſine animi dolore quærentibus, donec tandem Ieroſolymam regreſſi inuenerunt eum in templo inter medios Doctores audientem illos & interrogantem eos: vt teſtatur Lucas cap. 2. Qui etiam addit Chriſtum Dominum Matri ſic ipſum allocutæ: *Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te*; hæc verba reddidiſse: *Quid eſt quòd me quærebatis? Neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Quibus verbis ſic affert cauſam ſubductionis ſuæ, vt non arguat matrem ſuam, ſicut vult Ambroſius: Sed potiùs inſtructionem & conſolationem ingerit. docens quàm ſollicitè quámque libenter, vel à teneris incipiat impoſitum ſibi munus à patre procurandæ hominum ſalutis ac perfectionis prouehere. Rurſus addit idem Euangeliſta: *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis.* Quibus pauculis dictionibus totam Chriſti adoleſcentiam, & quæ circa eum præſtitit Deipara, non tam perſtrinxit, quàm occuluit. Imò tam ipſe, quàm Euangeliſtæ reliqui, vix prætereà aliquid niſi obiter commemorant de Virgine Maria. Non malè autem Nouarinus in vmbra Virginea, n. 187 ſcripſit, eos pauca dixiſse de Virgine, non tantùm quia tantæ Virginis gloria deſcribi minùs quàm cogitari poteſt; ſed prætereà quia intenti ad ea quæ Chriſti erant, reliqua tantùm obiter, & quaſi ex occaſione de quacunque perſona, explicarunt. Quamquam fateor cum Spinello, cap. 19. n. 8. & ſequentibus, nullum eſse ex quatuor Euangeliſtis, qui non quidpiam ſatis eximium de Sanctiſſima Deipara ſcripſerit, qui proinde rectiſſimè dicuntur eſse velut *Quadriga laudum B. Virginis.*

B Hoc anno nonnulli reponunt Sancti Ioſephi

obitum, vt Baronius in Annalibus ad annum 12. n. 8. & cum eo alij. Probabilius mihi eſt prouectiorem de vita exceſſiſſe, ne dicamus vix ſexagenarium eum eſſe mortuum, quem communiter exiſtimant plenum dierum abiiſſe. Felix in eo fuit, quòd inter Chriſti & Mariæ brachia ac ſuſpiria animam Deo reddiderit. Obitum eius expendunt Caniſius, lib. 2. Marialis cap. 13. Baronius, & Salianus in Aonalibus; & pulcherrimè Barradius, in Concordiam, lib. 6. cap. 8. vbi etiam docet, veriſimile eſſe Sanctum Ioſeph rediuiuo corpore regnare nunc in cæleſti gloria, & præcipuam io ea ſedem poſſidere; quæ omnia priùs Gerſon in ſua Ioſephina tenuerat.

## Anno mundi 4012. Chriſti 29.

A CHriſtus matrem Nazarethi relioquens venit ad Ioannem Baptiſtam, à quo oatus anoos quaſi triginta ad Iordanis fluenta baptiſatur; & baptiſmo ſuſcepto Spiritu ſancto perfunditur, rapitur in deſertum, quadraginta dies ac noctes ieiunat, tentatur, tentatorem Sathanam vincit, ac rurſum deſerto relicto venit vocatus ad nuptias in Cana Galilææ vnà cum Matre ac diſcipulis ſuis. Notas temporis prolixè diſcutit & probat Petauius, de doctrina temporum, lib. 12. & in Rationario, libro 6. cap. 1. Vitæ verò hæc acta latè complectuntur Euangeliſtæ, Matthæus, cap. 4. Marcus, 1. Lucas, 5. Ioannes, 2. Deficiente autem vino in nuptiis, rogatus à matre filius, primum ſuorum miraculum inchoat ex aqua facto vino: quo miraculo & confirmati diſcipuli, & conuiuarum omnis cœtus recreatus eſt. Non fuit autem, aut ſtomachantis Chriſti, aut matrem ſuam acerbiùs reprehendentis iſta admonitio: *Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.* Sed amicè indicantis ſe tempeſtiuè facturum miraculum, ad quod nec ipſa procurandum, nec ipſe faciendum tenebatur. Singulare tamen & maximè notabile conſilium fuit quod à Virgine miniſtris præſtitum eſt: *Quodcunque dixerit vobis, facite*: Ancilla Domini ſemper Obedientiam inſinuat matrem miraculorum. Sed huius prodigij omnes circumſtantias expendunt Scripturæ Interpretes in caput 2. Euangelij Ioannis: expendit Baronius, anno Chriſti 31. n. 29. expendit Diuus Thomas, in 3. parte, quæſt. 43. & Suarez ibidem diſput. 17. Spinellus, cap. 10. n. 12. & plerique alij.

B Poſt has nuptias *deſcendit IESVS Capharnaum ipſe & mater eius, & fratres eius, & diſcipuli eius, & ibi manſerunt non multis diebus*, inquit Ioannes, cap. 2. Poſt quæ, vt indicat Matthæus cap. 13. reuertitur cum matre Nazareth; illicque audit; *Nonne hic eſt fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria: & fratres eius Iacobus & Ioſeph, & Simon, & Iudas; & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt?* quibus ſororum fratrúmque nominibus Euangeliſta cognatos & affines ſignificat Hebræorum phraſi.

C His prætereà temporibus, cùm prædicatione & miraculis Iudæam illuſtraſſet, Chriſtus Baptiſmi Sacramentum inſtituit, cuius neceſſitatem explicuit Ioannis cap. 3. cùm dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Non dubium eſt Beatiſſimam Matrem ablutam fuiſſe tam ſalutari Sacramento. Sed à quo, & quando, non facile eſt coniectura conſequi. A Chriſto? nullus diſertè negat, vnus aſſerit Euthymius. Nam quamuis Euodius apud Nicephorum, libro 2. hiſtoriæ cap. 3. *Chriſtus*, inquit, *manibus ſuis Petrum tantummodo baptiſauit, Petrus verò Andream & filios Zebedæi, ij denique reliquos Apoſtolos*: Sic interpretor, quòd Chriſtus ſolum ex Apoſtolis Petrum baptiſauerit, licet baptiſauerit matrem, & quidem ſtatim atque hoc Sacramentum inſtituit, nempe non diu poſt initium ſuſcepti prædicationis & palam vſurpati exercitij, pòſtque electionem Apoſtolorum. Cur enim vlteriùs differret?

## Anno mundi 4013. Chriſti 30.

A CHriſtus ſtipatus Apoſtolis & ab illis adiutus, alterum iam annum lucrandis doctrinâ ſuâ hominibus imponebat, & quâ voce, quâ portentis viam cæli monſtrabat, ac ſe filium Dei, *Deum* verum de Deo, immenſum & æternum Lumen efficienter oſtendebat. Nec dubium eſt, quin Sanctiſſima parens concionibus eius auidas aures præbuerit, quas tam auidè præbebant aliæ mulieres, vt habetur Lucæ cap. 8. nec enim illi aut ſenſus aut amor, aut honor erga Chriſtum vllatenus deerat. Vnde Bernardus 10 ſermone, qui *Signum Magnum* inſcribitur: *Maria*, inquit, *filium audiuit non modo turbis loquentem in parabolis, ſed & diſcipulis ſeorſim regni myſteria reuelantem.* Et in ſermone de B. Virgine: *Comes*, ait, *indiuidua nullo penè abſuit itinere, quæ intenta præ cæteris inuigilabat verbo, &c.* Plura in hanc rem congerit Spinellus cap. 9. n. 1.

B Concionantem Chriſtum cùm acerbiùs Iudæi exciperent, & atrociùs blaſphemarent, *extollens vocem*, inquit Lucas cap. 11. *quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Quæ verba in Deiparæ laudem tam eximiè prolata, confirmauit Chriſtus, & dixit: *Quin imò, Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Excitatam hanc mulierem à Spiritu ſancto nullus veterum dubitauit, quam etiam nonnulli ſuſpicantur eſſe Sanctam Marcellam, ancillam Sanctæ Marthæ: & licet eam eiúſque laudationem peſſimè accipiant hæretici noſtri tẽporis, magnis tamen effertur Sanctorum Patrum encomiis, præſertim à Beda in Lucam. lib. 4. cap 49. Auguſtino in Ioannem tract. 10. Theophylacto in caput 11. Lucæ, & aliis. Nec vllâ ratione Chriſtus improbauit ſinceram illam vocem & confeſſionem huius mulieris, vt pulcherrimè & fuſiſſimè oſtendit Caniſius, lib. 4. operis Marialis cap. 23. Maldonatus, Cornelius, & alij. Quando enim dixit: *Quin imò*, nullâ parte negauit Beatam eſſe, quæ ſe genuit, mulierem: declarare tamen voluit, quantum placeret Deo obedientia, quâ voluntas Dei ſeruatur, conferens beatitudinem credentis & cuſtodientis mandata, cum beatitudine Chriſtum corpore parientis; imò etiam inſinuans beatius eſſe & optatius ſine labe peccati fidem ſeruare & præcepta implere, quàm illis indignè neglectis, Chriſtum, ſi fieri poteſt, in aluo cõcipere. Dixi, ſi fieri poteſt: neque enim minorem quidã reputant repugnantiam eſſe cum graui peccato & Dei Maternitate (ſit fas cum Theologis ſic loqui) quam cum

graui peccato & gratia babituali; quod fusè confirmat Ripalda de ente ſupernaturali totâ diſputatione 79. Et ex his etiam ſatis facilè poteſt iotelligi, quod habetur Matthæi cap. 12. Quòd ſuperueniente Matre Domini ad concionem eius cum cognatis; dixit ei quidam: *Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te*: cui Chriſtus reſpondit: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* His etenim verbis ſicut multùm comoiendat obſeruationem voluntatis diuinæ, adcò vt etiam illi quodammodo adæquer, imò præferat cognationem carnalem, ſi ſpectetur tantùm ſecunuum honorem, quem apud homines exteriùs obtinet; ita non contemnit maieſtatem matris, ſed quid inſuper habeat præter eſſe Matrem, profundè inſinuat. Vide Caniſium, lib. 3. cap. 13.

C Secundum idem tempus propoſuit Chriſtus diuerſas parabolas concurrentibus ad ſe turbis; præſertim eas quæ habentur Matthæi cap. 13. ſeminantis, aizaniorum, grani ſinapis, fermenti, theſauri abſconditi, margaritæ pretioſæ, ſagenæ oiſſæ in mare, & ſimiles: quarum aliquas Sancti Patres ad Beatam Matrem Domini retulerunt. Vnde Chryſologus, ſermone 99. circa tres quartas partes, Mariam comparat mulieri, quæ accepit fermentum fidei, & tres ſubcinetuios panes præparauit. Idem præſtat Bernardus, io ſermone a de Natiuitate Chriſti, vbi inter cætera ſit ait: *Fœlix mulier, benedicta in mulieribus, in cuius caſtis viſceribus ſuperueniente igne Sancti Spiritus coctus eſt panis iſte, panis Angelorum quem manducet homo: fœlix, inquam mulier, quæ in hæc tria ſata immiſit ſuæ fidei fermentum: ſiquidem fide concepit, fide peperit, &c.* Videre potes Spinellum, cap. 8. n. 29. Caniſium, lib. 3. cap. 13. iterúmque Bernardum, lib. 5. de conſideratione cap. 10. & alios.

D Peragratis diuerſis Iudææ regionibus Chriſtus Ieroſolymam veniens inter alias curationes paralyticum ſaoat ad probaticam Piſcinam, vt deſcribitur Ioanois cap. 5. Huic, piſcinæ Beatiſſimam Virginem comparat Petrus Bleſenſis, ſermone 1. in Aduentu dicens: *Deſcendit in eam Angelus, & mota eſt triplici motione, ſcilicet in reparatione carnis, in extinctione fomitis, in virtute benedictionis*: quem authoris iſtius locum noo malè tractat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 9. initio.

E Sed & hoc etiam anno non improbabiliter Dominus IESVS excipitur in caſtello à Martha & Maria piis ſororibus ipſius amantiſſimis, vt habetur Lucæ cap. 10. In bis autem ſororibus earúmque caſtello habere nos ſymbola, quæ Diuam Genitricem Dei referant, aſſerit Bernardus, ſermone de Aſſumptione. Richardus à S. Laurentio, lib. 4. de laudibus B. Mariæ columnâ 323. & vberiùs lib. 11. columnâ 677. Item Euſebius Gallicanus, ſermone de Aſſumptione. Barradius, in cap. 10. Lucæ. Sed præ cæteris luculenter Delrio in Floridis, oratione 11. oſtendit B. Virginem adumbratam eſſe Caſtello Bethaniæ, & quantumlibet nobile firmúmque caſtellum ſit, architecto, ſitu, arte, præſidio, armis & annonâ; in his tamen omnibus Matrem Dei nobiliorem eſſe ac firmiorem, nobiliſſimam autem in eo quòd Chriſtum excepit. At Poiræus Triplicis corooæ tractatu 1. cap. 3. §. 7. poſt Eucherium, Ildephonſum, Aoſelmum, Bernardum, Bernardinum, præclarè oſtendit, Mariam Virginem Mariæ ac Marthæ ſororum gemino ſymbolo egregiè depingi, & in voa quidem relucere vitam Virginis actiuam, io altera cootemplatiuam.

## Annus Mundi 4014. æræ Chriſtianæ 31. fuit Chriſti poſtremus, & trigeſimus primus eiuſdem, vt multis docet Petauius libro 12. de doctrina temporum.

A FVit verò hic annos valde luctuoſus Sanctæ Virgini, & valde glorioſus: Luctuoſus quidem ob acerbam oecem filii, ſed & glorioſus ob mirabilem eiuſdem filii reſurrectionem, & in cælum aſcenſionem, & miſſionem Spiritus Sancti, & Eccleſiæ fundationem, atque amplificationem in omnes propemodùm terræ partes: quæ ſingula vt hîc breuiter attingantur.

B Præmittendum eſt, quòd etſi multis Chriſti concionibus & miraculis interfuerit Beatiſſima Virgo, non tamen omnibus ac ſingulis: quod de nonnullis expreſsè teſtatur Scriptura, vt de transfiguratione in monte Thabor, Matthæi, cap. 17. & de excitatione demortuæ filiæ Iairi, Lucæ, cap. 8. & de cœna vltima atque concione in ea ad diſcipulos habita videtur certum, quicquid aliqui in contrarium opinentur. Quâquam autem B. Deipara non interfuerit vltimæ cœnæ, noo ſine fructu tamen nonnulli conſiderant, quomodo corpus Chriſti ex Deipara formatum, tunc temporis in Euchariſtia datum ſit, & quotidie datur. Item quomodo eadem Beatiſſima Virgo, multa habeat cum Sacerdotibus communia aut paria, multa itidem diſparia, vt videre potes apud Molinam Carthuſienſem, & alios.

C Notat autem Diua Brigitta, libro primo Reuelationum, cap. 10. Cùm Chriſtus pateretur Beatiſſimam Virgiuem adfuiſſe Ieroſolymis; nec tantùm, quòd Scriptura teſtatur Ioannis cap. 19. adſtitiſſe cruci filii ſui in moote Caluariæ, & audiuiſſe ab eo; *Mulier ecce filius tuus*; ſed prætereà audiuiſſe ictus plagarum, quas Chriſtus pertulit in flagellatione apud Pilatum, eandémque eidem occurriſſe in via cum Ioanne, dum ferret crucem, & ad montem Caluariæ locum ſupplicio deſtioatum contenderet: quo demum loco, immenſis dolorum immerſa fluctibus conſtantiſſimè ſtetit iuxta crucem, plusquam martyr effecta; veréque tunc impletum eſt vaticinium ſenis Simeonis: *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, de quo Lucæ cap. 2. De hoc autem ineffabili martyrio Virginis, pulcherrimè facit mentionem Ildephonſus, ſermone 2. de Aſſumptione cuca medium. Caniſius, libro 4. de B. Maria cap. 29. Spinellus, cap. 10. & 11. Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 8. §. 5. n. 8. Nouarinus, in vmbra virginea, n. 479. & ſequentibus. Conſtantiam verò eiuſdem Virginis nec fuiſſe obooxiam ſpaſmo ſiue deliquio

mentis & contractioni neruorum, rectè probat Suarez, tomo 2. in 3. partem diſput. 41. Toletus, Caietanus, & alii, qui id indignum cenſent generoſitatis Marianæ, cùm id ægritudinem quandam inſinuet. Vide Salazarium in Prouerbia, cap. 8. n. 80. & n. 399. Cùm igitur ſic ſtaret Sancta Deipara iuxta filii crucifixi crucem, & adeſſet Ioannes Apoſtolus, ille ſcilicet diſcipulus, quem diligebat IESVS, & piæ aliquot mulieres: ad matrem Chriſtus demitteos oculos verba illa effudit: *Mulier ecce filius tuus*: quibus Ioannem deſignabat: & ad diſcipulum, *Ecce mater tua*: quibus poſtremis verbis nos fuiſſe Mariæ datos in filios; & viciſſim illam nobis datam in matrem conueniunt Patres, nominatim Rupertus, lib. 13. in Ioannis caput 19. Bernardinus Senenſis, tomo 1. ſermone 55. cap. 3. Bonauentura, in Speculo *B.* Virginis, lectione 10. circa medium: quam materiam copioſe tractat Nouarinus, in vmbra Virginea, n. 465. & Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 1. §. 1. n. 5. Itémque Spinellus, cap. 27. & 28. vbi fusè demonſtrat Deiparam Virginem eſſe Beatam matrem omnium viuentium, & cap. 17. oſtendit eandem ſingulariter cooperatam eſſe ad hominum omnium ſalutem: quæ res omnium noſtrum rapere cor pietatémque debet, præſertim electorum, erga Sanctam Virginem. Quam rem iterum vrget cap. 22. n. 10. Notat etiam Nouarinus, in vmbra Virginea, n. 713. alterum ex latronibus, qui cum Chriſto crucifixi erant, precibus Deiparæ fuiſſe conuerſum, & ſub Mariæ vmbra pœnarum æſtum non ſenſiſſe: qua in mente eſt etiam Mendoſa, in librum Regum tomo 2. folio mihi 227.

D Porrò crucifixio Chriſti accidiſſe videtur, ſi hoc anno accidit, Martij 23. & feriâ ſextâ. Sub cuius diei veſperam, cum vitâ functus eſſet, pia mater manu diſcipulorum Ioſephi ab Arimathia & Nicodemi depoſitum de cruce, vnguentis delibutum, necnon lachrimis irrigatum in ſepulchro condidit, vt dicitur Ioannis cap. 19. Lucæ 23. Marci 15. Matthæi 27. Tum fide firmâ & forti conſtans fiduciâ ſe ſe domum recepit glorioſam filij Reſurrectionem expectans.

E Non dubium verò eſt, quin Chriſtus rediuiuus (reſurrexit autem Martij vigeſima quinta, vix luceſcente aurora) confeſtim Matrem conuenerit, qui tot eâdem die alias perſonas inuiſit, vt teſtantur Euangeliſtæ, cùm & ipſe omnia officia erga parentem ſemper optime adimpleſſet, & participem ſuper omnes doloribus ſuis non ignoraret ſuper omnes etiam participem efficiendam eſſe triumphi ſui & gaudij. At quam inenarrabili tunc Virgo abundarit lætitiâ, quæ oſcula manibus filij ſui fixerit; quas effuderit præ gaudio lachrimas, quis explicet? Non minima habet Suarez, tomo 2. in 3. partem quæſt. 49. ſectione 1. Spinellus, cap. 11. n. 9. Ludouicus Granatenſis, & Ludouicus à Ponte, in Meditationibus, & alij. Et rectè S. Ignatius de Loiola in libello Exercitiorum; *Primum apparuit Dominus*, inquit, *Matri ſuæ poſtquam reſurrexit, cùm dicat Scriptura, quòd apparuit multis. Licet enim nominatim illam non exprimat: id nobis tamen relinquit pro certo, tanquam intellectum habentibus: ne alioqui iure audiamus illud: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?* Non rectè autem Chryſologus, ſermone 74. & 75. ait, eandem Deiparam cum aliis mulieribus veniſſe manè ad ſepulchrum, vt Chriſti corpus ibi depoſitum vngeret, cùm id ſapiat defectum fidei quærentis mortuum in ſepulchro qui ſe tertiâ die reſurrecturum prædixerat.

F Quadrageſimo poſt die, hoc eſt, 3. die Maij, quæ feria eſt quinta, poſtquam & Apoſtolos crebris viſitationibus Dominus, qui de morte triumphans ſurrexerat, optimè confirmaſſet, & Eccleſiam documentis neceſſariis inſtruxiſſet, & Eccleſiæ Petrum, quem ad hoc elegerat, præfeciſſet: eleuatus in cælum conſcendit ad Patris æterni dexteram, vidente Matre & permultis aliis ſpectatoribus factis, quos in terra reliquit benedictionibus complens, vt habetur ex Marci cap. 16. & Actorum cap. 1. Tunc

Ergo ex Apoſtolis Petrus vnicus remanſit Chriſti Domini vicarius, totius Eccleſiæ Paſtor, cui & agni & oues, & totum Domini ouile volente Chriſto, vt promiſerat, commiſſa ſunt. Matthæi cap. 16. Ioannis 21. At

G Poſt receptum in cælo IESVM, decimo deinceps die, vt habetur Actorum cap. 2. cùm eſſet Sancta Deipara Ieroſolymis in domo Marci ac cœnaculo illo, in quo Chriſtus Euchariſtiam inſtituerat, & cum ea Apoſtoli, & alii, vacantes orationi & expectantes, quem promiſerat Chriſtus, Spiritum Sanctum: viſibiliter in linguis igneis ipſe Spiritus Sanctus ſuper ipſos deſcendit, atque haud dubiè cumulatiſſimè piam matrem donis ſuis & ſeipſo impleuit; quippe quæ & humilior & capacior & paratior longè aliis erat.

H Sic ſuſcepto Spiritu, quid non præſtarent Apoſtoli? mundum rapiunt ad Chriſtum, inferno eripiunt, ignorantiam & vitium profligant, magna faciunt, fortia patiuntur; in quibus magnopere iuuantur Deiparæ precibus, conſilio, ſapientiâ, vt pulcherrimè docet Ildephonſus, ſermone 5. de Aſſumptione circa tres quartas partes, & Caniſius, lib. 4. operis Marialis cap. 2. & alii apud ipſum; qui Virginem aiunt fuiſſe Magiſtram Apoſtolorum, confortatricem Martyrum, Doctricem Confeſſorum, Virginum Speculum, Conſolatricem viduarum: quam Chriſtus abiens reliquit Eccleſiæ, tanquam illius fulcimentum, robur, ſolatium; & ne vix bene nata iam parente vtroque orba eſſet, &c.

I Creſcente autem multitudine Chriſtianorum, perſecutio ſtatim in eos commota eſt; cuius pondus obtriuit Diaconum Stephanum, illum, qui, pro ſuis lapidatoribus orans Numen, obiit, vt dicitur Actorum cap. 7. Sed dum ſaxorum imbre inſolentiùs quateretur, pia Domini mater flexis genibus in lapide, qui etiamnum hodie viſitur, commendabat nato ſuo ſui martyris agonem: & exaudita eſt pro reuerentia ſua. Huius rei teſtis eſt Brocardus, Itinerarij primâ parte, cap. 7. Cornelius item à lapide, & Tirinus in cap. 7. Actorum. Adricomius, Zuallardus, Hieronymus Gratianus apud Poiræum Tri-

plicis coronæ tractatu 2. cap. 7. §. 4. n. 5.

Eſt præterea valde probabile, dedicatam fuiſſe ab Apoſtolis boc anno in Eccleſiam, domunculam B. Virginis quæ Nazarethi erat, & iam Laureti eſt: in qua conceptio ipſa Verbi diuini facta, ſummæ venerationis ſine dubitatione origo fuit. Id inſinuant Spinellus, cap. 29. n. 56. Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 2. Turſellinus in hiſtoria Laurerana libro 1. cap. 3. Quamquam hic, vt verum fatear, conſecrationem huius domus reiicit in tempus ſubſequens obitum B. Deiparæ. Sed ratio ipſa perſuadet, eandem iam fuiſſe magno in honore apud eos, qui maieſtatem Chriſti, & loci ſanctitatem, vt par erat, concipiebant, quales præſertim erant Apoſtoli. K

## Anno Mundi 4015. Chriſti 32. & his ſubinde temporibus.

VEniebatur paſſim Ieroſolymam, vt vbera B. Deiparæ, quæ Chriſtum lactauerant, poſſent à piis mulieribus contrectari. Habet id ex Ignatij Martyris epiſtola prima Nouarinus, in vmbta Virginea, n. 412. vbi etiam laudem ornat vberum B. Virginis: idémque rurſom præſtat n. 425. & auctor Stellarij B. Mariæ, libro 12. parte 1. art. 1. A

## Annomundi 4016. Chriſti 33.

A SEd & Beatiſſima Virgo, dum creſcit cum Eccleſia pietas, virgines ſecum aſſociat, quas peculiari curâ in congregatione erudiens virtutum ſuarum imitatrices habet. Ita docer Carthuſianus, in primum ſententiarum diſtinct. 16. quæſt. 2. cui adhæret Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 11. §. 13. n. 4. addens etiam Rupertum. Spinellus verò tractat rem ex profeſſo cap. 37. n. 18. & iterum tractatu de virginibus ſectione 7. n. 56. & Proſper Stellartius in Chronologia Monaſtica anno 47.

B Inſuper hoc etiam anno Iacobus Zebedæi proficiſcitur in Hiſpaniam: cui poſito in ripa Iberi prope Cæſarauguſtam, Deipara adhuc viuens apparet, & inſidens columnæ marmoreæ eidem iubet, Sacellum illic ſibi conſtrui ac ritè conſecrari: quod Sacellum *del pilar*, id eſt, de columna ideo appellatur. Sic Vaſæus, in Chronico Hiſpanienſi. *Boſius*, lib. 9. cap. 9. Vaſconcellius, in deſcriptione regni Luſitaniæ, n. 21. Durantus, de ritibus Eccleſiæ, lib. 1. cap. 2. Caniſius, lib. 5. de B. Maria, cap. 21. & 23. aliique prætereà apud Spinellum, cap. 29. n. 50. Poiræum, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 25. Gononum in Chronico Deiparæ anno 41. & alios.

## Anno Mundi 4020. Chriſti 37. Petrus Apoſtolus peragraris prouinciis, & doctrinâ Euangelicâ illuſtratis, Antiochiæ ſedem Epiſcopatûs ſui conſtituit ad tempus.

A INter eundum autem dicitur in Antaradena ciuitate inſulæ Tripoleos, quæ ciuitas hodie Tortoſa nominatur, éſtque ante fluuium Aradum, ædificaſſe fanum ſeu Sacellum in honorem Diuæ Virginis, in eoque ſacrificaſſe: hoc Sacellum primum dicitur à quibuſdam, inter alia templa quæ Petrus deinceps condidit, ab eo fuiſſe excitatum. De hoc Volaterranus lib. 11. Geographiæ. Iacobus de Vitriaco, hiſtoriæ Orientalis cap. 44. Caniſius, lib. 5. Marialis cap. 23. Spinellus, cap. 29. n. 30. Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 2. Balinghem, in Calendario *B*. Virginis. 29. Iunij.

## Anno Mundi 4024. Chriſti 41.

A IAcobus Apoſtolus Zebedæi filius & Ioannis frater ab Herode Agrippa Ieroſolymis occiditur, vt docetur Actorum, cap. 12. Interfecti corpus conſilio Virginis dicitur fuiſſe in Hiſpanias deuectum, & Compoſtellæ depoſitum, vbi plurimis coruſcat miraculis. Ita Lucius Dexter. & poſt eum Tirinus in cap. 12. Actorum. Hunc Apoſtolum docuiſſe nonnulli volunt, Sanctæ Virginis Conceptionem omninò immunem fuiſſe à labe originalis culpæ. Inter cæteros Salazarius, libro de Conceptione, cap. 42. Sæculo primo. Sed adhuc ſub iudice lis eſt, cùm non conſtet libros Theſiphontis Granatæ repertos, in quibus ſenſum Apoſtoli contineri aiunt, non eſſe apocryphos: Aſſeruari dicuntur iſti libri Romæ & ſeuerius examen expectare.

## Anno mundi 4025. Chriſti 42.

A OCcàſione perſecutionis ab Herode & Iudæis excitatæ contra Apoſtolos, quâ occiſus eſt Iacobus Zebedæi, & quâ eſt Petrus in carcere detentus, vt habetur Actorum cap. 12. abiit in Aſiam Beatiſſima Virgo, & cum Sancto Ioanne Euangeliſta commoratur Epheſi. Ibi commoratam teſtatur Concilium Epheſinum in epiſtola Synodica. Profectam eſſe ex occaſione huius perſecutionis ſentit Baronius ad annum Chriſti 44. n. 29. Ribadeneira in vita Virginis, & alii paſſim: quamuis Poza in elucidario libro 1. tractatu 16. ſtatim poſt necem B. Stephani eam profectionem factam eſſe exiſtimet.

B Tunc quoque probabiliter accidit, vt Lazarus, Maria Magdalena, Martha, Marcella, Maximinus, aliique permulti, coniecti in nauem ſine velo ac remigio mari committerentur: qui diuino nutu Maſſiliam appulſi, & poſteà aliquantùm ab inuicem diſtracti vixeront. Martha Auenionem venit, & ibi Eccleſiam condidit, quæ Archiepiſcopalis eſt, & vocatur *Domina Noſtra de Donis*. Poiræus Triplicis coronæ cap. 12 §. 5. n. 40. vbi etiam ciuitatis Auenionenſis pium erga Deiparam affectum latè deſcribit. Gononus item in Chronico ad annum Chriſti 35. Addit in Appendice de templis, n. 17. Spinellus, etiam à Martha ædificatam Maſſiliæ ædem in honorem Sanctæ Virginis.

## Anno mundi 4026. Chriſti 43. Petrus Apoſtolus, Galilæus, & Chriſti Vicarius, Romæ Pontifex ſedet. De qua re fusè Petauius, lib. 11. cap. 14. de doctrina temporum.

## At anno mundi 4030. Chriſti 47.

A PRofectus in Gallias Sanctus Martialis, in honorem Diuæ Virginis conſecrat Anicienſem, Ruthenam, Aruernenſem, Mimatenſem, Epiſcopales Eccleſias. Sic habet Demochares de Sacrificio Miſſæ cap. 25. paginâ 43. Addit Odo Giſſæus in hiſtoria Virginis Anicienſis, lib. 1. cap. 8. Martialem reliquiſſe Anicij vnum Virginis Sotularem, alterum Ruthenis; Aruerniæ, quæ nunc Claromontum dicitur, capillos; capillos præterea Minati. Non ſine miraculo autem Anicienſem ædem ædificatam eſſe ibidem aſſerit: cùm & mulier liberata febre à Deipara, admonita ab eadem fuerit de ædificatione procuranda; & locus, menſe Iulio, niue deſignatus, & indicio ſalientis & curſu exultantis cerui mirabiliter deſcriptus.

B His quoque temporibus incipiunt generoſo conatu pro ſeruanda Virginitate, virtute verè Mariana, decertare Virginum greges. Et primùm Iconij leones, ſerpentes, & alia, magno animo Thecla ſuſtinet contemnitque. Quam *Virgunculam Protomartyrem* Patres crebrò appellant. Vitam illius ſcripſit Baſilius Seleucienſis, eámque Septembris 23. Surius refert. Huius virginis conſtantiam imitatæ deinceps ſunt in ſequentibus annis, Iphigeniæ, Agathæ, Agnetes, Catharinæ, & innumeræ aliæ, de quibus non eſt opus neque hîc nec poſteà facere mentionem: has partim dabit Martyrologium Romanum, partim Surius in Sanctorum vitis, Bollandus item & alii, qui harum certamina ſcripſêre.

## Anno ergo mundi 4031. Chriſti 48.

A PErnenêre Carnutum Altinus atque Eodalus ſocij Sancti Sauiniani primi Senonum Archiepiſcopi. Hi Druidas inſtruunt docéntque, Virginem parituram, cui Druidæ olim nobilem aram erexerant, eſſe Virginem Mariam. Hinc præcipuo religionis cultu tota ciuitas in Virginem exarſit, & mirabili pietatis ſenſu eam ſéper venerata eſt. Ita Sebaſtianus Rouillard in hiſtoria Virginis Carnutenſis, cap. 4. & ex eo Gononus in Deiparæ Chronico ad annum 45. necnon Acta eorumdem Sanctorum, quæ ex parte habentur apud Nicolaum Deſguerrois in Annalibus Eccleſiæ Trecenſis.

B Nondum porrò hoc anno Beatiſſima Virgo ex hac vita diſceſſit, vt diſceſſiſſe ponebat Euſebius. Siquidem lib. 1. de Diuinis nominibus c. 3. Dionyſius Areopagita, hanc ſe vidiſſe, & aſpectu eius mirabiliter ſtupefactum eſſe, ſat diſertè teſtatur, imò & morienti dicitur adfuiſſe, qui tamen ad Chriſtum tantùm conuerſus eſt anno Chriſti quinquageſimo, vt colligitur ex cap. 16. Apoſtolicorum Actuum.

## Anno mundi 4032. Chriſti 49.

A PRimum ab Apoſtolis Concilium Ieroſolymis celebratur, & de ritibus Iudaicis ea fit quæſtio, quæ deſcribitur Actorum cap. 15. an ad Chriſtum conuerſi lege Moyſi tenerentur? Huic Concilio interfuiſſe Deiparam aſſeruit Rupertus, libro 1. in Cantica circa medium: ſed malè. Nam nec id in Scriptura legitur, nec apud Patres alios inuenitur, nec eſt veriſimile, nec conſentaneum, ne ſexus fœmineus ad Concilia aſpiraret; cuius tunc rei, quædam veluti forma ponebatur. Et propterea communiter Ruperti opinio à Theologis reiicitur, vt videri poteſt apud Suarez, tomo 2. in 3. partem, quæſt. 37. art. 4. ſectione 3. Hoc tamen non impedit, quo minus quilibet Apoſtolus per ſe priuatim de propoſita difficultate Virginem conſuluerit.

## Anno mundi 4039. Chriſti 56.

A TAndem in terra eſſe deſiit Beatiſſima Virgo, quam fert communis opinio annos vixiſſe ſeptuaginta duos: ſic potuerit illam vidiſſe Dionyſius Areopagita, & morientis interfuiſſe deceſſui. Ita conſentiunt Epiphanius presbyter & Cedrenus in compendio, quos Baronius & ſequitur & citat: inſuper Caniſius, lib. 5. de B. Maria cap. 1. vbi præter Epiphanium, & Cedrenum, allegat Michaelem Glycam, Andream Cretenſem, & Anſelmum, apud quem mendosè legitur: 82. erat annorum pro 72; poſteà enim Anſelmus ſubiicit: *In quinto decimo anno peperit Chriſtum, & cum eo 33. annis vixit, poſt aſcenſionem Domini fuit in domo Ioannis Euangeliſtæ 24. annis.* Barradio libro 6. in Concordiam cap. 14. aliquantùm placuit Virginem 63. tantummodò annos confeciſſe, potiorem tamen eſſe illam opinionem viſum eſt, quæ annos 72. enumerat.

B Quænam verò acciderint in hoc fœliciſſimo deceſſu, etſi difficile ſit ſtatuere, propter librorum apocryphorum, qui de hac re tractarunt deliria: qualis eſt tum liber ille de tranſitu Virginis, qui circumfertur in Bibliotheca Patrum tomo 2. ſub nomine Melitonis Sardicenſis; tum liber ſtirpis Mariæ à Gnoſticis confictus, & innumeris conſarcinatus mendaciis, de quibus fusè agit Baronius ad annum 44. & 48. Chriſti: nonnulla tamen quæ ſunt magis recepta, & vel ipſâ vetuſtiſſimâ traditione approbata, obiter hîc tangere neceſſarium eſt: quæ potiſſimùm videre licebit pleniùs explicata vel apud Baronium, loco antè citato; vel apud Barradium, in Concordiam lib. 6. cap. 11. Suarez, tomo 2. in 3. partem diſput. 21. Caniſium, toto libro 5. Marialis operis. Poiræum, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 11. §. 1. n. 1. Nouarinum, in vmbra Virginea, n. 1703. & ſequentibus. Surium, Ribadeneiram, & alios Scriptores eiuſmodi ad diem decimum quintum Auguſti: Spinellum, cap. 12. qui omnes egregiè hanc materiam tractarunt & certiora ſelegerunt.

C Primò igitur, certum eſt mortuam fuiſſe Sanctam Deiparam. Nam quamuis Epiphanius, hæreſi 78. de morte eius cum dubitatione loquatur: tamen communis ſenſus Eccleſiæ, & Patrum authoritas ambigere non ſinit. Nec mirum profectò eſt, cùm Virginis filius, qui eſt ipſamet Vita, mortem non recuſarit oppetere, ſi Sanctiſſima Virgo illam etiam pertulerit, cùm præſertim mors propter Deum ex obedientia exantlata magni ſit apud Numen meriti. Creditur autem ex hac vita migraſſe Ieroſolymis, vt teſtatur inter cæteros Andreas Cretenſis, oratione de dormitione Virginis. Addit verò Spi-

nellus, cap. 9. n. 18. non acerbitate morbi, aut defectu ætatis, ſed vi amoris ex hac vita migraſſe: quod ipſum antè docuerat Suarez, tomo 2. in 3. part. diſput. 21. ſect. 2. & plurimi alij, qui cum ipſo prætereà fatentur, actum charitatis in Deipara nunquam fuiſſe interruptum, nec ſomno, nec ipſâ etiam morte, quâ à nobis ad patriam tranſiit: non enim decebat in hoc exercitio Reginam Angelorum à Beatis Angelis vinci, illi ſiquidem actum charitatis ſemel inchoatum nunquam intermiſerunt.

D Secundò, cùm optatiſſimum ſui in cælum diſceſſus tempus adeſſet, ab Angelo Virgo facta eſt de ſua morte ſumma cum lætitia certior. Et quia extrema illa dies non tam funeris, quam vitæ ac triumphi accenſeri debebat, proptereà palmæ ramum per Angelum ſibi delatum, in ſignum victoriæ, munus miſſum à Chriſto, dicitur accepiſſe. Ita Simeon Metaphraſtes, oratione de Virgine, quæ habetur apud Surium 15. Auguſti, & Nicephorus lib. 2. hiſtoriæ cap. 21. quorum hic vlteriùs ait, duas tunicas, quas Chriſtipara habebat, duabus vicinis ac familiaribus viduis donari præcepiſſe: atque paulò poſt Sanctiſſimam animam ad Deum euolaſſe. Quis verò explicet, quot & quanta priuilegia tam felicem & ſuauem mortem comitatata ſunt? enumerat nouem Barradius in Concordiam Euangelicam, lib. 6. cap. 11. Nimirum 1. Quòd mortis diem Angelo annunciante, palmámque afferente præſciuit. 2. Quòd morienti adfuit Chriſtus omnium Angelorum ſtipatus agminibus. 3. Quòd obiit ſine dolore. 4. Quòd nullâ ægritudine confecta, ſed vi amoris ſauciata. 5. Quòd Apoſtoli, qui tunc temporis terræ ſuperficiem incolebant, antequam Virgo è vita diſcederet, ad illam diuino imperio & auxilio congregati conuenerunt: cum quibus etiam dicitur adfuiſſe Timotheus, Dionyſius Areopagita, & Hierotheus. 6. Quòd Sanctiſſimum eius corpus, etſi mors attigerit, nulla tamen infecit corruptio. 7. Quòd mors eiuſdem illuſtrata fuerit miraculis, quorum aliqua Metaphraſtes recenſet. 8. Quòd à ſummo Pontifice Petro, cæteriſque Apoſtolis, & viris illuſtriſſimis corpus Virginis fuit ſepulchro conditum, conditum autem fuit in prædio Getſemani. 9. denique Quòd Virgo, tertiâ poſt die, reſurrexit. At hæc omnia fuſiùs apud Barradium.

E Tertiò, Non dubium eſt, præſtantiſſimam animam, ſtatim atque eluxit deſtinatum à Deo punctum illud temporis, quo depoſitum in Sepulchro corpus reſumeret, ſummâ ſuauitate illud iterum ſubintraſſe, & dotibus gloriæ exornatum eleuaſſe in cælum mirantibus Angelis, & toto Beatorum cœtu iucundiſſimè applaudente; imò ipſo Chriſto Matrem ineffabili alacritate comitante & collocante in throno tantis meritis præparato. Pompam hanc ingredientis in cælum Virginis fusè, ſuo more, explicat Barradius, lib. 6. cap. 12. item Salazarius, in Prouerbia cap. 8. n. 449. quorum vterque cum Spinello, cap. 6. n. 4. Auguſtiſſimam Deiparam ſuper omnes alios Sanctos Chorum aſſerunt facere ſeparatum, adeóque omnes & ſimul & diuiſim ſumptos immensâ propemodùm gloriâ mirabiliter ſuperare. Scilicet magnitudo gloriæ eius debet magnitudini gratiæ ex æquo reſpondere: At plenitudinem gratiæ immenſam fuiſſe in Maria dicit Bonauentura, in Speculo lectione 9. circa quadrantem: imò Epiphanius, oratione de B. Virgine circa quartam partem, immenſam vocat illam gratiam, quam tunc habebat, cum Verbum concepit; & eandem Bernardinus Senenſis, ſermone 5. de feſtiuitatibus Dominæ noſtræ, omnibus omnium Sanctorum meritis antepouit, & affirmat dignam fuiſſe diſpoſitionem, quâ filij ſui Incarnationem congruè meruerit. Sed de hac gratiarum Mariæ immenſitate vide Suarez, tomo 2. in 3. partem diſp. 18. 19. 20. Cantiium, libro 3, operis Marialis cap. 6. & 7. Spinellum item, cap. 6. & 21. Vide etiam, ſi lubet, Nouarinum in vmbra Virginea, n. 1726, vbi non contemnenda habet de gloria Virginis. Vide Ildephonſum, ſermone 1. de Aſſumptione circa quadrantem, & ſermone 2. initio; Guerricum Abbatem, ſermone 1. de Aſſumptione circa finem, & alios.

F Quartò, ſic exaltata in cælum glorioſa Virgo, ad orbitatis noſtræ ſolatium, nonnulla de ſuis in mundo noſtro ac terra reliquit; aliquot enim de ea habemus & reliquias, & epiſtolas, & picturas. Et quidem diligentem operam nauauit Antonius de Balinghem, vt reliquias omnes ſcribendo colligeret in libro, quem inſcripſit, Inuentarium reliquiarum B. Virginis. Spinellus item, cap. 49. n. 48. Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 4 cap. 8. §. 4. Laurentius Maſelli lib. 6. cap. 21. qui ex diuerſis authoribus colligunt. I. capillos Deiparæ aſſeruari Romæ, tum in templo S. Ioannis Lateranenſis, tum in ſubterraneo S. Helenæ ſacello, quod eſt in templo S. Crucis in Ieroſalem. Item aliquid ex iiſdem capillis haberi Oueti in Hiſpania, aliquid Aquiſgrani in Germania, aliquid in monaſterio Inſulæ Croylandiæ. II. aliquid ex Virgineo lacte reconditum dicitur in diuerſis locis, nominatim verò Aſſiſij, in cœnobio S. Damiani ordinis S. Claræ, Toleti & Oueti in Hiſpania. Pariſiis in ſummo Templo, & in Sacello regio. III. pars aliqua veſtis B. Deiparæ aſſeruatur Romæ, tum in S. Maria maiore, tum in S. Ioanne Lateranenſi, tum in S. Laurentio extra muros. Item Foroliuij in Æmilia in Collegio Societatis IESV. In Hiſpania Oueti. In Gallia Lutetiæ in maiore templo. At Conſtantinopoli olim integra veſtis fuit, in nobiliſſimo templo in Blachernis collocato, & constructo ab Imperatore Leone primo, ſed vbi iam theſaurus ille deliteſcat, non ſatis mihi compertum eſt: quamquam aliqua Treuiris oſtenditur. IV. Zona Beatiſſimæ Virginis pluribus in locis in pretio habetur: Romæ in templo S. Mariæ maioris in marmoreo ferculo aliquid eius contineri, & quotannis populo commonſtrari, conſtat. Brugenſes eiuſdem Zonæ partem, item Aquiſgranum & Atrebatum ſe habere gloriantur ac prædicant. Certè teſtatur Nicephorus, lib 14. cap. 2. & lib. 15. cap. 14. olim integram Zonam Conſtantinopoli fuiſſe repoſitam, in cuius honorem Pulcheria Imperatrix templum magnificum curauit extrui. V. Interulæ, ſiue indutia, duæ Dei genitricis extant, altera Aquiſgrani, à Carolo Magno ibi repoſita, altera Carnuti ex Caroli Calui munere. VI. Præter hæc habentur diuerſis in locis, velum, vitta, chirotheca, ſoccus, annuli tres,

mantica,

mantica, faſciæ ſepulchrales, & nonnulla ſimilia, pecteo, fuſus, glomus, tunica inconſutilis, lectus, menſa, domus, ſepulchrum, &c. Velum, aut eius aliqua pars, cuſtoditur Romæ in ſacello S. Helenæ: Aſſiſij itém io templo S. Franciſci: Treuiris: Atrebati: Nanceij in domo probatioois Societatis IESV, vbi etiam Scutella eſt. Vittæ pars apud Brugenſes ſeruatur. Chirotheca Audomaropoli in mooaſterio S. Bertioi. Soccus Sueſſione. Fuerunt etiam, neſcio num adhuc ſint Anicij & Ruthenæ duo calcei. Annulorum vnus eſt Petoſij, alter in Burgundia in prioratu Semurieoſi, tettius in monaſterio Aquicinctino. Mantica inquit Spinellus, alij veriùs Maoica, apud Cluniacenſes ſeruabatur, de qua & Officium celebrari ſolet ab iis: ſed hanc rabies hæretica diſtraxit, nec ſcitur quo loco repoſuit: quamquam dicitur & hodie Cluniaci apparere. Faſciæ ſepulchrales, olim ad Pulcheriam Imperatricem miſſæ à Iuuenali Epiſcopo Ieroſolymitano, aſſeruatæ ſunt in Blachernis. Pecten Treuiris eſt. Fuſus olim erat Conſtantinopoli in Hodigo. Glomus eſt in Brabantia in oppido Huyo prope Moſam. Tuoica Chriſti inconſutilis, quam Virgo intexuit, partim dicitur eſſe Romæ in templo S. Ioanois Lateranenſis, partim dicitur & eſſe Treuiris. De lecto habetur in marmoreo ferculo S. Mariæ maioris Romæ. Menſa Czeſtochouiæ in Polonia. Domus verò Chriſti incarnatione illuſtris, ab Angelis è Nazareth Lauretum tranſlata omnium geotium peregrinatione celebratur. Sepulchrum denique videtur in valle Ioſaphat exciſum in petra. Sunt prætereà multæ aliæ reliquiæ, quæ vix oumerati poſſunt, aut etiam à me ſatis certò cognoſci.

De ſcriptis à B. Deipara epiſtolis, aut aliorum G ad ipſam, ſic loquitur Barooius ad annum Chriſti 48. n. 25. *Fertur eiuſdem Dei genitricis epiſtola ad Ignatium reddita, eiuſdémque Ignatij vna ad ipſam ſcripta: duæ verò ad Ioannem Euangeliſtam de eadem ipſa loquentes. Sed Hieronymus, & alij antiquiores, qui recenſuerunt eiuſdem Ignatij epiſtolas, eas non nouerunt. Traduntur & aliæ ab ipſa ad alias ſcriptæ Ciuitates (nempe ad Meſſanam & Florentiam) quas cunctas cùm careant authoritate Eccleſiæ, nonniſi in apocryphorum claſſem reiiciendas eſſe omnes facilè iudicabunt.* Hæc ille: contra cuius ſenſum quamplurimi ſcripſère, nec ignobiles profectò Authores. In primis Marcus Michaël Caroonenſis, libro de viris Illuſtribus. Dionyſius Carthuſianus, in commentariis de diuiois nominibus. Trithemius, de viris Illuſtribus. Laureotius Maſellus, libro 6. de Beata Virgine, cap. 18. oecnon Marianus Victorius. Symphorianus Clamperius, imò & Sanctus Beroardus, ſermone 7. io pſalmum 90. quos fermè omnes refert, atque ſequitur Caniſius, lib. 1. de Deipara, cap. 13. circa tres quartas partes, & lib. 5. cap. 1. circa duos trientes. Inſuper Carthagena, de B. Virgine tomo 3. lib. 13. homilia 2. Hieronymus Ferrarienſis, de epiſtola ad Floreotinos ſcripta. Iochofet de epiſtola ad Meſſaoenſes. Carolus Veron de triumpho SS. Ioachim & Annæ, lib. 5. cap. 8. Ioannes Baptiſta Laurier, de ſacro annulo Peruſino. Gooonus in Chronico ad annum 46. & 52. Vincentius Charron in Calendario B. Virginis 3. Iunij, & alij. De iſtis autem epiſtolis mentionem facit Sixtus Senenſis lib. 2. ſuæ Bibliothecæ, verbo Maria, & has ad longum habes, ſequentibus verbis. Prima ſic dicit. *Ignatio Ioannis diſcipulo humilis ancilla Ieſu Chriſti. De Ieſu, quæ à Ioanne audiſti & didiciſti, vera ſunt; illa credas, & illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam facto conformes. Veniam autem vnà cum Ioanne te & qui tecum ſunt viſura. Sta in fide viriliter, nec te moueat perſecutionis auſteritas, ſed valeat & exultet Spiritus tuus in Deo ſalutari tuo. Amen.* Secunda. *Maria Virgo, Ioachim filia, Dei humillima Ieſu Chriſti mater, ex tribu Iuda, ſtirpe Dauid, Meſſanenſibus omnibus ſalutem, & Dei Patris Omnipotentis benedictionem. Vos omnes fide magnâ legatos ac nuntios per publicum documentum ad nos miſiſſe conſtat. Filium noſtrum, Dei genitum, Deum & hominem eſſe fatemini, & in cælum poſt ſuam reſurrectionem aſcendiſſe, Pauli Apoſtoli electi prædicatione mediante, viam veritatis cognoſcentes. Ob quod vos & ipſam ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam protectricem nos eſſe volumus, &c.* Tertia. *Florentia Deo ac Domino Ieſu Chriſto filio meo, & mihi dilecta, tene fidem, inſta orationibus, roborare patientiâ: his enim ſempiternam ſalutem apud Deum & apud homines gloriam conſequêris.* Sic habent epiſtolæ à Deipara, vt dicitur, ſcriptæ, quarum fides penes citatos authores eſt non planè contemoenda.

H De Mariæ pictis imagioibus, quas S. Lucas fecit, & poſteris reliquit, admonet nos Nicephorus, lib. 1. cap. 23. & Metaphraſtes, Octobris 18. in vita S. Lucæ. Agit etiam de iis obiter Barooius ad annum Chriſti 65. n. 9. Fusè aotem & eleganter Caniſius lib. 5. de Deipara, cap. 22. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 5. n. 1. Qui vnanimi conſenſu aduertunt plures à Diuo Luca fuiſſe depictas, quarum alia Romæ ad S. Mariam maiorem, alia item Romæ ad S. Mariam in via lata, alia Talenti prope Diuionem in Gallia, alia Guadalupæ in Hiſpania, alia Czeſtochouiæ in Polonia, & aliæ alibi: ex quarum aſpectu deſcripſit Nicephorus Beatiſſimam Virginem capillo flauo, oculis acribus, naſo longiore, labiis floridis, &c. vt ſentit Baronius ad annum Chriſti 48. n. 25. Et hinc patet, non eſſe approbandos hos verſus, qui ad Imaginem, quæ Talenti viſitur, leguntur adſcripti; ſi ſumantur vt ſooant:

*Virginis intactæ formam depinxerat olim*
*Lucas, quæ triplici eſt vna petenda loco.*
*Primam Roma tenet, dein Sarmata terra ſecundã,*
*Tertia Talentum ſeruat in æde ſacra.*

Significare enim videntur non niſi tres fuiſſe à S. Luca deſcriptas S. Mariæ imagines, quæ tribus in locis, videlicet Romæ, Talenti, Czeſtochouiæ, veoeratiooem habeant. Qui ſenſus falſus eſt, & excluſiuus aliarum imaginum. Quòd ſi ſenſus ſit, noo oegari quidem plures Deiparæ imagines à S. Luca pictas, ſed earum tres ita diſtributas eſſe, vt vna ſit Romæ, alia Czeſtochouiæ, tertia Talenti: tunc verus quidem erit ſeoſus, ſed minùs videtur inteotus, minúſque ſufficiens & imperfectus, cum primâ fronte his verſibus doceri videamur non niſi tres iſtiuſmodi dari Imagines.

H

I Hîc autem multò magis reiicienda eſt, meo quidem ſenſu, illa reuelatio, quam commemorat Cæſarius Ciſtercienſis Ordinis Monachus, lib. 7. cap. 38. & Lucas Vvaddingus in Annalibus Minorum anno 1227. n. 13. aſſerens corpus demortuum Virginis incorruptum manſiſſe per quadraginta dies. Id enim repugnat ſenſui communi fidelium, qui vulgò exiſtimant, tertiâ poſt obitum die, ipſam Beatam Deiparam ſuſcitatam fuiſſe a mortuis, & in throno gloriæ iucundiſſimè collocatam: cuius grandis priuilegij, vt fidelium mentibus in æternum recordatio maneret, credibile eſt, iam tum ab Eccleſia & ipſis Apoſtolis, Aſſumptionis feſtum annuâ pietate fuiſſe celebratum.

K De honore exhibendo Virgini, inuocatione, adoratione, patrocinio, vide, ſi placet, Suarez, tomo 2. in 3. partem, diſput. 22. & 23. Spinellum, cap. 29. & 34. Durantum de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. cap. 35. Barradium, lib. 6. cap. 13. & innumeros alios præſertim recentiores, qui in hac fœcundiſſima materia ferè ſuis libris mundum inundauerunt: Explicari quippe ſatis non poteſt, quanto cultu ſit honoranda, quantùm inuocanda, quo ardore deuotionis imploranda, laudanda & benedicenda Mater Dei, Regina Angelorum, totiúſque mundi Domina, & gaudium.

L Ad hunc adhuc annum tandem reponit Ferreolus Locrius, in Chronica Anacephalæoſi Mariæ Auguſtæ, conſecrationem Domus Nazarethanæ B. Deiparæ, & primariæ manſionis Verbi Incarnati nobiſcum: in quam opinionem conſentire videtur in hiſtoria Lauretana Horatius Turſellinus. Verùm probabilius iudicatum à nobis eſt, rem accidiſſe maturiùs, ſicut dictum eſt à nobis anno Chriſti Domini 31. ſub finem.

## Anno Mundi 4044. Chriſti 61.

A IAcobus minor, dictus frater Domini & Chriſti Apoſtolus, Ieroſolymis occiditur. Honorificam hic facit in ſua Liturgia Virginis mentionem, vocans eam *immaculatam, omnibus modis irreprehenſam.* Ex quibus verbis putat Salazarius, libro de Conceptione, cap. 42. ſæculo 1. ſatis adſtrui immunitatem Deiparæ à peccato originali. Occiſum hoc anno vult Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & Euſebius in Chronico.

B Occiſum quoque ferunt in Bithinia ad oleam ſuſpenſum Lucam Euangeliſtam. Ita Surius Octobris 18. Metaphraſtes, & Ribadeneira in eius vita & alij. Arcanorum Diuæ Virginis videtur Lucas fuiſſe cuſtos & inſpector, qui Chriſti conceptionem, & infantiam & Mariana myſteria præcipuè ſcripſit: nec ſtylo tantùm Sanctam Virginem exarauit, ſed & penicillo deſcripſit, crebris imaginibus excitans & nutriens fidelium deuotionem erga eam.

C Quod verò tum Lucæ, tum etiam Iacobi nonnulla adhuc ſcripta ab aliquibus enumerantur; quibus, Lucas quidem de Conceptione, Natiuitate, Præſentatione in templo, Deſponſatione, Obitu atque Aſſumptione glorioſæ Virginis diſſeruit; Iacobus verò coram Apoſtolorum cœtu in Tranſitu eiuſdem Virginis de eiuſdem laudibus orationem fecit, omninò eſt incertæ fidei, licet dicatur ex Beati Amadei Franciſcani reuelationibus hauſtum. Penitus autem fabula eſt, Proteuangelium Iacobo ab Hæreticis attributum, quódque in Germania non multos antè annos euulgarunt, continens hiſtoriam Natiuitatis Mariæ vſque ad Aduentum Magorum. Quam fabulam refellunt Sixtus Senenſis in Bibliotheca Sancta, & Poſſeuinus in Apparatu Sacro, & Marraccius in Bibliotheca Mariana, & alij, ſicut iam inſinuauimus anno ante Chriſtum vltimo, literâ L.

## Anno mundi 4047. Chriſti 64.

A VIgent Nicolaitæ, Simoniani, Ebionitæ, Cerinthiani, Carpocratiani, aliæque ſimiles fidei Chriſtianæ peſtes, qui negatâ Chriſti Diuinitate, Virgini Deiparæ integritatem pernegabant. Sic habet Irenæus, lib. 1. cap. 24. 25. 26. & lib. 3. cap. 3. Ephiphanius, hæreſi 27. & 50. Philaſtrius, & alij.

B Interim ſubit martyrium Euangeliſta Marcus: cuius in Liturgia Beatiſſima Virgo, *intemerata ac benedicta* nuncupatur. Vide Salazarium de Conceptione cap. 42. ſæculo 1. proferentem hæc pro immaculata Conceptione B. Virginis.

C Nec longè ab his temporibus, Solitarij montis Carmeli, auditâ Aſſumptione in cælum B. Deiparæ, Sacellum in eodem monte ad eius honorem conſecrant. Rem teſtatur Valdenſis in doctrinali fidei art. 3. & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 14. & Vincentius Charron in Calendario, 20. Iulij. Necnon Mantuanus lib. 3. Partheniæ his verſibus.

*Propterea montana viri ſpelæa colentes,*
*Audito illius fato, ſublime ſacellum*
*Apricis poſuêre iugis primi, atque quotannis*
*Sacra inſtaurantes, hymnos & thura ferebant.*

Anno autem mundi 4050. Chriſti 67. Petrus & Paulus Apoſtoli, Romæ, eodem die nempe 29. Iunij, & eodem ſub tyranno Nerone, interficiuntur; hic gladio, ille cruce: & Petro quidem ſuccedit in Pontificatu Linus. De hac ſucceſſione & morte agit fusè Petauius lib. 11. de doctrina temporum cap. 14.

A FVerunt verò tam Petrus quàm Paulus, vt in Chriſtum, ita in S. Deiparam affectu inſignes. In hoſpitio quod Paulus habuit Romæ, conſecrata eſt poſtmodùm Eccleſia *S. Mariæ in via lata.* In loco, vbi Petro Chriſtus apparuit rabiem Neronis fugienti, & animum addidit ad martyrium ſubeundum, eſt constructa ædes *S. Maria à plantis*, ſic dicta ob plantæ veſtigium lapidi à Chriſto inſiſtente ibidem impreſſum. Ita notat Spinellus tractatu de Feſtis & templis Deiparæ paginâ 730. & 731.

B Poſt hæc aliqui addunt, Epiſtolam Diuæ Virginis ad Meſſanenſes ſcriptam, fuiſſe ab Apoſtolo Paulo ex Hebræa lingua in Græcam

tranſlatam. Qua de re Melchinr Incnſer, Coniectatione in eandem epiſtolam; & Marraccius in Apoſtolis Marianis, cap. 3. vbi etiam idem Marraccius, eiuſdem Apoſtoli Sermonem, quem in fœliciſſimo Sanctiſſimæ Dei genitricis tranſitu habuiſſe fertur, ex noua B. Amadei Apocalypſi excerptum in medium exhibet. Sed fides ſit penes authores. Interim

## Anno circiter Mundi 4051. Chriſti 68.

A ODio caſtitatis, quam Chriſtianis inſpirabat, interficitur Matthæus Euangeliſta & Apoſtolus; cui, vt veriſimile eſt, Virgo communicauit areaoa illa, quæ infantiam Chriſti, Ioſephi auxietatem, adorationem Magorum, fugam in Ægyptum reditúmque pertinent. Quod verò addit Marraccius, in Bibliotheca, & in Apoſtolis ſuis Marlanis cap. 11. ab Apoſtolo Matthæo Sermnnem de laudibus Virgiois, coram Apoſtolico Senatu, in Deiparæ tranſitu fuiſſe habitum, mutuatus eſt ex reuelationn B. Amadei Franciſcani; ex qua etiam Sermonem item ab Euangeliſta Marco de Obdormitione eiuſdem Deiparæ compoſitum fuiſſe expiſcatus eſt, & alium à Beato Ioanne Apoſtnlo, alióſue ab ſimilibus aliis. Verùm hic oouæ Apocalypſis liber tot ab aliis oppletus eſt figmentis; quod Vvaddingus notat in Annalibus Minorum ad anoum Chriſti 1482. num. 62. vt redditus ſit indignus, cui in multis fides adhibeatur. Nec item eredendum eſt librum de nrtu Virginis à D. Matthæo fuiſſe Hebraicè exaratum, ſi eo præſertim modo ſumatur, quo dicitur in linguam Latinam ab Hieronymo tranſlatus. Nam eiuſmodi liber à Sapientibus viris & à Patribus inter apocryphos cenſetur: quia, vt aduertit Fulbertus Carnotenſis, Sermnne 3. de Natiuitate Virginis, in en nnnnulla reperiuntur dicta vel facta, quæ in præfata ſerie impoſſibilia videntur. Sed his Sermonibus, libríſque reiectis. Vlteriùs

B Huc etiam referunt, Albertus Magnus in Chrnnologn Epiſcnpnrum Rednnenſium, & Dargeotrè in hiſtoria Britannica lib. 12. cap. 1. & Vincentius Charron 13. Septembris, erectionem Sacelli factam à S. Maximino in honorem Diuæ Mariæ in ciuitate Redonenſi. Tenuit eiuſmodi ſacellum locum Cathedralis vſque ad annum Chriſti 312. qno fundatum eſt primarium S. Petri templum: & prætereà in idem ſacellum ſemper ſoliti ſunt, poſt ſuam inaugurationem, Reguli Britannici Deo gratias acturi cum pompa procedere.

## Anno Mundi propemodùm 4052. Chriſti 69.

A ACcidiſſe putatur generoſa mors Andreæ Apoſtoli iu Achaia. Quòd mihi prnbabilius videtur, quàm, quod aliqui vnlunt, eam reiicere ad annum Chriſti 80. vel 81. & longè admodùm annoſum in laborioſas & valde frequentes, & ſenili ætati minimè idnneas, profectiones immittere: eſſet enim tunc Andreas centum circiter plus minus annnrum, qui vix à Baptiſta ad Chriſtum aceeſſit niſi quadragenatius. Hic dicere ſolebat, quod Patres deiode vſurparunt: *Sicut primus Adam formatus eſt ex terra, antequàm eſſet maledicta; ita ſecundus formatus eſt ex terra virginea nunquam maledicta.* Id habet Gononus in Chronico ad annum Chriſti 8. Et Salazarius, de Conceptione cap. 42. ſæculo primo, qui meritò ponderat has voces; *terra nunquam maledicta.*

## Anno Mundi 4053. Chriſti 70. aut certè his circiter diebus.

A ADuentat Pariſios Dionyſius Areopagita, & ſanato Energumenn templum antè Cereri aut Mercurio conſecratum, in hnnnrem Deiparæ dedicat, quod hodie vocatur fanum *Diuæ Mariæ à Campis*, poſſidetúrque à Monialibus Carmelitanis Mnnaſterij Incarnationis. Ita Iacobus Breullius, io libro antiquitatum Pariſienſium; & poſt eum Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 44. Circumfertur autem epiſtola Dionyſij ad S. Paulum, quam non pauci graues authores, tanquam Diooyſij approbant, præſertim Salazarius de Conceptione cap. 42. Ferreolus Lncrius de Maria Auguſta cap. 6. Gooonus ad annum Chriſti 52. & multi alij; in qua cùm multa ſint de Sãctiſſima Dei Matre præſtantia, tum illa præcipuè: *Teſtor, qui aderat in Virgine, Deum, ſi tua doctrina non me docuiſſet, hanc verum eſſe Deum credidiſſem, quoniam nulla videri poſſet maior gloria Beatorum, quàm fœlicitas illa, quam ego infœlix nunc, tunc verò fœliciſſimus* (cum nempe eam vidi) *deguſtaui.* Narrat eoim ſe Ieroſolymis cum ſummo ſuo gaudio vidiſſe Deiparam, quam erebrò *Deiformem* vocat.

## Anno mundi 4057. Chriſti 74.

A APud Senonas: Sauiniano prjmn Senonum Archiepiſcopn adhuc viuente, ſacra ædes conditnr in honorem Diuæ Virginis. Hnius ſubſtructionem Demochares paginâ 29. literâ K. refert ad annum Chriſti 74.

## Anno mundi 4061. Chriſti 78. Cletus poſt ſublatum martyrio Linum, pontificatum Romæ gerit: quod patet ex vitis Pontificum, & innumeris Romanorum Antiſtitum Catalogis, ex quibus etiam tempora ſequentium Romanotum Epiſcoporum innoteſcent.

A NEc verò loco iſto ſilendum eſt de Aphrodiſio primo Epiſcopo Biterrenſi, quem circa hunc annum mortuum eſſe cnnſtat ex Claudin Robertn in Gallia Chriſtiana; & ex Touſſann Bridoul in Triumpho Virginis 11. Ianuarij: quorum, ex Sauſſayn in Martyrologio, addit hic, Aphrodiſium ciuem fuiſſe Hermopolitanum in Ægyptn, qui Chriſtum Mariam & Ioſeph, olim exules voluntarios ob tyrannidem & rabiem Herndis, in Ægyptn excepit: poſteà verò ad fidem cnnuerſus eſt.

## Anno mundi circiter 4063. Chriſti 80.

COoſtructum eſt templum in Æthiopia in venerationem Beatiſſimæ Deiparæ. Refert enim Franciſcus Aluares, & ex eo Spinellus cap. 49. n. 30. viſum à ſe templum à Candace Æthiopum Regina magnificentiſſimè ædificatum, & Virgini Mariæ conſecratum ac miraculis olim nobilitatum in Auxumo. Etſi autem omnes Æthiopum Reginæ, teſte Strabone, Candaces nominatæ olim fuerint; aſſerunt tamen Æthiopes eam quæ templum iſtud poſuit, illam fuiſſe cuius Eunuchus baptiſmo luſtratus eſt, vt dicitur Actorum cap. 8. vnde facilè colligitur circa hæc tempora templum hoc fuiſſe erectum.

## Anno mundi 4074. Chriſti 91. Clemens huius nominis primus in Pontificatu Romano ſuccedit Cleto ob Chriſtum interfecto.

## Anno autem mundi 4078. Chriſti 95.

IOannes Euangeliſta, ante biennium relegatus in Patmon inſulam, Apocalypſim ſcribit myſteriorum pleniſſimam, vt habet Irenæus libro 5. & Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & alii. Inter hæc myſteria cap. 12. mulierem depinxit amictam Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona Stellarum duodecim, &c. quam vocat *Signum magnum*. Quamuis hoc Signum magnum non pauci Patres pro Eccleſia accipiant: in eodem etiam plerique Deiparam putant repræſentari. Sic Epiphanius, hæreſi 78. contra Antidicomarianitas. Ambroſius, in Apocalypſim. Auguſtinus, lib. 4. de Symbolo ad Catechumenos cap. 1. & in pſalmum 42. circa trientem. Bernardus ſermone, *Signum magnum*. Bonauentura, in laude B. Virginis. Albertus Magnus, in cap. 1. Matthæi. Carthuſianus, lib. 3. de laudibus Virginis art. 29. Bernardinus, tomo 1. concione 61. art. 2. cap. 1. & tomo 3. ſermone 1. de nomine Mariæ art. 1. cap. 3. Antoninus, 4 parte, titulo 15. cap. 20. & præter multos Scripturæ Interpretes, Caniſius, lib. 1. operis Marialis cap. 2. Nouarinus, in vmbra Virginea, n. 98. Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9. §. 3. n. 8. Spinellus, cap. 31. n. 1. Et certè quem non delectet contemplari, quæ Ioannes dicit, quòd mulier illa ſit amicta Sole; quòd Luna ſub pedibus eius; quòd draco magnus ac rufus habens capita ſeptem & cornua decem, & in capitibus diademata ſeptem perſequebatur eam; quòd ſit capite ſtellis coronato; quòd datæ ſint illi alæ duæ aquilæ magnæ quibus confugeret in tutum ac ſecretum locum; quòd peperit filium maſculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, & qui raptus eſt ad Deum & ad thronum eius. Hæc enim omnia quamuis ad literam ſint congruentia Eccleſiæ militanti, etiam Virgini conueniunt parienti electos. Adde quòd, vt loquitur Auguſtinus, ſermone 10. de tempore, *Beatiſſima Virgo Maria, quæ caput noſtrum integrum integra peperit; etiam ipſa figuram in ſe Sanctæ Eccleſiæ demonſtrauit.*

## Anno mundi circiter 4080. Chriſti 97.

ERectum dicitur Biturici à Sancto Vrſino Sacellum in honorem B. Deiparæ, quod Sacellum Claudius Robertus, in Gallia Chriſtiana, Catalogo Epiſcoporum Bituricenſium, vocat *S. Mariæ de Salis*. De quo etiam loquuntur Ioannes Chenu, & Vincentius Charron in Calendario 9. Nouembris n. 1.

Sanctus quoque Ioannes Apoſtolus, circa hæc tempora, nouiſſimus omnium Euangelium ſcripſit aduerſus Cerinthum, Ebionem, alióſque hæreticos, qui dixerant Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Quod patet ex Irenæo, lib. 3. cap. 1. Epiphanio, hæreſi 51. Petauio, lib. 13. de doctrina temporum. In hoc Euangelio diuinam initio propoſuit Chriſti generationem, multáque ac præclara retulit de Beata Virgine, quæ erant ab aliis Euangeliſtis prætermiſſa: præſertim cap. 2. de miraculo in Cana Galilææ facto interceſſione Deiparæ, & cap. 19. de perſeuerantia eiuſdem Deiparæ ad filij crucem & mortem.

## At anno mundi 4082. Chriſti 99.

MOritur idem Ioannes Apoſtolus poſt annos à Paſſione Chriſti octo & ſexaginta, vt habetur ex Hieronymo de Scriptorib. Eccleſiaſticis. Natus erat annos duos & nonaginta quando obiit. Vt ex Epiphanio, hæreſi 51. colligit Petauius, lib. 13. de doctrina temporum. Fuit autem Ioannes virgo perpetuus, cui virgini Chriſtus virgo Matrem Virginem de cruce commendauit, quam & in peregrinatione in Aſiam comitatus eſt, & ſollicitè obſeruauit; a qua etiam viciſſim multas gratias obtinuit.

## Anno mundi 4083. Chriſti 100. vel certè non longè hinc.

EVolaſſe dicitur ex hac vita in meliorem Euodius in Antiochena Sede Petri Apoſtoli ſucceſſor, vir, ob gratiam contemplationis, appellatus Diuinus, ob Marianam deuotionem conſpicuus, & hoc præſertim libro, quem *Lumen* inſcripſit, in quo Chronologiam Diuæ Virginis expreſſit, multùm ſanè commendabilis. De eo & de libro eius agit Marraccius, & ante eum Nicephorus, libro 2. cap. 3. Hiſtoriæ ſuæ, atque Euthymius in cap. 3. Ioannis, aliique paſſim.

## Anno mundi 4084. Chriſti 101. Anacletus Athenienſis Sancto Clementi martyri ſufficitur.

AD quod inſuper tempus Demochares de Miſſa, cap. 37. reuocat ædificationem Eccleſiæ de nomine Deiparæ Virginis apud Tungros, quam miracula & conſpicuam fecerunt, & peregrinantium multitudine inſignem. Huiuſce Eccleſiæ materiam diuinitus fuiſſe allatam ſcribit Gononus in Chronico B. Deiparæ ad annum Chriſti 67. ex Balinghem & aliis. Conditam fuiſſe a Sancto Materno B. Petri Apoſtoli diſci-

pulo, omnes conſentiunt; ſed non conſentiunt ei quod habet Balinghem in Calendario 14. Septembris n. 5. eam eſſe primam omnium Eccleſiarum infra Alpes de nomine Diuæ Virginis conſtructam. Nam & Auenione, & Maſſiliæ & aliis in locis ſuprà à diuerſis notauimus ædificatas infra Alpes.

### Anno mundi 4085. Chriſti 102.

A IDem qui ſuperiùs Maternus iterum apud Hunnos aliam dedicat Eccleſiam in honorem Virginis, quod ſimiliter habemus ex Demochare loco ſuprà citato.

### Anno mundi 4086. Chriſti 103.

A ELxai ſiue Helxeus, ſceleſtiſſimus pſeudopropheta Iudaici generis, Chriſtum pernegat eſſe Deum; & Chriſtiparam, Virginem permanſiſſe. De eo Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & Baronius ad annum 105. & Epiphanius hæreſi 19. agunt.

### Anno autem mundi 4091. Chriſti 108.

A IGnatios Antiochenos Epiſcopus, Romæ in amphitheatro leonum dentibus coram Traiano ac Senatu pro Chriſto diſcerpitur. Huius eſt epiſtola ad B. Virginem; & reſponſio S. Virginis ad ipſum. de qua iam ſuprà ad annum Chriſti 56. litera G. De his Lucius Dexter coæuus Hieronymi ſic loquitur ad annum Chriſti 116, *Epiſtolæ S. Ignatii ad Beatam Virginem celebres habentur.* Semper verò honorificè Ignatius de Maria loquitur, vt quando vocat omnibus gratiis abundantem, aut in ea dicit naturam ſanctitatis Angelicæ naturæ humanæ ſociari. Ex quibus verbis Salazar de Conceptione cap. 42. ſæculo 1. vult confici immaculatam à peccato eſſe Virginis Conceptionem. Mortuum autem ac diſcerptum hoc anno Ignatium habes ex Euſebio, cap. 35. libri 3. ex Chryſoſtomo oratione 5. in Ignatium. Ex Petauio lib. 13. de doctrina temporum.

Anno Mundi 4093. Chriſti 110. Euariſtus, natione Græcus, Anacleto ſuccedens præeſt Eccleſiæ. Atque

Anno Mundi 4102. Chriſti 119. Alexander, Romanus, ſubrogatur in Eccleſiæ regimen mortuo Euariſto. At

### Anno Mundi 4103. Chriſti 120.

A RVrſum Diuus Maternus ædificaſſe perhibetur Dionanti ædem in honorem Diuæ Virginis. Qua de re Demochares cap. 15. de Miſſa, paginâ 22.

Anno verò mundi 4113. Chriſti 130. Sixtus huius nominis primus, natione Romanus, Alexandro Papæ atque Martyri ſufficitur.

Anno autem mundi 4117. Chriſti 134.

A CErdo impiè negat Chriſtum eſſe mulieris filium, negat in ſubſtantia carnis verè apparuiſſe, verè natum ac paſſum, ſed phantaſticè tantùm: ſicque Virgini Mariæ matris Dei dignitatem adimit. Cerdonis diſcipulus Marcion, Stoicus Philoſophus, genere Ponticus ex vrbe Sinope, reiecto veteri teſtamento, de nouo mutilauit quicquid ageret de carne & generatione Domini Chriſti, quam ipſe pernegabat. Marcionis fœtus Apelles Chriſtum neque in phantaſmate dixit fuiſſe, neque in ſubſtantia veri corporis; ſed, in eo quòd è ſuperioribus partibus deſcenderat, ipſo deſcenſu ſyderеam ſibi carnem contexuiſſe; in aſcenſu verò quas acceperat partes repoſuiſſe, ſicque diſperſis quibúſque corporis ſui particulis, in cælos Spiritum tantùm reuexiſſe. Qui omnes, vt patet, Matrem Domini abuſiuè tantùm, non verè matrem agnoſcebant, non ſine graui in illam iniuria. De his fidei perduellibus agit ad annum Chriſti 146. Baronius. Et Tertullianus, libro de præſcriptione cap. 51. ac libro 3. contra Marcionem. Irenæus lib. 1. cap. 29. Philaſtrius. Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & alij peruerſa dogmata horum Scelerum & deteſtantes & exagitantes. At

Anno mundi 4123. Chriſti 140. Teleſphorus, Græcus anachoreta, Papæ Sixto Martyri ſuccedit: &

Anno mundi 4128. Chriſti 145.

A RAbbinus, quem Haccados vocant, teſte Galatino, libro 7. de arcanis Catholicæ veritatis, cap. 4. Meſſiæ matrem his verbis illuſtrat. *Sicut abacus eſt armarium quod principes conficiunt, vt auri & argenti vaſcula in eo recondant, ſuámque gloriam & opes ibi repoſitas omnibus oſtendant: ita Regis Meſſiæ mater erit armarium, quod Deus ipſe conſtruxit, vt Meſſias in ea ſedeat ad Maieſtatis ſuæ gloriam, mortalibus omnibus manifeſtandam.* Vixiſſe Rabinum iſtum vult Caniſius, lib. 2. de B. Maria, cap. 2. ante parentes B. Virginis, fortè anno ante Chriſtum nonageſimo nono. Sed videtur probabiliùs vixiſſe anno Chriſti 145. vel circa hunc annum, quo Antoninus Pius Conſul factus eſt ex Petauio, lib. 13. de doctrina temporum: ad quem Antoninum reſponſiones ſcripſiſſe putatur Rabbinus hic, quem Iudæi honoris causâ Sanctum appellitant. Verùm

### Anno mundi 4129. Chriſti 146.

A VEhementiùs graſſabatur Marcionæum dogma contra Virginis puritatem, quod generosè impugnare cœpit Sanctus Iuſtinus Philoſophus, qui poſteà martyr extitit: necnon etiam contra Tryphonem nefarium Iudæum fœcunditatem Virgineam aſſeruit, libro illo qui Dialogus cum Tryphone inſcribitur. Et prætereà in quæſtionibus ad Orthodoxos, quæſt. 136. Mariæ

eximiam virtutem, puritatémque animæ non demiſsè commendat. *Non quamlibet*, inquit, *fœminam elegit Deus, ſed omnium fœminarum virtutibus excellentiſſimam*, &c. Deinde

Anno mundi 4135. Chriſti 152. Poſt ſublatum martyrio Teleſphorum, continuat ſeriem Romanorum Pontificum Hyginus Athenienſis. Atque

Anno mundi 4136. Chriſti 153.

VAlentinus hæreſiarcha Romam venit, anno videlicet Hygini ſecundo, vt habet Petauius, libro 13. de doctrina temporum, & ante eum Irenæus, libro 3. cap. 4. & Euſebius, libro 4. hiſtoriæ, cap. 10. Inter varias ille ſuorum errorum quiſquilias hanc in primis fouebat B. Virgini iniurioſiſſimam: Ieſum Chriſtum ſic natum de Virgine, vt ex ea nihil acceperit, ſed per ipſam velut per canalem tranſierit, carnemque è cælo deuexerit. Ita Baronius ad annum Chriſti 145. Poſt hæc A

Anno mundi 4139. Chriſti 156. Pontificatûs ſedem ingreſſus eſt Pius primus, Aquileienſis, turbine perſecutionis extincto martyre Hygino.

Anno item mundi 4148. Chriſti 165. rurſum perſecutionis æſtu è viuis abrepto Pio Pontifice Sedem Apoſtolicam tenuit Anicetus, Syrus. Sub cuius Pontificatu

Anno circiter mundi 4153. Chriſti 170.

MElito Sardicenſis Epiſcopus florebat: imò hoc anno pro Chriſtianis Apologiam edidit, vt vult Petauius, libro 13. de doctrina temporum, poſt Euſebium in Chronico & libro 5. hiſtoriæ, cap. 2. Huic Melitoni, inter cætera quæ ſcripſit, attribuitur liber, qui titulum haber; De tranſitu Virginis, & legitur in tomo 2. Bibliothecæ Patrom. Enimuero hic liber, etſi non pauca contineat, quæ apud Damaſceoum, Metaphraſtem, Andream Cretenſem, & alios reperiuntur, adnumeratur inter apocryphos, & indignus eſt, inquit Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui tanto viro tribuatur. A

Anno 4156. mundi, Chriſti 173. Soter, Fundis in Campania natus, Aniceto Martyri ſuffectus, Vicarius Chriſti factus eſt. Et poſt annos fermè quatuor

Anno mundi 4160. Chriſti 177. Eleutherus, Nicopolitanus, ſubrogatur Soteri pulcherrimâ morte pro Chriſto oppetitâ conſpicuo.

At anno mundi 4161. Chriſti 178.

A IRenæus, vir doctiſſimus & ſanctitate illuſtriſſimus, de quo Hieronymus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis agens, dignè loquitur, factus eſt Lugdonenſis Epiſcopus, altero videlicet Eleutheri Pontificatûs anno: vt cognoſcitur ex Euſebio, libro 5. cap. 6. Inter cætera, quæ pulcherrima ſcribendo nobis reliquit, inſignes ſunt quinque libri aduerſus Valentinum Matemitatis Dei hoſtem nequiſſimum. In horum tertio cap. 33. pulcherrimam inſtituit antitheſim Euam inter & Mariam. *Nam*, inquit, *ſicut Eua inobediens facta & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt mortis: ſic & Maria, habens prædeſtinatum virum, tamen Virgo obaudiens, & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis*, &c. Quibus ſimilia, ſi non etiam præclariora, leguntur lib. 5. cap. 19.

Anno mundi 4175. Chriſti 192. Victor, natione Afer, ſubſtituitur Eleuthero. Et tertio ſui Pontificatûs anno, hoc eſt.

Anno mundi 4177. Chriſti 194.

A THeodotum Coriarium Byſantinum, hæreticum iniurioſum in B. Virginem, cuius videlicet filium aſſerebat eſſe tantummodò hominem, ab Eccleſia idem Victor eiecit. De qua re Epiphanius, hæreſi 54. Euſebius, lib. 5. cap. 27. Petauius, de doctrina temporum lib. 13. Quo etiam tempore Theodotus alter argentarius, ſiue trapezita, vt refert Baronius ad annum Chriſti 196. ex Euſebio citato, & Theodoreto, Chriſto diuinitatem eripuit; quem aſſerebat quidem ex Spiritu Sancto & Maria Virgine conceptum & natum, ſed inferiorem quàm Melchiſedech, quòd dictum ſit de eo: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Nam illum Melchiſedech præcipuæ gratiæ cæleſtem eſſe virtutem; & quod agit Chriſtus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipſorum factus, Melchiſedech facere pro cæleſtibus Angelis atque virtutibus: eſſéque illum adeò Chriſto meliorem, vt apator, amator, agenealogicus ſit, cuius initium neque finis comprehenſus ſit, aut comprehendi poſſit. Hæc de eo Tertullianus lib. de præſcriptione, cap. vltimo.

Anno mundi 4183. Chriſti 200. hoc eſt initio ſæculi tertij poſt Chriſtum natum decurrentis.

A FLorebat & ſcribebat Tertullianus, Afer Carthaginienſis, omnibus ſcientiis inſtructus, & Latinorum omnium iſtius temporis diſertiſſimus, vt colligitur ex libro primo, cap. 15. quem ſcripſit contra Marcionem, & ex Apologetico, cap. 4. Hic quamuis non rarò excellenter de S. Dei genitrice loquatur, nonnunquam tamen duriùs de eadem diſſerit, vt præſertim libro de

carne Chriſti, in quo negare videtur, Mariam clauſo vtero peperiſſe, dum ait ipſam patefacti corporis lege peperiſſe. *Sed hæc*, inquit Beatus Renanus ad dictum Tertulliani librum, *ſunt boni conſulenda in tam vetuſto Scriptore*; addo in Scriptore illo, qui eodem libro & alibi ſæpè eloquentiâ mirabili Deiparam exornat, & qui de hac re nec legem Eccleſiæ acceperat, nec aliis legem credendi promulgare volebat: quomodo etiam eum excuſat Caniſius lib. 4. de B. Maria cap. 27. præſertim cùm frequenter Tertullianus inculcet, Mariam poſt partum & in partu manſiſſe Virginem. Lege librum eius de Virginibus velandis; lege & librum de præſcriptionibus, vbi ait: *Quod Eua credendo ſerpenti deliquit, Maria credendo Gabrieli deleuit.* Licet ergo in multis Tertullianus reprehendendus ſit, in hoc tamen non parum laudandus eſt, quòd de Sancta Virgine & pulchra loquitur & præclara ſentit.

## Anno mundi 4184. Chriſti 201.

## Zephirinus, patriâ Romanus, Victori Papæ & Martyri ſuccedit. Cuius tempore, videlicet

## Anno mundi 4188. Chriſti 205.

A ORigenes Adamantius filius Leonidæ Martyris, annum agens vigeſimum, & virtute & ſcientiâ clareſcere incepit. Vt habetur ex Euſebio lib. 7. hiſtoriæ cap. 1. & aliis locis. De hoc cum multa dici poſſint, tum hoc inter cætera, quòd B. Deiparæ innocentiam pluribus deprædicat. Homiliâ primâ in 1. caput Matthæi hæc aurea leguntur: *Huius itaque vnigeniti Dei dicitur hæc mater Virgo Maria, digna digni, immaculata ſancti & immaculati, vna vnius, vnica vnici.* Quibus verbis putat Salazarius, libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 3. ſatis ſignificari, Beatiſſimam Matrem ab omni etiam originalis noxæ fumo penitus fuiſſe immunem. Potiſſimùm verò ſi addantur ea, quæ Origenes ſubtexuit introducens Angelum dicentem hæc ad S. Ioſephum: *Accipe ergo eam, ſicut commendatum cæleſtem theſaurum & Deitatis diuitias, ſicut pleniſſimam Sanctitatem ſicut perfectam iuſtitiam: Accipe eam ſicut vnigeniti manſionem, ſicut honorabile templum, ſicut domum Dei, ſicut Creatoris omnium propriam, ſicut Regis & cæleſtis Sponſi domum immaculatam, &c.* Quæ licet præclara, non tamen impediunt, quò minùs fatendum ſit, Origenem nonnunquam paulò duriùs locutum eſſe de Virgine: vt præſertim homiliâ 14. in Sanctum Lucam, vbi negare videtur Mariam peperiſſe clauſis vteri ianuis. Excuſari ſolet, vt antè Tertullianus in ſimili caſu excuſatus eſt.

## Anno mundi 4193. Chriſti 210.

A CElſus Epicureus Philoſophus, impudentiâ inſignis, ſcriptis octo libris caſtigari meruit ab Origene, eóque inter cætera nomine, quòd auſus eſſet in Maria taxare nobilitatem generis, eam nominando puellam, nec fortunatam, nec regiam, adeóque ſuæ vix viciniæ notam, ſed potiùs exoſam. Vide eundem Origenem, libro 1. & 2. in Celſum. Imò etiam ex recentioribus Caniſium, lib. 1. operis Marialis, cap. 3. de nobilitate ac regia genealogia Deiparæ ſplendidè diſſerentem.

## Anno mundi 4202. Chriſti 219.

## Calliſtus, huius nominis primus, poſt Zephirinum Eccleſiæ regimen ſuſcipit; cuius Pontificatûs anno circiter altero, hoc eſt

## Anno mundi 4203. Chriſti 220.

A FLoruiſſe dicitur S. Laurentius Syrus, qui Farfæ in Tuſcia hoc tempore Eccleſiam in honorem S. Virginis & SS. Ioannis Baptiſtæ ac Ioannis Euangeliſtæ curauit conſecrari; eodémque in loco vitam Eremiticam duxit; ſocióſque collegit, qui vitam diu cum Sanctitate inibi traduxerunt, donec omnia miſerè vaſtantibus Gothis, Farfenſe cœnobium penitus dirutum eſt. Verùm anno Domini 680. inſpiratione diuinâ & B. Mariæ Virginis admonitu, excitatus Beatus Thomas Abbas Ordinis S. Benedicti, à fundamentis monaſterium refecit, Virgini dedicauit, illúdque gubernauit ſingulari tum Sanctitatis, tum Deiparæ, cultu: ac tandem mortuus eſt anno reparatæ ſalutis 706. Hæc refert Arnoldus Vvionius libro 3. ligni vitæ, die decimâ Septembris. Sed

## Anno mundi 4204. Chriſti 221.

A ABſoluta eſt ædificatio S. Mariæ Anicienſis, iam ab anno Chriſti 47. vt ibidem diximus, à Sancto Georgio primo Anicienſi Epiſcopo deſignata, quam tandem hoc anno Euodius, eodem in loco Epiſcopus ſanctitate clarus perfecit. Ita Odo Giſſæus, in hiſtoria de Virgine Anicienſi lib. 1. cap. 14. qui addit cap. 16. eandem fuiſſe dedicatam miniſterio Angelorum, ſicut eidem Euodio reuelatum eſt. Hanc hiſtoriam refert Poiræus in Triplici corona tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 37. editionis ſecundæ; & ex eo Vincentius Charron in Calendario Virginis, 11. Iulii; & vterque dicit iſtam dedicationem accidiſſe anno Chriſti 250. Quin etiam iiſdem conſentit in Gallia Chriſtiana Claudius Robertus loquens de Epiſcopis Podienſibus: Verùm cùm hæc dedicatio in hiſtoria dicatur accidiſſe initio Pontificatûs Calliſti, aut ſaltem nondum Calliſto de viuis erepto, qui poſt quatuor annos martyrio vitam finiit, hæc temporis nota in tantum prorogata cohærere non poteſt. Antequam verò Calliſtus è vita diſcederet, hoc eſt circiter.

## Anno mundi 4207. Chriſti 224.

A IDem Calliſtus ædificauit templum S. Mariæ Transtiberim, in eo loco in quo conſtiterat olim Taberna meritoria, de qua in diebus Auguſti Imperatoris fons olei largiſſimus per totum diem fluxit, vt iam dictum eſt ipſo anno Chriſti nati, & referunt liber de Romanis Pontificibus, Platina in Calliſto, Baronius ad Chriſti annum 221. & alii; qui præterea ex Lam-

pridio in Alexandro aduertunt, quòd, cùm Popinarii hunc tabernæ meritoriæ locum ægrè ferrent à S. Calliſto & Chriſtianis occupari, ſibique vendicare contenderent; ab eodem tamen Alexandro quantumuis Ethnico fuêre reiecti, Chriſtianiſque locus ille adiudicatus eſt ex Reſcripto, quo reſpondit melius eſſe, vt quomodocunque illîc Deus colatur, quam vt Popinariis dedatur. Quomodo verò tandem Calliſtus eandem S. Mariæ Eccleſiam erexerit in titulum; quomodo inter titulos Cardinalium enumerari ſoleat primo loco; quæ & quibus diebus ſint in ea ſtationes atque Indulgentiæ, & ſimilia nonnulla, videri poſſunt apud Baronium citatum, & apud Spinellum tractatu de templis Deiparæ, n. 19. paginâ 725. His geſtis & multis aliis.

Anno mundi 4209. Chriſti 226. Calliſtus palmâ martyrij clarus migrauit in cælum, & locum eius in Pontificatu tenuit Vrbanus, patriâ Romanus, huius nominis primus. Sub quo

Anno mundi 4213. Chriſti 230.

A SAncta Cæcilia Virgo Romana; quæ cum Valeriano ſponſo cælibem vitam in coniugio ſeruabat, imitata exemplum B. Deiparæ cum Ioſepho deſponſæ, ſub Almachio Præfecto Virginitatem martyrio conſecrauit, vt habet Martyrologium Romanum; & Perauius, libro 13. de doctrina temporum; & Acta eiuſdem apud Surium vberiùs; necnon ibidem Acta Valeriani, qui martyrio quoque ſublatus eſt. Quomodo autem precibus Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſacra Cæciliæ lipſana ſubtracta fuerint furori Lombardorum Vrbem deuaſtantium, pertinet ad annum Chriſti 821. Quare illùc iis reiectis.

Anno mundi 4214. Chriſti 231. Vrbano martyri Pontianus ſuccedit.

A QVo etiam anno floruit Theodorus, qui & Gregorius appellatus eſt, cognomento Thaumaturgus, quod docet Petauius ex Euſebio, lib. 13. de doctrina temporum. Factum eum fuiſſe Neocæſarienſem Epiſcopum anno decimo Alexandri Seueri ſcribit Baronius ad annum Chriſti 233. Huic Sancto Gregorio, cùm eſſet ſollicitus de ſuo grege erudiendo in fide Catholica, variis Eccleſiam dinexantibus hæreſum ſectis, apparuit Dei genitrix cum Ioanne Euangeliſta, Ioannique iuſſit vt Gregorium doceret perfectam fidem Trinitatis, datâ eidem verbatim formulâ ſiue regulâ; quam mox Gregorius elapsâ viſione ſcriptis mandans poſteà in Eccleſia explicuit, & poſteris prædicandam reliquit; quam & Orientalis & Occidentalis Eccleſia cognitam comprobauit, & vt Sacroſanctum depoſitum cælitus collatum religioſiſſimè cuſtodiuit. Recitat illam Nyſſenus in vita Gregorii, habetúrque deſcripta in quinta œcumenica Synodo. Scripſit item Thaumaturgus de Annunciatione B. Virginis ſermones tres, ſi credimus Gerardo Voſſio, qui ſcripta Gregorij collegit; nec eos Bellarminus reiicit, & continentur tomo tertio Bibliothecæ Patrum, ex quibus ſermonibus tum Voſſius, tum Salazarius non pauca collegerunt in Marianæ puritatis certum teſtimonium: Vt cùm ſermone primo dicitur: *Sola ſancta, quam ſolam gratia ex hominum generationibus omnibus elegit*. Et ſermone ſecundo cùm appellatur: *Flos vitæ immaculatus, vitis ſemper vigens, virgo immaculata, arca intrinſecus & extrinſecus deaurata, immaculatam veſtem induta, ſemper vigens immortalitatis paradiſus, &c.* In quibus locis maximè notanda eſt vox illa, *ſemper*, quæ puritatem Virgineam vſque ad ipſum caput originis extendit. Sed ex his etiam ſermonibus apertè colligitur, iam longè ante tempora Gregorij Thaumaturgi celebratum fuiſſe in Eccleſia feſtum Annunciationis *B.* Virginis, nec dubium eſt celebratum ab Apoſtolis fuiſſe, non minùs quam feſta Natalitij Chriſti, Reſurrectionis, Aſcenſionis & alia eiuſmodi, cùm non ſit inferius illis. Sed de hoc feſto vide Spinellum tractatu de feſtis Deiparæ n. 5. paginâ 714. ex quo diſces, illud olim celebrari ſolitum die decimo octauo Decembris: quia licet hoc myſterium acciderit vigeſimo quinto Martii, occupatio tamen Eccleſiæ circa Domini Paſſionem, & ſimiles feſtiuitates, non patitur cultum idoneum tam læto ac magnifico myſterio. Ita Concilium Laodicenſe cap. 51. & Toletanum X. cap. 1. Romana tamen Eccleſia diem ipſum vigeſimum quintum Martii, in quo Verbum caro factum eſt, retinendum cenſuit; quem etiam Græci retinent, vt conſtat ex eorum Menologio: imò iam omnes.

Anno mundi 4218. Chriſti 235. Anterus natione Græcus, ſubrogatur Pontiano martyri, & paulò plus vno menſe Pontificatu occupato, ipſe martyrio ſublatus, locum Fabiano reliquit. Fabianus ergo hoc anno fit Pontifex. Ad hæc tempora, hoc eſt

Ad annum mundi circiter 4223. Chriſti 240.

A FVrente Decianæ perſecutionis contra Eccleſiam turbine, frequentatum fuiſſe in Eccleſia Orientali Litaniarum vſum, quibus Sacra Virgo & reliqui Cælites inuocantur, ſcribit Ferreolus Locrius, in Chronica Anacephalæoſi Mariæ Auguſtæ.

Ad annum item mundi circiter 4233. Chriſti 250.

A FLoruiſſe Chryſippum Ieroſolymitanum Preſbyterum Salazarius ex Photio putat libro de Conceptione, cap. 42. ſæculo 3. Alij, vt Spinellus, reiiciunt ad ſæculum quintum. Margarinus ad ſæculum ſextum. Tomo ſexto Bibliothecæ Patrum habetur eius oratio, quæ dulcior melle tota ſoluitur in laudes & encomia Virginis. Inſigniora ſunt iſta: *Tuum eſt veriſſimè audire iſtud, gratiâ plena, quia tecum eſt vniuerſus lætitiæ theſaurus: totius lætitiæ & gratiæ Rex cum ancilla, cum ſpecioſa inter mulieres, ſpecioſus formâ præ filiis hominum; cum puellâ impolluta,*

*impolluta ; is qui ſanctificat, omnia.* Et paulò poſt : *Obliuiſcere populum tuum, ô Virgo ; populus enim à quo cognationem contraxiſti, nequam eſt, ignominiam tibi affert ; populus imprudens tibi irreprehenſa, &c.* Quæ etiam pro immaculata Conceptione facere poſſunt.

Furere verò etiamnum his temporibus incipiunt in Chriſtum & Matrem eius Helceſitæ atque Cathari ſiue Nouatiani ; quorum hi, vt docet Guido Carmelita, ſuſtulerunt omni ſtudio inuocationem Beatiſſimæ Deiparæ, vniuerſúmque eius cultum. Quos in eiuſmodi dementia recentiſſimè imitantur noſtri decimi ſeptimi ſæculi impij Nouatores.

Anno Mundi 4234. Chriſti 251. Cornelius patriâ Romanus, poſtquam Sedes Pontificia vltra annum vacauit, tandem Pontifex creatus eſt : quo gubernante Eccleſiam

Anno ſcilicet mundi 4235. Chriſti 252.

Accidiſſe dicitur nobile martyrium Sancti Galactionis, & eius coniugis Sanctæ Epiſtemes, qui coniugium Marianum vnanimi Virginitatis amore & propoſito repræſentarunt. De his Martyrologium Romanum 5. Nouembris. Et eadem die Franciſcus Lahier in magno Menologio Sanctarum Virginum.

Anno autem mundi 4236. Chriſti 253. Lucius, Romanus, hoc nomine primus, Cornelio martyri in regimine Eccleſiæ ſuccedit : & duobus poſt annis, ſcilicet

Anno Mundi 4238. Chriſti 255. Stephanus, huius nuncupationis primus, Lucij Pontificis ob Chriſti fidem interfecti, munus & potentiam ſubintrat.

A Hvius tempore Zeno Epiſcopus Veronenſis, & martyr ſub Gallieno Auguſto, ſanctitate & doctrinâ floruit. Ita, poſt Eccleſiam Veronenſem, cenſet Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Inter opera autem, quæ multa ſcripſit Zeno, non pauci ſermones habentur, in quibus valde honorificè ac deuotè de Matre Dei verba facit, præſertim ſermone 2. & 3. de Natiuitate Chriſti, qui ſermones leguntur tomo 3. Bibliothecæ Patrum paginâ 111. Hinc pauca ſubripio ex 2. illo ſermone. *Deus, Dei filius*, inquit, *tempore conſtituto, diſſimulatâ interim maieſtate, ab æterna ſede profectus in prædeſtinatæ Virginis templo ſibimet caſtra metatur, quibus latenter infunditur in hominem gigniturus, ibidemque, ſaluo quod erat, meditatur eſſe quod non erat. Mixtus itaque humanæ carni ſe fingit infantem. Mariæ ſuperbus emicat venter non munere coniugali, ſed fide ; verbo, non ſemine : decem menſium faſtidia neſcit, vt pote quæ in ſe Creatorem mundi concepit : parturit non dolore ſed gaudio. Mira res ! exultans exponit infantem totius naturæ antiquitate maiorem, &c.* Et ſermone 3. *Mira res* ! inquit, *Concipit Maria de ipſo, quem parit ; tumet vterus maieſtate, non ſemine : capitque Virgo, quem mundus mundique non capit magnitudo, &c.* At

Anno mundi 4240. Chriſti 257. Mortuo per nobile fidei martyrium Stephano, ſufficitur in locum eius Sixtus huius nominis ſecundus, Athenienſis : quo moderante plebem Dei, & vix adhuc Pontificis munus ingreſſo,

Anno mundi 4241. Chriſti 258.

A Cyprianus Carthaginienſis Epiſcopus martyrium in Africa ſubiit, Carthagine in oculis populi ac gregis ſui. Sic Pontius notat in eius vita, & Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ac Petauius lib. 13. de doctrina temporum. Facit Cyprianus multis quidem locis de perpetua Mariæ ſanctitate verba, ſicut & de virginitate : in oratione verò de Chriſti Natiuitate hæc habet ex multis aliis ſelecta : *Plurimùm à cæteris differens naturâ communicabat non culpâ : Matri plenitudo gratiæ debebatur.* Ex quibus vult confici Salazarius de Conceptione, cap. 42. ſæculo 3. immaculatam Conceptionem Deiparæ, & eiuſdem perpetuam ac perfectam gratiam, non fuiſſe ignotam Cypriano. Sed &

B Cypriano coæuus fuiſſe dicitur Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus : & fuiſſe conſtat ex Hieronymo atque Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Is quamplurima quidem ſcripſit, ex quibus tamen vix vna epiſtola contra Paulum Samoſatenum ad noſtram ætatem peruenit, in qua nominat Sanctam Virginem *ſolam filiam vitæ, non ſeruum ſed Sanctum tabernaculum, Matrem à pedibus vſque ad caput benedictam* : & alia plurima quæ coaceruat, in quibus vt teſtatur affectum ſuum in Mariam, ita de immaculata eius Conceptione non leuia documenta porrigit, vt videtur Salazario paulò antè citato. Non multò poſt Cyprianum Dionyſius obiit, vti teſtatur Bellarminus. At

Anno Mundi 4242. Chriſti 259. Dionyſius Græcus, ex Monacho fit Papa, & ſedet loco *B.* Sixti, quem Valeriani Imperatoris rabies in Chriſtianos inflammata coronâ inſignem martyrij tranſmiſit in cælum. Tempore autem Dionyſij.

Anno circiter mundi 4243. Chriſti 260.

A Non improbabiliter contigit, quod ad hunc eundem annum Spinellus refert tractatu de templis, n. 15. paginâ 730. Ipſum met Diony-

ſium Papam dedicaſſe ſuam domum io ædem B. Deiparæ, quæ a ptoxiuno literarum Græcarum gymnaſio appellata eſt *Sancta Maria à Schola Græca.* Quam ædem vetuſtate collapſam reſtituit Stephanus tertius Pontifex maximus; auxit Sanctorum reliquiis Paulus primus; inſigni apparatu exotnauit Adrianus primus, ita vt ab ædis ornatu in poſterum dicta ſit, *S. Maria in Coſmedin*; Denique Pius quintus decorauit imagine Dei genitricis, quæ in cuiuſdam Domus pariete depicta multis clarebat miraculis. Eſt verò hæc ædes inter antiquas Cardinalium Diaconias annumerata. Sub eodem adhuc Dionyſio Pontifice.

Anno potiſſimùm mundi 4248. Chriſti 265.

BAcchari inſolentiùs pergunt duæ contrariæ A hæreſes, vt in Trinitatem infenſæ, ita in Deiparam nimis iniurioſæ. Prima authore Sabellio in diuinis tribus perſonis realem diſtinctionem expungendo, non minùs quàm Filium, Patrem aiebat & Spiritum Sanctum incarnatos, natos & paſſos; & ita B. Virginem non magis aſſerebat eſſe matrem Filii, quam Patris aut Spiritus Sancti. Altera authore Paulo Samoſateno, Antiocheno Epiſcopo, non tantùm expungebat diſtinctionem in perſonis diuinis: ſed præterea auferebat omnem coniunctionem diuinæ eſſentiæ cum natura humana in Chriſto, Chriſtúmque aſſerebat eſſe purum hominem, adeóque reiiciebat à Virgine Maternitatem Dei. Contra has peſtes non vnâ tantùm vice cogendæ fuerunt Synodi; & hoc anno vna coacta eſt Antiochiæ, vt habetur ex Euſebio, lib. 7. hiſtoriæ, cap. 22. & ſequentibus. De erroribus iſtis agunt Philaſtrius, Epiphanius, Theodoretus, Baronius ad annum Chriſti 260. & 265. & alij.

Anno autem mundi 4254. Chriſti 271. Fœlix Romanus, huius nominis primus, ſubrogatur Dyoniſio in Epiſcopatu totius Eccleſiæ. Et

Anno mundi 4258. Chriſti 275. Eutichianus ſuccedit Fœlici martyri. At

Anno mundi 4260. Chriſti 277.

ERumpere cœpit inſana Manichæorum hæreſis authorem habens Manem Perſam; quod A Euſebius aduertit in Chronico, & Petauius, libro 13. de doctrina temporum & alii. Hæc inter infanda innumera obſtinatè negabat Chriſtum carne indutum, natum atque paſſum, adeóque Virgini Matri Maternitatis decus impiè auferebat. Manem poſteà, qui ſe Paracletum iactabat, cute viuum detractâ laniandum canibus Perſarum Imperator obiecit; dignum homine flagitioſo ſupplicium. Id Nicephorus habet, libro 6. hiſtoriæ cap. 31.

Anno autem mundi 4266. Chriſti 283. Loco Eutychiani, quem perſecutoris Gentilis crudelitas cælo maturum demeſſuit, Pontificiam ſedem decorauit Caius, natione Dalmata.

A CVius tempore Chryſanthus & Daria Sanctiſſimi coniuges, Mariæ & Ioſephi excitati exemplo, virginitatis decus in coniugio ſeruarunt: poſtmodùm martyrio nobiliores redditi ſunt ſub Numeriano Imperatore vigeſimo quinto Octobris; quod aduertit Surius, necnon alij vitas Sanctorum digerentes.

Anno inſuper mundi 4279. Chriſti 296. Caio Romano Pontifice pro fide in Ieſum interfecto, Marcellinus fit Papa.

A QVo propemodùm anno, vt vult Miræus libro de Canonicorum Collegiis, Sanctus Piatus Neruiorum illuſtris Apoſtolus; Tornaci, vbi demum martyrio coronatus eſt Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, S. Mariæ Tornacenſis vetuſtiſſimam Eccleſiam inchoauit, quæ nunc eſt collegium cathedrale & ſedes Epiſcopi. Paulò poſt

Anno circiter mundi 4283. Chriſti 300.

A TOleti, vt docet Ferreolus Locrius, Mariæ Auguſtæ lib. 4. cap. 18. paulùm remittente Diocletiani inſanâ in Chriſtianos procellâ, ædem Diuæ Virginis conſtruxit Sanctus Eugenius eiuſdem ciuitatis Epiſcopus. Quam poſteà, licet S. Ildephonſi gratiis à B. Deipara receptis vehementer celebrem, tamen anno Chriſti 714. Mauri inſolentiſſimè per Hiſpaniam graſſantes, vrbe in deditionem acceptâ, ſuis execrandis ritibus inhoneſtarunt. At

Anno mundi 4285. Chriſti 302.

A FLoret Antiochiæ illuſtre par coniugum Iulianus & Baſiliſſa, virginitatem in connubio ſeruans. Hos ipſo nuptiarum die, qui hyeme contigit, cæleſti roſarum ac liliorum fragrantiâ exhilarauit Chriſtus Sanctorum cœtu comitatus apparens; itémque Virgo Deipara Sanctarum Virginum ſtipata agminibus: qui coniugum horum aureas capitibus impoſuêre coronas, totâ interim illa Sanctorum feliciſſima turba feſto hilarique Cantico ſuccinente. Qui cum Chriſto erant, *Viciſti*, cantabant, *Iuliane, viciſti.* Quæ autem cum Deipara: *Beata es*, occinebant, *Baſiliſſa, quæ terrenas delicias ſpernens ad æternam gloriam te præparaſti.* Hæc fuſiùs habes in Metaphraſte, Lipomano, Surio. Et de Iuliano ac Baſiliſſa mentionem pulcherrimam faciunt, Martyrologium Romanum ad 9. Ianuarij, Beda, Vſuardus, Ado, Mombritius & alii permolti. Sequente autem

Anno mundi 4286. Chriſti 303.

A ILluſtris Romæ fuit S. Agnetis victoria, vt notat Petauius, de doctrina temporum libro 13.

In ea laudanda, omnis Sanctorum Patrum deuotio laborare videtur. Inter cæteros Maximus Taurinenſis homilia in Natali Agnetis, eam *Mariæ pediſequam* appellat. Ipſa verò publicè Deiparæ virginitatem laudans & confitens de Chriſto dicebat: *Cuius mater Virgo eſt, cuius pater fœminam neſcit, cui Angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur; quem cùm amauero caſta ſum, cùm tetigero munda ſum, cùm accepero virgo ſum.* Virginitatis nobile martyrium hoc tempore Agnes coniunxit decimo tertio ætatis ſuæ anno. Surius id habet 21. Ianuarij. Dein

## Anno mundi 4287. Chriſti 304. Marcellus fit Romanus Epiſcopus Marcellini martyris ſubintrans locum & curam paſtoralem.

QVo eodem anno Methodius primùm Olympi, poſteà Tyri Epiſcopus martyrium ſubiit in Chalcide Græciæ. Hunc non bene Gononus in Chronico S. Deiparæ, reponit ad annum 230. quaſi hoc anno ſua morte ſæculum, vt ait, ſecundum illuſtrarit, cùm iam peruenerimus ad quartum Chriſti ſæculum. Obiit enim vigeſimo Diocletiani, id eſt, hoc anno, quod habent Hieronymus & Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Fuit autem Methodius & ſanctitate & doctrina clarus, & præſtans in amore Diuæ Virginis, quod non parum teſtatur nobilis illa oratio, quam de Purificatione S. Mariæ ſcripſit. Delibo hæc pauca, quæ ſub finem effundit: *Salue amoris Dei patris theſaure, Salue filii erga genus humanum fons propenſionis, ſalue Sancti Spiritus mens inumbrate. Fulguraſti ô genitrix, ſuauia nobis dona producens, &c.* Vide Bibliothecæ Patrum tomum 3.

## Anno item circiter mundi 4290. Chriſti 307.

ITerum illuſtri martyrio vitam finiit S. Catharina, quam Græci ab Hecate Hecaterinam vocant; Ruffinus autem Dorotheam. Hæc multas à Sancta Dei genitrice gratias ſuſcepit: nominatim cùm ante baptiſmum a Deipara per viſum Chriſto Domino in Sponſam oblata eſt; iterúmque oblata poſt ſuſceptum baptiſma, a Chriſto annulum nuptialem recepit. Maximino reſtitit, & pro fide Chriſti cum quinquaginta Philoſophis, cum Fauſtina Maximini vxore, cum Porphyrio belli Duce, quos omnes ad Chriſtum conuerterat, pulcherrimam mortem ſubiit. Huius virgineum corpus Alexandriâ in montem Sinai ab Angelis mirabiliter delatum eſt. De hac Virgine commemorat Martyrologium Romanum 25 Nouembris. Surius fusè eadem die, Baronius anno Chriſti 307. Ribadeneira in vitis Sanctorum, & multi alii. Adde his, quod notat Balinghem in Calendario 25 Nouembris: Catharinam ſolitam frequenter comitari Sanctiſſimam Virginem, quando illa variis occaſionibus ſe viſendam præbere dignatur mortalibus. Quin &

## Anno mundi 4291. Chriſti 308.

PRocopius martyr, ex Baronio, agonem ſuum conſummauit. Hic, verſibus oraculi Delphici redditi Argonautis, & ex reſponſis Sibyllarum, Chriſtum natum ex Virgine iudici Fabiano probans, deductus ab vrbe Scythopoli Cæſaream capite demum cæſus eſt, vt patent hæc ex eius actis, apud Surium, 8. Iulij.

## Anno mundi, 4292. Chriſti 309. Euſebius Græcus Marcello martyri in Pontificatu ſuccedit: cuius tempore, nimirum

## Anno mundi 4293. Chriſti 310.

PEtrus Alexandrinus Epiſcopus illuſtri martyrio defungitur, vt habet Baronius ad annum 310. & Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & Euſebius, lib. 8. hiſtoriæ cap. 23. & Acta eius apud Surium. Sed notat Baronius, & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 12. §. 5. n. 3. fuiſſe à Petro ædificatum in ciuitate Alexandria templum in honorem Diuæ Virginis, vt populum ſibi ſubiectum ad cultum tam glorioſæ matris vehementiùs inflammaret.

## Anno mundi ſequente 4294. Chriſti 311. per glorioſum martyrij certamen ſublato Euſebio, in eius locum ſubrogatur Melchiades, ſiue Miltiades. At

## Anno Mundi 4295. Chriſti 312.

COnſtantinus Imperator cæleſti Crucis oſtento ad Chriſtianam fidem conuerſus perſecutioni tyrannorum in Chriſtianos finem impoſuit, Maxentium vicit, multa in Chriſtianorum quietem præſtitit, & B. Virginem variis officiis excoluit: de quibus poſteà nonnulla tangentur, quæ collecta Spinellus habet cap. 35. n. 35. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 4. n. 2. Notam verò temporis Petauius lib. 13. de doctrina temporum, Euſebius, lib 9. hiſtoriæ, cap. 3. 4. 8. & libro 1. de vita Conſtantini. cap. 32. ac denique Zozimus, lib. 2. complectuntur. Inde

## Anno mundi 4297. Chriſti 314. Silueſter, patriâ Romanus, ſufficitur in locum Melchiadis per martyrij agonem ad cælum profecti.

QVo etiam circiter anno, nam quo potiſſimùm acciderit non conſtat, idem Silueſter Papa, in eo Vrbis loco, vbi etiam fanum erat Iouis Statoris, & vbi dehiſcentis terræ medelam facturus Marcus Curtius ſe præcipitem cum equo coniecit, vt habet Liuius, lib. 7. Et Valerius Maximus, lib. 5. cap. 6. & alij: Beatæ Deiparæ templum excitauit, non ita quidem magnitudine ſplendidum, ſed celebre tamen propter draconem ibi ab eodem Silueſtro extin-

ctum. De hoc templo agit Spinellus, tractatu de remplis ac feſtis Deiparæ, n. 30. illúdque nominari dicit, *Templum Sanctæ Mariæ libera nos à pœnis Inferni*, & iam pertinere ad Moniales Congregationis Turris ſpeculorum.

## Anno Mundi 4299. Chriſti 316.

ARius impius Hæreſiarcha Chriſto diuinitatem, & cum Patre æqualiratem negat, adeóque Diuæ Virgini ritulum Matris Dei. De hoc Epiphanius, hæreſi 69. Socrates, lib. 1. cap. 3. Theodoretus, lib. 1. cap. 4. & innumeri Patres.

## Anno autem mundi 4303. Chriſti 320.

COnſtantinus ex vrbe Neapoli in Orientem traiecturus, & cum Licinio dimicaturus, priùs in illa Vrbe duo templa conſtrui mandauit in honorem S. Virginis. Horum alterum dictum eſt, *S. Maria in porta noua*, quod inter quatuor præcipuas Neapolitanæ vrbis parœcias connumeratur: Alterum eſt *S. Maria rotunda*. De quibos Petrus Stephanus, libro de locis Sacris Neapolitanæ ciuitatis, & ex eo Spinellus, tractatu de feſtis ac templis Deiparæ, n. 40. pagina 739.

Nec minùs religioſè Helena Conſtantini mater ædificari iuſſit Sacellum, quod Silueſter Papa in cultum Deiparæ dedicauit ſub nomine *Sanctæ Mariæ à Principio*. In quo ſacello imago Beatæ Virginis babetur opere eleganti, quæ totius populi frequentatione celebratur; quod potiſſimùm octauo Ianuarii fit, quo die ſolemnitate præcipua Deiparæ feſtum peragitur, atque ab omni ſeruili opere, & à litibus forenſibus vacatur. Hæc Neapoli, vt iidem, qui ſuprà citati ſunt, authores commemorant. Verùm

## Ad annum mundi 4307. Chriſti 324.

BAronius refert miraculoſam illam ædem, quam iuſſu Conſtantini conſtructam in Gallia, necnon in territorio Aruernenſi, in honorem Beatiſſimæ Virginis, ſignificat Gregorius Turonenſis, lib. 1. de gloria Martyrum, cap. 9. In qua cum columnæ præ magnitudine leuari ab artificibus non poſſent: Beata Deipara apparens architecto, ſollicitum edocuit quî fieri res poſſet, monens vt puerulos tres de Scholis aſſumeret, qui craſſas columnas mira velocitate erexeront. Vide Baronium anno Chriſti 324. ſi vacat. Interim

## Anno mundi 4308. Chriſti 325.

COnuenêre Patres trecenti octodecim Nicæam in Bithynia ad Synodum Oecumenicam contra Arium Alexandrinum Preſbyterum & Arianos. Cœpta eſt hæc Synodus 19. Iunij, & 25. Auguſti demum finiens, non tantùm ſtabiliuit fidem, ſed Deitatem Chriſti & Deiparæ dignitatem, quam Ariani conuellebant. De hac Synodo videre Baronium potes, & Petauium, & alios. Et inter tot illos Sanctos Patres inſigni ſanctitate conſpicuos, conſiderare S. Nicolaum Myræ in Lycia Epiſcopum ſingulari in Sanctiſſimam Dei Matrem deuotione caleſcentem; nec fruſtrà: quippe quæ, & viſa eſt ipſi Pallium Epiſcopale porrigere, & in humeros imponere, præbente interim Chriſto codicem aureum ac gemmeum Euangeliorum. Rurſum poſteà eidem Mitram & Pallium in Concilio Nicæno adempta reddidit, vt verſus iſti vulgares ſignificant, qui aiunt Nicolao Mitram & Pallium in Concilio prædicto fuiſſe adempta, quòd Ario Diuinitatem Chriſti deneganti, præferuidè colaphum impegiſſet:

*Ob colaphum hæretico impactum decora alta Tiaræ*
*Dempta tibi à Patribus cælica Virgo refert.*

Sed hæc de Nicolao pleniùs in vita eius vide apud Lipomanum tomo 5. Et in notis ad Martyrologium 6. Decembris. In catalogo Sanctorum Petri de Natalibus, lib. 1. cap. 33. In ſermone Ioannis Studitæ de S. Nicolao, &c.

## Anno mundi 4309. Chriſti 326.

HElena Ieroſolymam venit, & inter varia templa, quæ diuerſis in locis in honorem Diuæ Virginis non modicis ſumptibus ædificauit, tria Ieroſolymis conſtruxit. Primum apud auguſtiſſimum Beatiſſimæ Dominæ noſtræ ſepulchrum, cuius meminit Nicephorus, lib. 8. hiſtoriæ, cap. 30. & pulcherrimè ſtructuram deſcribit. Alterum apud ciuitatem Bethlehem in loco & antro Natalitio Chriſti, quod poſteà Conſtantinus ornatius reddidit. Meminit huius Euſebius, de vita Conſtantini lib. 3. cap. 42. Et Nicephorus, loco ſuprà citato. Et Beda, cap. 8. de locis Sanctis. Tertium denique in loco vbi Angelus de nato Chriſto Paſtores admonuit, de quo rurſum, loco prædicto, Nicephorus: qui etiam ibidem addit ab eadem Helena magnifico templo Nazarethanam Virginis domum incluſam fuiſſe; quam rem malè reuocat ad annum Chriſti 380. Marianus Atlas lib. 1. Imagine primâ non bene citans Nicephorum.

## Anno autem mundi 4310. Chriſti 327.

IPſa moritur Conſtantini mater Helena deuotiſſima in Dei genitricem, vt abundè teſtantur, non modo templa illa, quæ multa in honorem eius ac magnifica excitari curauit: Sed præterea cultus, quo eius reliquias; loca ipſi addicta; ab ipſa conſecrata; ac denique omnia quæ ipſam attingebant, ſtudioſè venerabatur. Hanc Ambroſius, oratione de obitu Theodoſij, non veretur cum Matre Dei aliquo modo comparare his verbis, quibus Helenam loquentem introducit: *Illa quaſi ſancta Deum geſtauit, ego crucem eius inueſtigabo: illa fecit vt Deus inter homines videretur, ego in remedium peccatorum diuinum de ruinis eleuabo vexillum.* Et paulò poſt: *Viſitata eſt Maria vt Euam liberaret, viſitata eſt Helena vt Imperatores redimerentur, &c.*

## Anno mundi 4311. Chriſti 328.

IVuencus Preſbyter Hiſpanus florebat, & Euangelia deſcribebat carmine: qui Deiparæ

myſteria iucundè complexus eſt, præſertim quæ ad Incarnationem Verbi pertinent. Eum iſta hoc anno incepiſſe teſtatur Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, ex Chronico Hieronymi & Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. Iucundam autem muſam Iuuenci produnt hi pauculi verſus:

*Tunc maiora dehinc idem mandata miniſter*
*Detulit ad Mariæ demiſſus Virginis aures:*
*Hæc deſponſa ſuo per tempora certa propinquo*
*Abdita virgineis caſtè pubeſcere tectis,*
*Et ſeruare diem iuſſis permiſſa parentum.*
*Ad quam tranquillum ſermonem nuncius infit:*
*Salue, &c.* quæ deinde ſuauiter explicat.

## Ad annum verò circiter mundi 4312. Chriſti 329.

CLarebat ſanctitate & caſtitate S. Ammon, A qui vti refert Palladius, in hiſtoria Lauſiaca, cap. 7. cælibem vitam in coniugio per quadraginta annos duxit, coniugium Virginis cum S. Ioſeph imitatus. Et quidem cum coniuge in eodem loco per octodecim annos vixit; tum conſenſu coniugis profectus in deſerta Nitriæ viginti duos annos religioſè ſe ſe exercuit in Monaſtica vita. Huius animam in cælum aſcendentem, qui tunc viuebat, vidit S. Antonius, vt teſtatur Athanaſius in vita S. Antonii.

Simile caſtitatis facinus ad hæc quoque tempora refert Gregorius Turonenſis, lib. 1. hiſtoriæ Francorum, cap. 47. Et de gloria Confeſſorum, cap. 32. de quodam, cui nomen Iniurioſus, de Senatoribus Aruernis, qui, ſicut ab Ammone prædicto coniux, ita hic à coniuge perſuaſus, virginitatis decus in coniugio conſeruauit. Simile quoque Caſſianus habet, Collatione 14. cap. 7. de Ruſtico, ad cuius præſentiam ex Energumenorum corporibus fugiebat dæmon, qui obſtinatè contemnebat Abbatis Ioannis mandatum, quo iubebatur excedere.

## Anno mundi 4313. Chriſti 330.

EXcellenter effulſit Conſtantini ſtudium erga A Beatam Deiparam in dedicatione Nouæ Romæ, ſiue Conſtantinopolis; quam vndecimo Maij, vt ex Idatio notat Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, magnâ Pompâ & Antiſtitum conuentu, dedicauit in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vnde Theodoretus, lib. 5. cap 33. illam *Vrbem Mariæ* appellat. Et Nicephorus, lib. 8. cap. 26. affirmat ritibus Chriſtianis, atque incruento ſacrificio, precibus, votiſque fuiſſe Dei genitrici Mariæ conſecratam. Vt autem illa ciuitas, quæ *Noua Roma* dicebatur, in omnibus antiquæ Romæ reſponderet, eandem Conſtantinus in quatuordecim regiones diuiſit, Capitolium erexit, Milliarium aureum collocauit, Circum maximum, Amphitheatrum, Fora, Porticus, & alia publica, Romæ inſtar, ædificia: idque, vt ait Hieronymus in Chronico, omnium vrbium nuditate, cùm quicquid nobile in aliis antiquioribus Orientis ciuitatibus inuentum eſt, Conſtantinopolim deferri curauit. Sed de his vide Nicephorum, Cedrenum, Zonaram, & alios apud Baronium anno 330.

## Anno mundi 4319. Chriſti 336. Marcus Romanus ſuccedit Silueſtro, qui hoc anno moritur.

A MOritur & infamis Arius, & viſcera in latrinas effundens pœnas dat ſuæ in Chriſtum perfidiæ, & iniuriæ in Matrem ipſius. Hanc obſcœnam mortem ſcripſit Athanaſius, epiſtolâ ad Serapionem. Scripſit & Ruffinus, lib. 1. cap. 12. & Socrates, lib. 1. cap. 25. & Sozomenus, lib. 2. cap. 28. & alii Græci pariter & Latini quamplurimi.

## Hoc eodem anno Mortuo Marco Pontifice poſt octo menſes ſuſcepti Eccleſiæ regiminis, in eius locum ſuffectus eſt Iulius huius nominis primus: cuius alter Pontificatûs annus, id eſt

## Annus mundi 4320. Chriſti 337.

A INſignis fuit obitu Conſtantini Magni Imperatoris, quem de viuis ſublatum volunt 22. Maij, ipſo Pentecoſtes die. Ita Euſebius, lib. 4. de vita illius, cap. 64. Idatius, Petauius, & alii. Fuit quidem hic Princeps omni genere virtutum præſtantiſſimus: ſed maximè commendabilis teneriore in Deiparam affectu, quem in multis omninò teſtatus eſt: ſed potiſſimùm in templis ei vbique conſtruendis, & dedicanda nobiliſſima vrbe Conſtantinopolitana; quæ vel vnica tantæ vrbis dedicatio abundè loquitur amorem ipſius & cultum erga Deiparam.

## Anno proximè mundi 4323. Chriſti 340.

A ILluſtris fuit Simplicius Auguſtodunenſis Epiſcopus, vt colligi poteſt ex Gregorio Turonenſi, & ex Claudio Roberto in Catalogo Epiſcoporum Æduenſium. Is in matrimonio virginitatem ſeruans imitatus eſt connubium Marianum: quin & miraculum addidit; quippe pallio ſuo, alii byrro dicunt, ſine læſione prunas geſtauit, quibus populi calumnias in ſe & coniugem coniectas, penitus compeſceret. Hæc de illo Surius 24. Iunii, & ante Surium Gregorius Turonenſis prædictus, libro de gloria Confeſſorum, cap. 76. & Claudius Robertus ſupra citatus eadem cum iiſdem refert. Sed Gregorius præterea cap. 75. mentionem facit de Sancto Reticio Auguſtodunenſi item Epiſcopo & Simplicii prædeceſſore, quem ſimilis gloria ſeruatæ in coniugio caſtitatis ornauit. In cuius ſepultura accidit, vt cùm deponeretur iuxta priſtinæ ſuæ coniugis oſſa, illam mortuus alloqueretur, *Da locum mulier, &c.* illa moueretur, & daret locum.

## Anno mundi 4325. Chriſti 342.

A PHotinus Ancyrâ oriundus Chriſtum ante Mariam extitiſſe negat, docet eſſe tantùm hominem, ſimul iniurius in filium & matrem.

Condemnatus eſt Syrmij poſt nouem annos. Ita Petauius, lib 13. de doctrina temporum. Socrates, lib. 2 cap. 11. *Baronius* ad annum 342.

## Anno item mundi 4333. Chriſti 350.

NOn minùs quàm Photinus inſanit in Chriſtum & Chriſtiparam Matrem Apollinaris Lector; qui, dum IESVM aſſerit talem animam habere, quæ mente careret, & Verbo diuino pro mente vteretur, mutilatum hominem Chriſtum facit, & Chriſtiparam genitricem hominis hâc parte mutilati, quâ homo à belluis diſſentit. Vide Socratem de eo, cap. 36. libro 2. Sozomenum lib. 6. cap. 26. *Baronium* anno 350. & Petauium lib. 13. de doctrina temporum.

## Anno mundi 4335. Chriſti 352.

Liberius Romanus, poſt Pontificem Iulium defunctum, fit Papa: viuo autem & exulante Liberio Fœlix ſecundus interpoſitus eſt. Degente autem adhuc Romæ Liberio, hoc eſt

## Anno mundi 4341. Chriſti 358.

FLorebat & gloriâ Sanctorum & Sacrâ doctrinâ conſpicuus, Calanus cognomento Scotus, vir ex vetuſtiſſimis Scotis qui rudes populos ad fidem Chriſti traduxerunt: Ita, ex Thoma Dempſtero, lib. 3. de Gente Scotorum, Marraccius in Mariana ſua *Bibliotheca*, vbi ait Calanum, ad poſteros, ſui indices in Virginem amoris, Homilias quaſdam de Deipara tranſmiſiſſe. Poſt hæc

## Anno circiter mundi 4343. Chriſti 360.

BAronius enim reuocat ad annum Chriſti 360. Spinellus ad annum 367. Gononus ad 363. alii ad alium; ædificatum eſt Romæ in colle Exquilino celeberrimum templum in honorem S. *D*eiparæ impenſis Ioannis Patricii Romani. In cuius templi erectione accidit, vt non tantùm Ioannes & vxor illius, ſed ipſe quoque Papa Liberius in ſomnis fuerint admoniti, Deiparâ ſe illis oſtendente, vt quem Nonis Auguſti, quâ die magni in Vrbe calores eſſe ſolent, conſperſum niue locum aſpicerent, in eo Eccleſiam ædificarent, quæ ſuo nomine dedicaretur. Quod cùm Ioannes ad Liberium detuliſſet, animatus prædicto viſo Liberius, ſolemni Sacerdotum & populi ſupplicatione inſtitutâ, ad locum venit Eccleſiam deſignat, quæ Ioannis pecuniâ vxoriſque extructa eſt. Vouerant ſiquidem hi pii coniuges, cùm liberis carerent, hæreditatem ſuam Deiparæ. Hæc verò Baſilica, à Liberio fundatore diu vocata eſt *Liberiana*; poſteà à *S*iato tertio reſtituta, &, ob præſepe Domini in illam tranſlatum, dicta *S. Maria ad præſepe*; poſtremò appellata *S. Maria Maior*. De huius Baſilicæ excellentia: De Genitricis *D*ei imagine à S. Luca depicta, & inibi poſita: De miraculis cereorum illic incendi ſolitorum, qui ſcilicet eiuſdem ponderis erant, poſtquam totâ die ac nocte accenſi fuiſſent; vide Longum Coriolanum, ad annum Chriſti 352. Petrum Cluniacenſem, lib. 2. cap. 3. Bedam, de temporum ratione, cap. 45.

## Ad annum mundi 4344. Chriſti 361.

AEtius & eius diſcipulus Eunomius, Euchitæ ſiue Maſſaliani, & præ cæteris Iulianus Auguſtus impiiſſimus Apoſtata, dum Chriſto veri Dei nomen auferunt, etiam Mariæ matri decus maternitatis & virginitatis detrahunt. Sed hos refellit, Aëtium quidem Epiphanius hæreſi 76. Eunomium Nazianzenus oratione 3. de Theologia, & Nyſſenus diſputatione 2. de anima cap. 6. & 12. Euchitas Pſellus diſputatione Dialogiſticâ de energia dæmonum cap. 36. Iulianum denique Cyrillus Alexandrinus libro 1. contra Iulianum, & innumeri alij Patres, quos dabit Iodocus Coccius Theſauri Catholici lib. 3. art. 2.

## Anno mundi 4346. Chriſti 363.

IVlianus fidei iamdudum in Chriſtum perduellis, cùm IESVM & IESV parentem, omnémque Catholicam plebem quâ voce, quâ ſcripto, quâ omni alio modo, non minùs dirè quàm ſubdolè exagitaſſet; Idololatriam & impura ſacrificia in vſum reuocaſſet; Ieroſolymitanum templum per Iudæos nequicquam reſtaurare aggreſſus eſſet; minis omnia contra Chriſtianos compleſſet; & poſt reditum ſuum eos delere cogitaſſet; tandem proficiſcitur ad Perſas. Cúmque ſe in aciem ſine lorica commiſiſſet, incertum à quonam, lethalem plagam accepit in corpore confoſſus iaculo; & peſſimè moriens cruorem ſuum cauâ manu apprehenſum in aërem iactaſſe fertur cum hac voce: *Viciſti Galilæe, ſaturare Nazarene*, & ſimilia, quæ habent Nicephorus, Theodoretus, atque Sozomenus, ac Baronius refert anno Domini 363. Item Petauius in Rationario, libro 7. cap. 6. & alii. Hanc verò Iuliani mortem, iubente Deipara, per Sanctum Mercurium, generoſum quondam Chriſti martyrem, fuiſſe perpetratam, non pauci conſcripſerunt, præſertim Helladius in fragmentis, quæ extant, vitæ Baſilii Magni, Epiſcopi atque Eccleſiæ Doctoris. Quamquam nonnulli, & inter eos Baronius, vitam Baſilij, quæ ſub Amphilochii nomine vulgata eſt, & Iuliani mortem ad Deiparam refert, non vſquequaque recipiunt.

## Anno mundi 4348. Chriſti 365.

*D*amaſus Liberio ſuccedit ac Romæ Eccleſiam gubernat.

## Anno autem mundi 4351. Chriſti 368.

NOn longè à Vercellis in monte Oropenſi, *S*acellum quoddam in honorem Diuæ Virginis conſtructum eſt, à *S*ancto Euſebio Vercellenſi Epiſcopo, in eóque grandis ex Cedro ſtatua eiuſdem Virginis ab eo collocata, quæ adhuc

miraculis claret. Ita Fœlix Alſtolphus, libro de Sacris imaginibus B. Mariæ.

Sed & Conſtantinopoli, clara facta eſt, patratis per B. Virginem miraculis, Eccleſia dicta *Anaſtaſia*, quæ ſic appellata eſt, vel propter reſurgentem in ea, opera Gregorij Nazianzeni, doctrinam Nicænæ Synodi, vel reuiuiſcentem in ea mortuam mulierem, quæ de ſublimi pergola deciderat. Huius meminit Sozomenus, lib. 7. hiſtor. cap. 1. & Metaphraſtes in vita Martiani presbyteri, vbi deſcripta eius per Martianum admirabili amplificatione, addit: *In hoc templo Deipara ſe hominibus præbuit ſalutarem, morbos enim fugauit, dæmones expulit, veneficia ſuſtulit, omnidque malorum genera relegauit.*

## Anno mundi 4352. Chriſti 369.

Obiit Sanctus Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, quod habet Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & Hieronymus in Chronico. Quanta porrò fuerit pietate in Deiparam, non tantùm inſinuat acer ille animus, quem contra Arianos indefeſsè erexit. Sed prætereà illa pulcherrima quæ ſcripſit canone primo in Matthæum. Quamquam hoc loco, quod dicit Ioſeph priore coniugio ſuſcepiſſe liberos, non debet approbari, cùm S. Ioſeph tota vita fuerit virgo. Pulchrum verò eſt quod dicit: *Conceptum ex Spiritu Sancto, natum ex Maria Virgine, omnium opus Prophetarum eſt.*

## Sub hæc Hilarij tempora, ad annum mundi circiter 4353. Chriſti 370.

Diem extremum claudit S. Ephrem Diaconus Edeſſæ, quem Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis mortuum docet ſub Valente Principe. Huius geminæ de laudibus Beatæ Deiparæ orationes, immenſum erga eam quodammodo æſtum amoris, apertiſſimè declarant: *Inuiolata*, inquit, *integra planéque pura ac caſta Virgo Dei genitrix Maria, Regina omnium, Spes deſperantium, Domina noſtra glorioſiſſima, eademque optima ac præcellentiſſima: ſublimior cælitibus, candidior Solis radiis atque fulgoribus, honoratior Cherubim, & perſpicaciſſimis ſpiritibus perſpicacior, ſanctior Seraphim, & incomparabiliter reliquis omnibus ſupernis ſpiritibus glorioſior. Vnica Spes Patrum, gloria Prophetarum, præconium Apoſtolorum, honor Martyrum, lætitia Sanctorum, thuribulum aureum, lucerna clariſſima, vrna pulcherrima cæli manna geſtans, tabula ſcriptam legem mortalibus afferens, arca vera, charta diuiniſſima*, &c. quæ melle ſuauiora proſequitur. Non parum eum fauere immaculatæ Virginis Conceptioni putat Salazarius de Conceptione cap. 41. Sæculo 4. Baronius autem, in notis Martyrologij ad 1. Februarij, & anno Chriſti 378. in Annalibus, exiſtimat Ephrem ſuperuixiſſe Baſilio, & ad annum Domini trecenteſimum ſeptuageſimum octauum perueniſſe, quod cum aliis authoribus non omninò conſentit, qui Baſilium aiunt ad annum vixiſſe reparatæ Salutis 379. Vide Petauium, lib. 13. de doctrina temporum.

Hoc quoque anno Pelagius Laodicenſis Epiſcopus in Eccleſia floret, commendabilis plurimùm in eo, quòd adoleſcens ita vxorem duxit, vt prima die nuptiarum caſtitatem ſponſæ perſuaſerit, eamque loco ſororis habuerit.

## Anno mundi 4354. Chriſti 371.

Moritur lumen Eccleſiæ columénque fidei S. Athanaſius: id ex Socrate habetur, lib. 4. cap. 19. & Petauio, lib. 13. de doctrina temporum. Huius in Deiparam deuotio patet quidem paſſim in eius Scriptis, in quibus de eadem honorificè loquitur: ſed maximè patuit in filii eius propugnanda diuinitate, quam Ariani impugnabant: Nam vnus præ cæteris pro hac cauſa certauit, & innumera tolerauit Athanaſius. Tomo tertio operum eius continetur ſermo ſub hac inſcriptione: *S. Athanaſii in Euangelium, de Sanctiſſima Deipara ſermo, in quo Annunciationis & Incarnationis myſteria recenſentur.* Hunc Baronius ad annum Chriſti 48. & in notis Martyrologii ad diem 25. Martii, & ad diem 15. Auguſti; necnon Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, eſſe Athanaſii non cenſent ob graues ſanè rationes. Cenſent nihilominus Glycas. Bozius, lib. 9. de Signis Eccleſiæ. Coccius, lib. 3. Theſauri Catholici, art. 3. & 5. Caniſius, de Deipara, lib. 5. cap. 30. Salazar de Conceptione, cap. 42. Sæculo 4. Et Spinellus præſertim, qui in admonitione ad Lectorem etiam diſſoluere conatur, quæ tum Bellarminus, tum Baronius obiectant. Libet hîc pauca ex iſto ſermone decerpere, quibus ſic Deiparam Athanaſius alloqui dicitur: *Decet te Matrem, Regeneratricem, Dominam atque heram cognominari, eo quòd ex te prodiit Rex, Dominus ac Deus noſter*, &c. At

## Anno Mundi 4356. Chriſti 373.

Polemius, aliique Apollinaris diſcipuli Antidicomarianitæ dicti, infamem hæreſim diſſeminant aduerſus Dei genitricem, dicentes eam, poſt natum Chriſtum, Ioſepho viro ſuo carnaliter coniunctam fuiſſe. Ita Theodoretus, lib. 4. hæreticarum fabularum, & Epiphanius hæreſi 77. & 78. vbi eos egregiè confutat: & inſuper addit, in hæc eadem tempora incidere exortum dementis prauitatis Collyridianorum, qui eandem Sanctiſſimam Virginem vt Deum colebant, collyridémque ſiue placentam illi offerebant ſacrificantes, & Sacra ipſa per mulieres celebrabant.

## Anno verò mundi 4358. Chriſti 375.

Idem Sanctus Epiphanius Panarium ſcribere aggreſſus eſt, vt Petauius aduertit, libro 13. de doctrina temporũ. Quo quidem Panario cùm multas in Dei Matrem impiorum hominum falſitates enumerat: tum quamplurimas quoque coaceruat laudes in eius honorem. Virginitatem eius tota fusè hæreſi 78. diſertiſſimo encomio propugnat, gratámque antitheſim Mariam inter atque Euam pulcherrimè digerit. Sed prætereà idem Epiphanius elegantem conſcripſit ſere

monem de laudibus B. Mariæ, in quo vocat illam, *Lilium immaculatum, ouem immaculatam, iuuencam quæ nunquam iugum experta eſt, naturam quæ formoſior eſt ipſis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelico.* Quæ verba non parùm facere Salazario videntur pro immaculata Mariæ Conceptione cap. 42. ſæculo 4. libri de Concept.

## Anno mundi 4360. Chriſti 377.

AMbroſius vix triennalis Epiſcopus tres libros de Virginibus ad Marcellinam ſororem ſuam conſcriptos, hoc anno exorſus eſt. Sic habet Baronius ad annum Chriſti 377. & ipſe Ambroſius, lib. 2. de Virginibus. Ex his verò libris, prætérquam quòd addiſcimus Sacras Virgines Deo dicatas duplicis fuiſſe generis, quarum aliæ in domo paterna degebant, aliæ in Monaſterio: vlteriùs habemus eximias virginitatis laudationes, ac præſertim libro ſecundo pulcherrimam virginitatis in puriſſima Dei matre ideam, quæ inchoat his verbis: *Sit igitur vobis tanquam in imagine deſcripta virginitas vitáque B. Mariæ: de qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis oſtendunt. Primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri, quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius eâ, quam ſplendor elegit? quid caſtius eâ, quæ corpus ſine corporis contagione generauit? Nam de cæteris, eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens: intenta operi, verecunda ſermone, arbitrum mentis ſolita non hominem ſed Deum quærere, &c.* Incepit hos libros Ambroſius menſe Ianuario ipſo die Sanctæ Agnetis. A

## Anno mundi 4362. Chriſti 379.

MOritur Sanctus Baſilius Magnus, Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus. Ita Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, licet Baronius hanc mortem ad annum 378. reponat. Fuit autem Baſilios eximius Encomiaſtes S. Deiparæ, cuius virginitatem laudat paſſim in Scriptis ſuis, & commendat interceſſionem, præcipuè in illa, quam compoſuit, Liturgia, in qua hæc ſæpiùs repetit: *Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos Deus gratiâ tuâ, Sanctiſſima & intemeratæ Dominatricis noſtræ, Dei genitricis & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis, memorantes; nos ipſos & ad inuicem atque omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.* Addo quòd eiuſdem Deiparæ virginitatem contra hæreticos acerrimè defendit, & Virginum greges religioſis inſtitutis erudiit, qui die & nocte eidem Deiparæ tum laudis hymnos concinerent, tum virtutum exercitio reſponderent. A

## Circa annum autem mundi 4363. Chriſti 380.

A SAnctus Maurilius Epiſcopus Andegauenſis cælitus aduocato igne fanum diruit Idolorum prope Ligerim in pago Commonienſi, eodémque poſtea loco Baſilicam Diuæ Virginis extruxit. Ipſe inſuper primus inter Galliæ Epiſcopos ex diuina reuelatione ſtatuit feſtum celebrari Natiuitatis Deiparæ. Sic Martyrologium Gallicànum die 13. Septembris, & Vincentius Charron in Calendario eàdem die. Fortunatus autem in vita eius. Petrus in Catalogo, lib. 8. cap. 75. Antoninus, parte 2. titulo 10. Petrus Cluniacenſis, lib. 1. epiſtola 2. Vincentius Belloacenſis, lib. 17. cap. 20. faciunt mentionem prioris miraculi. Obiiſſe Maurilium anno Chriſti 410. ait Claudius Robertus, in Gallia Chriſtiana ad Catalogum Epiſcoporum Andegauenſium.

B Circa hunc quoque annum Fœlix huius nominis ſecundus Treuirenſis Archiepiſcopus inſignem conſtruxit Eccleſiam ad Deiparæ decus & venerationem prope Treuiros in campo dicto Martio, vbi Ricciouarus martyrio affecit Sanctum Thyrſum Ducem Thebææ legionis, aliòſque ſocios eius, quinto die Octobris. Inſuper eandem decorauit eorumdem martyrum præclaris corporibus atque reliquiis. Hoc habet Surius in martyrio Sancti Thyrſi & ſociorum eius 5. Octobris. Et Claudios Robertus, in Catalogo Archiepiſcoporum Treuirenſium. Tangit quoque Ioannes Bonifacius, in hiſtoria Virginali, lib. 2. cap. 1. vbi agit de Sancto Thyrſo & ſociis eius. Poſteà

## Anno mundi 4364. Chriſti 381.

A DItum caput emerſit Priſcilliani hæreſis, Chriſtum aſſerens carnem neutiquam ſuſcepiſſe humanam. Sic Petauius, lib. 13. de doctrina temporum. Leo, epiſtola 93. Auguſtinus, de hæreſibus, cap. 70. Hieronymus, in Iſaiæ 40. caput, & in epiſtola ad Cteſiphontem: adeóque Priſcillianus Mariam negabat Deiparam. Verùm

## Anno mundi 4365. Chriſti 382.

A RVrſum impugnata eſt Genitricis Domini virginitas ab Heluidio & Iouiniano Hæreticis, dum eam impudenter negant eſſe Virginem poſt partum, & acriter aſſerunt virginitatem non eſſe connubio præferendam. Hos compeſcuit Hieronymus ſcriptis præclariſſimis libris, aliique poſtmodùm Patres, Theodoretus lib. 5. cap. 9. & alij. Notam temporis habet Petauius, lib. 13. de doctrina temporum.

## Anno autem mundi 4367. Chriſti 384.

A SAnctus Diogenes Atrebatium Epiſcopus ædem Virgini Matri Atrebati conſtituit, non aliis exordiis vtendum ratus ad procurandam ſalutem animarum, quam ſuauiſſimâ Deiparæ clientelâ. Verùm hanc furor Vandalicus orbem depaſcens initio ſæculi quinti ſequentis ita obliterauit, vt vix agnoſci poſſet à S. Vedaſto, qui anno 542. magnificentiſſime illam reſtituit. Ita Ferreolus Locrius, lib. 2. Mariæ Auguſtæ,

cap. 19.

eap. 19. & Miræus, lib. de Canonicotum Collegiis, & dicetur infra anno 570. à Chriſto nato.

## Anno mundi 4368. Chriſti 385.

Siricius Romanus Sancto Damaſo demortuo ſuccedit, & Vicarius Chriſti gubernat Eccleſiam. Sub hæc tempora.

## Anno mundi propemodùm 4369. Chriſti 386.

OBit S. Ioannes Eremita, de quo honorificè multi Patres ſcripſerunt. Hieronymus, ad Cteſiphontem. Auguſtiuus de ciuitate Dei, lib. 5. cap. 26. & libro de cura agenda pro mortuis, cap. 17. Ruffinus, lib. 2. cap. 32. Theodoretus, Proſper, Caſſiodorus, Palladius, Euagrius & alii. De hoc autem Ioanne notabile eſt, quod & Pratum ſpirituale habet, cap. 180. & legitur in ſecuoda Synodo Nicæna, actione 5. Quòd accenſa ab eo in ſpelunca ſua ante ſtatuam Virginis candela, cùm longum iter ſuſciperet, & ſex etiam menſes conſumeret, hæc tameo neque extincta eſt, neque conſumpta. Ipſe quoque abieos illam Virgini commendabat; quam neque iter arripiens, neque de ſomno ſurgens vnquam extinctam vidit. A

B Habet quoque Pratum ſpirituale, cap. 75. inſigne miraculum, quo S. Deipara; Alexandrino mercatore Conſtantinopolim abeunte, & ipſi vxorem ac filiam deuotè commendante; eas à morte, quam ſeruus domeſticus, inſtigante diabolo, inferre moliebatur, benignè liberauit. At

## Anno mundi 4370. Chriſti 387.

A TImotheus preſbyter Ieroſolymitanus vixiſſe creditur & euulgaſſe elegantem ſermonem de Simeone & Virginis occurſu, vt patet ex tomo 4. Bibliothecæ Patrum editionis Colonienſis pagina 1057. Io eiuſmodi ſermone cùm multa dicat io laudem Deiparæ, hoc certè illuſtre, quòd *Virgo* noo minùs quàm eius filius, ſit & fuerit *Signum cui contradicatur*, quod probat ex Iſaiæ dicto: *Pete tibi ſignum à Domino*, &: *Ecce dabit Dominus ipſe vobis ſignum.* Et facilè probant tot hæreſes, ſiue quæ antè Deiparæ contradixerunt, ſeu quæ poſtmodùm contradicent.

## Anno mundi 4372. Chriſti 389.

A EGreditur è vita Gregorius Nazianzenus, Epiſcopus, virgo, Theologus, Beatæ Deiparæ amator & inuocator eximius, cuius ſacra lipſana Romæ intra ſacellum Deiparæ, quod eſt in templo Sancti Petri, honorificè condita ſunt. In tragœdia de Chriſto patiente, ioter multa alia, hæc pulcherrima ad Dei Matrem fundit:

*ô puella gratiâ*
*Æquanda nullis: Mater & Virgo ſuper*
*Omnes decora Virgines, & maxima,*
*Quæ vincis omnes cælitum eximios choros.*
*Regina, Domina, generis humani bonum,*
*Amica ſemper eſto tu mortalibus,*
*Et mihi quouis ſis loco præſens ſalus.*

Hic Nazianzeni obitus colligitur ex Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & habetur in Baronio ad annum 389. Martyrologio Romano 9. die Maii. Petauio lib. 13. de doctrina temporum, Andrea du Cheſne in Gregorio 13. & in vita eius per Gregorium preſbyterum.

B Hoc adhue anno Diuæ Virginis interceſſione decidit lana Atrebatenſis, ſiue ſacrum Manna, & ſterilitatem auertit: de hoc dicam anno 1105. & loquitur Locrius in Anacephalæoſi. Sed &

## Anno mundi 4373. Chriſti 390.

A AMphilochios Iconii, probè cognitus atque probatus Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nyſſeno, & Hieronymo, ſcripſit orationem in Hypapantem, hoc eſt, in feſtum Porificationis *B.* Virginis, cuius manuſcripta ſeruantur in Bibliotheca Auguſtana, inquit, Poſſeuinus in ſacro apparatu. At

## Anno Mundi 4375. Chriſti 392.

A NOn dubium eſt floruiſſe Ieroſolymis Ioannem Epiſcopum iſtius ciuitatis quadrageſimum quartum: id rectè probat Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & habet Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & alii. Sed eſt dubium an ad ipſum pertioeat liber ad Capraſium de inſtitutione Monachorum, vbi multa leguntur, eàque magnifica in honorem Diuæ
B Virginis, & potiſſimùm illa, qoibus cap. 32. Heliæ nubecula ad puritatem Marianæ Conceptionis ſignificandam aſſumitur: pertinere ad ipſum Salazarius affirmat, lib. de Conceptione, cap. 42. ſæculo 4. pernegant Cardinales Bellarminus, ac Baronius ad annum 444. Rem in medium relinquo. Interim

## Anno mundi 4378. Chriſti 395.

A CLaudianus poëta inſignis habetur, inquit Petauius, lib. 13. de doctrina temporum; idémque affirmat Lucius Dexter, & Tironis Chronicon reponens ad hæc tempora eius nobiliora poëmata. Fuit Claudianus Ethnicus Poëta, vt Auguſtinus, lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 26. & Oroſius, lib. 7. aduerſus Paganos, cap. 53. comprobant. Tam euidenter tameo de virgine Matre pronunciaſſe quædam dicitur, vt Chriſtianus videri poſſit. Etenim ſi qua veteribus libris fides habenda eſt; aliqui enim de authore nonnihil dubitant; carmen hoc Chriſto cecinit Seruatori.

*Quémque vtero incluſum Mariæ, mox Numine viſo*
*Virginei intumuère ſinus, innuptáque Mater*
*Arcano ſtupuit complecti viſcera partu*
*Authorem paritura ſuum.* Et rurſus:
*Angelus alloquitur Mariam, quò præſcia verbo*
*Concipiat, ſaluâ virginitate, Deum.*

B Fuit his quoque temporibus in poëtica laude præſtans Chriſtianus vir Aurelius Prudentius: ita Gordonus in opere Chronologico, & Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis: hæc de S. Deipara habet in Apotheoſi.

*Innuba Virgo*
*Nubit Spiritui, vitium nec ſentit amoris.*
*Pubertas ſignata manet, grauis intus, & extra*
*Incolumis, florens de fertilitate pudica.*

Et paulò poſt:

*Virginitas & prompta fides Chriſtum bibit aluo,*
*Cordis & intactis condit paritura latebris.*

Sed oe ipſe quidem fœmineus ſexus abſtinuit à verſibus, quibus ſancta Dei genitrix meritiſſimè laudaretur. Hoc enim adhuc anno, vt Baroois rectè aduertit, Proba Falconia nobiliſſima item atque Sanctiſſima fœmina, trium Cooſulum Ordinariorum mater, eadémque Conſulum item Ordinariorum filia & vaor, *Centonem Virgilianum* de teſtamento nouo & vetere ſcripſit, in quo inter alia depingit fugam Deiparæ in Ægyptum hoc modo: B

*At mater gemitu non fruſtrà exterrita tanto,*
*Ipſa manu præ ſe portans, turbante tumultu,*
*Infantem, fugiens plena ad præſepia reddit*
*Hîc natum anguſti ſubter faſtigia tecti*
*Nutribat teneris immulgens vbera labris.*
*Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores,*
*Mixtáque ridenti paſſim cum baccare tellus*
*Molli paulatim colocaſia fundet acantho.*

## Anno mundi 4380. Chriſti 397.

AMbroſius Mediolanenſis Epiſcopus vitam deſerit temporalem ſub diluculum Sabbati A Sancti quarto Aprilis, vt Paulinus haber in eius uita, & Baronius ad hunc annum, ac Petauius, de doctrina temporum lib. 13. Fuir bic, vt ſanctitate eaimius, ita in Deiparam valde propenſus. Spiraot eius libri fragrantiam caſtitatis, hi præſertim quos ſcripſit tomo primo; vt tres illi De virgioibus, de quibus iam aliquid dictum eſt anno 377. Inſtitutio Virginis; Exhortatio ad Virgines; Ad Virginem deuotam; Ad Virginem lapſam; & De viduis (quamquam quod ſpectat ad Virginem lapſam, non ab omnibus agnoſcitur vt genuinus fœtus Ambroſij) Et in tomo 4. de Ioſeph Patriarcha, & aliis. Sed prætereà ſcripſit hymnos, in quibus non pauca coogerit de virgineo Mariæ conceptu & partu: vt eſt ille: *Veni Redemptor gentium, Oſtende partum Virginis: Miretur omne ſaculum, Talis decet partus Deum. Non ex virili ſemine, ſed myſtico Spiramine, Verbum Dei factum eſt caro, Fructúſque ventris floruit, &c.* quæ tomo quinto operum Ambroſii leguntur. Similiter iſte: O *glorioſa Domina, Excelſa ſupra ſidera, &c.* Et *Memento ſalutis author, quod noſtri quondam corporis, naſcendo formam ſumpſeris, ex illibata Virgine, &c.* Qui licet io operibus Ambroſii non leganrur, eſſe tamen Ambroſij teſtatur Ferreolus Locrius, Mariæ Auguſtæ libro 7. capite 5. Et Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 9. §. 9. o. 4. Plurimùm autem fecit pro immaculata Dei genitricis Coneeptione, cùm diair, eam eſſe *virgam, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit.* Quem locum, quamuis iam noo reperiatur in operibus Ambroſii, citat tamen Clictouæus, lib. 1. de puritate Conceptionis B. Mariæ, cap. 13. Hilaretus, in ſermone de Conceptione, Bernardious de Buſto, & poſt hos Salazarius de Conceptione, cap. 42. ſæculo 4. qui non immeritò deſumptum illum putant ex commentariis in Iſaiam, quæ Ambroſius à ſe eſſe cooſcripta, lib. 2. in Lucam, affirmat.

## Anno mundi 4381. Chriſti 398.

## Per obitum Papæ Siricij datus eſt ingreſſus in Pontificiam Sancti Petri Sedem Anaſtaſio patriâ Romano.

A HIc, cùm Ecelesiam rexerit quatuor tantùm annos, hoc circiter tempore fundauit ædem *S. Mariæ in Aquiro*, vel, vt alii malunt, in Equirio, vbi Iſidis fanum olim Romæ exſtabat io campo Martio, prope circum Flaminium. Hoc templum teſte Lucio Fanno, libro 4. cap. 21. inter antiquas Cardinalium Diaconias numeratur: quod ipſum Spinellus confirmat tractatu de templis Deiparæ n. 32. Vbi etiam ea Ribadeneira docet hoc templum, ex conſilio *S.* Ignatii *S*ocietatis IESV fundatoris, attributum eſſe collegio orphanorum; lib. 3. cap. 9. vitæ Ignatij. Sed

## Anno mundi 4384. Chriſti 401.

A VIuete deſiit Sanctus Martinus Turonum Epiſcopus, vt docet Petauius, lib. 13. de doctrina temporum, & lib. 11. cap. 45. vbi id ſtudioſè tractat. Erat autem Martinus & clarus miraculis, & ſanctitate præcipuus, & pietate in *B.* Virginem inſignis; quem ſanctiſſima Virgo non ſemel, ſed ſæpiùs, vnà cum Sanctis Thecla & Agnete inuiſit, vt refert Seuerus Sulpitius in Dialogo 2. n. 14. vitæ eiuſdem Martini. Etiam ipſum ſanatum à Beata Domini Matre, aſſerit Gononus in Deiparæ Chrooico, ea antiquitatibus Maioris Mooaſterii apud Turoneoſes.

Sed & eodem aono, Tungreoſe oppidum B iuxta Leodium, cum Deiparæ templo per Beatum Maternum Petri Apoſtoli diſcipulum ibidem exſtructo, de quo dictum eſt anno Chriſti 101. ab Hunnis incendio deletur. Ita ex Molano, Dinæo, & aliis, Ferreolus Locrius, cap. 101. libri 4. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephaleoſi, in qua deletum bis ponit Deiparæ templum, ab Hunnis videlicet anno præſenti 401. & deinde 451. quo poſtremo anno, Attilâ vaſtante Gallias, penitus conſumptum interpretor. Sequente autem

## Anno mundi 4385. Chriſti 402.

## Innocentius primus, ſedet in ſede Petri Chriſti vicarius poſt mortuum Anaſtaſium.

A QVo eodem tempore floret Sanctus Exuperius Toloſanus Epiſcopus, qui templum Mineruæ conuertit in Eccleſiam B. Mariæ cognomento de Aurata, vulgò *La Dorade*. Qua de re libellum ſcripſit Ioannes de Chabanel, & meminit Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, & Catalogo Epiſcoporum Toloſatium. At

## Anno mundi 4388. Chriſti 405.

A MOritur Altiſſiodori Sanctus Amator iſtius ciuitatis Epiſcopus, colligitur id ex vita S. Germani, quam Conſtantius ſcripſit, & habetur apud Surium 31. Iulij, in qua Germanus, qui obiit anno 435. & ſucceſſit Amatori, dicitur Epiſcopus fuiſſe per triginta annos & viginti

quinque dies. Notabilem verò boc loco Amatorem reddit virginitas exemplo Mariæ & Ioſeph in coniugio eoſeruata. Nam, vt habent Acta vitæ ipſius apud *Surium* 1. Maij, parentum imperio coactus virgioem poellam deſpooſauit, quam ſic induxit amore Marianæ virtutis, vt votum vterque virginitatis nuocuparit, quo deinde emiſſo, Angelus Dei ſuam vnicuique coronam impoſuit.

Quo eodem anno, aut certè non longè hinc; B
non verò Cbriſti anno 390. vt Gooonus habet, migrauit in cælum S. Alexius. Acta enim vitæ ipſius docent eum morruum eſſe Jonocentio Papâ. & Imperatoribus Arcadio & Honorio, qoorum Magiſtratus non niſi per ſeptem annos coæuus extitit. Sed Alexium commendant rum Amor caſtitatis, quâ primâ nocte nuptiarum intactam ſpooſam deſeruit; rum amor paupertatis, quâ triginta quatuor annos tanquam mendicus vixit, vel in domo parerna ignotus omnibus, vel io peregrinatione viſitans illuſtres orbis Eccleſias. Hunc Sancta Deipara adeò honorauit, vt Edeſſæ per imagioem ſuam, quæ nunc Romæ in eiuſdem Alexii templo religioſè aſſeruatur, ipſius nomen Alexii & ſaoctitatem diuolgaret. Acta vitæ ipſius habes apud *Surium* 17. Iulii.

## Anno mundi 4390. Chriſti 407.

OBir Comanis ad Pontum Euxinum Sanctus A
Ioanoes Chryſoſtomus. Ita Socrares libro 6. cap. 19. Vir fuir planè mirabilis; vt potens in ſermooe, ita & in opere præſtans. Plura tractat de Genitrice Dei paſſim in ſois ſcriptis, & nominatim in homilia de Annuociatione, quam in tomo ſexto poſuit Fronro Ducæus, quamque aliqui meritò dubitant eſſe Chryſoſtomi, cùm videatur potiùs eſſe Gregorij Thaumaturgi. In Liturgia autem ſua, eam *ſanctiſſimam* appellat, *incontaminatam, ſuper omnes benedictam, glorioſam Dominam noſtram, honoratiorem Cherubinis, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphinis.* Rectè tamen aduerrit S. Thomas in 3. parte quæſt. 27. art. 4. ad 3. Et Caniſius libro 4. de Deipara cap. 29. durè nooounquam de Dei genitrice locutum eſſe Chryſoſtomom: *Exceſſit*, inquit D. Thomas, *nempe ardore Concionis, non defectu cultûs & obſeruantia in Matrem Dei,* Deinde

## Anno mundi 4395. Chriſti 412.

MOrtuo Theophilo Alexandrino Epiſcopo, A
io locum eius ſubrogatus eſt Cyrillus in Dei matrem longè deuotiſſimus, vt ſequeotia indicabunt. Hoc verò initio, Ioannis Chryſoſtomi nomeo ſacris diptychis reſtituit: ad quod præſtandum oon tantùm incitatus eſt horratiooe Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Iſidori Peluſiotæ, & aliorum, quibus manifeſta fuerat præſtantiſſima virtus Chryſoſtomi, cuius proinde nomen ex tabulis Sacris non merebatur eradi: Sed præterea monitus eſt viſione diuinâ, quâ & ſe expelli ab Eccleſia per ipſummet Ioannem cæleſti turbâ circumdatum, & Matrem Domini pro eodem Ioanne enixè exoranrem viſus eſt conſpexiſſe. Vide Theodoretum, lib. 5. cap. 35. Iſidorum Peluſiotam, epiſt. 310. & 370. Socratem, Nicepborum, Baronium, & alios, ac Petauium, lib. 13. de doctrina temporum. Interim

Anno mundi 4400. Chriſti 417. Zozimus Græcus loco Innocentij regimen ſubit Eccleſiæ. Cui modico tempore præeſt. Nam

B Anno mundi 4401. Chriſti 418. Zozimus moritur, eíque ſubrogatur Bonifacius primus patriâ Romanus: quo Eccleſiam moderante;

Anno ſcilicet mundi 4403. Chriſti 420.

A VItam cum morte commutauit hæreticorum terror Hieronymus, ætatis ſuæ anoo nonageſimo primo. Ita Proſper teſtatur in Chronico, cui Petauius adhæſit contra Baronium & nonnullos alios, qui Hierooymo tantùm ſeptuaginta octo anoos & vix ampliùs attribuunt. Inter alia, quæ hic Sanctus Doctor pulcherrimè geſſit in honorem S. Virginis, ſcripſit librum de perpetua Virginitate Deiparæ contra Hæreſiarcham Heluidium, qui eam impugnabat: ſcripſit etiam contra Iouinianum, & robuſtiſſimè propugnauit virginitatis decus; necnon vbique magnificè de S. Virgine loquitur, præſertim in pſalmum 77. vbi ait: *Beata Virgo pulchrè dicitur nubes diei, quia non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce.* Quem Hieronymi locum exiſtimat Salazar non mediocriter facere pro repellenda à Virgine labe Conceptionis. In hoc etiam Hieronymus Beatus babendus eſt, quod prope præſepe Domini, in cunabolis fœcunditatis Marianæ, in loco vbi immaculata virginitas mundo edidit Saluatorem, io domo Virginei panis io ipſa Bethlebem & vixit & viuere deſiit: ac demum labentibus annis Romæ collocata ſunt ſacra eius lipſana in Baſilica S. Mariæ maioris, paruâ Bethlehem interim à Turcis occupatâ. Cæterùm quamuis tum Proſper, tum Baronius, tum Bellarminus, Petauius, & omoes alii, mortem Hieronimi huic anno aſſigoent, reiicit tamen illam in Chronico Gooonos ad annum Chriſti 425. nouem aonis deceptus.

B Sed hoc eodem anoo Marraccius Bibliothecæ ſuæ parte primâ, ex Trithemio dicit, vixiſſe pergratum Reginis & Arcadij filiis, Atticum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & opus de Laude Deiparæ ſcripſiſſe, in quo venenum Neſtorij præueoiendo impugnauit, & Dei genitricem, antequam hæretico gladio impeteretur, propugnauit.

## Anno deinde mundi 4404. Chriſti 421.

A EVdociam, quæ olim erat Athenais Leontij Philoſophi filia, Theodoſius vxorem docit, vt habet Marcellinus Comes in Chronico, & Baronius, & alii. Eius deuotiooem in Sanctam Chriſtiparam declarant, tum lectiſſima quæ de Virgine congeſſit carmina in Homerocentone; tum ſtudium, quod per Paleſtinam peregrinata

impendit, in conquirendis & colligendis reliquiis, quæ ad Virginem pertinebant. Sed hanc noonihil in hæreſim poſtmodùm prolapſam Deipara miſericorditer adiuuit, & per Beatum Euthymium, ne imparata diſcederet, de obitu monuit. Habet id Cyrillus, in vita Euthymij apud Surium 20. Ianuarii; Acta Melaniæ Iunioris ibidem 31. Ianuarij. Socrates, lib. 7. cap. 46. Nicephorus, lib. 5. cap. 13. Baronius in annis Chriſti 421. 438. 455. Verùm

## Anno mundi 4406. Chriſti 423. Cæleſtinus primus poſt Bonifacium gubernat Eccleſiam. Cuius tempore, nimirum

## Anno mundi 4412. Chriſti 429.

A Dirum virus contra Virginem & magnam Matris nomen cœpit vomere Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, quam palam aſſerebat non eſſe Dei matrem, non verè Θεοτόκον, cùm ab homine Deus naſci non poſſit. Vide Acta tertiæ Synodi, quæ eſt Epheſina; & Socratem, libro 7. cap. 32. & Baronium ac Petauium ad hunc annum. Rurſum tempore prædicti Cæleſtini malum aliud Eccleſiam excepit.

## Anno enim mundi 4413. Chriſti 430.

A Eccleſia priuata eſt præſtanti contra hæreſes præſidio, & columine pietatis: ſcribit ſiquidem Proſper hoc anno mortuum Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, eximium præconem virtutis, hæreticorum vaſtatorem, Marianæ dignitatis propagatorem, necnon eiuſdem Deiparæ propenſiſſimum ſeruum. Cuius tenerum in Virginem prolixi animi affectum cùm multa abundè declarent, tum illa ſuauiſſima ſoſpitia, quæ paſſim in ſuis concionibus, & aliis ſcriptis in Mariam effundit. Nota ſunt iſta quæ ſermone 2. de Annunciatione, qui eſt 18. de Sanctis, leguntur, & repetuntur ſermone 2. de Aſſumptione, qui eſt 35. de Sanctis, & quotidie ab Eccleſia vſurpantur: *Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu, ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem.* Paulò antè dixerat: *O Beata Maria quis tibi dignè valeat iura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuccurriſti perdito? &c.* quæ ſuauiſſime proſequitur ibidem. Videri præterea poſſunt Sermones de tempore à primo vſque ad trigeſimum, in quibus ſparſim plurima Virginis encomia continentur. Tritum quoque eſt, quod de Auguſtino dicitur poſito crucifixum inter & Mariam: *Hinc paſcor à vulnere, hinc lactor ab vbere.* Rectè autem Theologi obſeruant, Suarez, tomo 2. in 3. partem, diſputatione 3. ſectione 5. Vaſques, tomo item 2. in 3. partem, diſputatione 107. cap. 3. Salazar de Conceptione, cap. 42. ſeculo 5. & alii. Auguſtini mentem fuiſſe Beatam Deiparam ab omni etiam originali labe fuiſſe immunem: id verò colligunt ex loco illo libri 1. de natura & gratia cap. 36. *Exceptâ S. Virgine Mariâ, de qua, propter honorem Domini, nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem: inde enim ſcimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Hac ergo Virgine exceptâ, &c.*

B Ad hunc præterea annum Lucius Dexter pertinere aſſerit, inuentionem illius epiſtolæ, quam B. Virgo olim ſcripſerat ad Meſſanenſes, & de qua iam dictum eſt anno Chriſti 56. Plurima de illa non iniucunda habet Biuarius Lucij commentator ad annum Chriſti 86. & innumeri alij.

C Sed & Bibliotheca Marraccii floruiſſe teſtatur, tum Theodotum Ancyranum, tum Acacium Melitinenſem Epiſcopum, quorum vterque ſcripſit in gloriam Virginis: hic contra Neſtorium homiliam vnam, quam & Epheſi in Patrum conſeſſu, qui habitus eſt anno ſequente, plenus Sancto Spiritu perorauit. Ille geminas homilias in partum B. Virginis, quas Concilium Epheſinum tertiâ parte complectitur; & librum vnum præterea contra impium Neſtorium.

## Anno ſequente mortem Auguſtini, hoc eſt, mundi 4414. Chriſti 431.

A Vigeſimo ſecundo Iunii inchoatur Epheſi contra Neſtorium Synodus Epheſina, cui ea delegatione Cæleſtini Papæ præfuit Sanctus Cyrillus Alexandrinus Patriarcha. Congregati ſunt ducenti Epiſcopi, & Neſtorium pertinacem in blaſphemiis ſuis contra Auguſtiſſimam Deiparam magno conſenſu condemnarunt, ſummâ populi Epheſini lætitiâ Sanctæ Mariæ gratulantis, Patres honorificè laudantis, præſertimque Cyrillum tanquam Virginis defenſorem ſuſpicientis, Deum glorificantis, luminaria per vicos, necnon thymiamata accendentis. Tuncque additamentum illud accepiſſe creditur Angelica Salutatio: *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ, Amen.* Factúmque eſt vt quamuis eſſet frequens ante S. Virginis cultus, poſthæc & frequentior eſſet & celebrior: vſque ſine titulo Matris Dei S. Maria inuocabatur. Sed & Pulcheria Imperatrix ſoror Theodoſii, cuius operâ plurimùm effectum eſt, vt S. Virgo à Neſtorij blaſphemiis vindicaretur, in monumentum iſtius victoriæ, nobiliſſimum templum in Blachernis extruxit in honorem Diuæ Mariæ.

B Sub idem etiamnum tempus Caius Cælius Sedulius, Presbyter Scotus & Poëta floruiſſe dicitur. Ita Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis refert ex Trithemio. Cecinit autem Sedulius non iniucunda de Virgine, libro 2. operis Paſchalis, vbi pro immaculata Conceptione hæc faciunt:

*Vt, velut è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis*
*Nil quod lædat habens, matrémque obſcurat honore:*
*Sic Euæ de ſtirpe ſacrâ veniente Mariâ,*
*Virginis antiquæ facinus noua Virgo piaret.*

Ad hæc etiam addendus eſt cantatiſſimus ille

hymnus in Natali Domini : *A ſolis ortûs cardine, &c.* in quo non exigua elogia eius Virgiois depromit, cuius venter baiulabat ſecreta, quæ non oouerat. Hæc omnia habentur tomo 5. Bibliothecæ Patrum. Reprehendendus eſt autem Sedulius, quòd lib. 4. Deiparam aſſerat cum aliis mulieribus veniſſe ad Chriſti Sepulchrũ & aroma ta geſtaſſe : quòd fidei Virginis non mediocriter repugnat. Et quamuis rectè dicit Chriſtum cùm à mortuis reſurrexit primò ſe oſtendiſſe Matri : non tameo rectè addit : vt pia Genitrix quæ fuit naſcentis iaoua dum venit io mundum, hæc eſſet eius etiam ountia deſerentis inferna ; non enim Dei mater reſurrectionem publicauit, aut prima nuntiauit. Aſt

## Anno mundi 4415. Chriſti 432. Sixtus huius nominis tertius poſt Cæleſtinum ſedet in Romana Petri Cathedra.

A Templum S. Mariæ maiotis olim tempore Liberij cooſtructum idem Sixtus ſedulò reparat locupletátque multis dooıs, quod teſtatur Anaſtaſius de Romanis Pootificibus, Aoaſtaſiúmque ſecutus Adrianus Papa epiſtolâ 3. cap. 19. ac Baronius & alii. Vnde aliquamdiu dicta eſt *Baſilica Sixti*.

B Inſuper hoc anno claruiſſe aſſerit Bibliotheca Mariana Reginum Conſtantienſem Epiſcopum, qui Conſtantiæ Cypri meritiſſimos Epiſcopus, contra hæreſim Neſtorii pro Deipara ſtylum exacuit : vna illius de bac re bomilia ſeruatur in Concilio Epheſino, parte ſecunda iſtius Concilij.

## Anno autem mundi 4416. Chriſti 433.

A Idem, qui ſuprà, Pontifex Sixtus diuioo monitu impulſus io Epiſcopum Rauennatem elegit Petrum Diaconum Forocornelieoſem cognomento Chryſologum, cui erat eloqueotia, vt contra hæreticos fortis, ita ſuauis in laudes Marianas, præſertim ſermonibus 140. 141. 142. 143. & 144. in quo poſtremo hæc polcherrima fundit: *Aue gratiâ plena ; gratiâ quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus diſciplinam. Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo ſalutem ſæculis redditura. Aue gratiâ plena ; quia ſingulis gratia ſe eſt largita per partes, Mariæ verò ſimul ſe totam dedit gratiæ plenitudo.* De tempore prædictæ electionis teſtis eſt Rubeus, in hiſtoria Rauennate. Petauius ac Baronius hoc anno Addit que Baroojus, anno 449. Petrum mortuum eſſe.

## Anno mundi 4417. Chriſti 434.

A Proclus ex Cyziceno Epiſcopo Patriarcha fit Conſtantinopolitanus. Ita Socrates, lib. 7. cap. 39. Baronius ac Petauius ad hunc annum. Inſignis verò Proclus fuit in amore Virginis, vt videre eſt in homilia illa, quam de Chriſto nato & Deipara ſcripſit, de qua pauca delibo : *Sacra Deipara*, inquit, *Virginitatis purus eſt theſaurus, ſpiritalis eſt ſecundi Adam paradiſus*, *eſt vnitarum inter ſe naturarum officina, ſalutaris reconciliationis panegyris, thalamus in quo Verbum humanam carnem ſibi deſponſauit, animatus rubus quem diuini partûs ignis non combuſſit, leuis illa nubes, &c.* Moritur anno 447. At

## Anno mundi 4418. Chriſti 435.

A Theodoſius Imperator impios Neſtorij & in Deiparam aduerſarios libros damoat ; &, editâ ſanctione, 3. Auguſti, illos vbique conquiri & comburi iuſſit ; ac oe quis deinceps legere aut retioere atque allegare diſputaodo auderet, prohibuit adhibitâ pœnâ publicationis bonorum. Iſtud habetur in Codice, & in Actis Epheſinæ Synodi, & apud Baronium atque Petauium.

B Quo circiter tempore credibile eſt viſionem illam accidiſſe, de qua Pratum ſpirituale, cap. 46. quando B. Deipara inuitata à Cyriaco Abbate, vt cellam ſuam dignaretur ingredi, comitata, vt erat, vtroque Ioanne Baptiſta & Euangeliſta, ſeuerè reſpondiſſe fertur : *Habes intra cellam tuam inimicum meum, & vis vt ingrediar?* Qui inimicus non alius erat, quàm Scripta ipſa Neſtorij, quæ mutuò accepta Cyriacus in cella retinebat. Quin &

## Anno mundi 4419. Chriſti 436.

A Theodoſii edicto demum deportatus eſt Neſtorius in exilium, & relegatus in Oaſim. Ita Acta Epheſinæ Synodi : necoon Socrates libro 7. cap. 33. Theodoretus, & alii. Addit inſuper Euagrius eundem Neſtorium linguâ vermibus exeſâ lentas dediſſe pœnas blaſphemiarum in Virginem. Addunt alii, vt Nicephorus lib. 14. cap. 26. Cedrenus in Compendio. Theodorus Lector in Collectaneis, vnà cum lingua reliquum Neſtorii corpus computruiſſe. Poſtmodùm

## Anno mundi 4420. Chriſti 437.

A Celebrari vbique incipit feſtum Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ, quòd fusè probat Baronius in Martyrologio, octauo Septembris. Celebratum autem fuiſſe tali Septembris die, & non aliâ, putant, ob reuelationem diuinitus cuidam ſolitario factam, quâ didicit idem ab Angelis pro tali die in cælo feſtiuari. Hanc reuelationem ex Ioanne Bileth refert Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum, lib. 8. cap. 52. Item Carthuſianus, ſermooe 1 de Natiuitate Virginis. Nec improbabile eſt his temporibus Maſſilienſem ciuitatem ædificaſſe ac dedicaſſe in honorem Natæ Virginis primariom quod in ipſa eſt templom, & communiter dicitur in illa ciuitate *Baſilica S. Mariæ maioris.* Paulò pòſt,

## Anno mundi 4423. Chriſti 440. Leo primus, qui & ob ſanctitatem & ob doctrinã dictus eſt Magnus, Pontificatum init morte extincto Sixto. Quo propemodùm tempore, nempe Anno mundi 4424. Chriſti 441.

A IN territorio Lugdunenſi accidiſſe dicitur obitus S. Domitiani Abbatis, qui primus illîc Ereminiticam vitam exercuit, ibidémque ex apparentis Chriſti imperio templum condidit in honorem Diuæ Virgiois, procurauítque conſecrari per S. Eucherium tunc Epiſcopum Lugdunenſem. Sic Vincentius Charron in Calendario Mariali Iulij 1. ex Martyrologio Romano, & Trithemio, lib. 5. cap. 296. Hunc Arnoldus Vvion libro tertlo Ligni vitæ, fuiſſe ait Abbatem Vallis Membranæ circa anoum Domiui 560.

## Anno verò mundi 4427. Christi 444.

A CEſſat viuere Cyrillus Alexendrinus Patriarcha. Sic Petauius & Baronius. Præſtantiſſimus hie fuit contra furorem Neſtorij Marianæ gloriæ aſſertor, quam, vt dictum eſt anno Chriſti 431. ex Cæleſtini Romani Pontificis delegatione in Concilio Epheſino conſtantiſſimè retinuit, omniúmque propterea benedictionem meruit. Multus autem eſt paſſim io ſuis ſcripris Cyrillus in laudanda Virgine: Locus omoinò præclarus eſt, qui habetur homiliâ 6. Epheſi contra Neſtorium dictâ, ex quæ hæc pauca iuuat decerpere: *Salue per nos, Sancta Deipara, pretioſus totius orbis theſaurus, lampas inextinguibilis, corona virginitatis, ſceptrum rectæ doctrinæ, templum inſolubile, locus eius qui loco capi nequit, Mater & Virgo, per quam in Euangeliis benedictus nominatur qui venit in nomine Domini. Salue per quam Sancta Trias per vniuerſum orbem ſanctificatur & adoratur, per quam cælum exultat, lætantur Angeli & Archangeli, fugantur dæmones, & homo ipſe ad cælum reuocatur, &c.*

## Anno mundi 4429. Chriſti 446.

A IMago Deiparæ, quæ aliquo caſu occultata olim in procera cupreſſo latuerat, immenſo coruſcans lumine ſeſe manifeſtam effecit, & ingentia edidit miracula. Nicephorus ita teſtatur, lib. 14. cap. 46. vbi etiam addit: Cyrum virum illuſtrem, primùm aulæ Theodoſij Præfectum, deinde Præfectum vrbis Conſtantinopolis, ac poſteà Smyrneoſem Antiſtitem factum, tantùm honoris ei loco, in quo reperta fuit hæc Imago Virginis, habuiſſe; vt venuſtiſſimum ibi & maximum Dei genitrici templum etiam conſtruxerit, quod *templum Cyri* poſteà dictum eſt. Dein

## Anno mundi 4431. Chriſti 448.

A DElirare demum incipit Eutyches Conſtantinopolitanus Archimandrita, & primùm negat Chriſtum eſſe matri conſubſtantialem ſecundū carnem, ſed corpus ait de cælo habuiſſe: poſtea duas in Chriſto permiſcuit naturas, vt vna fieret ex duabus; ex quo poſteriore dogmate rurſus inferebat non eſſe Chriſto conſubſtantialem Mariam. Verùm poſtulatus iudicio ab Euſebio Dorylæi Epiſcopo, damnatus eſt hoc anoo in Synodo Conſtantinopoli à Sancto Flauiano eius vrbis antiſtite; ac deinde ſæpiùs operâ Chryſaphij reluctaos, ſæpiùs qooque à Patribus condemnatus eſt. Vide Baronium hoc anno, & epiſtolam S. Leonis Pontificis Romani ad Flauianum, quæ decima eſt inter Decretales, & Eocyclica à Græcis vocatur, in qua tota Eutychetis hæreſis exſcinditur: Hanc epiſtolam comprobatam a S. Petro Apoſtolo docet Pratum Spirituale, cap. 147. & 148. quam vniuerſa quoque recepit Eccleſia. Iode.

## Anno mundi 4433. Chriſti 450.

A MArciani & Pulcheriæ fœlix matrimonium accidit. Indicant id Nicephorus, Euagrius, Theophanes & Baronius. Sed Beati illi coniuges priùs inito Virginitatis pacto, Mariæ coniugium hoc ſuo facinore glorioſè repræſentarunt.

## Anno ſubſequente mundi 4434. Chriſti 451.

A ATtilâ deuaſtante Gallias, Nicaſius Remenſis vrbis Epiſcopus, & martyrio pro Chriſto perfunctus, cruore ſuo illam ædem perfudit, quam Matri Dei & antè fundauerat, & in Metropolitanam etiam erexerat. Ita Frodoardus io hiſtoria Remenſi. Chenu io tabula Epiſcoporum Remenſium. Surius 14. Decembris. Vincentius Bellouacenſis io Speculo, lib. 20. cap. 37.

B Sed hoc eodem anno celebratur Chalcedonenſe Concilium io quo Eutyches & Dioſcorus damnati ſunt, vt fuse habet Baronius, & Acta huius Concilii. Inter Patres inibi congregatos adfuit Baſilius Epiſcopus Seleucienſis, adfuit & Polychronius Virodooenſis Epiſcopus, adfuit & Auxeotius Abbas, omnes inſignes in Deiparæ cultu. Nam quamuis Baſilius reprehenſus fuerit, quòd Neſtorio fauiſſet: de hac re tamen in Concilio abſolutus, noo deſtitit multis in locis Dei Matrem laudare, præſertim ſermone 39. qui eſt de Anounciatione. Polychronius verò de Concilio reuerſus in Cathedrali Virdunenſi, quæ Mariæ dedicata eſt, ſtatuam eiuſdem Virgiois erexit, ſub cuius pedibus horridus Dracho calcabatur; & io veſtimenti fimbriis Reſponſorium inerat: *Gaude Maria Virgo cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo*: quæ deinde ſtatua multis refulſit miraculis, & adhuc hodie multis honoribus à frequenti populo colitur: quam quotidie, antè quam decantetur ſolemne Miſſæ aut Veſperarum officium, ſalutare de genu ſolent Symphoniaci venientes de choro pueri, & his vocibus muſicè compellare: *Monſtra te eſſe matrem, ſumat per te preces, qui pro nobis natus, tulit eſſe tuus*: quam rem oculis & auribus experiri mihi licuit anno Chriſti 1658. octauo Septembris: de Polychronio autem & prædicta ſtatua verba faciunt Poiræus Triplicis coronæ tractatu r. cap. 12. n. 57. §. 5. Laurentius Leodienſis Religioſus S. Victooi, in Catalogo Epiſcoporum Virdunenſium, & ibidem Guillelmus Decanus Virduneoſis. Item Claudius Robertus io Gallia Chriſtiana, vbi addit Polychronium obiiſſe circa annum Chriſti 470. Non bene autem Gononus in Chronico, facinus illud Pulchronii, quod non aote hunc annum accidit, cùm acciderit tantùm poſtquam Polychronius ex Chalcedoneoſi rediit Concilio, ad annum reponit Chriſti Domini 452. quod indicaſſe operæ eſt pretium.

At Auxentius Abbas, vt babent Acta eius apud Surium, Februarii 14. coram omnibus clamabat: *Confiteor æterni Patris Verbum, carnem ex Beatiſſima Virgine verè perfectéque ſumpſiſſe, ex Virgine, inquam, non experta opus nuptiarum.* Negabat idem ſe congredi, conuiuere, & ſacra participare poſſe, niſi cum illis, qui pleno ore faterentur Dei parentem Virginem permanſiſſe. Aſt

## Anno Mundi 4436. Chriſti 453.

MOritur Pulcheria Auguſta, vitâ in Virginitate ſimul & coniugio Sanctiſſimè peractâ, mulier in Sanctiſſimam Dei matrem vberrimè deuota. Hinc Concilium Epheſinum efficienter promouit; hinc & Chalcedonenſi interfuit, hinc Sanctos etiam Præſules rebus neceſſariis fouit, hinc & varia templa in cultum Deiparæ magnifica condidit. Tria numerat Nicephorus, lib. 14. cap. 2. & lib. 15. cap. 14. primum in Chalcopratcio, ſiue foro fabrorum, quod cum Theodoſio à fundamentis conſtituit, in quo, magnum ſanè theſaurum, Zonam poſuit Deigenitricis, & vt quarto quoque hebdomadæ die in eodem peruigilium ac ſupplicatio ad lucernas & lampades fieret, decreuit, quam & ipſa pedes frequentare ſolita erat. Alterum templum fuit τῶν ὁδηγῶν, hoc eſt, viæ Ducum, in quo poſuit depictam à S. Luca Virginis imaginem, faſcias item Saluatoris. Tertium denique in Blachernis de quo dictum eſt anno 431. Et hæc tria in agro Conſtantinopolitano, numerare enim reliqua quis valeat? Non immemor autem fuit Dei genitrix tantæ beneuolentiæ, quæ glorioſam reddidit Pulcheriam in vita & in morte, & iam in cælo coronâ æternâ redimitam à filio, conſortem amplectitur congratulans.

## Anno autem mundi 4437. Chriſti 454.

EVcherium Lugdunenſem Epiſcopum, virum meritis ac ſcientia clarum, ad cæleſtem lauream emigraſſe, teſtatur ſuprà citatus ſæpè Marraccius cum Martyrologio Gallicano; atque addit ab Eucherio in gloriam Diuæ Virginis varias euulgatas fuiſſe Homilias, de Conceptione, de Annunciatione, de Aſſumptione, & alias nondum ſatis perſpectas. Triennio poſt,

## Anno mundi 4440. Chriſti 457.

LEo magnus, ſiue Leo primus huius nominis Imperator, poſt Marciani Pulcheriæ coniugis obitum habenas Imperij capeſſiuit, quod Marcellinus docet in Chronico, & Baronius hoc anno, & alii, qui etiam cum Nicephoro aduertunt, quòd cum Leo adhuc priuatus ageret, & in loco quodam non longè à Conſtantinopoli, cæco cuidam ſitienti ducem viæ ſe præbuiſſet, atque aquam ibi diligenter conquiſitam, & Deiparæ admonitu inuentam, cæco illi attuliſſet; eiuſdem Deiparæ iuſſu luto inde accepto cæci oculos inunxit, qui & viſum recepit: addidit verò Deipara tanquam in mercedem iſtius pietatis, fore illum Imperatorem, iuſſitque vt olim hoc adepto honore, ſuo nomini iſto in loco Eccleſiam poneret: quod præſtitit ſalutatus hoc anno & coronatus Imperator. Vide Nicephorum, lib. 15. cap. 25.

Addit prædictus Nicephorus, lib. 2. cap. 25. & lib. 15. cap. 14. Iuuenalem Ieroſolymitanum Epiſcopum, hoc eodem anno, vitam cum morte commutaſſe, cùm antea ſcripſiſſet ex maiorum traditione libellum de Tranſitu Virginis, & miſiſſet ſepulchrum eiuſdem Beatæ Virginis Conſtantinopolim ponendum in Blachernis, in eo videlicet templo, quod Pulcheria condiderat. Iſtiuſmodi ſepulchrum interpretatur Baronius de inhærentibus ipſi ſepulchro lapidibus, nam Iudæorum more ipſum ſepulchrum erat in rupe excauatum.

## Anno deinde mundi 4441. Chriſti 458.

DIem clauſit extremum Anatolius Græcus, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui pro Flauiano ſubrogatus eſt, & de quo pluribus Baronius hoc anno mentionem facit; Ita Bibliotheca Marraccii, quæ ex Caniſio, libro 1. de Deipara, cap. 1. & ex Coccio, tomo 1. Theſauri Catholici, lib. 3. cap. 5. aſſeuerat, Canticum de Mariæ Virginis Natiuitate, & aliud de Præſentatione, fuiſſe ab Anatolio conſcripta; & hoc in Menologio Græcorum etiamnum extare, quibus canticis Anatolius teſtatus eſt, quanto animi affectu in Dei Matrem raperetur.

## Anno circiter mundi 4443. Chriſti 460.

ACcidiſſe videtur, vt Icelia pientiſſima fœmina templum Virgini non longè à Bethlehem loco Chriſti Natali condiderit, quod & tradidit colendum Magno cœnobiarchæ Theodoſio miraculis inclyto, quem & tempore Leonis Imperatoris floruiſſe, & ad tempora perueniſſe Iuſtiniani, aduertit Baronius in Martyrologii notis ad diem 11. Ianuarij: ad quem etiam diem Surius vitam eius ex Metaphraſte repræſentat; in qua & notat, in Deiparæ feſto conferta multitudine templum hoc viſitante, & deficientibus tum cibariis tum panibus, Theodoſii prece alimoniam augeſcente ac ſuppeditante, omnes abſceſſiſſe perfectiſſimè ſatiatos.

## Anno autem mundi 4444. Chriſti 461. Sanctus Leo Pontifex diem claudit extremum, cui Hilarius ſuccedit.

FVit autem Leo vir planè mirabilis, & cultu Deiparæ inter cæteros conſpicuus, quam contra Neſtorium defendit, & Eutychen reſiſtendo verè Dei parentem ſuſtinuit: ſparſim etiam in ſermonibus ſuis toto animo laudat. Vnde ſermone 1. de Natiuitate Saluatoris: *Virgo regia*, inquit *Dauidica ſtirpis eligitur, quæ ſacro grauidanda fœtu diuinam humanámque prolem priùs conciperet mente, quàm corpore. Et ne ſuperni ignara conſilii ad inuſitatos paueret effectus, quod in ea operandum erat colloquio diſcit Angelico.*

*Nec damnum credit pudoris Dei genitrix mox futura. Cur enim de conceptionis nouitate deſperet? &c.* Hilario autem quatuor circiter iam annis moderante clauum Eccleſiæ, hoc eſt,

## Anno mundi propemodùm 4448. Chriſti 465.

MAximus Taurinenſis Epiſcopus vitam mortalem deſeruit. Sic Baronius, in Annalibus ad Chriſti annum 451. Habet verò Maximus honorificam in Scriptis ſuis de Chriſtipara mentionem: & homiliâ quidem in Dominicam de Ramis palmarum ſic loquitur: *Illum inſpiciamus verſiculum, in quo ait: Ego autem ſum vermis & non homo, cur Deus vermiculo ſe voluerit comparare? poſſumus hoc quidem humilitati primùm aſſignare: ſed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nullâ extrinſecus admixtione alicuius corporis, de ſola & pura terra procreatur: ſic & ipſe Saluator de ſola & pura Maria. Legimus etiam in libris Moyſi de manna vermiculos procreatos. Digna ſanè & iuſta comparatio, ſiquidem de manna vermiculus gignitur, & Dominus IESVS de virgine procreatur: quin potiùs ipſam Mariam manna dixerim, quia eſt ſubtilis, ſplendida & ſuauis, origo quæ cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, &c.*

## Anno mundi 4449. Chriſti 466.

THeodoretus vir opere & ſermone potens, aduerſus Hæreticos, Iudæos, Paganos vſque ad ſanguinis effuſionem certans, & contra eoſdem indefeſsè ſcribens, vt docet Baronius ad annum 424. hoc demum tempore contra Eutychetem & Dioſcorum ſtylum exacuit. Quamuis autem Neſtorio nonnihil aliquando fauerit, poſteà tamen reſipuit, & Neſtorium inter Hæreticos numeranit, lib. 4. de fabulis Hæreticorum, imò contra eundem peculiarem librum ſcripſit, vbi fusè oſtendit S. Virginem dici debere *Deiparam*, idemque præſtat in reprehenſione anathematiſmorum Cyrilli; prætereà commentarium edidit in Canticum B. Mariæ Virginis, vt notat Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Deinceps

## Anno Mundi 4450. Chriſti 467. Simplicius patriâ Tiburtinus Hilario Pontifici mortuo ſufficitur.

FVit autem Hilarius deuotus in S. Deiparam, quod teſtantur varia dona ab eo in eius honorem collata. Nam in Baſilica Sanctæ Mariæ Conſtantiniana recondidit ſcyphum aureum anſatum penſantem libras octo. Scyphos per titulos viginti quinque penſantes libras decem. Calices miniſteriales quinquaginta penſantes ſingulos libras duas, aliaque ſimilia, de quibus Anaſtaſius Bibliothecarius, & Baronius ad hunc annum. Addit Platina Hilarium ſcripſiſſe tres epiſtolas de fide Catholica, quibus confirmat Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem Synodos, quibus eximius Deiparæ titulus Θεοτόκος ſancitur, atque contra hæreticos defenditur.

## Ad annum verò mundi prope 4453. Chriſti 470.

VEſtis Beatæ Deiparæ à Galbio & Candido Præfectis exercitûs Imperatoris Leonis in vico prope Ieruſalem reperta eſt; quam cautè ſublatam portarunt Conſtantinopolim, vbi templum ipſi rotundum ad maris littus Leo conſtrui imperauit, quæ & loculo ibidem aſſeruata argenteo multis & ingentibus miraculis diutiſſimè fulſit. Hac de re Metaphraſtes apud Surium 15. Auguſti. Nicephorus, lib. 15. cap. 25. Baronius ad annum 474. quo etiam anno Leonem obiiſſe docet, & omnes alij. De eadem veſte loquitur Caniſius, lib. 5. de B. Maria, cap. 23. Biennio poſt

## Anno mundi 4455. Chriſti 472.

MOritur Abbas Euthymius vir ſanctitate & miraculis clarus, qui Theodoſio monacho Neſtoriano, & Palæſtinam ſuo errore inficienti acerrimè reſtitit, & Mariam eſſe perfectè Deiparam fateri ſe cum Cyrillo Alexandrino palam fidentérque aſſeruit. Ita Cyrillus monachus in eius vita apud Surium Ianuarij 20. Poſt hæc

## Anno circiter mundi 4458. Chriſti 475.

HOc eſt, circa Zenonis Imperatoris initia, qui imperium iniit anno Domini 474. Petrus Gnaphæus Antiochenus Epiſcopus, quamuis peſſimus eſſet & Eutychianus hæreticus; non primùm quidem, vt rabioſè blaterat Chemnitius in examine Concilii Tridentini circa inuocationem Sanctorum; ſed nec etiam malè in Eccleſia Antiochena induxiſſe fertur frequentem & publicam inuocationem B. Mariæ Virginis Θεοτόκον. Quod teſtatur Nicephorus, lib. 15. cap. 17. Elapſis dein octo annis

## Anno mundi 4466. Chriſti 483. Fœlix tertius ſuccedit Simplicio in Romano Pontificatu; cuius anno ſexto, hoc eſt,

## Anno mundi 4472. Chriſti 489.

VT notat Nouarinus, in vmbra virginea, n. 638. refertque ex Iacobo Philippo Bergomenſi; Arthurus Dux Britannus clypeo vti ſolebat, in quo depicta effulgebat imago B. Virginis, in cuius præſidio, cùm gerebat bellum, plurimam fiduciam conſtituebat. Conſentiunt Malmeſburienſis & Ho'coth, qui prædictum Arthurum vocant Angliæ Regem, vt idem ibidem Nouarinus indicat.

## Anno mundi 4474. Chriſti 491.

ZEno Iſauricus, Imperator epilepſiâ correptus miſerè interiit, viuus quippe ſepultus cùm opem inclamaret, prohibente coniuge, ſubleuatus non eſt: quæ horrenda mors licet peccatis

eius

eius conueniret, ſpes vlteriùs eſt fructuoſam fuiſſe & ſatisfactoriam. Hoc præſumere ſuadet, quem ſemper præ ſe tulit, amor ſuauis in Virginem, in cuius honorem voluit conſecrari templum Cyzicenum olim ab Argonautis ex iuſſione oraculi Pythij conſtructum, & ritu prophano Rheæ matri Deorum dedicatum, vt Cedrenus in Compendio refert. Suadet item præſumere prolixa in pauperes miſericordia & liberalitas, quam laudat Pratum ſpirituale, cap. 175. dicens B. Deiparam reſpondiſſe mulieri, cuius filiam vitiauerat Zeno, vindictam à ſe poſtulanti: *Crede mulier vltionem tuam ſæpè facere volui, ſed manus eius prohibet me.* Manus quippe eius multa largiebatur pauperibus. De morte Zenonis agit Euagrius, lib. 3. cap. 29.

Hoc etiam anno Eccleſia maximæ Lauræ, quam ædificauerat Sanctus Sabbas, dedicata eſt B in honorem S. Mariæ, vt habetur apud Surium in vita Sancti Ioannis Silentiarij 13. Maii. In qua etiam vita legitur eundem S. Ioannem ædificaſſe Nicopoli Eccleſiam in venerationem S. Deiparæ, cùm ipſe eſſet tantùm octodecim annorum, vbi ſe cum decem aliis in aſceticæ vitæ miniſteriis exercuit.

## Anno Mundi 4475. Chriſti 492. Gelaſius patriâ Afer in locum Fœlicis tertij demortui ſubrogatus eſt.

CEnſetur autem digniſſimus laude Gelaſius; A tum ob quinque libros, quos contra Neſtorium & Eutychetem Diuæ Virginis hoſtes doctè pièque exarauit, qui an extent ſub dubio lis eſt, negantque Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Baronius ad annum 496. tum ob Lupercalia ſublata, quâ re putat Baronius, in notis Martyrologij ad 2. Februarij, Gelaſium aperuiſſe viam Feſto Purificationis in Occidentali Eccleſia cum cereis accenſis celebrando: Nam an antè in Orientis partibus fuerit celebratum, alii volunt, alij negant; non putat Baronius ſuprà citatus; ſed eius rationes non conuincunt, cùm verum non ſit, nullas ante hunc annum de Hypapante à Patribus Græcis habitas eſſe homilias, vel ſaltem certum non ſit. Fuit autem Gelaſius Pontifex huius nominis primus.

## Anno mundi 4479. Chriſti 496. Anaſtaſius, huius nominis ſecundus, Gelaſio Pontifice mortuo, fit Vicarius Chriſti: poſt quem

## Anno mundi 4481. Chriſti 498. Symmachus, natione Sardus, gubernaculo admouetur totius populi Chriſtiani. Cuius Pontificatûs primis annis hoc eſt ſub initium ſæculi ſexti ſubſequentis, nempe circiter

## Anno mundi 4483. Chriſti 500.

ACcidiſſe videtur, quod Cyrillus habet, in A vita Sancti Sabbæ, & adhuc expreſſiùs Gregorius Turonenſis, lib. 1. de gloria martyrum, cap. 11. vt Deipara Virgo ingenti inediæ Monaſterii Lauræ ſubuenirct. Cùm enim iam propter nimiam egeſtatem diſceſſum Monachi cogitarent; Abbas, qui erat S. Sabbas, inuitat ad orandum, non poſſe fieri aſſerens, vt in illius Monaſterio frumentum deficiat, quæ frugem vitæ pereunti mundo intulit. Nec verò id factum eſt: Nam ſummo illuceſcente manè poſtridie horrea plena reperta ſunt. Aliâ item vice, poſt vſurpata ſimili modo precum ſubſidia, magna vis auri argentique reperta eſt, quæ egeſtati remedium afferret.

B Sed & eodem anno mentionem facit Franciſcus Lahier, in magno Sanctarum Virginum Menologio, die 6. Nouembris, de Sancto Efflam filio Regis Hiberniæ, qui cum Sancta Honora in connubio ſeruauit votum Virginitatis, imitando Virgineum Matrimonium Ioſephi & Mariæ.

C Ad hoc idem tempus Bibliotheca Mariana floruiſſe dicit Romanum Emeſenum, natione Græcum, ex patria ſui cognominis oriundum, & in ordine Clericali Diaconum, de cuius ſanctitate mentionem facit prima die Octobris Menologium Cardinalis Sirleti, & Menæum Græcorum, necnon Simon Vvagnereckius in ſuo erudito libro de Pietate Mariana Græcorum, vbi duo teſtatur de Romano noſtro: alterum, compoſitas ab eo fuiſſe in laudem Deiparæ Odas quaſdam breues, quas Græci Contacia vocant: alterum eidem dormienti ſe viſibilem Virginem reddidiſſe, dediſſeque librum quem deuoraret; quo promptiſſimè comeſo, expertus eſt miram facilitatem fundendi Contacia. Vide prædictum Vvagnereckium, in Prolegomenis ſui libri, n. 18. & præcitatam Bibliothecam Marianam.

## Anno mundi 4486. Chriſti 503.

A FLorebat Ennodius adhuc Diaconus, poſteà Epiſcopus Ticinenſis, vt videre eſt apud Petauium, lib. 13. de doctrina temporum. Is, inter alia, ſcripſit de B. Maria non ingratum hymnum, qui ſic incipit, *Vt Virginem fœtam loquar, Quid laude dignum Maria? Dei partus, orneto exigat, Quod clauſa porta, quod patens expoſcit ipſa ſuggerat. Sint verba ceu miraculum, &c.* Reliqua ſunt tanto digna ingenio.

B Florebat quoque Ferrandus Diaconus, ad quem S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus ſcripſit libros duos. Ipſe verò Ferrandus, inter alia multa, epiſtolas duas, aliam ad Anatolium, aliam ad Seuerum conſcripſit, in quibus non pauca in laudem S. Deiparæ habentur, & variæ contra Neſtorium propoſitiones explicantur.

## Anno mundi 4493. Chriſti 510.

A SAnctus Benedictus, congregatis aliquot religioſæ vitæ diſcipulis, inſtituere cœpit Ordinem in deuotione Beatiſſimæ Virginis conſpicuum. Sic teſtatur Chronicon eiuſdem Ordinis, & quæ Ordini acciderunt. Ex eo quippe proceſſerunt inſignes in amore Mariæ, Gregorius Magnus, Ildephonſus, Hermannus contractus, Iudocus, Maurus, & innumerabiles alii, qui multa vel ſcripſerunt, vel perpeſſi ſunt pro gloria Matris Dei. Præterea ex ſex Monaſteriis, quæ Benedictus in Italia fundauit, vnum B.

Deiparæ dedicatum eſt, appellatúmque S. *Mariæ de Portiuncula*, quod poſteà, vel certè potiùs aliqua eius appendix, Diuo Franciſco conceſſum eſt Ordinem Minorum in ſinu Dei genitricis velnti auſpicanti. Notat verò Rupertus, in libro 7. de diuinis officiis, cap. 25. ſingulis Benedictini Ordinis in Monaſteriis eſſe Deiparæ ſacellum, in qno fiat prima ſtatio proceſſionis, quæ ſingulis Dominicis diebus fieri conſueuit.

### Anno mundi 4497. Chriſti 514. Hormiſdas, Campanus, Symmacho Pontifici ſuffectus eſt.

QVo eodem anno Clodouæus Francorum Rex huius nominis primus migrat è vita, A vt habet Sigebertus, & Baronius. Beatiſſimæ Deiparæ nobiliſſimum templum Argeotorati ipſe conſtituit, multáque alia præſtitit, ſicut Bozius reſtatur, libro 9. de ſignis Eccleſiæ, cap. 5.

Hoc etiam tempore Conſtantinopoli florebat, B imò & multa perpeſſa eſt Iuliana fœmina primaria, quæ Sanctæ Virginis templum *in Honoratis* condiderat. Sic Theophanes & Theodotus Lector, lib. 2. & Petauius ex ipſis, lib. 13. de doctrina temporum.

### Anno mundi circiter 4500. Chriſti 517.

ACcidiſſe videtur, quod refert Pratum ſpirituale, A cap. 48. de Coſmiana vxore Germani Patritii: quam quia erat tincta errore Acephalorum, non permiſit Beatiſſima Virgo apparens ei comitata Virginum choris, ingredi in Sanctum Sepulchrum Domini dicens: *Non ingredieris niſi nobiſcum communicaueris.*

Similiter illud etiam accidiſſe videtur, quod B habet S. Gregorius, libro 1. Dialogorum, cap. 9. de Beato Bonifacio Ferentinorum Epiſcopo, cui flagitanti Sancta Domini Mater tribuit duodecim nummos aureos, quibus mitigaret furorem nepotis ſui Conſtantij preſbyteri, cui totidem ex vendito equo in arca repoſitos abſtulerat, quos daret pauperibus. Paulò poſt

### Anno mundi 4503. Chriſti 520.

FActa eſt damnatio librorum Fauſti Rhegienſis A Epiſcopi, ob in iis admixtos Pelagianos errores: floruitque Ioanoes Maxentius monachos, qui audacter ſimul & inſolenter ſcripſit contra epiſtolam Hormiſdæ. Licet verò hi reprehendendi fuerint; Fauſtus quidem ob libros duos de gratia & libero arbitrio: Ioannes verò Maxentius ob inſolentem illam audaciam, quâ Pontificis carpebat epiſtolam; qoamqnam negabat eſſe epiſtolam Hormiſdæ Pontificis; nonnihil tamen vterque teſtatus eſt ſuum in Deiparam amorem: prior qoidem in epiſtola, quam contra Neſtorium conſcripſit ad Græcum Diaconum, quæque habetur tomo 5. Bibliothecæ Patrum parte 3. paginâ 524. editionis Colonienſis: in qua Fauſtus non vulgari eloquentia impietatem Neſtorianorum ſimul & Arianorum acerrimè profligat, & Chriſti Matrem ita hominem eſſe oſtendit, vt reipſa ſit Mater Dei. Poſterior autem in tribus libris Dialogorum contra Neſtorianos, qui tamen libri cautè legeodi ſuot, quod Maxentius Eutychiaoi erroris fuligine tinctus fuerit.

### Anno circiter mundi 4504. Chriſti 521.

A IMitati ſunt S. Matiæ Virginis coniugium Arnulphus & Stamberga: de quibus Petrus in Catalogo, lib. 6. cap. 113. & Sigebertus in Chronico ad annum 513. vbi Stambergam vocat Scatibergam. Fuit autem Stamberga neptis Clodouæi Regis Francorum; & Aroulphos a S. Remigio in baptiſmo ſuſceptus, peregrinationem longam viginti ſeptem annorum diuino monitu ſuſcepit, duos mortuos ſuſcitauit, miraculis claruit, & mortuus eſt 18. Iulij. Eadem laude eodem tempore floruit S. Theodoricus & eius cooiux, quorum vterque Virginitatis ſuſcepit conſilium, vt videre eſt apud Surium 1. Iulii, vbi dicitur Theodoricum tantâ miraculorum virtute coruſcaſſe, vt filiam Regis Francorum à mortuis excitauerit.

### Anno mundi 4505. Chriſti 522.

A PAriſiis à Rege Childeberto conditum eſt templum io hooorem Sanctæ Virginis, quod poſteà promouerunt & magoificentius reddiderunt ſoccesſſores Reges, Robertus Hugonis Capeti filius, Henricus primus, Philippus primus, Ludouicus Craſſus, Ludouicus iunior, ac denique Philippus Auguſtus Adeodatus; ſub cuius regno prædictum templum Mauritius Pariſienſis Epiſcopus Deiparæ ſacrauit, ſicut indicat inſcriptio, quæ in Epiſcopali ſacello legitur. Huius templi magnificentiam deſcribit Paulus Merula, parte 3. ſuæ Coſmographiæ, lib. 3. cap. 2. & ſingulas columnas, turres, portas, ſacella, Regum ſtatuas, & ſimilia enumerat. De hoc inſuper templo loqnuntur Aimonius, lib. 3. de geſtis Francorum, cap. 57. Abbo Monachus in deſcriptione obſidionis Pariſieoſis per Nortmannos. Iacobus Breulius in Antiquitatibus Pariſienſibus. Iacobus Doublet in hiſtoria Abbatiæ Sancti Dionyſij, lib. 4. cap. 9. Spinellus tractatu de templis n. 65. Vincentius Charron in Calendario 14. Iulij, n. 4. & 8. Septembris, num. 18. Poſteà

### Anno mundi 4506. Chriſti 523. Ioannes huius nominis primus, patriâ Hetruſcus, Hormiſdæ Papæ ſucceſſor fit, cuius Pontificatûs initio, ſcilicet

### Anno mundi 4507. Chriſti 524.

A GAlla Symmachi coniux, filia Patritij, caſtiſſima vidua, de qua Diuus Gregorius, lib. 4. Dialogorum, cap. 13. loqoitur, & felicem obitum enarrat, delatam miniſterio Angelorum domi ſuæ ſuſcipit imaginem S. Deiparæ filium ſuum io vlnis fouentis, quam in lapide ſapphirino aureæ virgarum notæ diſtinguebant opificio ac ſplendore omninò cæleſti. Qua de re

monuit illa Ioannem Pontificem. Is cum domum Gallæ veniſſet, iconem vidiſſet, fuſis precibus gratias egiſſet; tum nouo miraculo eleuata in altum per Angelos imago eſt, & campanis totâ vrbe ſuâ ſponte ſonantibus in Ioannis demum eſt manibus depoſita. Quo etiam die, ſingulari Dei genitricis beneficio, peſtis, quæ totâ vrbe graſſabatur, confeſtim compreſſa eſt. Domus autem Gallæ conſecrata in cultum Deiparæ conſeruat iſtud imaginis donum, & iam appellatur *S. Maria in porticu*, quam nonnulli putant olim fuiſſe templum Pudicitiæ conſecratum. Nec verò ſemel hæc imago peſtem depulit: amouit illam ſub Calliſto tertio, & Hadriano ſexto, per vias vrbis circumlata: & contra Turcam Turcarúmque metum à Leone decimo & Paulo tertio nudis pedibus, publicâ pompâ, per vrbem geſtata eſt. Quæ etiam iuſſu Pauli ſecundi in Pontificium ſacellum delata & illata, ſequente die in ſua æde diuinitus relata reperta eſt. Et hæc omnia conſtant ex monumentis S. Mariæ in porticu, & ex Spinello tractatu de templis Deiparæ, n. 22. Balinghem in Calendario B. Virginis 27. Maii, & aliis. Sequente

## Anno mundi 4508. Chriſti 525.

A SAncta Maria Ægyptiaca octogenatiâ maior è vita diſcedit, cuius conuerſionem ope Diuæ Virginis mirabiliter factam, & agonem tentationum eiuſdem auxilio ſuperatum præclatè deſcribunt Acta vitæ eius citata in ſecundo Nicæno Concilio actione 4. quæ ex Sophronio fusè explicata in Latinum vertit Paulus Diaconus. Fuerat illa per ſeptemdecim annos publica meretrix, & Ieruſalem veniens adoratura Crucem Chriſti, ab ingreſſu templi diuinitus impedita eſt, donec fuſis ad Virginem votis, cuius imago in templi atrio erat, & concepto vitæ melioris propoſito, ingreſſum obtinuit, atque poſteà, ſacrâ priùs Eucharistiâ ſuſceptâ, vltra Iordanem in deſertum ſeſe abdidit ibi bonam requiem, vt diuinitu[illegible] onita eſt, inuentura. Vide Nicephorum, qui hæc eadem recitat, lib. 17. cap. 5. Balinghem in Calendario 2. Aprilis, & 14. Septembris, & innumeri alii.

B At Cameraci, in Belgicæ Galliæ finibus, ad Beatæ Virginis honorem templum hoc ipſo anno fuiſſe erectum teſtatur Ferreolus Loctius in Maria Auguſta, lib. 2. cap. 22. & in Anacephalæoſi. Teſtatur & Vvagnereckius in ſuo libro de Pietate Mariana Græcorum in Prolegomenis, n. 24. claruiſſe virtute Stephanum Sabaïtam, Ordinis S. Baſilii, natione Græcum, & S. Sabbæ germanum diſcipulum, qui, vt erat in fundendis verſibus fœliciſſimæ venæ, de Deiparæ Laudibus plures Hymnos emiſit, ab Eccleſia Græca diuinis Officiis inſertos. Nec id ſiluit Bibliotheca Mariana.

## Anno Mundi 4509. Chriſti 526. Felix quartus Pontifex Maximus in Ioannis locum electus præfuit Eccleſiæ.

A QVo etiam anno miſerè periit, vt miſerè vixerat Rex Gothorum in Italia regnantium Theodoricus, qui Ioannem Pontificem, Seuerinum Boëthium, & Symmachum virum Conſularem, quantumuis innocentes, crudeliter interficere iuſſit. Poterat iſte Princeps Sanctæ Virginis experiri facilem pietatem, ſi, vt ſe dederant aliqua eius principia, in amore illius tenax perſeueraſſet. Dicitur videlicet in vrbe Rauenna magnificentiſſimum illud templum *Diuæ Mariæ Rotundæ* ædificaſſe, in quo princeps ac primarium ſacellum vno duntaxat lapide conſtat, quo nihil rarius aut admirabilius. Huius Theodorici ſublatum morte corpus ibidem conditum eſt, & per filiam Amalaſuntham intra porphyreticum collocatum ſepulchrũ. De his videre potes Baronium hoc anno & Caſſiodorum ab illo citatum; Gononum in Chronico; & Vincentium Charton atque Balinghem, vtrumque in Calendario 2. Septembris, & alios apud ipſos. Vlteriùs

## Anno mundi 4510. Chriſti 527.

A IVſtinianus, poſt Iuſtinum mortuum, Orientalis Imperij gubernacula ſuſcepit; & ſui ſtatum Imperij, ſuorúmque conſiliorum tum initium tum finem Deiparæ commendans, fœliciter fauſtè ac fortunatè Orientis ſceptrum pertractat. Iuſtiniani hunc ad regimen Imperij aduentum notant plurimi; & potiſſimùm Marcellinus Comes in Chronico. Euagrius, libro 4. cap. 9. Zonaras ac Cedrenus & Baronius & alii. Sed inter eos nominatim Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 4. n. 7. inſuper huius Imperatoris affectum in Virginem extollit.

B Ad hoc quoque tempus pertinere videtur memorabilis illa hiſtoria de Theophilo Oeconomo, qui ſe dæmoni tradiderat, & pacto cum eo inito, ſchedulâque firmato, Chriſtum & Matrem eius impiè eiurarat: quem piiſſima Virgo ad ſe confugientem & benignè ſuſcepit, & filio reconciliauit, & dæmoni eripuit, & ſchedulam eiurationis reſtitui curauit. Rem totam fusè digerit Metaphraſtes apud Surium 4. Februarii, vbi notat Theophilum fuiſſe Adanenſis Eccleſiæ œconomum, Adanenſis autem ciuitas pertinet ad ſecundam Ciliciam: Notat deinde id eueniſſe tempore Iuſtiniani, antequam in Romanum Imperium Perſæ irrumperent, quos Petauius aduertit, lib. 13. de doctrina temporum, anno ſequenti cœpiſſe excurſiones facere, & poſteà crebras exercuiſſe vſque ad annum 533. quo aliqua pacis facta conuentio eſt. Ex quo patet hanc Theophili hiſtoriam non bene coniici à quibuſdam in annum 537. Mentionem autem huius fecerunt, Petrus Damianus ſerm. 1. de Natiuitate B. Mariæ. Bernardus in deprecatione ad Virginem. Bonauentura in Speculo lectione 8. vbi etiam Bernardum teſtem citat. Vincentius Bellouacenſis, libro 21. Speculi hiſtorialis, cap. 70. Antoninus 4. parte titulo 15. Caniſius, lib. 5. Marialis, cap. 20. & innumeri alii, qui omnes ex Metaphraſte hauſerunt.

## Anno deinde mundi 4512. Chriſti 529.

A EGreditur è vita, magnis priùs perpeſſis ægritudinis doloribus, Sanctus & præſtans



Digitized by Google

doctrinâ Fulgentins. Sic habet vita eius apud Surium 1. Ianuarii, & Petauius lib. 13. de doctrina temporum. Fuit aotem Fulgentius Ruſpenſis in Aphrica Epiſcopus & inſignis laudator Beatiſſimæ Virginis, cuius præclara encomia paſſim inſeruït in libris, quos edidir de Incarnatione, de Fide, de Trinitate, & aliis: ſed nominatim in ſermone de landibus Mariæ, ex quo hæc pauca libo: *Facta eſt Maria feneſtra cæli, quia per ipſam Deus verum fudit ſæculis lumen. Facta eſt Maria ſcala cæleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos, &c.* Porrò vltimæ ægritudinis tempore, ſic orare ſolebat, vt habes apud Surium citatum, *Domine da mihi modò patientiam, poſteà indulgentiam.*

Hoc eodem anno apud Abſagos Iodiæ iuxta Caucaſum montem, templum Diuæ Mariæ à Iuſtiniano Imperatore ædificarum fuir. Sic Barooius hoc anno, & Nicephorus, lib. 17. cap. 13. & Euagtius, lib. 4. hiſtoriæ, cap. 21. & hos omnes allegans Ferreolus in Maria Auguſta, lib. 4. cap. 10. Verùm

Bibliorheca Marracii hoc loco omittere non ſinit Scriptorem egregium Marianarum laudum, qui hoc dicitur anno, 20. Februarii, triplici cum laurea, Doctoris, Virginis, & Martyris euolaſſe in cælum. Is fuit Eleurherius Tornaci Epiſcopus, Tornaco otiundus, & miraculis & ſcriptis conſpicuus. Edidit in Deiparæ laudem diuerſos Sermones; vnum in Annunciationem, alterum de Iocarnatiooe, tertium de Virginis partu. Nunc

## Anno mundi 4513. Chriſti 530. Bonifacius ſecundus poſt mortuum Fœlicem ouili Chriſti præficitur.

QVo etiam tempore Magnificum templum Ieroſolymis Iuſtinianus Imperator Deiparæ cooſtruit, quod fuſiſſimè Procopius deſcribit, libro 5. de ædificiis Iuſtiniani, vbi poſtquam expreſſit artificium ſtructuræ & mira prorſus fuodamenta, addit non ſine Dei auxilio fuiſſe repertam nouam lapidicinam, quæ ad columnas inſeruirer ranto ædificio dignas: iremque nouam ſyluam cedris proceriſſimis abundantem, quæ tectum ſuggereret templo perfecto imponendum.

## Anno mundi 4514. Chriſti 531. Bonifacio Pontifice defuncto, vicem illius ſupplet Ioannes huius nominis ſecundus: cuius hoc primo anno.

MOritur Sanctus Sabbas, non Muralæ, vbi narus erat, vt aſſeruir Vincentius Charron in Calendario 5. Decembris, verùm in ſua Lauta, quæ eſt in Palæſtina, & quam dedicauit, cui omnia dicabat, Sanctiſſimæ Virgini. Conſtant hæc ex Actis viræ eius per Cyrillum conſcriptis, quæ habentur apud Surium 5. Decembris: ex quibus etiam conſtat eius ſtudium erga Deiparam maximè enituiſſe in propugnando Chalcedooenſi Concilio contra Eurychianos aliόſque ſimiles hæreticos.

Quio & Iuſtinianus Imperator templo Conſtantinopolitano, quod terræ motu corruerar, reparando in honorem Virginis multam diligentiam & ſumptus impertiit. Sic Ferreolus Locrius in Maria Auguſta.

## Anno autem mundi 4515. Chriſti 532.

EMicat S. Quiriacus contra Neſtorianos, & Theophanem conuerrit, oſtenſo Neſtotio cum ſimilibus hæreticis in ignibus Inferni, antè teſtificatus non eſſe ſpem ſalutis niſi ſenrientibus ac credentibus S. Mariam reuerâ Dei matrem eſſe. Ita Pratum Spirituale, cap. 26. & Cyrillus apud Snrium 29. Septembris. Hæc porrò conuerſio non ſtatim atque cœpir emicare Quiriacus, ſed paucis poſt annis, omninò facta eſt, cùm ſit neceſſe eam eueniſſe poſt Seueri mortem, quem arra & vltima dies tradidit ignibus Inferni, in quibus ponitur à Theophane viſus, tantùmmodò anno Chriſti 536. vixit autem Quiriacus ſiue Cyriacus annos circiter 107. At

## Anno mundi 4516. Chriſti 533.

IOannes Pontifex; cùm eſſet Neapoli, quam vrbem eruditione ſuâ & fide paſcebar Sanctus Pomponius Epiſcopus eiuſdem Ioannis conſanguineus; Baſilicam S. Mariæ Maioris, qoam ante nonem annos prædictus Pomponius exſtruxerar, in honorem Diuæ Virginis conſecrauit. Ita Stephanns Neapolitaous de locis Neapolitaois. Spinellus tractato de templis Deiparæ, n. 43. vbi etiam addir hanc Baſilicam vnam eſſe ex quatuor præcipuis parochiis vrbis, & habere inſignem imaginem Dei genitricis à S. Luca depictam: Quin & ibidem coaceruat plurima, quæ oſtendunt Neapoliranam vtbem eſſe admodùm propenſam in exercendo cultu Sanctiſſimæ Dei parentis. Eadem propemodùm habet Poiræus, Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 2. n. 5. prioris edirionis, & poſterioris tractaru 1. cap. 12. §. 5. n. 92. vbi etiam teferr quæ habet prædictus Spinellus, cap. 59. o. 6. de Xenodochiis, Ptochotrophiis, Noſocomiis, Congregationibus, Confraternitatibus, & ſimilibus Societatibus, quæ in honorem B. Virginis & conueniunt & conſpirant ad iuuandos ægros, captiuos redimendos, marrimooio iungendas pauperes puellas, & inoumera alia exercenda miſericordiæ opera.

Hoc quoqoe anno Iuſtinianus Imperator, poſt Vvandalos virtute Beliſarii Ducis in Africa deuictos, in gtariarum actionem beneficiorum à Deipara acceptorum, varias Carrhagine nobiléſque ædificauit Eccleſias, & Sanctæ Dei genitricis nomine conſecrari curauit. Quod Procopius habet, lib. 6. de ædificiis Iuſtiniani.

## Anno autem mundi 4517. Chriſti 534.

VIſi ſuot; vt commodùm hoc anno Baroοius ootat; & Diua Virgo & Iuſtinianus

Digitized by Google

mutuis certaſſe officiis ac beoeficiis. Cùm enim ſuperiore anno ad Pontifirem Romanum Legatos Iuſtinianus miſiſſet cootra Neſtorianos hæreticos, qui Conſtantinopoli itetum impugnabant titulum Θεοτόκου, repenſum à Virgine eſt, vt quàm facillimè vniuerſam Africam ſubiugaret. Qui rurſus Deiparam demereri ſtudens, varias in cultum illius ædificauit Eccleſias; ſed ſemper Sanctiſſimæ Matris congeſtis muneribus ſuperatus eſt, vt ſequentes anni facilè monſtrant. Tanti eſt Dei genitricem colere.

## Anno mundi 4518. Chriſti 535. Ioanni Papæ demortuo ſubrogatus eſt Agapetus. Et

## Anno mundi conſequente 4519. Chriſti 536. ſuccedit Agapeto Siluerius.

Circa quod tempus viuebat Dulcius, ſioe Dulcidius aut Dulcitius Agennenſis vrbis Epiſcopus, vt colligitur ex Catalogo Epiſcoporum Agennenſium apud Claudium Robertum. Poſuit verò Dulcitius Sanctæ Fidis & Sancti Capraſii, Martyrum ſub Daciaoo, corpora in Eccleſia qoam Deiparæ dedicauit, vt ootat Ioannes Bonifacius, lib. a. hiſtoriæ Virginalis, cap. 1. ex Surio in vita S. Fidis 6. Octobris. Indicat autem ſupradictus Robertus, eam Eccleſiam onnc eſſe Cathedralem, & nominari Sanctæ Fidis. Verùm

## Anno mundi 4520. Chriſti 537.

Primo propemodùm Siluerii Pontificatûs anno (alij ad anoum reponuot 534. alii ad 535. ad 540. vel etiam ad 545. vt videre eſt apud Cerizierium, io S. Remigij vita) diem claudit extremum S. Remigios, verè Galliarum Apoſtolus: cuius, inter cætera, amorem erga Deiparam apertiſſimè oſtendit teſtamentum, quod fecit & exſtat apud Flodoardum, libro primo, cap. 18. Eccleſiæ Remenſis. In hoc ſiquidem teſtameoto magnam multitudioem prædiorum legauit Eccleſiæ B. Virginis Remenſis. Dicitur & ab Hugone Farcito, quem Goooous citat anno 545. Laudunenſem Eccleſiam Virgini Matri dedicatam ex proprôs reditibus locupletaſſe, & in Cathedralem erexiſſe, conſecrato ibidem Genebaldo Epiſcopo. In qua Eccleſia feretrum quoddam ſeruabatur reliquiarum S. Mariæ Laudunenſis, quod per varias orbis oras delatum fulgebat miraculis. Hoc feretrum puto fuiſſe capſam quamdam, in qua diuerſæ erant reliquiæ, quæ pertinebant ad Eccleſiam S. Mariæ Laudunenſis, ſiue illæ eſſent tantùm S. Mariæ, ſiue aliorum etiam Sanctorum.

## Anno mundi 4523. Chriſti 540. Vigilius in loco ſedet Siluerij, & Eccleſiam regit.

Qvo tempore Iniurioſus Epiſcopus Turonum Baſilicam S. Mariæ intra muros Turonicæ vrbis tandem abſoluit, quam prædeceſſor eius Ommatius, vir diues & Senator Aruernus aotè inchoauerat, & morte præuentus noodum perfectam reliquerat. Sic Gregorius Turonenſis, lib. 10. cap. 31. de geſtis Francorum.

## Anno mundi 4525. Chriſti 542.

Iuſtinianus Imperator incenſam à Coſrhoë Perſarum Rege Antiochiam egregiè reſarcit reddens illam munitiorem & ornatiorem, Balneis, Theatris, Xenodochiis, Templis. Inter quæ iogens Dei genitrici templum dedicat, ſplendore & magnificentiâ mirum. Id habet Procopius de ædificiis Iuſtiniani lib. 2. ſub finem. At duobus poſt annis, hoc eſt

## Anno Mundi 4527. Chriſti 544.

Accidit vt peſtis admodùm ſæua à Peluſio exoriens, & totum peoè depaſta Orientem, etiam hoc tempore Conſtantinopoli tantâ acerbitate graſſata ſit, vt in ſingulos dies nonnunquam quinque, ooonunquam decem millia hominum ſuſtulerit. Quòd verò tribus tantùm menſibus Cooſtantinopolim, cùm reliquum Orbem quinquaginta annis, vaſtauerit, id Deiparæ beueficio factum eſt, Purificationis feſto illam ob cauſam per Iuſtinianum Imperatorem in Oriente inſtituto. Ita Euagrius, libro 4. cap. 28. Procopius de bello Perſico, lib. 2. Sigebertus ad annum 542. Geoebrardus ad anoum 537. Baroolus hoc anno. Martinus Polonus ad annum 529. Bernardinus de Buſto parte 8. Marialis ſermone 2. vbi etiam addit inualeſcente peſtilentiâ cuidam Sancto viro reuelatum fuiſſe, vt 2. die Februarii feſtum Purificationis Beatæ Virginis, ſiue Hypapante, celebraretur; & ſic omnis mortalitas ceſſaret. Hoc porrò feſtum iam antè in Occidente viguiſſe ſuprà ad annum 492. dictum eſt, imo & io Oriente, ſed nunc ſolemniùs inſtitutum eſſe à Iuſtiniano valde probabile eſt. Interim

## Anno mundi 4528. Chriſti 545.

Florebat Leontius, Burdigalæ decimus tertius Epiſcopus, & huius oominis ſecundus: de quo loquitur Fortunatus libro 1. cap. 15. & 16. & libro 4. cap. 9. & 10. ſimúlque affirmat ab eo reſarcitam fuiſſe Eccleſiam, quam depaſtus ignis fuerat, eandémque reſtitutam io præſtantiorem formam, conſecratam fuiſſe in obſequium noménque B. Mariæ Virginis. Quod facinus etiam commemorat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 11. §. 5. n. 35. Similiter Leontium numerat & tempus Pontificatûs eius Gallia Chriſtiana in Catalogo Archiepiſcoporum Burdigalenſium. Sed &

## Anno mundi propemodùm 4530. Chriſti 547.

Accidiſſe videtur præclara conuerſio adoleſcentis Doſithei, quem Sanctus Dorotheus ad virtutem inſtruxit. Cui Sancta Dei mater conſideranti ſcenam vltimi iudicij pœnarúmque æternitatem in pictura deſcriptam, iuſſit, vt ſi ſaluus ab iis eſſe vellet: *Ieiunaret*,

*abſtineret à carnibus, & iugiter orationibus ac precationibus incumberet.* Quod & ille ſtrenuè fecit ſeſe conferens in Monaſterium Seridi Abbatis, vt dicitur in vita eius apud Dorotheum. Tunc autem viuebat & prouectus quidem ætate Barſanuphius Anachoreta, vt dicitur in Elogio, quod initio eſt operum Dorothei: quem Barſanuphium floruiſſe hoc anno, & quidem ætate prouectum oſtendit Baronius ad annum 548.

## Anno autem mundi 4533. Chriſti 550.

A FLoruiſſe Andream Cretenſem Epiſcopum (quem vulgò Ieroſolymitanum vocant, non quòd fuerit Ieroſolymis Epiſcopus, ſed potiùs clericus ac presbyter) Caniſius autumat, libro 5. de Beata Virgine, cap. 30. & initio Catechiſmi, nec diſſentit Coccius, nec etiam Spinellus in admonitione ad Lectorem præfixa operibus ſuis, nec denique Sixtus Senenſis, licet eum nominet Epiſcopum Ieroſolymitanum; quam eius mentem alii reiiciunt; tempus verò vitæ ipſius nullo modo explicat, addit tamen ſcripſiſſe Andream Græco ſermone luculentam orationem in Annunciationem Deiparæ Virginis, quæ oratio adhuc exſtat, & Sanctum Andreæ affectum erga S. Mariam pleniſſimè teſtatur: de hac decerpo iſta verba: *Gaude lætitiæ inſtrumentum, per quod triſtis execrationis ſententia, in lætum gaudij iudicium commutatur. Gaude verè benedicta, Gaude Virgo præclariſſima, gaude ornatiſſimum diuinæ gloriæ templum, gaude ſacroſanctum regis palatium, gaude thalame in quo ſibi Chriſtus humanitatem ſponſam adiunxit. Gaude electa à Deo antequam genita. Gaude diuinum inter Deum atque homines conciliationis perfugium. Gaude theſaure vitæ immortalis. Gaude cælum in quo Sol gloriæ ſplendet, domicilium cælo præſtantius, &c.* Quàm verò idem Andreas fauerit immaculatæ Conceptioni S. Virginis, multis oſtendit Salazar, lib. de Conceptione, cap. 42. ſæculo 6. proferens varia ex Andrea deſumpta encomia, quorum aliqua tamen deſumpta ſunt ex oratione de dormitione *B.* Mariæ, quam eſſe Andreæ non omninò conſtat.

B Circa hæc quoque tempora ædificauit Eccleſiam in honorem Sanctæ Virginis, Beatus Siffridus; quod teſtantur Acta vitæ ipſius apud Surium 27. Nouembris.

## Anno mundi 4535. Chriſti 552.

A ACcidit Conſtantinopoli, quod Euagrius refert, lib. 4. cap. 35. & Gregorius Turonius, lib. 1. de gloria martyrum, cap. 10. & Baronius ad hunc annum, vt puer Iudæus, manducatâ Euchariſtiâ, quæ ipſi ſicut aliis Chriſtianis puellulis fortè reſidua data fuerat conſumenda, ob id ab impio patre, arte vitriario, in clibanum ardentem in quo vitrum formare ſolitus erat, conjiceretur. Sed hunc ita coniectum Beatiſſima Dei Mater triduo illæſum ſeruauit, alimoniam dedit, aquam ad ſopiendos vicinos carbones liberaliter exhibuit. Poſteà à matre ipſum inclamante repertus, baptiſatus cum ea eſt; pater autem obſtinatus permanens Imperatoris Iuſtiniani iuſſu eſt cruci ſuffixus, inquit Euagrius, quem Gregorius Turonenſis in rogum ardentem coniectum periiſſe aſſerit. Simile quid contigiſſe Auarici Biturigum anno 546. non quidem Gregorius Turonenſis, vt ait Gononus, ſed Annales Francorum, inquit Spinellus tractatu de templis n. 66. & Balinghem ac Vincentius Charron in Calendario Virginis, 8. Aprilis, teſtantur: hoc tamen in dictis Annalibus non reperi. Sed certum eſt eſſe Biturigi ædem Virgini Sacram, quam Gallicè dicunt *Noſtre Dame de Fourchaud*, quam eo loco ædificatam aiunt, in quo Iudæus miſit in fornacem filium ſuum, quem ab incendio pia Domini mater illæſum ſeruauit.

A

## Anno mundi 4536. Chriſti 553.

A TOtilam Gothorum potentiſſimum ac bellicoſum Regem & diu inuictum tandem ſuperat Narſes Iuſtinianæi Dux fortiſſimus exercitûs, non tamen ſine ope & auxilio Deiparæ. Nam, inquit Euagrius, lib. 4. cap. 23. *Commemoratum eſt ab his, qui vnà cum Narſete fuerunt, dum precibus & aliis pietatis officiis diuinum Numen placaret, debitúmque cultum ei tribueret, Sanctam Virginem Deiparam ei apparuiſſe, planèque tempus præſcripſiſſe, quo bellum cum hoſtibus gereret; atque vt non priùs ad prælium committendum ſe accingeret, quàm cælitus ſignum acciperet.* Hæc ille: quibus conſentit Nicephorus, lib. 7. cap. 13. Paulus Diaconus, libro 2. de Geſtis Longobardorum, cap. 3. Ex quibus apparet beneficium eſſe Deiparæ, quòd Italia à Gothis & Arianiſmo, cui Gothi erant dediti, hâc victoriâ penitus debellati, atque in nihilum morte Totilæ deducti, liberata ſit. Poſt hæc

## Anno mundi 4537. Chriſti 554.

A QVinta Synodus Generalis celebrata eſt Conſtantinopoli, in qua confirmatus eſt & conſeruatus Beatæ Virgini titulus Θεοτόκου contra Neſtorianos, Eutychianos, & alios. Sic commemorat Baronius ad annum 554. & communiter omnes. At verò

B

## Anno mundi 4538. Chriſti 555. Pelagius huius nominis primus, mortuo Vigilio, S. Petri cathedram conſcendit. Cuius Pontificatûs anno quarto, hoc eſt,

A

## Anno mundi 4542. Chriſti 559.

A OBiit S. Leonardus, qui Eccleſiam conſtruxit in cultum Deiparæ, in qua & conditus eſt. Quod teſtantur Acta vitæ ipſius apud Surium 6. Nouembris. Obiiſſe verò ipſum hoc anno teſtis eſt Trithemius, de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, lib. 3. cap. 29. cui magis credendum eſt, quàm Vincentio Charron eius obitum reponenti ad annum 659. vt reponit in Calendario Diuæ Virginis 6. Nouembris; præſertim cum in eius vita apud Surium habeatur eum fuiſſe S. Remigij diſcipulum, & vixiſſe ſub Clodouæi

primi Regis Francorum, & ex pagano per Remigium facti Chriſtiani, regimine.

## Anno mundi 4543. Chriſti 560. Pontificatum obtinuit Ioannes huius nominis tertius extincto morte Pelagio. Sub hoc autem Pontificatu.

## Anno circiter mundi 4546. Chriſti 563.

A ANaſtaſius, Antiochenus Epiſcopus; cuius cognomen Sinaïta, quòd in Sina monte monaſticam vitam exercuiſſet; Iuſtiniano Imperatori de Chriſto non bene ſentienti, quippe qui corpus eius, hîc dum viueret, impaſſibile fuiſſe & dictitabat & cenſebat, repugnare non eſt veritus, vt Baronius notat ad annum 563. & Euagrius, lib. 4. cap. 39. Scripſit autem Anaſtaſius præſtantiſſima quædam de B. Virgine multis locis: libro 4. Anagogicarum contemplationum in Hexameron non longè à medio hæc habet: *Proceſſit ex ſecunda Eua Chriſtus, id eſt, ex Maria, quæ nunquam minuta aut defecit, aut priuata fuit eſſentiali lumine.* Ex his verò & ſimilibus verbis putat Salazarius, de Conceptione, cap. 42. ſæculo 6. Anaſtaſium Sinaïtam plurimùm fauere immunitati B. Virginis à macula peccati originalis.

B Hoc quoque tempore in Galliis magno pretio habebatur, præſertim à Rege Clothario, Sanctus Maurus, eò miſſus à Diuo Benedicto, ad vitam monaſticam iis in locis propagandam: à quo, tanquam literis ſubſidiariis & diuite viatico munitus eſt capſulâ eburneâ, in qua, cum aliquot aliis incluſæ quieſcebant nonnullæ reliquiæ Beatiſſimæ Virginis. Ita Fauſtus in vita S. Mauri apud Surium 15. Ianuarii.

## Anno tandem mundi 4548. Chriſti 565.

A POſt annos octo & triginta in Imperio conſumptos, & ſæpè reportatas operâ Deiparæ victorias, variáque templa in eiuſdem Virginis honorem excitata, de quibus dictum ſuperiùs eſt, annis Domini 527. 530. 534. 536. 542. 544. 553. tributum naturæ morte ſuâ exoluit Iuſtinianus Imperator, in multis Deiparæ charus, bellicis euentibus clarus, & legum inſtitutis plurimùm glorioſus, nonnihil tamen in aliquibus corrigendus, vt hunc correxit Anaſtaſius Sinaïta: Fœlix etiam in eo, quòd Iuſtinus iunior ipſius ex ſorore nepos, ita, auunculo mortuo, ſuſcepit habenas imperii, vt auunculum imitatus, ſtatim ipſo regendi initio procurandum ſibi exiſtimarit Sanctæ Virginis auxilium, cui etiam templum poſuit: quod refert Theophanes in Miſcella, & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 4. n. 8. Vlteriùs

## Anno mundi 4553. Chriſti 570.

A EX hac vita diſceſſit Sanctus Vedaſtus Atrebatenſis Epiſcopus, qui auxilio Clodouæi primi, Cathedralem Atrebatenſem conſtruxit Baſilicam in honorem Virginis Matris. Obitum eius Sigebertus notat: conſtructionem Eccleſiæ, Miræus libello illo quem de Canonicorum Collegiis conſcripſit. Vide antè dicta anno Domini 384.

## Anno mundi 4556. Chriſti 573. Benedictus primus cognomento Bonoſus in Ioannis tertij demortui locum ſubrogatus eſt. Sequente verò, nimirum

## Anno mundi 4557. Chriſti 574.

A TVronum Epiſcopus factus Gregorius eſt, paſſim appellatus Turonenſis aut Turonius: in quo munere vt eximiâ ſe ſpectabilem ſanctitate reddidit, ita commendabilis religione fuit in Auguſtam mundi Reginam, cuius ſacris lipſanis, quæ in cruce aurea geſtabat, ignem deuorantem pauperis cuiuſdam ædiculam momento compeſcuit. Id legere licet in eius vita prolixiùs explicatum apud Surium 17. Nouembris, ipſe verò Gregorius, lib. 10. hiſtoriæ, cap. vltimo, tempus ineuntis Epiſcopatûs ſui notat. Et prætereà paſſim in libris ſuis, præſertim libro 1. de gloria martyrum, non pauca interſerit in gloriam Diuæ Virginis præclara, vt cap. 9. 10. 11. Eſt verò notabile quod habet, cap. 20. Nempe in vrbe Turonica eſſe Eccleſiam S. Mariæ Virginis ac Ioannis Baptiſtæ, in qua periuros ita vltio diuina perſequitur, vt confeſtim corruant, aut anni ſpatium viuendo non adæquent.

B Habet inſuper Gononus in vitis Patrum Occidentis, & in Chronico Deiparæ, ex Antonio Yepez Abbate Valliſolerano, tomo 1. Chronici Ordinis S. Benedicti: à Sancto Munione inuentam hoc anno eſſe imaginem *S. Mariæ in Valnanera*, ſiue valle Veneris; ad quam inquirendam cælitus monitus eſt, deſignatis quibuſdam indiciis; nimirum, quercûs, fontis de pede quercûs erumpentis, examinis etiam apum ibidem laborantis, ac denique fulgoris mirabilis procedentis de imagine, quæ latebat in quercu; quam Munio non ſine labore reperit.

## Ad annum mundi propemodùm 4559. Chriſti 576.

A NOn enim omninò certum eſt, ad quem maximè pertineat annum, reuocatur Epiſcopatus Venantij Fortunati, qui Eccleſiæ Pictauienſi præfuit: floruiſſe quippe dicitur tempore Iuſtini Iunioris, vt patet ex Brovvero in eius vita, & Bellarmino de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Iuſtinus autem mortuus eſt poſt ſex annos, vt habet Baronius anno 582. Pietatem autem Fortunati erga Deiparam cùm multa teſtentur, tum maximè hymnus ille: *Quem terra, pontus, ſydera, colunt, adorant, prædicant, Trinam regentem machinam, clauſtrum Mariæ baiulat, &c.* Quem ab ipſo fuiſſe compoſitum teſtatur Breuiarium Arelatenſe. Totus inſuper propemodùm octauus liber carminum quæ ſcripſit, decurrit in laudes Virginis, ex quo hanc teſſeram decerpo:

Digitized by Google

*Nomen honoratum benedicta Maria per ænum*
*Ad laudem artificis nobilis artis opus.*
*Dulcis, & Angelico pretioſa puella relatu,*
*Omnes vltra homines dona decoris habens:*
*Inde rubore roſas, candore hinc lilia vincens,*
*Flos nouus è terra, quem polus arce colat.*

Et paulò pòſt:

*Dignus ager Domini, generans ſine ſemine frugem.*

Deinde:

*O decus excellens! o fœmina forma ſalutis!*
*Partûs fruge potens, virginitate placens,*
*Per quam eſt ſe naſci dignata redemptio mundi,*
*Et reparare genus, quod tulit Eua ferox, &c.*

Quod verò idem Fortunatus ait, libro 11. in explicatione Symboli, nullam in ſanctificatione Virginis fragilitatem extitiſſe, ſicut nec in partu eius vlla apparuit cauſa corruptionis, non parum facere pro pura & immaculata Conceptione putat Salazarius, de Conceptione, cap. 42. ſæculo 7.

## Anno mundi 4560. Chriſti 577. Pelagius huius nominis ſecundus ſuccedit in Pontificatu Benedicto Bonoſo.

A QVo eodem anno Iuſtinus Imperator, cùm propter clades illatas à Perſis in mentis deliquium incidiſſet, & ob id res Imperij in ſummo eſſent diſcrimine; Dei genitricis operâ, cui, vti paulò ante dictum eſt, anno ſcilicet 565. ſacratam ædem erexerat; ob eiuſmodi facinus, inquit Miſcella, tantum conſecutus eſt ſanitatis, vt dilucido potitus interuallo cuncta rectè diſpoſuerit, & adſcito ſibi in Collegam Tiberio, ſtatum Reipublicæ in tuto collocarit.

## Anno autem mundi 4561. Chriſti 578.

A PEſtis ſæuiſſima populata eſt Conſtantinopolim tantâ atrocitate, vt omne genus hominum atque omnis ætas interitura videretur: quam Eutychius Patriarcha ab exilio reuocatus beneficio Diuæ Virginis ſic compeſcuit. Supplicationes cum fideli populo inſtituit à Sanctiſſima magna Eccleſia in ædem Beatæ Virginis in Blachernis, inquit Euſtathius in vita S. Eutychij, apud Surium 6. Aprilis. Et tunc peſtis ceſſauit.

## Anno Mundi 4563. Chriſti 580.

A BAuari conuertuntur ad fidem per S. Rupertum, Epiſcopum primò Vangionenſem in Gallia, ac deinde Saleburgenſem in Germania. Hic tum Ratiſponæ, tum etiam Oetingæ, prope ipſa Principum prætoria, Virgini Matri ponenda templa curauit, ſuiſque manibus eadem conſecrauit. Vtrumque adhuc Veteris Capellæ nomen retinet, ſed celebrius eſt Oetingenſe non procul ab Oeno ſitum, præſertim ob frequentem miraculorum copiam, quæ illic per Deiparum fiunt, vt ex Auentino, libro 3. Annalium Boiorum notat Caniſius in Mariali, lib. 5. cap. 23.

B Tornaci quoque, hoc eodem anno, templum Cathedrale B. Virginis à Chilperico Rege Francorum ædificatum eſt ac multis poſſeſſionibus locupletatum, vt fusè ex variis authoribus oſtendit Ferreolus Locrius, lib. 2. cap. 17. Mariæ Auguſtæ.

C In Oriente autem graues terræ motus Antiochiam Syriæ, necnon Conſtantinopolim dirè agitauerunt. Cauſa huius rei Anatolius adorator Simulachrorum varios adeptus Magiſtratus, quem vſque adeò deteſtata eſt Deipara, vt in carcere Antiocheno etiam ſupplicantem auerſara ſit aliò conuertens faciem imaginis ſuæ, vt permulti notarunt: quin etiam nonnullis fidelibus ipſa Virgo apparens eos concitauit contra ſceleſtum illum, quem in Amphitheatro Tiberius, tunc Imperator, beſtiis exponi curauit, tum in crucem agi; cuius deinde corpus, lupi hinc illud diſturbantes, quod nunquam viſum fuerat, membratim deuorarunt. Hæc fusè Euagrius, lib. 5. cap. 17. & 18. ac Nicephorus ex parte, lib. 18. cap. 3. Ex quibus Baronius anno 580. & alii paſſim: exceptu Ferreolo Locrio, qui hanc hiſtoriam reponit ad annum 458. non ſine ſenſibili errore.

## Anno mundi 4566. Chriſti 583.

A MAuritius ſuccedit Tiberio in Imperatorium munus, vt Spondanus notat ex Baronii appendice ad tomum 12. Annalium. Electionem autem Mauritij varia ſigna cæleſtia prænuotiarunt: ſed illud præſertim notandum eſt, quod Euagrius refert, lib. 5. cap. 21. nempe ei ad oculrem noctem, intra Sanctuarium templi S. Virginis dedicari thus offerenti, aulæum ſacræ menſæ igne conflagrare viſum eſſe, adeo vt ingens admiratio ac ſtupor inceſſerit. Sed Gregorius Antiochenus Epiſcopus tunc illi adſtans dixit, hâc viſione ſummum ei portendi Imperium. Quæ res mirum quantum Mauritio aut dedit, aut auxit, in Dei parentem fiduciam.

B Hoc eodem anno moritur Sanctus Eutychius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, vt habes ex iiſdem Spondano atque Baronio, ac prætereà ex Euſtathio vitæ eius ſcriptore, quæ legitur apud Surium 6. Aprilis. Hic verò S. Eutychius, licet diuerſis fulgeret miraculis, ea tamen, quod notandum eſt, non niſi vnctione olei defluentis ex S. Dei genitricis veneranda imagine, quæ Sozopoli aſſeruatur, patrabat: quod commemorat prædictus Euſtathius. Qui etiam addit eodem oleo ab eodem Eutychio ſanatum pictorem, qui in oratorio B. Virginis, cùm picturam Veneris deleret, eſt graui vulnere à dæmone percuſſus in manu, ita vt videretur minuendus manu præ vlceris malignitate. Poſt Eutychium

## Anno mundi 4567. Chriſti 584.

A SAnctus Domnolus Epiſcopus Cenomanenſis migrauit ex hac vita, vt habet Baronius ad annum hunc ex Gregorio Turonenſi, lib. 6. hiſtoriæ cap. 9. Fuit autem Domnolus deuotus in Sanctam Virginem, in cuius honorem Xenodochium & Monaſterium fundauit, hoc vt monachis veluti gymnaſium eſſet, illud vt peregrinis optatum refugium præſtaret. Accidit prætereà,

præterea, vt, cùm quidam vir potens, qui Regi Francorum à conſilus erat, villam Eccleſiæ, cui Sanctus præerat, retineret, nec vellet eam vllo modo reſtituere, Sanctus demum prece imploraverit cælum, ſtatímque vir ille potens validâ febre correptus eſt; imò etiam de nocte Matrem Domini vidit, cum Sanctis Geruaſio & Protaſio, quibus villa prædicta donata fuerat, ferreo malleo ſe in fronte percutientem; vnde terrore excitatus, Domnolo vocato, villam vtique reſtituit; cuius oratione ita ſanitatem recuperauit, vt vulneris impreſſi in fronte veſtigia omninò apparerent. Vide Acta vitæ Domnoli apud *Surium* 16. Maii.

## Anno mundi 4568. Chiiſti 585.

A Mauritij Imperantis ſecundo, vt vult Cedrenus. Accidit quibuſdam Gentilibus, vt, cùm inter potandum conuicia in Sanctiſſimam Virginem coniecisſent, illico correpti fuerint à malis dæmonibus, & improbitatis ſuæ iuſtas pœnas dederint: Dumina verò domûs, in qua potarant illi, ipſamet Deipara in ſomnis eidem apparens, pedes virgulâ incidit. Quam rem etiam enarrat Baronius ad annum 587. Spondanus ad annum 585. & Nicephorus, libro 18. cap. 33.

B Similem propemodùm tragœdiam exhibet Pratum ſpirituale, cap. 47. de Gaiano mimo, quæ etiam non longè ab his temporibus eueniſſe videtur. Hic ergo Heliopoli in Phœnice; quòd Dei genitricem per ſummam impietatem in theatro blaſphemaret, nec, ab eadem aliquoties monitus, reſipiſceret; dormiens in ſomnis Virginem Sanctiſſimam vidit, quæ ipſi manus & pedes digito ſupertranſeunte ſignabat; poſtmodùm euigilans manibus pedibúſque detruncatum ſe ſe reperit, omnibúſque ſe fatebatur ob multas ſuas grauéſque blaſphemias à Deipara fuiſſe clementiſſimâ pœnâ atque ſaluberrimâ punitum.

## Anno etiam mundi propemodùm 4569. Chriſti 586.

A Floruiſſe videtur Abbas Leontius Cilix, quem Pratum ſpirituale, cap. 61. ait, adeo feruentem extitiſſe in obſequio S. Virginis, vt per quadraginta annos nunquam de illius templo receſſerit. Solebátque dicere de eleemoſyna, quam dabat: *Non ego, ſed Domina mea S. Dei genitrix illam præbet, quæ me & pauperes nutrit.*

B Floruiſſe item videtur Sanctus ille Zachæus Abbas, de quo in eodem Prato ſpirituali, cap. 131. habetur, quòd orans in atrio *B.* Deiparæ, ceſſationem peſtis mox in Cæſarea futuram prædixit, & Porphyrio Scholaſtico prænuntiauit filios ipſius ab eiuſmodi lue futuros intactos. At propemodùm

## Anno conditi mundi 4570. Chriſti 587.

A Imperaſſe videtur Mauritius, vt celebriori ritu feſtiuitas Aſſumptionis Deiparæ in Oriente obſeruaretur. Quod indicat Nicephorus, libro 17. hiſtoriæ, cap. 28. & Baronius ex eo in notis Martyrologii ad 15. Auguſti.

B Ad quem etiam annum pertinere putatur conſtructio ædis, quam Cyriacus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in honorem Diuæ Virginis extulit, & *Diaconiſſæ* vocauit. Quam rem notat Zonaras, & ex eo Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali, lib. 2. cap. 2. Vbi etiam addit quòd Petrus, Mauritij Imperatoris frater, templum Deiparæ optimum architectatus eſt. Et aliud Philippus, eiuſdem Mauritij ex ſorore nepos. Ad hæc inſuper fermè tempora, non longè

## Anno mundi 4571. Chriſti 588.

A Foelix Aſtulphus in hiſtoria Imaginum miraculoſarum ponit mortem Sancti Agnelli Abbatis, qui vixit Neapoli ſingulari in *B.* Virginem pietate: ad cuius honorandum ſuous cum Fortunatus, tunc Neapolis Archiepiſcopus, Miſſæ ſacrificium faceret, ſupra templum *B. Mariæ de Interceſſione*, viſa eſt eadem Beatiſſima Virgo inſideos ſeptem arcuum cæleſtium eminentiori, babeos ad latus S. Agnellum commendantem patrocinio Mariano Neapolitanam vrbem: vnde collectum atque cooclusum eſt vnum ex præcipuis Neapolitani regni Patronis eſſe Sanctum Agnellum. De eiuſmodi Saocto facit mentionem Martyrologium Romanum 14. Decembris, & Vincentius Charron 10. Martii, vbi etiam addit eundem Sanctum Agnellum viſum fuiſſe cuidam Romano monacho ipſum inuocanti, preces pro eodem offerentem B. Virgini; cui monacho non ſanitatem, quam expetebat; ſed patientiam, quâ indigebat, obtinuit.

## Anno mundi 4573. Chriſti 590. Gregorius huius nominis primus, cognominatus Magnus & Sanctus, Pelagio defuncto, regimen totiûs Eccleſiæ ſuſcipit.

A Cuius initio peſtis inguinaria ex Tiberis inundatione exorta miſerè Romam depaſcitur. Quam miſeratus Gregorius Litanias cum proceſſione indixit: in qua proceſſione octingenti ſpiritum exhalarunt. Iterum autem proceſſione ſuſceptâ, in qua ſolemni pompâ Imago Deiparæ à S. Luca depicta portaretur; quacunque geſtabatur illa, peſtis, inſtar nebulæ, fugiebat, ſuáque eſt Romæ reddita ſalubritas. Quin etiam tunc auditus Angelicus concentus his Deiparam pulcherrimè ſalutans. *Regina cæli lætare, alleluya: Quia quem meruiſti portare, alleluya. Reſurrexit, ſicut dixit, alleluya.* Quod Canticum ipſe Gregorius diuino Spiritu afflatus compleuit ſuccioens: *Ora pro nobis Deum, alleluya.* Hæc omnia conſtant ex Sigonio, libro 1. de Regno Italiæ ad 590. & 591. annos Chriſti. Item ex Gregorio Turonenſi, lib. 10. cap. 5. & fuſiſſimè ex Baronio ad hunc annum, & multis aliis.

B Hoc eodem tempore moritur S. Radegundes, Galliæ Regina ac demum Pictaui Monialis, vt colligitur ex Gregorio Turonenſi, lib. 9. hiſtoriæ,

cap.2. Et habet Baronius hoc Chriſti anno 590. Surius item & alii Vitæ Sanctorum collectores ad 13. Auguſti. Huius in Deiparam amorem teſtamentum ipſum, quod condidit, valde declarat, in quo ad ſingulos propemodùm articulos inuocat nomen glorioſæ Virginis Mariæ; ibique coniurat Epiſcopos, vt ſe ſepeliant in templo B. Deiparæ, quod ædificare ipſa inceperat. Legitur teſtamentum iſtud apud præcitatum Gregorium, lib. 9. cap. 42. & libro de gloria Confeſſorum, cap. 106. egregiè deſcribitur obitus & funus illius in Baſilica Beatæ Mariæ. Addit inſuper Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 13. Auguſti (quod acceperunt ex vita Radegundis Romæ Italicè impreſſa anno 1627. cum facultate Superiorum) ſolitam Radegundem, in honorem Diuæ Virginis, quadrageſimam quotannis ante feſtum Aſſumptionis ieiunare.

C Hoc præterea circiter tempore Sanctus Rupertus Saleburgenſis Epiſcopus, de quo iam ſupra anno Chriſti 580. ſorori ſuæ, vel vt habent Acta vitæ ipſius apud Surium 27. Martii, nepti ſuæ Erentrudæ Monaſterium Iuuanii in Bauaria ſumptibus ipſius Ducis Bauariæ ſub nomine Diuæ Mariæ ædificat. De hac re Baronius agit anno 590. & Erentrudam ſororem nominat, qualiter & eam nominat Antonius de Balinghem in Calendario 27. Martij ex Annalibus Boiorum.

## Anno Mundi 4574. Chriſti 591.

A NArſea Dux Mauritij Imperatoris pugnauit pro Rege Perſarum contra Varamen & Iudæos, & victoriam inſignem reportauit: ſed non ſine auſpice Dei genitrice, cuius nomine pro militari ſigno ac ſymbolo vſi ſunt Narſetis milites. Ita Theophylactus in hiſtoria Mauritiana, libro 5. & Spondanus hoc anno. Cæterùm rectè Petauius aduertit in Rationario temporum tres fuiſſe Narſetes, quorum hic Mauritii Dux, non ſit ille Narſes, qui ſub Iuſtiniano victoriis glorioſus extitit, de quo ſuprà dictum eſt anno Chriſti 553. quémque Anaſtaſius mortuum eſſe ait anno Chriſti 572. poſtquam Longobardos Imperatricis Sophiæ conuicio exulceratus in Italiam euocauit: ſed alius alterius Narſetis filius, cui patruus erat nomine Aratius. Sic Petauius, lib. 8. cap. 11. At

## Anno mundi 4577. Chriſti 594.

A AVitus Claromontanæ vrbis in Aruernia Epiſcopus, ibidem templum Cathedrale *S. Mariæ à Portu* fundauit, quod à Nortmannis circa annum 853. incenſum Sigonius eiuſdem ciuitatis poſteà Epiſcopus anno 966. priſtino ſplendori reſtituit. Hæc omnia refert Spinellus tractatu de templis n. 67. ex Ioanne Sauaronio, libro originum oppidi Claromontenſis. Verùm irrepſiſſe mendum, & pro Sigonio Epiſcopo qui mortuus erat anno Chriſti 876. reponendum eſſe Stephanum patet ex Catalogo Epiſcoporum Claromontanorum, quem habet Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, vbi de Stephano teſtatur ex Archiuio matris Eccleſiæ, vixiſſe eum & Epiſcopum fuiſſe annis 959. & 976. atque inſtaurauiſſe ciuitatem incendio olim deformatam. Vide eiuſmodi Catalogum in quo Sigonius appellatur Sigo & floruiſſe dicitur ſub Carolo Caluo.

B Sed hoc eodem anno præfuit etiam, vt habet Spondanus, & Iſidorus in Chronico; Synodo Hiſpalenſi Sanctus Leander, Hiſpalenſis ipſe Epiſcopus. Ad eum S. Pontifex Gregorius Magnus non tantùm ſcripſit librum Moralium in Iob: ſed prætereà dono miſit Deiparæ imaginem; quæ magna in veneratione apud Hiſpalenſes habebatur & habita eſt, donec Mauris in Hiſpaniam irrumpentibus, ea cum corpore Sancti Fulgentij Aſtigitani Epiſcopi fratris S. Leandri, in antro, vna cum rei geſtæ ſcripto, abſcondita eſt. Quomodo autem longè poſt reperta fuerit, & vocata *S. Maria de Guadalupa* dicetur ad annum Chriſti 1200. Qua de re interim videri poteſt Ioannes Mariana, lib. 6. de rebus Hiſpaniæ. Spinellus, tractatu de feſtis ac templis Deiparæ, n. 59. Brovverus apud Surium 27. Februarij. Gononus in Chronico anno 591. & alii apud ipſos.

Eodem prætereà anno mori dicitur à quiC buſdam S. Sulpicius cognomento Pius, Bituricenſis Epiſcopus, & præ cæteris à Baronio in notis Martyrologii 17. Ianuarii. Verùm hoc reijcit ac rectè refellit Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Bituricenſium, vbi Sulpitium Seuerum hoc tempore fuiſſe Epiſcopum, non Sulpitium Pium, qui obiit anno 640. & Epiſcopus fuit per annos tredecim, efficaciter oſtendit. De Sulpitio tamen Pio: Hic, inquit GonoA nus in Chronico ad annum 595. celeberrimum Monaſterium cum Baſilica extruxit in ſuburbiis Bituricenſibus in honorem Diuæ Virginis, quod adhuc exſtat. Acta vitæ eius apud Surium 17. Ianuarii, ædificaſſe monaſteria commemorant, ſed in cuius Sancti honorem non indicant. De Sulpitio Pio adhuc ſcribit Aymoinus, lib. 4. cap. 16. & alii, quos videre poteris apud prædictum Robertum. Nunc autem ex eodem Roberto.

## Anno mundi circiter 4579. Chriſti 596.

A E Vita diſceſſit Sanctus Veranus Cabellicenſis, ſiue Cauellicenſis (vulgò *de Cauaillon*) in Gallia Epiſcopus, qui interfuit Concilio Matiſconenſi ſecundo unà cum Flauio decimo Epiſcopo Cabilonenſi. Is, interfecto graui atque infenſo Dracone, qui Cauellicenſem agrum peſtiA ferâ aurâ & prædâ vaſtabat, ibidem Eccleſiam in Deiparæ honorem conſtruxit. Mortuum, cùm Clerus dubitaret, quo loco ſepelirent, an in Cathedrali, an in prædicta S. Mariæ Eccleſia; ſepulchrale linteum quod Verani feretrum obtegebat, ſe in altum extulit, & per aërem ſenſim delatum deſignauit viam, quâ, Druentiâ fluuio pede ſicco tranſacto, pompa funeris properaret ad illam, quam Diuæ Virgini Veranus ædificarat Eccleſiam. Ita Sauſſeyus in Martyrologio Gallicano, & ex eo Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 14. Nouembris.

## Anno autem mundi 4582. Chriſti 599.

THeodorus ille cuius cognomen Siceota, olim ex monacho Epiſcopus Anaſtaſiopolis in Galaria inuitiſſimè factus, conſulto diuino Spiritu, ſedi nuntium remiſit, vt habent Acta vitæ eius apud Surium 22. Aprilis à Gregorio diligenter conſcripta. Fuit autem hic, vt deuotus erga Virginem, ita Virgini percharos. Nam templum ædificans, in eo conſtituit Oratorium Virginis, in quo crebrò preces fundebat, & miracula perpetrabat. Eius monaſterio in ſumma famis inopia S. Virgo ſubuenit. Cúmque eſſet Sozopoli in templo Deiparæ, & manibus in crucis ſpeciem extenſis, atque oculis in imaginem Sanctæ Mariæ intentis, feruenter oraret: oleum diuino nutu ex imagine in vultum eius inſiliit, eúmque conſperſit. Rurſus, veneno inſidioſè à maleuolis infectum, iam iámque exſpirantem, Dei Mater fideliſſima inuiſit, & datis remediis ſanauit. Quæ omnia leguntur in Actis vitæ eius; Vnde etiam apparet mortuum eum eſſe anno Chriſti 613. habent enim id illa Acta, & Baronius aduertit in notis Martyrologij 22. Aprilis. A

Ad hæc quoque tempora non ineptè refertur, quod Pratum Spirituale, cap. 45. ait de alio Theodoro, quem Eliotem vocat: Hunc cùm quidam Incluſus montis Oliueti vehementer fornicationis Spiritu agitatus conſuleret, an omitteret honorare imaginem Virginis: hoc enim ſe pacto obligauit dæmon, aiebat, à me receſſurum, qui mihi apparuit. Horruit ad iſta Theodorus, & rectiſſimè ſubiecit: Expedit tibi magis nullum in iſta vrbe non percurrere lupanar, quàm vt iſta ab imagine colenda abſtineas. B

Præter hæc Balinghem in Calendario 20. Iunii aſſerit Sanctam Florentinam (Florentiam Martyrologium Romanum & Baronius nominat) ſororem Sancti Leandri & Sancti Iſidori Hiſpalenſium Epiſcoporum, hoc anno vitam exuiſſe: atque inter quadraginta monaſteria, quibus in Hiſpania præfuit, vnum fuiſſe prope oppidum Ecyam ad flumen Veteniclium, cui nomen erat à *S. Maria de Valle*, in quo trecentæ Moniales Deo & Deiparæ ſeruiebant. C

## Anno mundi 4583. Chriſti 600.

ACcidiſſe non potuit, quod ait Gononus in Chronico, vt Pantheon conſecraretur in honorem Virginis à Bonifacio quarto Romano Pontifice. Nam præterquàm quòd repugnat id omnibus Chronologis; inſuper Bonifacius Papa ſedem Pontificiam non antè adeptus eſt, quàm anno 605. vt conſentiunt omnes: quo demum anno, vt dicemus poſteà, & delubrum hoc à Phoca impetrauit, & in laudem S. Virginis ac SS. Martyrum honorificè conſecrauit. A

Hoc autem anno floruiſſe dicitur Marcus Maximus, natione Hiſpanus, vir Sanctiſſimus, Poeta Chriſtianus, & ex monacho Diui Benedicti Cæſarauguſtanus Archiepiſcopus creatus: de quo Iſidorus in Catalogo Virorum illuſtrium; & Trithemius libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis; ac Marraccius in parte ſecunda Bibliothecæ Marianæ, vbi aſſeritur in Deiparæ laudem Hymnum & Elegiam ſcripſiſſe, de Domo B. Virginis de Columna; ſeu de Apparitione illa in qua Cæſarauguſtæ Beatiſſima Virgo Diuo Iacobo ſe ſpectabilem exhibuit. B

## Anno verò mundi 4584. Chriſti 601.

A DEfuncto Amos Ieroſolymorum Epiſcopo, ſubrogatus eſt in locum eius deuotiſſimus erga Deiparam Heſychius, vt patet ex libro 9. epiſtola 40. Sancti Gregorii Papæ. Pertinere autem ad Heſychium creduntur illæ præclaræ duæ Orationes in Sanctam Deiparam, quæ ſub nomine eius in Bibliotheca Patrum circumferuntur: & in poſtrema quidem harum Sanctam Virginem appellat, *Vniuerſum Trinitatis complementum.* Qui loquendi modus nonnullis audax viſus eſt & inſolens. Sed vim illius rectè declarat Poiræus, in Triplici corona tractatu 1. cap. 5. §. 5. n. 2. & genuinum authoris ſeoſum hunc eſſe oſtendit, quòd ſicut Arca Noë, cui Heſychius B. Virginem comparat, tribus complebatur contignationibus, ita Beata Deipara tribus Trinitatis perſonis perfectiſſimè completur. Alios præterea affert ſenſus, quibus Heſychium liberat ab omni temeritatis ſuſpicione: Quod etiam facit Salazar in caput 8. Prouerbiorum; Imò etiam, libro de Conceptione, cap. 42. ſæculo 7. Heſychium numerat inter eos, qui fauent puritati immaculatæ Conceptionis, dum Virginem vocat, *turturem mundam, columbam impollutam, gloriam luti noſtri, quæ audaciam ſerpentis abſcidit, &c.* Iam verò

## Anno mundi 4585. Chriſti 602.

A IMperator Mauritius, crudeli nece ſuorum ſpectatâ, ipſe deinde ſimili nece occubuit, inuadente imperium Phocâ. Ita Cedrenus in Annalibus, & Nicephorus, lib. 18. cap. 38. & Baronius, & alii. Vt verò fuit Mauritius deuotus in S. Deiparam, cuius fauore ad imperium peruenerat, & cuius cultum procurabat, vt dictum eſt anno 583. & 587. Quam deuotionem haud dubiè non parum adauxit, cum quo ſæpè conuerſabatur, vel Eutychius, vel Theodorus Siceota, tanti Virginis alumni & famuli, vt colligitur ex eorum Actis: fatendum quoque eſt eidem à Sancta Dei matre obtentam & conceſſam fuiſſe ſingularem illam patientiam, quâ ſuæ domûs horrendam tragœdiam excepit, nihil aliud dicens, quam Dauidicum illud: *Iuſtus es, Domine, & rectum iudicium tuum*: quam tragœdiam fusè explicant ac pandunt præcitati Authores. Sed iam

## Anno mundi 4587. Chriſti 604. Sabinianus factus eſt Epiſcopus. Romæ: Et ad cælum tranſiit Sanctus Pontifex Gregorius cognomento Magnus. Verè

A MAgnus Pontifex, Magnus Doctor, Magnus cultor Virginis, cuius imagine peſtem profligauit initio ſui Pontificatûs; aliámque vt palmare donum ad S. Leandrum tranſmiſit; priui-

legia confirmauit & auxit Sanctæ Mariæ Sueſſionenſi; & Deiparæ imaginem ad ſe loquentem audiuit, quæ imago nunc eſt in Eccleſia *S. Mariæ Imperatricis* Romæ; & rurſus Romæ ædem B. Deiparæ conſtrui, & redditibus muniri curauit, ac ſolemniter dedicauit. Quæ omnia conſtant; tum ex Ioaone Diacono, lib. 4. cap. 8. tum ex Gregorio Turooenſi, lib. 10. cap. 5. tum ex Iſidoro in Chronico; Spioello, tractato de templis n. 34. & ipſomet S. Gregorio, lib. 1. epiſtolarum epiſtolâ 54. oecnoo ex Baronio, & aliis. Prætereà ipſe idem S. Gregorios magnificè in ſuis ſcriptis de B. Virgioe loqoitor: Inſignis eſt locus ille, qui babetur in libri 1. Regum caput 1. *Poteſt montis nomine Beatiſſima ſemper Virgo Maria Dei genitrix deſignari. Mons quippe fuit, qui omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ſuæ dignitate tranſcendit. An non mons ſublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum choros, vſque ad ſolium Deitatis erexit? Mons in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ ſupra omnes Sanctos refulſit, &c.* Hæc de S. Gregorio, At

## Anno Mundi 4588. Chriſti 605.

CHlotarius ſecundus, Francorum Rex, Te- A
ruanæ Morinorum templum eximium in honorem Diuæ Virginis exorſus eſt, quod & ad coronidem perductum amplis redditibus ad alendum clerum monuit. Sic in Maria Auguſta, lib. 2. cap. 20. Ferreolus Locrius, & alii quos ibidem citat: & in Anacephalæoſi, in qua addit templum hoc Cathedrale factum, habuiſſe primum Præſulem Antimundum, deinde Athalbertum, hinc Sanctum Audomarum; quibos conſentit Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Teruanenſium ſiue Bononienſium.

Ad hunc quoque anoum floruiſſe, certum eſt B
ex Thoma Dempſtero io hiſtoria Eccleſiaſtica Scotiæ, & ex Marraccio in Bibliotheca, Ruthium Scotum, in Scotia ortum, & in Scotia Epiſcopum, qui de Virgine Maria pulchros Sermones exarauit.

## Anno autem mundi 4589. Chriſti 606. Bonifacius tertius in locum Sabiniani Romæ ſufficitur. Deinde

## Anno mundi 4590. Chriſti 607. Bonifacius quartus tertio ſubrogatur.

QVo etiam anoo idem Bonifacius quartus A
poſtulat & impetrat à Phoca Imperatore Pantheon, nobile Romæ delubrum, tot antiqoorum Scriptorum præconiis celebratum; & à Marco Agrippa Auguſti genero, ipſo tempore Auguſti, ob victoriam Actiacam erectum, Iouiſque Vindici cooſecratum; à Domitiano, cùm cooflagraſſet, reſtitutum; itémque ab Hadriano, Septimio Seuero, & Marco Aurelio Aotonino reſarcitum & exornatum; atque bactenus ioractum à demolientibus templa dæmonum Chriſtianis. Illud verò Bonifacius expurgatum ab Idololatriæ ſordibus, & in ipſum delatis octo & vigioti curribus onuſtis oſſibus martyrum, in honorem Diuæ Virginis & omnium Martyrum die 13. Maii dedicauit. Narrat hæc Anaſtaſius, in Pontificum vitis. Beda, lib. 2. de geſtis Anglorum, cap. 4. Baronius anno 607. & in notis ad Martyrologium die 13 Maij, & 1. Nouembris; vbi etiam additur, propter eiuſmodi delubrum, fuiſſe à Gregorio qoarto primam diem Nouembris feſtioam declaratam in honorem B. Deiparæ, & omnium, non tantùm Martyrum, ſed vniuerſaliter Sanctorum. Circa autem tempora dedicati Pantheon, & initia gubernantis Eccleſiam Bonifacii quarti, hoc eſt,

## Anno circiter mundi 4591. Chriſti 608.

A QVidam Clericus cæcus à natiuitate ſua, cùm Reſponſorium illud: *Gaude Maria Virgo, &c.* Romæ ad ipſummet Pantheon, quod nunc S. Mariam ad Rotundam appellant, decantaret; ſubitò lumen ocolorum recepit, cum omnium præſentium admiratione. Qood quia accidit die feſto Purificationis, occaſionem dedit inſerendi hoc Reſponſorium in Officio eiuſdem diei. Ita docet Pelbartus, Stellarij lib. 3. parte 1. art. 1. cap. 3. Speculum exemplo-
A rum diſtinctione 8. exemplo 58. Thomas Cantipratenſis, lib. 2. in notis, cap. 29. Vbi etiam addit de quodam puero à Iudæis iugulato, quòd illud crebriùs cantaret, & ab iiſdem ſub lapide ſepulchrali condito atque abſconſo, qui poſtridie viuus inuentus eſt. Poiræus denique, Triplicis coronæ libro 4. cap. 9. §. 9. n. 15. Et ex prædictis aothoribus nonnulli opinantur, ſupradictum Reſponſorium fuiſſe compoſitum à prædicto cæco: ſed clarum eſt, vſurpatum fuiſſe longè antè, nempe ſaltem poſt deuictas Neſtorii & Eutychetis hæreſes atque blaſphe-
B mias, vt patet ex anno Chriſti 451.

## Anno mundi 4593. Chriſti 610.

A HEraclius, interfecto Phocâ quòd Rempublicam ignauiâ ſuâ Perſis depopulandam permitteret, Imperium accepit, mouénſque contra Perſas, acceptâ Beatæ Deiparæ imagine à Stephano Metropolita Cyziceoo, eos fudit ac vicit, vt babet Nicephorus, lib. 18. cap. 20. Zonaras, Cedrenus, Miſcella, & alii. Et Cedrenus addit, eundem Heraclium, poſteà aduerſus Coſrhoem, ex Africa ſecum aduexiſſe venerandam Chriſti imaginem non manufactam, quam videlicet olim Chriſtus Abdagaro miſiſſe
A dicitur, vel potiùs quam Veronica adepta eſt: ſic quippe bonus princeps præſenti matris & nati auxilio per horum miraculoſas imagines plurimùm firmabatur. Interim quadriennium tacitè euoluitor, atque

## Anno mundi 4597. Chriſti 614. Excedente è viuis Bonifacio quatto ſuccedit ei Deusdedit: & rurſus euolutis in ſilentio tribus annis.

## Anno mundi 4600. Chriſti 617. Poſt Deusdedit Bonifacius quintus

Eccleſiam gubernat; cuius Pontificatûs anno altero, hoc eſt

## Anno mundi 4601. Chriſti 618.

A STatuit ædificationem templi B. Mariæ in Sithiu, loco iuata Audomatum, Ferteolus Loctius in Aoacephalæoli. De quo templo & ei adiuncto cœnobio dicetur meliùs anno Chriſti 695. Itaque

## Anno Mundi 4603. Chriſti 620.

A IN territorio Tricaſſino mortuus dicitur Sanctus Flauius ſiue Flauianus, qui cum cooiuge ſua Aptonia vitam in matrimonio cum virginitate doait, imitatus præclarum S. Ioſephi ac Deiparæ coniugium: poſteà tamen Presbyter effectus eſt, vt fuſiùs habet Nicolaus Deſguettois ad annum 620. in monumentis annuis Trecarum: cuius notam temporis non ſeqoitur Franciſcus Lahiet in ſuo magno Menologio SS. Virginum 18. Decembris: à qua tamen oulla eſt ratio diſcedendi.

## Anno autem ſequente mundi quidem 4604. Chriſti verò 621.

A HEraclij Imperatoris pietas cum fiducia in S. Dei matrem maximopere eluait: Cùm enim contra Perſas Regémque Coſthoem arma moturos eſſet, in ipſo profectionis articulo, ſic allocutus eſt Sergium Patriarcham, vt Cedrenus refert in Annalibus: *In manibus Dei, Deiparæ, & tuis, relinquo vrbem hanc Conſtantinopolim & filium meum.* Inde magnum templum ingreſſus, atratus calceos, Deum exorauit procumbens in terram, profectionémque ſuam humillimâ mente commendans: Cui tunc Georgius Piſides prædiait fore, vt qui nigros indutus calceos otaret, rubefaceret eos cruore Perſarum: quod & accidit: oam tribus annis continuis attriti ſunt Perſæ, nouis in dies miraculis exornantibus crucem Chriſti, quam miſeri detinebant.

B Sed & eodem anno Lidericus Hædus, aliàs de Buc, à Chlotario Francorum Rege primus in Flandria Saltuarius conſtitutus, Brugæ in oppidi formam à ſe erectæ, ſtatim D. Virginis Baſilicam adiecit, vt non mœnibus illa ſolùm, ſed ſimul protectione Deiparæ io hoſtem firmaretur. Hanc poſteà Balduinus Ferreus, primus Flandrorum Comes à Carolo Caluo creatus, & ab eodem Sancti Donatiani corpore donatus, factam capaciorem in S. Donatiani templum circa annum Chriſti 850. motauit. Ita Ferreolus Locrius in Maria Auguſta, lib. 2. cap. 15. At

## Anno mundi 4608. Chriſti 625.

A COſrhoes Perſarum Rex, quas barbarorum gentes ſollicitare potuit, eas Sarbarâ Duce in vrbem Conſtantinopolim immiſit: Inſuper grauem exercitum ex Perſis confecit cuius curam Sai tradidit. At Heraclius Theodorum germanum ſuum contra Sain miſit, alium exercitum Conſtantinopolim direxit, ipſe Coſrhoem cum electis ſuis excepit: tantâ porrò fœlicitate, vt exercitus Saïs, contra quem Theodorus certabat, tum grandine inuſitatæ magnitudinis à Deo per interceſſionem B. Virginis comminutus fuerit, tum gladiis Romanorum confoſſus. Sarbara verò & qui cum eo erant, cum decem dies Conſtantinopolim obſediſſent, virtute item Deiparæ, etiam ipſis hoſtibus apparentis, tum mutuis inter ſe certaminibus, tum vi tempeſtatum terra marique perierunt, paucis domum ſummo cum dedecore reuerſis. Ita Theophanes in Annalibus Græcorum. Paolus Diaconus, lib. 18. Hiſtoriæ, Cedrenus item & Baronius & alii. Sed &

## Anno mundi 4609. Chriſti 626. quo Honorius primus Bonifacio quinto paſtorali in cura ſuccedit.

A HEraclius demum hiemis tempore in Perſidem ingreſſus, improuisò Coſthoem perterruit. Et parte ſui exercitûs, quæ Turcarum erat, ipſum deſerente, ſic reliquam animauit ſpe auxilii diuini & Deiparæ Matris: vt Razatem Perſam fortiter debellarit, aduerſariorum multis millibus interfectis, & Romanorum tantùm quinquaginta militibus deſideratis; ipſum Coſrhoem ad inhoneſtam fugam compulerit; deinde vero cum ſuo exercitu Natalem Domini celebrans & Epiphaniam, Deo Deiique genitrici quam in auxilium totius belli aſciuerat, de tot fœlicibus ſucceſſibus gratias egerit. Cuncta hæc referunt paulò ante citati Annales Græcorum, Paulus Diaconus, Cedrenus, Baronius, & alii. Quadriennio poſt, ſcilicet

## Anno mundi 4613. Chriſti 630.

A MAhometus ſiue Mahometes, à quo improba ſecta Mahometanorum, è vita egreditur, ſi credimus Annalibus Græcorum apud Cedrenum atque Theophaoem. Fuit autem ille, vt ad omnem audaciam proiectus, ita promptus ad omnem falſitatem, vnde & oomen Falſi Prophetæ obtinuit. Falſitates in Deiparam has præcipuas effudit. Negabat Chriſtum eſſe Deum, & Virginem eſſe Matrem Dei: concepiſſe illam ſine ſemine aſſerebat, ſed hominem purum, quem aiebat eſſe Propheram. In Alcorano tamen honorificè nonnumquam de Virgine loquitur: vt cùm vocat eam cunctis vitis fœminiſque præclariorem, quam elegit Deus, quam purificauit & elegit claram ſuper mulieres ſæculorum. Quæ Mahometis verba habet Salazarius de Conceptione, cap. 42. ſæculo 7. eadémque notat Lyranus ad fioem noui teſtamenti contra quemdam Iudæum. Guillelmus item Reginaldus, Caluinoturciſmi lib. 3. cap. 13.

B Hoc etiam tempore, vt notat Baronius in Martyrologio ad diem 13. Septembris, florebat S. Amatus Abbas in Monaſterio Romarico, de quo Surios in vita eius ait, ipſum Virgines Sacras congregaſſe, quæ duodenæ duodenis ſuccedentes perpetuò in Dei ac Deiparæ laudibus continuarent: Voluiſſe item, vt ſibi mortuo daretur in ſepulchro, pro fida comite & teſſera ſuæ fidei, epiſtola Magni Leonis Papæ ſcripta ad Flauianum, quæ eſt aotidotum Neſtoriani veneni.

Demom, vt erat valde humilis, elegiſſe ſibi ſepulchrum in ipſo aditu Baſilicæ Diuæ Virginis, indignum ſe reputans, qui intra templum conderetur. Sed anno euoloto iuſſit Deus intra Ecleſiam honorificè poneretur. Ita Surius, & ex eo Bonifacius in hiſtoria Virginali, lib. 5. cap. 16. At

## Anno mundi 4616. Chriſti 633.

A IMago B. Mariæ Bononienſis in Gallia inſignis prodigiis habetur. Eam in naui miniſterio Angelorum allatam eſſe hoc anno Bononiam communis docet traditio: Quæ etiam adiicit, exceptam à Bononienſibus ſummo cum applauſu, illuſtrem fuiſſe miraculis, & in omnium veneratione. Addit prætereà, anno Chriſti 1544. vrbe ab Anglis captâ, deportatam hanc imaginem fuiſſe in Angliam: indidem reuectam anno 1550. recuperatâ à Francis Bononiâ: deincèpſque ab hæreticis peſſimè diuexatam, ignem, ferrum, ſecures ſuperaſſe. Deinde in Caſtro quodam vſque ad annum 1609. occultatam deliruiſſe: donec, operâ Veſpaſiani de Fonte Eremitæ, tertiùm in vrbem relata eſt, & ſine ſolemni honore habita: In qua poſtquam ſic ad annum vſque 1630. manſit veluti incognita: tandem prædicto Chriſti anno 1630. ab Epiſcopo Victore Bontellier in antiquum honorem reſtituta eſt, & votis frequentibus Chriſtianorum onerata. Hæc colliguntur ex Poiræo Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 52. in ſecunda editione: Quam eandem rem ex Poiræo referunt, Gononus in Chronico anno 633. & Vincentius Charton in Calendario Diuæ Virginis 30. Martij.

## Anno mundi 4617. Chriſti 634.

A OBiit Sophronius Ieroſolymitanus Epiſcopus, & inſignis laudator S. Deiparæ, cuius hæc verba cum plauſu accepta ſunt in ſexta Synodo Conſtantinopolitana, actione vndecimâ ſub Agathone Pontifice, qui Eccleſiæ præfuit anno Chriſti 678. *Deus Verbum, vnigenitus Patris filius, ex inuiolabili & virginali ſanguine Sanctæ atque immaculata Virginis Mariæ, veraciter homo prodiit, Virginem generantem conſeruauit, & Θεοτόκον propriè & veraciter eam eſſe demonſtrauit.* Plura teſtimonia ex Sophronio colligit Salazar, quibus oſtendit, cap. 42. ſæculo 4. libri de Conceptione, eum facere pro immunitate Deiparæ à noxa originis. At Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ait cum Baronio, eum hoc anno obiiſſe.

## Anno mundi circiter 4618. Chriſti 635.

A SAncta Aldegundes Malbodienſe ædificans Monaſterium, ibidem Eccleſiam conſtruxit in honorem S. Virginis; cumque ad altare B. Deiparæ ſopplicìter oraret, diuina reuelatione monita eſt de obitu S. Amandi. Sic habent Acta Aldegundis apud Surium 13. Nouembris, vbi cap. 24. dicitur quomodo Aldegundis ſoror nomine Valdetrudis, quinto die ante Aldegundis mortem, Deiparam in viſione vidit cum Sanctorum agminibus, quæ ſororem ſuam ad ſublimia deducebat: ipſo autem momento obitûs, ingens ſupra domum videndum ſe fulgor mirantibus obtulit.

B Sancta quoque Bilhildis, vidua Monialis, templum ac Monaſterium in honorem B. Virginis exſtruxit, in quo & multas ſecum Sanctimoniales adunauit: quia verò eiuſmodi Monaſterium locatum eſt in ſublimiore colle, ideo appellatur Altum monaſterium glorioſæ Virginis Mariæ. Sic in Moguntiacis Serrarius, & in Calendario Balinghem 29. Nouembris.

## Anno mundi 4621. Chriſti 638. Seuerinus pro Honorio ſedet. Tum eo qui ſequitur

## Anno mundi 4622. Chriſti 639. Ioannes quartus ſubrogatus eſt in Seuerini locum.

A QVo eodem anno Sanctus Vandregiſilus cognomento Vando Pipini Francorum Principis conſobrinus, & à Dagoberto Galliæ Rege Comes Palatii factus, nobili deſponſatus puellæ, Ioſephum ac Deiparam ſecutus, cum connubio Virginitatem iunxit; obiitque poſteà Chriſti anno 665. Ita teſtantur Acta vitæ ipſius apud Surium, & Martyrologium 22. Iulij cùm notis Baronij, ac Petrus in Catalogo Sanctorum, lib. 6. cap. 127.

B His quoque temporibus S. Fiacrius in nemore Brodolio prope Meldas Monaſterium conſtruxit in honorem S. Mariæ, in quod precibus ſuis ingreſſum omnibus mulieribus penitus occluſum à Deo obtinuit, vt habent eius Acta apud Surium 30. Auguſti.

## Anno autem mundi 4623. Chriſti 640.

A EX vita diſceſſit S. Gallus Abbas & diſcipulus S. Columbani, vt Baronius aduertit in notis Martyrologij ad 16. Octobris, & eodem die Philippus Labbe in Anno Sancto. Ab hoc ſancto viro ædificatum fuiſſe Monaſterium in honorem Beatiſſimæ Virginis & Sanctorum Martyrum, quorum habebat reliquias; & id in Eremo, ex qua non tantùm ſpectra quædam, ſed & varios ſerpentes ſuis precibus eiecit; teſtatur Vvalafridus Strabo Abbas Augienſis. Quam rem etiam tangit Bonifacius in hiſtoria Virginali, lib. 2. cap. 2.

B Ad hoc quoque tempus pertinere videtur conſtructio ædis ac cœnobij *Sanctæ Mariæ Pauliaca*, quam in Pauliaco fundo condidit S. Philibertus ex impenſis viri nobilis Amalberti, in quo Auſtreberta ſoror Sancti Anſberti Rothomagenſis Epiſcopi Sacras Virgines regebat. Quæ colliguntur ex Surio 10. Februarij, & ex Philippo Labbe eodem die. Item ex Baronio in notis ad Martyrologium; quamquam ibidem negat hanc fuiſſe ſororem S. Anſberti Epiſcopi.

C Pertinere ad hunc etiam annum dicitur Sergius Hierapolita, natione Græcus, vir à literis & virtute præclarus qui Homiliam vnam de

Mariæ Natinitate ad pnſteros tranſmiſit, quam Caniſius citat librn 1. de Deipara, cap. 11. & Iodocus Coccius in Theſaurn lib. 3. art. 5. Bonifacius item in Hiſtoria Virginali, librn 1. cap. 5. & alii. De Sergio meminit Biblintheca Marracii, aliique non pauci.

D Hoc verò loco nperæ pretium eſt obiter aduertere, plnrimas hiſtorias à Gonono ad hos annos referri, quas ad alios neceſſariò pertinere perquàm manifeſtum eſt. Siquidem ad annum Chriſti nnmini 641. alligat Hiſtoriam Muſæ puellæ, quæ deſcribitur librn 4. Dialognrum à S. Gregorin Papa, qui obiit anno 604. Similiter anno 642. & 643. 644. 645. varias hiſtorias ponit, aitque contigiſſe his anois, qnas tamen Gregnrius Turonenſis, quem Gooonus citat, ait aduenisſe ante mortem ſuam, cùm eas ipſe deſcribat; qui mnrtuus eſt anno Dnmini 595. vel 600. vt habes ea Claudio Robettn in Catalogo Epiſcopnrum Turonenſium; quique ſaltem, vt ipſe de ſe Gregorius aſſerit, finem impoſuit libris ſuis anno 594. menſe Martio. His breuitet notatis.

## Anno mundi 4624. Chriſti 641. Theodorus init Pontificatum, Ioanne quarto de viuis ſublato: & quinquennio pòſt, videlicet Anno mundi 4629. Chriſti 646.

A PRope Cæſarauguſtam repetta eſt imagn *S. Mariæ del Cugullada*, ſiue Alaudæ, ſic dictæ, quòd beoeficio Alaudæ repetta ſit. Pauper ſiquidem & deuota mulier cantillantem alaudam audiens, ſono innſitato eacitata, properauit ad eam, quam aduertit in pueruli IESV manu coosiſteotem hilarinri cantu ſuum melos prnmere. Mirata latentis Virginis imaginem, demum rapuit, tulit ſecum in vrbem, ſculptnri vendidit: Imago in arcam conjecta, ſequenti die, licet quæſita, non paruit; quippe relata ab Angelis in priſtinam ſuam, & extra vrbem, ſtationem; vbi reperta fuit cum eadem cantillante alanda. Rnmor veniens ad Epiſcnpum nomine Braulium effecit, vt iuſſu eios prædicta imagn ex loco vbi erat, in Epiſcnpium aduceheretur, quæ iterum in priſtinum locum ſequenti vel eadem die ab Angelis reſtitnta, mouit Epiſcopum, vt in loco inuentæ Imagiois ſacellum cnnſtrueret in honorem S. Mariæ, à dicta auicula, dictæ *de Alauda*. Ita Touſſanus Bridoul ea Mnrillone in hiſtnria S. Mariæ del Pillar. Quam rem Touſſanus habet in Triumphn Virginis, 18. Martij. Iam verò

## Anno mundi 4630. Chriſti 647.

A EXtremum diem claudit Francorum Rex Dagobertus. Ita Baronius hoc anoo & Francorum Aooales, Aymonius, Dupleix, & alij. Hunc autem Principem multa teſtaotur io Deiparam animo fuiſſe proliao: in cuius hnnorem; vt habet Iacobus Doublet, lib. 4. antiquitatum Abbatiæ S. Dionyſij, cap. 1. Et Caniſius, lib. 5. de S. Maria, cap. 23. Et Vincentius Charron in Calcodario B. Mariæ 19. Ianuatii; Argentinenſem Eccleſiam Diuæ Virgini Sacram, quam Clndouæus fundauerat, vt dictum eſt anno 514. reſarciendam curauit, & nppidum Rubiaeum cum circomiacente tnta ditione donauit. Item Spirenſem principalem ædem Virgini conſecratam reſtaurari fecit. Abbatiam *S. Mariæ ab horreo* Treuiris conſtruait. Cathedrali S. Virginis Virdunenſi agrns, prædia, redditus; vnde pagus Baſonnillanus; dedit ad precem S. Pauli ibi tunc Epiſcopi. Et Cameraci, adhortatione S. Autberti eo in locn Antiſtitis, dntauit Eccleſiam B. Mariæ, vt habent Acta S. Autberti apud Surium 13. Decembris. Propter tot illuſtria facta dicitur adiutus à Cælitibus in purgantibns rngis, vt videre eſt apud Aymooium, lib. 4. cap. 34. Porrò Dagoberti nbitum Petauius in Rationarin temporum adſcribit anno Chriſti 644. Gooonus in Chronico reponit ad annum 645. Belleforeſtius ad 646. alii ad 647. aut 648. At

## Anno mundi 4632. Chriſti 649. Martinus huius nominis primus in Theodori Romani Pontificis mortui ſede collocatur.

A INterfuit verò hoc anno Synodn ſub Martino coogregatæ Romæ S. Maurus Epiſcopus Cæſennas, vt habet Baronius in Annalibus anno præſenti, & in nntis ad Martyrologium an. Ianuarii. Fuit autem Maurus & clarus miraculis, & pietate in Virginem præſtans, in cuius honorem ad ſaltum Spatianum nnn longè à Cæſenna Eccleſiam conſtruxit, & cellulam propè in qua ſeſe deuntinni daret, io qua etiam voluit ſepeliri: vbi poſteà, erebreſcentibus miraculis, conſtiturum eſt Monaſterium eximium in honorem B. Deiparæ. Quæ omnia patent ex vita eius, quam Petrus Damianus ſcripſit.

B Ad hoc etiam tempus Gnnoous ex quodam Manuſcripto refert liberatinnem cuiuſdam Iudæi ex carcere, in quem à latronibus coniectus fuerat: quæ facta eſt npe Diuæ Virginis eidem Indæn primùm in ſomnis, deinde etiam in vigilia apparentis. Vide eum in Chronico ad annum 650. Interim

## Anno mundi 4633. Chriſti 650.

A MOritur Sancta Vvaldetrudis, Monaſterii, qood olim dicebatur *Dominæ noſtræ in Caſtriloco* prnpe Mootes Haonnniæ, fundatrix; & nunc ab ipſa fundatrice nomen babet. Ita Ferreolus Locrius in Chronica Anacephalænſi: Qui rurſus ibidem annn 655. ait, nonnullos aſſerere Sanctum Sigebertum Auſtraſiæ Regem fuiſſe prædicti Monaſteri fundatorem: fortè quia plurimum iunerit impenſis ac donationibus ſois. Sed de Vvaldetrude iam ſuprà aliquid tetigimus anno Domini 635. literâ A.

B His qunque circiter temporibus Sancta Godeberta inſignis fuit virtotibus Nnuioduni, vt habet Philippus Labbe in Annn Sancto 11. Aprilis, quam Surins in vita eius, vixiſſe tempore S. Eligii memorat. Additque eius precibus Baſilicam Beatæ Virginis Nouiodunenſis vrbis primatiam à vaſtn incendio fuiſſe ereptam. Quod

Digitized by Google

idem habet Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali, lib. 2. cap. 1.

G Adhuc eâdem tempeſtate, Olympius Conſtantis iunioris Imperatoris Exarchus, Spatarium miſit, qui Martinum Pontificem ſacris operantem in Baſilica S. Mariæ maioris trucidaret: ſed facinus aggreſſus cæcitate confeſtim percutitur. Quod notat Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Non poteſt verò id referri ad annum 643. vt refert Atlas Marianus in imagine Mariæ maioris, lib. 1. imagine 2. Tunc enim Martinus nondum Pontifex erat: Qui paulò poſt, hoc eſt

## Anno mundi 4637. Chriſti 654.

A SAnctus Martinus Papa martyrio obiit, & conſtantiâ illuſtris in Cherſoneſo palmam hanc obtinuit ſub Conſtante prædicto Imperatore Monothelitarum fautore. Inter varia autem quæ iuratus coram Fidelium multitudine ſibi falsò eſſe obiecta dixit, aliqua ſunt de B. Virgine, quæ verbis iſtis refutauit. *Porrò de Domina noſtra glorioſa ſempérque Virgine Maria, quæ Dominum ac Deum noſtrum peperit Ieſum Chriſtum, quam omnes Sancti & Catholici Patres Theotôcon, id eſt Dei genitricem appellant, falsò contra me, imò contra ſuas ipſorum animas, iniqui viri teſtificati ſunt. Nam qui beatam ſuper omnem creaturam, & naturam humanam, ab eo qui natus eſt ex ea venerabilem, ſempérque virginem matrem Domini noſtri non honorat, anathema ſit & in præſenti, & in futuro.* Ita Surius 12. Nouembris in vita Martini Papæ, & ex eo Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali, lib. 2. cap. 16.

## Martino autem Papæ ſubrogatus eſt Eugenius primus.

B HIs fermè temporibus Sancta Hunegundes, quam S. Eligius Nouiodunenſis Epiſcopus è ſacro fonte baptiſmi ſuſceperat, ſe & omnia ſua magnâ animi deuotione Diuæ Virgini offert in Humolarienſi monaſterio; cuius exemplo Eudaldus ſponſus eius, antequam matrimonium iniſſent, in obſequio S. Deiparæ ac bonis operibus deceſſit. Sic habent Acta Hunegundis apud Surium 25. Auguſti.

## Anno mundi 4638. Chriſti 655. Vitalianus Papa ſuccedit Eugenio Pontifici Romano.

A QVo tempore celebratur Concilium Toletanum decimum, præſidente S. Eugenio Epiſcopo Toletano, in quo primo loco ſtatuitur, vt dies feſtus Annunciationis Deiparæ fiat ante octo dies à Natali Domini, quia 25. Martii ſolet nimiùm eſſe aliis ſolemnitatibus impedita. Id tamen poſteà mutatum eſt, & in iſtum Decembris deſignatum diem, coniectum eſt feſtum ſub nomine Expectationis partûs Sanctæ Deiparæ, quod communiter Hiſpani obſeruant, & nominant *Sanctam Mariam de O*, ob Antiphonas Cantici *Magnificat*, quæ his diebus incipiunt ab O, & exprimunt deſiderium Patrum aduentum Chriſti auidè expectantium. Vide Ribadeneiram in vitis Sanctorum ad diem 18. Decembris, Arnoldum Vvionium in Martyrologio Benedictino eâdem die. Marianam, libro 6. de rebus Hiſpanicis cap. 9, Azor, tomo 2. lib. 1. cap. 28. & Vincentium in Speculo hiſtoriali, lib. 7. cap. 120.

## Anno mundi 4640. Chriſti 657

A MOrtuo Eugenio Toletano Epiſcopo in locum eius Ildephonſus ſuccedit, & integritatem ac Virginitatem Deiparæ contra quoſdam, Helladium ſcilicet & Pelagium, qui in Hiſpania antiquam Heluidij inſaniam ab inferis reuocare ſtudebant, acerrimè propugnat. Patet id ex Actis vitæ eius apud Surium 23. Ianuarij, ex Scriptis ipſius Ildephonſi, & ex Baronio. Fuit autem Ildephonſus ex nobiliſſimo ſtemmate Comitum de Orgaz, & ante Epiſcopale munus Monachum profeſſus eſt & inſuper Abbatem Monaſterii Agalienſis in Hiſpania. Quod notat Arnoldus Vvion lib. 2. ligni vitæ, Vaſæus, & Morales, & alij.

B Quo eodém anno, 13. Auguſti, migrauit ad Dominum Sanctus Maximus, Abbas & egregios Martyr, patriâ Conſtantinopolitanus; quod de eo docet Bibliotheca Marraccii, addens ab eo compoſitas fuiſſe Orationes de Dormitione B. Virginis, quas Azotius & Carthagena aliique citarunt. Hæc præterea refert Maximi verba pleniſſima feruoris in S. Deiparam: *Qui non dicit Dominam noſtram omnibus hymnis celebrandam, & ſanctiſſimam, & immaculatam, & omni intellectuali naturæ venerabilem, naturalem verè Matrem Dei factam, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, eſto anathema à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, conſubſtantiali Trinitate, & ab omni virtute cæleſti, & choro Sanctorum Apoſtolorum & Prophetarum, infinitéque populo Sanctorum Martyrum, omnique Spiritu in iuſtitia conſummato, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.*

## Anno autem mundi circiter 4643. Chriſti 660.

A ECcleſiæ illæ erectæ videntur, quas in cultum Auguſtiſſimæ Dei Matris, tum *S.* Magnus, vt habetur in eius vita apud Surium 6. Septembris, n. 23. tum S. Bercharius & *S.* Niuardus in Altiuillarenſi cœnobio condiderunt, vt dicitur in vita Berchari 16. Octobris apud eundem Surium. Non bene autem Gononus in Chronico refert hoc anno hiſtoriam de Hugone monacho Monaſterii Deruenſis, quæ non accidit niſi circa annum 960. viuente Gibuino Epiſcopo Catalaunenſi, vt habet prædicta vita Berchari.

B Sed præterea hoc anno, Alcanaldus Clodouæi ſecundi Francorum Regis Palatinus, Baſilicam Dei genitrici in oppido Duacenſi ad Scarpam fluuium fundauit; quæ poſtmodùm S. Amati, huius in eam illato corpore, appellata eſt. Ita Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi ad annum 500. & in libro 2. cap. 16. Mariæ Auguſtæ. Sed in Appendice retractat tempus illud, & pro 500. annis ait reponendum eſſe 660. quia Alcanaldus

Alcanaldus, non tempore Clodouæi pcimi, ſed ſecundi, quorum hic mortuus eſt anno Chriſti 664. viuebat.

## Anno mundi 4644. Chriſti 661.

DIcunt Clodouæum huius nominis ſecundum Francorum Regem dooo dediſſe Ecclefiæ Aoicienſi ſiue Podicoſi Dei Matri dicatæ, eiuſdem Dei Matris ſtatuam olim fabricatam à Ieremia Propheta, quam in Palæſtinam Clodouæus profectus à Sultano Babyloniæ receperat. Rectè hoc commentum refellit Odo Giſſæus, libro 2. de Virgine Anicienſi, cap. 3. 8. 9. cùm Clodouæus iste nunquam profectus ſit in Palæſtinam, ſed potiùs Ludouicus Nonus Sancti nomen adeptus. Nec fideliter Vincentius Charton in Calendario Virginis 7. Nouembris, n. 4. ex Odone Giſſæo probat donum iſtud à Clodouæo ſecuodo proceſſiſſe, cùm idem Odo ex profeſſo contrarium docet. A

## Anno autem mundi 4648. Chriſti 665.

SAnctus Eligius, Nouiodunenſis ſiue Nouiomenſis Epiſcopus, è vita diſcedit, vt docet Sigebertus io Chronico, & colligitur ex Actis Eligij apud Surium 1. Decembris. Scripſit homilias in honorem D. Virginis, in quarum ſecunda, quæ eſt de Purificatione, ſic de ea loquitur: *Nunquam immunda iudicatur, quæ Sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ & ſanctitatis honorem genuiſſe comprobatur.* Hæc putat Salazar non parum fauere immaculatæ Conceptioni Deiparæ, lib. de Conceptione, cap. 42. Viuente eodem S. Eligio dicitur puella, quæ feſtum diem Annunciationis nendo violarat, ſic punita fuiſſe, vt ſimul vtraque labia connexa vim ſpuendi & loquendi impedirent. Hæc ad templum B. Virgiois deducta, ibidem meritis illius ſanata eſt, de hac re Vincentius Bellouacenſis in ſpeculo hiſtoriali, lib. 7. cap. 89. A

B Hoc prætereà aono adhuc viuebat S. Bathildis coniux Clodouæi ſecundi Francorum Regis; docet id Sigebertus, & teſtantur Acta S. Eligij, in quibus dicitur ipſa interfuiſſe Eligii funeri. Illa ipſa Bathildis Mooaſterium Calenſe in honorem Beatæ Mariæ in territorio Pariſienſi prope fluuium Matronam regià magnificeotià fundauit, in eòque vixit: & per alias multas largitates & bona opera conſecuta eſt annumerari in Saoctorum albo 26. Ianuarii. Præmonita de morte viſionem habuit, quà ſcala recta oſtenſa eſt ipſi adſtare ad altare B. Virginis, cuius cacumen cælos contingebat, interim dum ipſa conſcendebat per ſcalæ gradus, comitantibus hinc inde Angelis. Vide Acta eius apud Surium 26. Ianuarii, Vſoardom, Petrum, &c. Cæterum hîc obiter monebo, non beoe Gononum in Chronico repoſuiſſe ad annom 605. Eligium Nouiomenſem Epiſcopum iam factum: ſiquidem hoc munus tantùm iogreſſus eſt anno Domini 646. & mortuus eſt anno 662. vel 665. vt patet ex Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana, & Catalogo Epiſcoporum Nouiomenſium.

## Anno mundi 4650. Chriſti 667.

A MEliorem in cælo vitam ingreſſus eſt, hâc miſerâ relicta, deuotus in Deiparam Sanctus Ildephonſus. Ita Baronius anno 667. ex codice Vaticano. Quantus fuerit ipſius in Virgioem ardor ſcripta eius loquuntur, quæ tota cooſcripta ſunt ex S. Dei genitricis laudibus perpetuis, & defenſione illibatæ Virginitatis Matris Dei contra Iouinianum, Heluidium, Iudæos, exorientes denique in Hiſpania hæreticos. Tanto autem zelo, eloquentia, labore, induſtria, pro Sancta Deipara egit, vt ipſa non dedignata ſit, Ildephonſum & viſitare, & Archiepiſcopali ſolio aſſidens veſte candidiſſima, quam Albam appellant, donare, & certum reddere de vita fœlici æterna, quam illi promittebat. Quin prætereà animauit per Sanctam Martyrem glorioſam Leocadiam; quæ, coram & populo, & Clero, & Rege Receſuinto, de ſepulchro egrediens, priuſquam in ſepulchrum regrederetur Ildephonſum alloquens ac propiùs compellans audita eſt his vocibus ei congratulari: *Per te viuit Domina mea.* Quæ omnia conſtant, partim ex Iuliano apud Surium 27. Ianuarii: partim ex Mariana libro 6. de rebus Hiſpanicis, cap. 10. partim ex Arnoldo Vvion libro 3. ligni Vitæ 24. Decembris. Notabilia verò ſunt, quæ ipſe Ildephonſus ſcribit libro de Parturitiooe & Virginitate Mariæ: *Conſtat illam*, inquit, *ab omni peccato originali fuiſſe immunem, per quam non ſolùm maledictio matris Euæ ſoluta eſt; verùm etiam & benedictio omnibus condonatur.* Et paulò ante: *Quicquid in ea fuit poſſedit Spiritus Sanctus.* Hæc enim clariſſimè faciunt pro immaculata Conceptione Deiparæ. Refert adhuc Vincentius Bellouacenſis in Speculo hiſtoriali, lib. 7. cap. 81. Sigoificatum eſſe populo & Archiepiſcopo Toletaoo (credibile eſt Ildephonſo id accidiſſe) voce Virginis cælitus delapſa, graue flagitium à Iudæis in Chriſtum perpetrari, & repertum eſſe Iudæos, eas in ceream Chriſti ſtatuam indignitates, committere, quas olim parentes eorum in Chriſtum ipſum commiſerant. Quod ſcelus, in Chriſtianam fidem nimis iniurioſum, Iudæorum cæde punitum eſt. A B

## Anno Mundi 4652. Chriſti 669. Adeodatus poſt Vitalianum toti Eccleſiæ præficitur.

## Anno verò mundi circiter 4653. Chriſti 670.

A MIrabile quid accidit Sanctæ Landradæ, quod fusè refert Surius 8. Iulii, vbi etiam ex Theodorico Abbate habet, eam floruiſſe temporibus Martini Papæ, Remacli Traiectenſis, & poſteà ſucceſſoris eius Lamberti Traiectenſis item Epiſcopi. Scilicet diuinitus ad eam vigilantem in oratione demiſſam eſſe cum cæleſti melodia crucem mirabilis artificii, quæ in petram delapſa, eam veluti mollem ceram ſua figura impreſſit: auditamque vocem, qua iubebatur accipere hoc ab immortali ſponſo pignus amoris. Læta dono Landrada cœpit ſuis ipſa manibus locum præparare, lapides eruere,

materiam humeris portare, fundamenta iacere, & in monſtratæ ac donatæ crucis impreſſo veſtigio erigere altare in honorem Diuæ Virginis, ac reliquum templum ornare. Quod templum Lambertus Epiſcopus circa annum 670. conſecrauit, adiunctóque ibidem cœnobio, quamplurimas Virgines & viduas ſub tutela Beatæ Deiparæ, iocundiſſimè congregauit. Refert hoc quoque Ioannes Bonifacius in hiſtoria Mariali, lib. 2. cap. 1. Duobus poſt annis,

### Anno ſcilicet mundi 4655. Chriſti 672.

A SAraceni ingenti numero traiicientes Thraciam, Conſtantinopolim aſſiduis præliis a menſe Aprili ad Septembrem expugnare tentarunt: ſed fruſtrà. Tranſactâ Cyzici hieme, rurſus ſequenti anno illud ipſum aggreſſi ſunt, & per ſeptem annos continuos multis vicibus idipſum iterarunt: ſed tandem ope Deiparæ crebriùs inuocatæ, ſub cuius clientela Conſtantinopolis eſt, confuſi & fracti magnâ clade acceptâ receſſerunt, ac circa partes Scyllæi hiemalibus procellis comprehenſi omninò diſperiêrunt. Hæc Cedrenus & Theophanes habent, & ex iis Baronius anno 672. At verò

### Anno mundi 4656. Chriſti 673.

A BErtaridus Rex Italiæ ad regnum gubernandum acceſſit, cuius vxor Rodelinda, Ticini extra muros, in loco ad Perticas dicto, magnificam Eccleſiam erexit in cultum S. Dei genitricis. Quod notat Paulus Diaconus, lib. 5. cap. 33. Poſteà

### Anno mundi 4659. Chriſti 676. Donus ſiue Domnus Adeodato Romano Pontifici ſuccedit.

### Anno item mundi 4661. Chriſti 678. Agatho poſt Donum præeſt Eccleſiæ.

A QVo etiam anno Mahuuias Princeps Saracenorum moritur, cuius tempore non tantùm inuentum fuit Sudarium capitis Redemptoris: ſed prætetea aliud quoque linteum, quod fertur à S. Maria contextum, duodecim Apoſtolorum & ipſius Domini continens imagines, vno latere rubro & altero viridi. Ita ſcribit in libro de locis Sanctis Beda, cap. 5. & libro 4. de Geſtis Anglorum, cap. 12.

### Anno mundi 4663. Chriſti 680.

A AGatho Papa Romam conuocat Synodum Generalem dictam, in qua interfuerunt centum viginti quinque Epiſcopi, qui de Virgine loquentes eam vocant pulchro elogio, *Sanctam & immaculatam tum mente tum carne.* Quod patet ex Sexta Synodo hoc anno etiam Conſtantinopoli congregata, præſertim ex actione 8. 11. & 18. Sic videlicet Agatho Romam conuocauit Italiæ atque Occidentis Epiſcopos, vt deinde menſe Nouembri conuocata Conſtantinopolim ſit Sexta Synodus ducentorum nonaginta Epiſcoporum, in qua de B. Virgine honorifice tractatum eſt, vt patet ex actionibus citatis, præter ea quæ dicta ſunt ſupra anno Chriſti 654. De hac Sexta Synodo vide, ſi lubet Petauium in Rationario temporum lib. 9. cap. 1. Baronium, & alios.

B Circa hunc quoque annum vixit Sanctus Vulmarus Abbas in pago Bolonienſi in Gallia, inquit Baronius 20. Iulij in notis, cuius vitam habet Surius tomo 3. die 17. Iunij, & tomo 7. die 20. Iulij, in qua legitur eum, vt hominum laudem poſſet effugere, ſeceſſiſſe in propriam ſiluam, ibique in Sanctiſſimæ Dei Matris Mariæ, & Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis honorem, Eccleſiam fundaſſe.

C Sed & mortuus dicitur Sanctus Hidulphus Lobienſis Abbas, qui antea matrimonio iunctus cum B. Aia, in connubio integram virginitatem retinuit, & Mariani chori puritatem ſeruando magnam virtutum & ſpiritualium donorum vbertatem collegit. De eo Arnoldus Vvionius, Molanus, Miræus, Gazetus, & alij agunt, quos citat & ſequitur Franciſcus Labier in magno Sanctarum Virginum Menologio 12. Aprilis.

D Floret quoque Sancta Modeſta Virgo in Monaſterio Treuireoſi, cui proſtratæ ante aram Beatiſſimæ Virginis apparuit S. Gertrudis eo momento, quo è vita migrauit, vt legitur in vita S. Gertrudis 17. Martij apud Surium. Agit de ea Molanus in additionibus ad Vſuardum, & Trithemius de Viris illuſtribus, lib. 3. cap. 183. vbi eam claruiſſe ait circa annum 680.

### Anno mundi 4665. Chriſti 682. aut certè non longè hinc.

A ACcidiſſe dicitur erectio Monaſterij Marolenſis facta à S. Humberto in honorem S. Deiparæ. De qua re Gazetus in hiſtoria Eccleſiæ Flandrenſis, & Vincentius Charron in Calendario 6. Septembris.

B Quo etiam tempore viuebat Sanctus Aichardus Gemeticenſis in Nortmannia Abbas, vt colligitur ex vita eius apud Surium 15. Septembris, & Philippo Labbe eodem die in Anno Sancto, & Claudio Roberto in Catalogo Epiſcoporum Pictauienſium, vbi loquitur de Anſoaldo ſiue Ansolaldo, qui templum & cœnobium in honorem Diuæ Virginis conſecrauit, quod ex parentia ſui Anſcharii bonis Aichardus fundauit. De illo templo agit Bonifacius in hiſtoria Virginali, lib. 2. cap. 2.

### Anno mundi 4666. Chriſti 683. Agathoni ſuccedit Leo huius nominis ſecundus. Et

### Anno mundi 4667. Chriſti 684. Benedictus ſecundus poſt Leonem ſedet in cathedra Romana.

A HIc autem Benedictus non niſi ferè nouem menſes adminiſtrauit Eccleſiam, intra quod tempus in Baſilica S. Mariæ ad Martyres con-

Digitized by Google

pertorium porphyreticum fecit, cum cruce ex gemmulis, ait Anaſtaſius in Pontificum vitis. Ergo

## Anno mundi 4668. Chriſti 685. Ioannes quintus Benedicto ſecundo in regimine Eccleſiæ ſubſtituitur.

A QVo circiter tempore Beatus Leuconius Trecenſis Epiſcopus viuebat, quem exiſtimant fundatorem fuiſſe Monaſterij Monialium S. Mariæ Trecenſis, Ordinis S. Benedicti. Ita Nicolaus Deſguetrois in Annalibus Epiſcoporum Trecenſium. At

## Anno mundi 4669. Chriſti 686. Conon ſubrogatur Ioanni, & deinde Anno ſequente mundi 4670. Chriſti 687. Sergius primus Cononem ſubſequitur & regit Eccleſiam.

A FViſſe autem Sergius dicitur inſignis in amore Diuæ Virginis, in cuius honorem legitur præcepiſſe fieri Litanias die Annunciationis, Dormitionis, ac Natiuitatis S. Deiparæ, & in Hypapante; quæ Litaniæ a S. Hadriano ad S. Mariam decantentur. Hæc Anaſtaſius in Pontificum vitis, & Albinus Flaccus, libro de diuinis Officijs, cùm agit de Purificatione. Conſtat etiam ex monumentis diaconiæ S. Mariæ in via lata, eandem Eccleſiam ab eodem Sergio fuiſſe dedicatam. Ita Baronius ad annum 701. vbi notat locum illius Eccleſiæ fuiſſe olim hoſpitium Apoſtoli Pauli & aliorum Sanctorum. Sed

## Anno mundi 4671. Chriſti 688.

A SAnctus Chilianus Epiſcopus, conuerſâ magnâ parte Herbipolenſis ciuitatis ad fidem Chriſti, ibidem à fundamentis erexit Eccleſiam B. Mariæ, ritéque conſecrauit, ac poſteà, anno conſequente Chriſti 689. martyrii redimitus laureâ euolauit in cælum. Ita Serarius in notis. Trithemius, lib. 3. cap. 131. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 73. Vincentius Charron in Calendario 8. Iulij, n. 2. Dein

## Anno mundi 4673. Chriſti 690.

A BRoyli apud Menapenſes, id eſt, Duacenos, Sanctus Maurontus Deiparæ extruxit Eccleſiam, ad quam diuinitus admonitus, cum Sancto Baino pôſt Morinorum, id eſt Teruanenſium Epiſcopo, Beati Amati Sacra lipſana tranſtulit; quæ tamen paulò poſt allata ſunt Duacum, & poſita in Eccleſia Sancti Amati, ne paterentur aliquid ob excurſiones Northmannorum. Ita Ferreolus Locrius, in Maria Auguſta lib. 2. cap. 16. & in Anacephalæoſi.

B Eodem tempore Iulianus Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, auſus vti ſacrâ veſte, quam Beata Dei genitrix Ildephonſo famulo ſuo dederat in Toletana æde, non impunè hoc facinus retulit. Etenim & ſede ſua Epiſcopali expulſus eſt, & perduellionis reus comprobatus in exilium relegatur. Ita idem Locrius in Anacephalæoſi. Sed plurimùm ſanè ille hallucinatur, tum circa perſonam, tum circa delicti materiam, tum etiam circa tempus; dum attribuit Iuliano Sanctiſſimo viro, cuius nomen eſt in tabulis Eccleſiaſticis ad 8. diem Martij, id quod conuenit Sigeberto ſiue Siſiberto ipſius Iuliani immediato ſucceſſori; qui, vt habetur in vita Ildephonſi, Cathedram Epiſcopalem Toletanæ vrbis in qua Ildephonſum inuiſens dignata eſt reſidere Dei Mater conſcendere auſus, quod nullus præſumpſerat anteà Epiſcopus, ſtatim ſedem ipſam perdidit, depoſitus, loquit Claudius Robertus, in Concilio XVI. Toletano anno 693. & in exilium eiectus. Nullus autem, quod ſciam, Author de violata ſacra veſte, aut de tali facinore reſpectu Iuliani verba facit. Sed & ſequente

## Anno mundi 4676. Chriſti 693.

A AVdax ſanè facinus aggreſſus Imperator Iuſtinianus, dictus Iunior, non ſine pœna dimiſſus eſt. Demolitus quippe Conſtantinopoli ædem Deiparæ Virginis Metropolitanam appellatam, quæ erat vicina palatio: gradus & phialam ibidem procurauit extrui, ægerrimè ferente Callinico Patriarcha. Sed Imperij iactura iſtud luit, atque narium obtruncatione, quam ſubſequente anno illi intulit Leontius Præfectus à Græcis factus Imperator. Ita Cedrenus, ac Theophanes, & Zonaras; & alij Græci. At

## Anno mundi 4678. Chriſti 695.

A SAnctus Suuibertus miſſus in Angliam, conſecratus eſt Epiſcopus à S. Vilfrido Merciorum Antiſtite, dictúſque poſtea ſpecialiter Apoſtolus Teiſterhandiæ, Veſtphaliæ, & Boructuariorum, quòd populos illos per multos labores, & vitæ pericula ad fidem conuertit. Conſecrauit autem in vico Hagenſtein fanum olim dicatum Idolis; nunc verſum in melius, in honorem Dei & glorioſæ Virginis Mariæ: vt habetur in eius vita, apud Surium 1. Martij, à Marcellino Suuiberti ſocio conſcripta. In qua etiam narratur, quomodo à Pipino Vverdam impetrans, ibidem prope littus Rheni, liberalitate Plectrudis Pipini pijſſimæ coniugis, monaſterium ædificauit in venerationem glorioſæ Virginis Mariæ, in qua & coruſcauit ipſe miraculis; & ſepultus eſt. Tempus conſecrationis iſtius prædictæ Marcellinus aduertit.

B Moritur verò Sanctus Audomarus Morinorum ſiue Teruanenſium Epiſcopus & Apoſtolus dictus: hos enim iam olim Chriſtianos factos, & negligentia Præſulum in Idololatriam relapſos ipſe verbo & miraculis perfectè conuertit. Patent hæc ex Actis ipſius apud Surium 9. Septembris. Ex quibus etiam addiſcimus ipſum in villa Sithiu in Sanctiſſimæ Dei genitricis nomen & gloriam, egregium templum magnis ſumptibus extruxiſſe. Sancti verò Bertinus, Mummolinus, Bertramnus cœnobium iunxerunt, quod Sithienſe à loco nuncupatum fuit, in quo S. Bertinus poſtquam per quinquaginta & octo annos præfuiſſet; tandem, vnà cum S. Audomaro, in Eccleſia B. Virginis conditus eſt.

C At Rothomagi migrauit è vita Epiſcopus

Anſbertus, vt docet Baronius in Martyrologij notis 9. Februarij, & in Annalibus. Hunc conſpicuum reddit virginitas in matrimonio ſeruata ad imitationem Beatæ Deiparæ & Ioſeph. Quam rem pulchrè deſcribunt eius Acta apud Surium 9. Februarij ab Angrado monacho conſcripta; ibique iure merito laudatur Angadriſina, quòd lepram maluerit, quàm non deſerere nequiſſimi ſæculi pompas.

## Anno mundi 4679. Chriſti 696.

A COloniæ Plectrudis Pipini coniux nobilium Virginum Collegium fundauit, dictum *S. Mariæ in Capitolio*; in quo & piè vixit, & moriens ſepeliri voluit. Ita docet Miræus de Canonicorum Collegiis.

## Anno autem mundi 4683. Chriſti 700. vel propemodùm hoc tempore,

A VT habes ex Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana, & ex Gonono in Chronico Deiparæ, & in Choro Sanctorum; S. Agricolus Auenionenſis Epiſcopus migrauit ad Deum; qui condito teſtamento Sanctiſſimam Virginem omnium bonorum ſuorum conſtituit hæredem, cupiuitque, quod & accidit, corpus ſuum in templo Diuæ Virginis de Donis ſepulturæ mandari.

B Hoc etiam anno florebat Altho Scotus, ex Ordine S. Benedicti, & primus Abbas Monaſterij, quod ab eius nomine Althomunſter, id eſt, Monaſterium Althonis, in Scotia vocatur: viuus & defunctus miraculis floruit, ſcribendóque Hymnos de Deipara ſuum in Virginem amorem teſtatus eſt. De eo facit mentionem Thomas Dempſterus in Scriptoribus Scotiæ, & Hippolytus Marraccius in ſua Mariana Bibliotheca.

## Anno mundi 4684. Chriſti 701. Ioannes ſextus Sergio primo in ſede Apoſtolica Romæ ſufficitur.

A QVo circiter tempore, vt refert Demochares folio 33. literâ K. Vigilius Antiſſiodorenſis Epiſcopus erigit Eccleſiam in honorem Dei genitricis: quæ primùm quidem condita extra muros vrbis, nunc intra muros in ipſo propemodùm meditullio conſiſtit; eáque recenſetur inter præcipuas parœcias, cuius curam habent Canonici Regulares S. Auguſtini, Ordinis Præmonſtratenſis. Rectè autem notat & appoſitè Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Antiſſiodorenſium, quòd Vigilius martyrium perpeſſus ab Ebroino Martij die 11. ſepultus eſt in Eccleſia B. Mariæ, quam ipſe conſtruxerat.

## Anno mundi 4687. Chriſti 704.

A FLoret S. Bonitus Aruernenſis Epiſcopus, vt conſtat ex eius vita apud Surium 15. Ianuarij: ex qua etiam conſtat eius pietas in S. Dei Matrem, quam toto pectore amabat. Huic illa in templo S. Michaëlis apparens, & pluribus ſociata Sanctis, eundem ad Sacrificium Miſſæ celebrandum eligens; conſummato illo ſancto opere, Beatiſſima Domina famulo ſuo valedicens, pro munere, ſuæque beneuolentiæ certiſſima teſſera, cælo delatam veſtem largita eſt, quam Aruernenſes adhuc poſſident; eiſéque candoris eximij, miræque tum leuitatis tum lenitatis conſtantiſſimè fatentur; ſed materia & textura à nemine dignoſci poteſt. Ceſſiſſe Bonito molle ſaxum dicitur, & impreſſa humeri recepiſſe veſtigia, cùm ille præ humilitate, honorem ubi ac munus à Virgine oblatum, etiam ipſo corporis ſitu motúque refugiens, in illud recumberet. At

## Anno mundi 4688. Chriſti 705. Ioannes ſeptimus Ioannis ſexti demortui loco ſubrogatur.

A ET meritò laudatur, quòd Baſilicam S. Dei genitricis, quæ *Antiqua* vocatur, picturâ decorauit, ibîcque ambonem nouiter fecit, & ſuper eandem Eccleſiam, quantum ad ſe, Epiſcopium conſtituit, ibîcque Pontificatûs ſui tempora expleuit. Ita Anaſtaſius in Pontificum vitis. Spinellus item tractatu de templis Deiparæ c.29. vbi omnino diſcrepat à Baronio rem hanc tangente ad annum 707. Nam hic putat ædem, quæ ab Anaſtaſio Antiqua vocatur, eſſe S. Mariam Tranſtiberim, ille S. Mariam Nouam in foro Romano. Fecit inſuper idem Ioannes Pontifex varia donaria; & intra templum S. Petri, Oratorium S. Deiparæ muſiuo opere ornauit, vt habet idem Anaſtaſius.

B Accidit hoc etiam anno ægrotatio & ſanatio S. Vuilfridi Eboracenſis in Anglia Epiſcopi, qui cùm Romam veniſſet calumniam paſſus ac ſede pulſus, purgatus ab eiuſmodi calumnia ad ſuam ſedem remiſſus eſt. In itinere ergo ægrotauit ad mortem Meldis in Gallia: ſed Archangeli Michaëlis viſione recreatus, vitam ſibi ad quadriennium prorogatam audiuit per interceſſionem Beatæ genitricis Dei. Res narratur à Beda, lib. 5. de geſtis Anglorum, cap. 20. ex quo capite, ſimul & ex 19. nota temporis colligitur.

## Anno mundi 4691. Chriſti 708. Siſinnius Ioanni ſeptimo, & Siſinnio Conſtantinus ſuccedit in munere Vicarij Chriſti. Gubernante autem Eccleſiam Conſtantino.

## Anno propemodùm mundi 4693. Chriſti 710.

A IRmina Dagoberti Regis Francorum hoc nomine ſecundi filia, Treuiris in patris horreo, Monaſterium erigit *S. Mariæ in horreo* ideo appellatum. Ita Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Difficultatem tamen facit, quod Dagobertus primus dicatur fundaſſe Treuiris Abbatiam S. Mariæ ab horreo, ſicut dictum eſt anno Chriſti 647. Quare Irmina, ſiue primi fuerit, quod mihi probabile vtcumque eſt, ſiue ſecundi Dagoberti filia; videtur dicenda abſoluiſſe tantùm, quod Dagobertus primus Monaſterium inchoarat.

Sed & eodem anno dicitur Vrbanus Archiepiſcopus Toleranus metu Maurorum ſacram veſtem B. Ildephonſo à Deipara datam in Aſtures deportauiſſe: interim dum Mauri ipſi Toletum diripiunt, & Virginis ædem ſuorum fœditate rituum prophanant. Hoc notauit idem qui ſuprà citatus eſt Locrius in Anacephalæoſi, & in Maria Auguſta lib. 4. cap. 18. Verius oihilominus videtur, hæc non ab Vrbano, ſed à Sinderedo Vrbani prædeceſſore præſtita fuiſſe: ſiquidem Sinderedus Archiepiſcopatûs adhuc infulas gerebat anno 721. vt conſtat ex Concilio Romano illius anni ſub Gregorio ſecundo habito. Et deinde apud Clandium Robertum io Catalogo Archiepiſcoporum Toletanorum legitur, eo Pontifice Toletum à Saracenis ac Mauris expugnatum fuiſſe dolo Iudæorum Dominicâ Palmarum anni 715. Aſſeritur prætereà ibidem Sinderedus Epiſcopale munus Toleti iniuiſſe anno 704. Si ergo Archiepiſcopus fuit ab anno 704. vſque ad 721. & ultrà; certè Vrbanus aut veſtem prædictam in Aſtures non detulit, aut non detulit vt Archiepiſcopus, ſed forte ex maodato ſui Archiepiſcopi, aut denique, quod probabile non eſt, alio & eo tardiore tempore detulit.

## Anno Mundi 4696. Chriſti 713.

CVrator Energumen*a auxilio B. Mariæ Virginis Romæ in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ ad aquas Saluias. De qua re Baronius anno 713. Sed

## Anno mundi 4697. Chriſti 714. Gregorius ſecundus poſt Conſtantinum ſedet in throno Papali.

QVo tempore eligitur in Epiſcopum Conſtantinopolitanum S. Germanus, vt Theophanes habet, & Baronius ex eo, anno 714. Is non minùs generis nobilitate, quàm eruditione inſignis; ſanctitate fuit clariſſimus, & pietate in Virginem Matrem: de qua, ioter cætera, pulcherrimum Encomium ſcripſit, quod habetur in Bibliotheca Patrum tum Græcorum tum Latinorum, vbi vocat vbera B. Virginis, *conſeruatorium generis humani*; & alia plurima conglomerat, quæ pectus eius arſiſſe amore Mariano abundè teſtantur.

## Anno mundi 4699. Chriſti 716.

SIue vt putat Baronius, ſecundo anno Pontificatûs Gregorij. Idem Pontifex ceſſaos à tumultibus bellicis, diligentem nauauit operam erga reſtitutionem Monaſteriorum. Inter cætera, vt ex Anaſtaſio habetur, Gerontocomium, quod poſt abſidem S. Dei genitricis ad Præſepe ſitum eſt, Monaſterium inſtituit; atque Monaſterium S. Andreæ, quod deſertum erat, adſcitis Monachis ordinauit; fecitque vt vtraque Monaſteria ad S. Dei genitricem ſingulis diebus atque noctibus laudes Deo canerent.

Eodem etiam tempore Ethelbaldus Rex Merciorom ampliſſimo diplomate tradidit totam inſulam Corylandiam, quam aquæ circumdantes in Anglia efficiunt, in fundationem inſignis Cœnobij in eadem inſula Deiparæ dicati. Rem hanc notat Spinellus, tractatu de templis, n. 71.

## Anno autem mundi 4700. Chriſti 717.

COnſtantinopolis obſidione Saracenorum, quos Maſalma regebat, in maximum eſt adducta diſcrimen: ſed, vt ſæpè aliàs, liberata eſt Dei genitricis auxilio, cuius veneranda effigies à ciuibus ſupra muros ſolemnibus ritibus circumducta fuit, ciuitatémque liberauit, vt ſignificat Gregorius Papa in epiſtola ad S. Germanum eiuſdem Conſtantinopolis illo tempore Patriarcham. Illam porrò obſidionem, Beda de ſex ætatibus in fine, & Paulus Diaconus lib. 6. cap. 47. trienoio perdurauiſſe ſcribunt. Anaſtaſius autem in Gregorio ſecundo; & Græci, præcipuéque Theophanes, biennio tantùm.

Celebrari cœpiſſe hoc quoque tempore credendum eſt feſtum Præſentationis B. Mariæ in templo, ſaltem à Græcis: Nam in feſtum eiuſmodi legitur oratio Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui nunc viuebat. Et ita ſentit Baronios in notis Martyrologij ad 21. Nouembris; Spinellus tractato de feſtis n. 4. & alij. Qui etiam addunt tranſiſſe hoc feſtum in Gallias, & celebratum fuiſſe tempore Caroli quinti Francorum Regis anno Chriſti 1375. quo tempore Philippus de Macerijs Regni Cypri Cancellarius, in huius feſti honorem, Metenſe cœnobium conſtruxit, illúdque Monachis Cæleſtinis tribuit, qui poſteà anno 1567. in conuentu Generali Pariſijs habito, per cuncta Ordinis ſui Monaſteria Gallicana, hoc feſtum perpetuò celebrandum ſanxerunt. At Paulus Pontifex eius nominis ſecundus, cùm mala inoumera orbem terrarum diuexarent, anno Chriſti 1464. feſtum hoc approbauit, & ſolemniter celebrari iuſſit, Indulgentijs etiam conceſſis.

## Anno deinde mundi 4701. Chriſti 718.

PElagius Rex Aſturicenſis in Hiſpania, degens in ſpelunca prægrandi, & loci naturâ munita, Saracenis infeſtantibus premebatur: à quibus primùm per Oppam Pſeudepiſcopum Toletanum blandis verbis inuitatus, poſteà aperto Marte per validiſſimum exercitum octoginta millium bellatorum appetitus; imploratâ Genitricis Domini ope, viginti millia cum Duce occidit, Oppam cepit, reliquos fugauit, qui ferè omnes in præruptis montium, & aquarum Inundationibus diuinitus oppreſſi ſunt. Hæc victoria tali loco & auxilio relata, fecit vt ſpelunca illa dicta ſit: *S. Maria de Cauadonga*. Rem hanc pleniùs enarrat Tudenſis in Chronico, & Rodericus lib. 4. cap. 2. & alij Hiſpanicarum Conſcriptores rerum, & ex ijs Baronius anno 718.

## Anno circiter mundi 4703. Chriſti 720.

FLorebat virtutibus, pietate & miraculis S. Lioba, in Germaniæ regione, quæ fœdam

tempeſtatem ioterceſſioue glorioſæ Virgiois ſedauit, vt apud Surium habetur 28. Septembris. Florebat item S. Pyrminius, qui Horbacenſe monaſterium in cultum S. Deiparæ conſtruxit, vt docet vita eius apud eundem Surium 3. Nouembris n. 11. Florebat & Equinus io Anglia Epiſcopus, cui in deſerto oranti, & ieiunijs ſeſe maceranti apparuit cum Sanctis aliquot virginibus Beatiſſima Dei Mater, crucémque & librum manu geſtans, eidem cruce benedixit. Sic habet Balinghem in Calendario B. Virginis 30. Decembris, & ex eo Gonoous in Chronico. Sed octo poſt annis nimirum

## Anno mundi 4711. Chriſti 728.

A IOanni Damaſceno, acri Sanctarum imaginum contra Leonem Iſauricum Imperatorem, aliósque Iconoclaſtas, propugnatori, a principe Saraceno, cui ſeruiebat, & cuius in familiari erat obſequio, ſed dolis Leonis circumuento, abſcinditur manus. Verùm reſtituit illam Sancta Dei genitrix, lineâ nihilominus rubeſcente relictà quà locus excilionis ſemper agooſceretur. Ita Ioannes Patriarcha Ieroſolymitanus in Damaſceni vita. Addit Salazarius de Cooceptione cap. 42. ſæculo octauo; multis Damaſcenum fauere immaculatæ B. Virginis Conceptioni. Nonnulli, vt Galatinus, Bozius, Caniſius, Vaſques, quorum aliquos Spinellus citat tractatu de templis, n. 1. etiam circa hæc tempora agitari cœpiſſe apud Græcos volunt Cooceptionis Diuæ Mariæ ſolemoia. Imagioem autem B. Deiparæ, coram qua flexus in preces, & cuius auxilio Damaſcenos vſum manûs recepit, ſeruari Venetijs teſtatur Marianus Atlas, libro ſecundo, imagine 5.

B His etiamnum temporibus, vt author eſt Suidas in Ioanoe Damaſceno, florebat Coſmas Ieroſolymita, vir ingenioſiſſimus, qui oonnullos hymuos de Deipara ſcripſit, ex quibus hæc pauca libet decerpere: *Miſericordiæ iannam aperi nobis benedicta Deipara, ſperantes igitur in te ne aberremus, liberemur per te à calamitatibus, tu enim es ſalus generis hominum.* Vide reliqua in Bibliotheca Patrum pagina 539. 540.

## Anno mundi 4713. Chriſti 730.

A FLoruiſſe & miris prodigijs coruſcaſſe dicitur S. Vvilbrordus, ſiue Vvillebrordus, vir Apoſtolicus, & à Sergio Papa Friſonum Archiepiſcopus ordinatus, Hic diuerſa quidem diuerſis io locis monaſteria erexit; ſed inter cætera Epternacenſe in Ducatu Luxemburgenſi dedicauit in honorem Beatæ Virginis, in quo ſæpè fuodebat preces, & mortuus ſepeliri voluit. De hoc Surius 7. Nouembris, & Beda lib. 5. hiſtoriæ Anglorum cap. 12. & alij.

B Similiter florebat Corbinianus Friſingæ Epiſcopus, vir ſanctitate conſpicuâ, & cuius miſericordi ad Deum prece ſeruatus in viuis eſt Adalbertus latro triduo quamuis in patibnlo pendulus, quem obtinuit à Pipino. Is Grimoaldum Theodonis Bauariæ Ducis filium, io vltionem & correctionem libidinoſæ vitæ, obligauit vt Friſingenſem B. Deiparæ Eccleſiam prædiis & agris locupletaret: Quod ille abunde præſtitit, vt notat Abbo in hiſtoria ſua, & ex eo Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 2. cap. 1. Corbinianum aotem claruiſſe hoc anno 730. aut circiter, ait Baronius in notis Martyrologij ad 8. Septembris, & vixiſſe temporibus Gregorij ſecuodi Romani Pontificis. Circa hunc igitur annum prædictam Grimoaldus fuodauit Eccleſiam ad Beatæ Virginis laudem.

C Circa hæc quoque tempora Gerardus Ruſcionenſis Neruiorum Dynaſta, Prioratum Semimurenſem *vel Semurienſem* apud Mandubios in Burgundia à ſe conſtructu, annullo B. Mariæ pronubo exornauit; inquit Ferreolus Locrius, Mariæ Auguſtæ libro 5. cap. 31. & in Anacephalæoſi.

## Anno autem mundi 4714. Chriſti 731.

A OBijſſe Bedam tradit Sigebertus, alij ad alium annum obitum ipſius reijciunt, vt videre eſt apud Baronium hoc anno. Fuit verò Beda, vt ſanctitate & eruditione doctrinæ, ita pietate in Deiparam, iure dictus Veoerabilis. Hanc certè in ſcriptis ſuis paſſim glorioſè exornat, vnde à Caniſio, libro 3. de B. Maria cap. 25. appellatur *Mariæ præco.* Et quidem vt pauca ex multis ſubijciam, in caput 11. Lucæ, veteres hæreticos Mariæ oblatrantes, cum inſenſis & infeſtis Chriſti hoſtibus Phariſæis comparans: ac rurſus Eccleſiam Catholicam conferens cum muliere illa Euangelica matrem Domini publicè celebrante, & proclamante: Beatus venter qui te portauit, & vbera que ſuxiſti: *Et nos igitur,* inquit, *his contra Eutychen dictis extollamus vocem cum Eccleſia Catholica, cuius hæc mulier typum geſſit. Extollamus & mentem de medio turbarum, dicamúſque Saluatori: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Verè enim Beata parens, quæ ſicut quidam ait* (Sedulium intellige) *enixa eſt puerpera Regem, &c.*

## Hoc eodem anno, mortuus eſt Gregorius ſecundus, cui ſucceſſit Gregorius tertius. Hic

## Anno mundi 4715. Chriſti 732.

A HOc eſt, altero ſui Pontificatûs anno, Concilio Epiſcoporum Romæ coacto, decretum contra Iconoclaſtas, exturbantes ac comminuentes Sacras Chriſti & Chriſtiparæ Sanctorúmque aliorum ſtatuas atque imagines, fecit. Inſuper varia dona ad diuerſas S. Mariæ Baſilicas, magnâ animi alacritate largitus eſt, quæ omnia ad longum Anaſtaſius refert, & Baronius ex illo. Similiter

## Anno mundi 4716. Chriſti 733.

A RIgobertum Remenſem Antiſtitem, docet Claudius Robertus in Catalogo Remenſium Præſulum, de vita diſceſſiſſe. Hunc & Surius 4. Ianuarij, & Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 2. cap. 7. aiunt, fuiſſe Sanctiſſimæ Virginis ardentiſſimum amatorem: vnde etiam in ſua Remenſi Eccleſia, quæ eſt B. Deiparæ,

Digitized by Google

Canonicos primus inſtituit, quibus ærarium commune prouidit, & varia bona pro Eccleſia eadem a Pipino, patre Caroli Martelli, obtinuit.

## Anno mundi 4724. Chriſti 741. Zacharias Papa fit, & loco Gregorij tertij in Pontificia S. Petri cathedra Romæ ſedet.

A AD quæ tempora pertinet Genouefæ Palatinæ hiſtoria, non verò ad annum Domini 1100. quem ad annum illam conijcit Gononus: cùm enim dicatur accidiſſe temporibus S. Hidulphi Treuirenſis Archiepiſcopi, qui viuebat his temporibus, vt patet ex ipſius Actis apud Surium 11. Iulij, Et ex Catalogo Epiſcoporum Treuirenſium apud Claudium Robertum, non eſt tam longè differenda. Ergo Genouefa Ducis Brabantiæ filia, coniux Palatini Treuirenſis Siffridi, pudiciſſima mulier; à Golone, cui commendata fuerat, interim dum Siffridus contra Infideles arma commouet, inuitata ad adulterium, quidlibet perpeti maluit, quam fidem coniugalem inique ſimul atque ignauiter violare. Hinc Golonis furor in eam exarſit, à quo poſteà falſi criminis accuſata apud reuerſum ex bello Siffridum, demum condemnata eſt, vt aquis immerſa periret. Eius innocentia iamdudum explorata familiæ famulis atque mancipijs, ab iiſdem tacite extorſit, vt potiùs in abdita ſiluarum more feræ conijceretur cum filiolo, quem anteà ope S. Virginis ex Siffredo coniuge ſuſceperat; reſcientibus intereà illis interfectam à ſe ſe fuiſſe Genouefam. Hæc itaque in ſiluis cum feris vitam degens, ſéque Beatiſſimæ Dei genitrici proliaè commendans, ſex cum tribus menſibus annos radicibus corpus, poſita ſub concaua quercu, vtcunque nutriebat, donec tandem à coniuge Siffrido venationis exercitio ſe ſe oblectante reperta, enarratâ Golonis artificioſâ & impudicâ materiâ ac malitiâ, Treuiros, vt pateràt, cum honore reducta eſt. Iuſſit verò ipſa ædificari Oratorium S. Deiparæ eo ipſo in loco, in quo degit in ſiluis, vbi etiam paulò poſt ex hac vita migrans honorificè ſepulta eſt. Rem vberrimè explicat Cerizierius libro integro, quem inſcripſit; Innocentia recognita. Ante eum autem Raderus in Bauaria pia. Fleſerus libro de Origine Palatinatûs volumine 2. Additiones ad Molanum de Sanctis Belgicis. Poitæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. o. 77. & alij. Conſequenter ad hæc

## Anno circiter mundi 4728. Chriſti 745.

A BEatus Hidulphus Treuirenſis Archiepiſcopus, inter alia quæ condidit, erexit in ſolitudine Voſagienſis regionis in honorem S. Deiparæ templum cum Monaſterio, quod medium ſiue Medianum, vulgò *Moyen Mouſtier* appellant. Hoc habet Surius in vita Hidulphi 11. Iulij. Quem obijſſe aiunt anno Chriſti 753. Philippus Labbe in Diario hiſtorico 11. Iulij, & Claudius Robertus in Catalogo Treuirenſium Pontificum.

## Anno autem mundi 4732. Chriſti 749.

A ANſelmus Dux Foroiulienſis Nonantulanum in agro Mutinenſi monaſterium ad laudem glorioſæ Virginis fundauit; in quo poſtmodùm ipſe factus Abbas, pater extitit Monachorum mille centum quadraginta quatuor. Ita Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 54. Mariæ Auguſtæ; & in Anacephalæoſi.

## Anno item mundi circiter 4733. Chriſti 750.

A FLoruit Sanctus Vviro Epiſcopus Scotiæ, inquit Baronius in notis ad 8. Maij, quo etiam die Surius vitam ipſius habet, aitque eum Pipino Duci Francorum fuiſſe à Confeſſionibus, adeóque venerabilem, vt ad eum accederet Pipinus poſitis calceis, quando Sacramento pœnitentiæ poſiturus erat peccata. Dedit eidem Pipinus locum, qui vulgò Mons Petri dicebatur; in quo a Vviſone Dei parenti ſacellum conſtructum eſt, in quo & ſepeliri Vviro voluit.

B His quoque temporibus, cùm Childericus, huius nominis tertius Galliæ Rex, dono conceſſiſſet Sancto Deodato vallem Galilæam in regione ſitam Volagienſi circa fluuium Mortham: diuinâ viſione ſocius eius, cui cœnobium ibidem conſtruendum Deodatus mandarat, iuſſus eſt Eccleſiam condere in honorem Virginis Matris Dei. De qua viſione monitus Deodatus ibidem fundamento poſito Baſilicam paulò poſt abſoluit, & in laudem Virginis conſecrauit. Ipſaniſque ſacris omnium Apoſtolorum, Sanctorum Eucharij, Valerij, Materni, Maximi, quæ a S. Hidulpho Treuirenſi Archiepiſcopo dono acceperat, ornauit. Mortuus verò eſt S. Deodatus anno 769. vt habet Philippus Labbe in Anno Sancto 19. Iunij, & Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, Catalogo Epiſcoporum Niuernenſium (fuerat enim Deodatus Epiſcopus Niuernenſis) in eo autem Catalogo eſt typographi error, qui poſuit 679. pro 769. vna figurâ interuerſâ ac tranſpoſitâ. Breuiarium tamen Tullenſe 19. Iunij obijſſe putat Deodatum anno circiter 701. quod cohærere ſatis non poteſt, cùm S. Deodatus non fuerit Epiſcopus ante annum 750. aut ſaltem 726. vt patet ex prædicto Catalogo, in quo ad annum Chriſti 702. ponitur Oportunus Epiſcopus, tum Nectarius, tum Valdo, tum Deodatus; quem anno 757. putat Claudius Robertus factum Epiſcopum, & illi muneri anno ſequente renuntiaſſe, vt fieret Abbas Vallis Galilææ apud Voſagos. Cæterùm conſtructionem prædictæ Baſilicæ habet Surius 19. Iunij in vita Deodati.

## Anno mundi 4735. Chriſti 752. Stephanus ſecundus ſuccedit Zachariæ: & Stephanus tertius Stephano ſecundo, qui die tertiâ à ſua creatione obijt.

A FVit autem Stephanus tertius electus in Baſilica S. Mariæ ad præſepe, & erga S. Deiparam

Digitized by Google

impenſè deuotus. Noua Xenodochia conſtruxit, quæ Diaconiæ *S. Mariæ* extra muros applicuit. Eccleſiam item *S. Mariæ à Schola Græca* vetuſtate collapſam teſtitocodam curauit. Ita Spinellus tractatu de templis Deiparæ, n. 25. Quibus addit Anaſtaſius, quòd cum Stephanus videret Vrbem & Italiam ab Aſtulpho Longobardorum Rege peſſumdari, non ſemel progreſſus eſt cum humili Litania, & ſparſo in capillis cinere, ad S. Mariam ad præſepe. Eadémque repetit Baronius ex eo annis 752. & 753.

## Anno mundi 4737. Chriſti 754.

QVi iamdudum furore Satanico bacchatus erat contra Sacras imagines, & conuicijs atrocibus diuexauerat nomen Deiparæ: hoc anno adhuc violentiùs bacchatus eſt Conſtantinus Copronymus, à ſtercore, quod cùm baptiſaretur malo omine egeſſit, ſic dictus. Coactâ ergo Conſtantinopoli pſeudoſynodo, in ipſo templo Dei genitricis, quod eſt ad Blachernas; congregatiſque Epiſcopis trecentis triginta & octo, non tantùm ſtatuit vt Imagines Sacræ Idola dicerentur, & earum cultores haberentur Idololatræ: ſed inſuper ſubjecit non ſolùm nullos Sanctos, ſed nec ipſammet Deiparam Virginem, poſt obitum aliquid iuris habere ad intercedendum pro nobis, vel aliquo modo poſſe nobis prodeſſe. Non eſſe dignitatem alijs fœminis, ſed ſimilem dicebat eſſe marſupio, quod aureis pecunijs exhauſtum nihili ducitur; ita Mariam exoneratam Chriſto, aut nihil aut parum æſtimandam. Ita Theophanes, & in vita S. Stephani Iunioris Joannes Damaſcenus, & Theoſterictus in vita S. Nicetæ apud Surium 3. Aprilis, & alij.

## Anno mundi 4740. Chriſti 757. Paulus primus factus Pontifex ſubrogatus eſt in locum Stephani tertij.

FVit autem Paulus multis virtutibus eximius, præſertim miſericordiâ in pauperes, & pio in B. Virginem affectu. Hoc poſtremum teſtatur Anaſtaſius docens eum in Vaticano nouum Oraculum ſiue Oratorium in honorem B. Virginis conſtruxiſſe muſiuo opere ac diuerſis metallis; feciſſe effigiem eiuſdem Virginis ex argento deaurato penſantem libras centum, ac denique in eodem Oraculo ſibi elegiſſe ac conſtruxiſſe ſepulturam.

Verùm in Germania, martyrium ſubijt Marianus Scriptor, Amanus Scotus, de quo loquitur Dempſterus in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Scotorum, & Marraccius in Mariana Bibliotheca: dicitúrque ſcripſiſſe Homilias de B. Virgine, quibus amorem ſuum in Dei genitricem abundè teſtatus eſt.

## Anno autem mundi 4743. Chriſti 760.

VIndictam de cælo exercuit S. Remigius, Remenſis olim Epiſcopus, iam in cælo regnans, & exercuit in Pipinum Galliæ Regem volentem villam Aniſiacum ſub cenſo accipere: Cùm enim in ea Pipinus dormiret, apparens ei & quidem minabundus Remigius: *Cur*, inquit, *intraſti in villam hanc, quam mihi te deuotior homo dedit; quámque ego Eccleſiæ Dominæ meæ S. Dei genitricis donaui.* Et flagellauit eum tam duriter, vt in corpore Pipini liuores apparerent; qui proinde ſic caſtigatus, validâque febre correptus quantocyus à villa receſſit. Hæc Baronius ex Hincmaro in priore tranſlatione S. Remigij: vbi idem Hincmarus multas alias & ſeueriores vindictas, ab eodem Sancto in vſurpatores rerum Eccleſiæ ſuæ inflictas, recenſet & explicat.

## Anno circiter mundi 4746. Chriſti 763.

FVit conditum Monaſterium *S. Mariæ de Denain* operâ S. Reginæ, quæ coniux erat Adelberti Comitis, & neptis Pipini Francorum Regis; quod ipſa curauit conſtrui ad ripam fluuij Scaldis prope Valencænas; in quo ipſa poſt obitum mariti, & ante ipſam decem filiæ eius, omnes virgines, ſe cultui Deiparæ Matris læto animo dediderunt, primogenitâ earum Refride Abbatiſſâ. Ita Antonius Gazetus in hiſtoria Eccleſiaſtica Flandriæ. At

## Anno mundi 4747. Chriſti 764.

FRitvvaldus Scotus, Epiſcopus Candidæ Caſæ, qui ab Ethfinn Rege ad Pictos Orator olim miſſus, facundia ſua apud homines, & precibus apud Deum fuſis, bellum atrox, quod parabatur, impediuit; nunc tandem mortuus eſt, dignus Dei genitricis amore ob librum vnum de Virginis laudibus à ſe compoſitum. Hæc habet Marraccius, & Dempſterum allegat, qui firmat hæc eadem libro 6. hiſtoriæ Scoticæ.

## Anno mundi 4749. Chriſti 766.

OBijſſe putat, & meo iudicio rectè putat, Sanctam Opportunam, Vincentius Charron in Calendario 22. Aprilis, cui morienti non tantum Beatæ Cæcilia & Lucia, ſed prætereà ipſa etiam glorioſa mundi Regina adfuit, in quam intuens Opportuna: *Ecce*, inquit, *aduenit Domina mea Beata Virgo Maria, cui vos commendo, quos in hoc ſæculo ampliùs non videbo*: & extendens brachia, quaſi in amplexu Matris Dei ſpiritum reddidit. Ita Acta eius apud Surium 22. Aprilis ab Adelino Epiſcopo Sagienſi conſcripta. Vnde cùm vixerit Adelinus circa annum Chriſti 770. & Opportunæ frater Godegrandus anno 765. fuerit Epiſcopus Sagienſis & Adelini prædeceſſor, non potuit rectè Cononus ad annum 970. hanc mortem reijcere. Et hæc omnia patent tum ex præcitato Surio; tum ex Catalogo Epiſcoporum Sagienſium in Gallia Chriſtiana Roberti.

## Anno Mundi 4750. Chriſti 767.

SAnctus Stephanus iunior, acerrimus ſacrarum imaginum propugnator, quem parentes per interceſſionem Sanctæ Deiparæ à Deo obtinuerant; quique beneficio eiuſdem Virginis Dei genitricis multa præſtabat miracula, & præſertim

tim præſtitit in milite, qui honorata Deiparæ imagine à graui morbo conualuit; poſt longum & dirum martyrium ab impio Imperatore Copronymo inflictum, ex hac vita triumphans io cælum migrauit. Id habet Damaſcenus fuſiùs in eius vita.

## Anno autem mundi 4751. Chriſti 768. Paulo Pontifice mortuo, in locum illius ſuccedit Stephanus hoc nomine quartus, ad cuius tempora, nimirum

## Ad annum circiter mundi 4753. Chriſti 770.

NOnnulli referunt inſtitutionem Officij & Miſſæ B. Virginis in ſabbato. Tunc enim viuebat Albinus Alcuinus, Anglus, Bedæ diſcipulus, à Carolo Magno in Gallias vocatus; qui, vt habet Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib. 4. cap. 1. n. 28. eiuſmodi ioſtitutionem fecit rogatu Bonifacij Maguntini Archiepiſcopi. Idem verò Durandus, n. 31. addit, huic ioſtitutioni occaſionem dediſſe, quod accidebat olim io qoadam Eccleſia Conſtantinopoli; vt nempe quædam Imago Deiparæ ante quam erat velum, diuinitus illo velo ab ea ſingulis ſabbatis remoto, obtutibus pareret omnium, non item diebus alijs. A

Sed & eodem anno, die quinta Octobris, mortuus eſſe creditur Murdacos Scotus, Eremita, Poëtica vena celebris, qui adeò feroenter Deiparam coluit, vt ſæpè conſolationem recipere ab ea viſitarique meruerit. Scripſit in vltima ſenectute Hymnos ad Deiparæ laudem: quod teſtatur Dempſterus Hiſtoriæ Scoticæ libro 12. & Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana. Qui poſtremus prætereà addit, claruiſſe etiam hoc anoo Paulum Diacoοum Aquileienſem, natione Longobardum, & Hiſtoricum, & Poëtam, & Deſiderij vltimi Longobardorum Regis Cancellarium, ac denique Monachum Benedictinæ familiæ, qui de Virgine ſcripſit Sermones duos à variis ſæpè citatos & laudatos. B

## Anno mundi 4755. Chriſti 772. Hadrianus primus loco Stephani quarti fit Vicarius Chriſti.

ET quidem Hadrianus, quod Anaſtaſius luculenter aſſerit, pijſſimus fuit in B. Virginem, in coius permultas Eccleſias, quæ in Vrbe viſuntur, inoumera propemodùm donaria aurea, argentea, ſerica, & alia diuiſit: reſtituit Eccleſias dirutas, & multa ſimilia præſtitit, quæ fusè enumerat præcitatus Anaſtaſius in Pontificum geſtis. Tandem aono tertio Hadriani, boc eſt, A

## Anno mundi 4758. Chriſti 775.

IMpijſſimus Copronymus mirè in Deiparam injurioſus, digniſſimas dedit ſuæ peruerſitatis & rabiei pœnas. Nam, in expeditione aduerſus Bulgaros, diuinitus eſt io cruribus anthrace percuſſus; vnde febre validiſſima correptus, nauigio delatus io caſtellum Strongylum, ibi animæ & corporis, inquit Cedrenus, mortem obijt, vociferans ſe adhuc viuentem igni inextinguibili traditum propter Mariam; iubens eam exinde honorari, tanquam Sanctam Virgioem ac verè Deiparam. Sepultus eſt in templo Sanctorum Apoſtolorum Conſtantinopoli, nactus quam non meruerat ſepulturam, qua penitus indignus cùm eſſet, tempore Imperatoris Michaëlis filij Theophili, iuſſo Dei iudicio effoſſus eſt, & eius oſſa publicè in foro cremata. De hac miſera Conſtantini Copronymi morte, Theophanes, Suidas, Cedrenus, Baroοius & alij agunt. A

## Anno mundi 4760. Chriſti 777

A THeophanes dictus Iſacius, vir nobiliſſimus, Conſtantinopoli florebat, & ad inſtar S. Virginis ac Sponſi ſui S. Ioſeph, cum matrimooio virgioitatem coniuogebat. De hoc Baronius mentionem facit ad hunc Chriſti annum. Acta verò eius apud Surium habentur 12. Martij, quæ Theodorus Studita ſcripſiſſe dicitur.

## Anno mundi 4763. Chriſti 780.

A IRene Imperatrix cum filio ſuo Conſtantino decem anoorum puero ſuſcipit habenas Imperij, vt Baronius & alii Scriptores communiter habent. Quo etiam anno, vt Theophanes teſtatur, & omoes tam Græci, quàm Latioi Hiſtorici: Io longis Thraciæ muris quidam effodiens inuenit arcam lapideam, in eáque virum iacentem, & cooglutioatas arcæ literas continentes bæc verba: *Chriſtus naſcetur ex Virgine Maria. Credo in eum. Sub Conſtantino & Irene Imperatoribus, ô Sol, iterum me videbis.* Iocrebuitque ſermo ſepulchrum iſtud alicuius fuiſſe vatis, cui vaticioium iſtud eſſet diuinitus commuoicatum. Alii dicunt in eiuſmodi ſepulchro repertam fuiſſe laminam auream ſuper pectore ſepulti, quæ prædicta verba haberet inſcripta. Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 2. art. 7. ad 3. Vide Baronium boc anno, ſi lubet.

## Anno mundi 4764. Chriſti 781.

A CArolo Magno in pretio erant pietate ſimul & doctrina inſignes Paulinus Aquileienſis Epiſcopus, & Albinus Alcuinus; ambo in Sanctam Deiparam optimè animati: cuius Coocептioni immaculatæ non parum fauent, vt oſtendit Salazar libro de Conceptiooe, cap. 42. ſæculo 8. Paulinus quidem dum lib. 30. contra Fœlicem Vrgelitanum ſic ait: *Maria eſt einſdem nobiſcum naturæ, ſed non eiuſdem gratiæ.* Alcuinus autem quando ſic libro 6. contra eundem Fœlicem loquitur: *Antequam Spiritus Sanctus veniret in Mariam ipſe vterus Mariæ erat vt lana optima, & incomparabilis vniuerſis, quæ erant ſub cælo, virginibus.* Quid præ cæteris virginibus reddebat Mariam velut lanam optimam, niſi originalis innocentia, in qua à cæteris differt?

## Anno mundi 4766. Chriſti 783.

ALphooſus ſiue Adefonſus & Adelphooſus, eius nominis ſecundus Caſtellæ Rex, Froilæ olim Regis filius regnare incipit, vt referr Tudenſis, Volarerranus item atque Mariana & Baronius. Hic poſteà cognomento *Caſtus* dictus eſt, quòd cum Bertha coniuge; quæ ſoror erat Caroli Magni; cootinenter vixiſſe dicatur, & in hoc imirarus Virginis *Saoctæ* connubium. Eius in Deiparam pietatem eapendir Poiræus Triplicis coronæ tractaru 3. cap. 7. §. 5. o.5. & abundè eam teſtatur Ouerenſe templum, quod in hooorem S. Virgiois à fundamento ereait, & in quo decorando accidiſſe dicitur, vt Angeli in forma aurificum eidem Alphooſo ſeſe offereores, crucem oirabiliter ea auro & gemmis effotmarint, quam abſolutam tanta diuinitus circumfulgens lua ambiebat, vt eam humani mortalium oculi tolerare facilè oon poſſent. Hæc Tudeoſis refert, & Morales aſſerit lib.13.cap.38.

## Anno mundi 4770. Chriſti 787.

CElebrata eſt Septima *Synodus* Oecumenica Nicææ, in qua tum ab Hadriano Papa in epiſtola ad Tharaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum data, quæ relecta eſt in Coocilio actione 2. tum etiam ab ipſa Syoodo paſſim, *intemerata, immaculata*, arque etiam *inculpata* Virgo Deipara nuncupatur; quæ verba immaculatæ Dei genitricis Conceptioni non parum propitia ſuot, vt oſtendit Salazar lib. de Conceptione, cap. 42. ſæculo 8. In actione autem 4. eiuſdem Synodi refertur ex Theodoſio Diacono miraculum, quo quis in coxa grauiter laborans, ſanatur opera Sanctorum Coſmæ & Damiani, iubente Virgine & dicente: *En hic eſt, ſuppetias illi quamprimùm ferte.* Item aliud ex Conſtantino Epiſcopo Conſtantiæ Cypri, de ruſtico, qui ſtimulo, quo boues vrgere ſolebat, impiè pungens dearrum oculum imaginis Beatæ Deiparæ, paolò pòſt eodem ſtimulo ſibi ipſi dextrum oculum excuſſit: aliáque nonnulla ibidem congeruntor.

## Anno autem mundi propemodùm 4773. Chriſti 790.

VIdelicet temporibus Caroli Magni Galliarum Regis, viuebanr Egberrus & Ida conjuges: quorum ille honorificâ præfecturâ in Galliam à Carolo miſſus eſt: hæc cùm in Germaniam iret, non longè à Lupia *S*aaonum fluuio, in oemoroſo loco, diuino per Aogelum monitu iuſſa eſt Baſilicam in hooorem Diuæ Virginis condere: quod & loculenter præſtirit; ibique, poſt preces ſæpè fuſas, tandem mortua ſepulta eſt & miraculis claruit, donec à Dodone Saxonum Epiſcopo anno Chriſti 980. tranſlata eſt alium in locum, in quo idem Præſul turritam Eccleſiam in Sanctiſſimæ Deiparæ cultum erigere fecit, quæ etiam dicta eſt S. Idæ. Ita Ioannes Bonifacius io hiſtoria Virginali, libro 2. cap. 1. ex Vſtingo monacho Vvertioenſi. At

## Anno mundi 4774. Chriſti 791.

OBijt Beatus Borchardus Herbipolenſis Epiſcopus, vt habet tum Barouius in Martyrologij notis, tum Philippus Labbe in Anno Saocto die 14. Octobris. Qui vr aſſequi poſſet à moleſtiis curiſque ſeceſſum, in Deiparæ Virginis gloriam monaſterium inſtiruir, vbi ſe à labore recreabat. Sic io vira eius Egiluuardus apud Surium 14. Octobris. Iam verò

## Anno mundi 4775. Chriſti 792.

ACcidit mira & miraculoſa inuentio reliquiarum S. Annæ marris Beatiſſimæ Virginis; cuius corpus in ſubterraneo ſpecu inrluſum fuerat ante ſeacentos & rrigiuta annos ab Auſpicio Epiſcopo Aptenſi, tempore perſecutionis Marci Aurelij. Hæc inuentio facta eſt in præſentia Caroli Magni, & totius populi Aptenſis; locum indicante muto puerulo ſanaro, qui ſimul cæcus erat & ſurdus; inſuper ingenti odotis fragranriâ ex Sanctis illis lipſanis erumpente. Hæc habet Breuiarium Eccleſiæ Aptenſis, & ea eo fusè Vinceotius Charron in Calendario B. Virginis 26. Iulij n. 3.

## Anno mundi 4777. Chriſti 794.

IN Concilio quod Francorfordiæ ad Mœnum congregarum eſt ea vniuerſa Iralia, Gallia, & Germaoia, atque Britannia, præſente Carolo Magno, & collectis trecentis circiter Epiſcopir, condemoata eſt doctrina Elipandi Toletani Archiepiſcopi, docentis Chriſtum purè ſeruum eſſe, & ex ſeruo factum eſſe filium per adoptionem; atque ita illum à filio Dei oaturali non tantùm naturâ ſed etiam ſuppoſito diſtinguentis, & iudicio Orthodoaorum Neſtorianiſmum iam anre ſopitum reſuſcirantis. In quo erat injurioſus Chriſto & Chriſti genitrici. In eodem Concilio, in epiſtolis ad Epiſcopos Hiſpaoiæ, ſæpè Virgo Maria appellatur *inuiolata & immaculata*, & Chriſtus dicitur *meliore terrâ* quàm Adam, Spiritu Saocto operante, factus. Quæ verba, quàm faciant pro immaculata Mariæ Conceptione eapendit Salazar lib. de Conceptione cap. 42. ſæculo 8.

## Anno mundi 4778. Chriſti 795. Hadriano ſuccedit Leo tertius,

QVi vt eum deſcribit Anaſtaſius, vir erat diuinis Scripturis inſtructus, omoique eruditus Eccleſiaſtica diſciplina, caſtus, mitis, facundus, conſtans, largus eleemoſynarum, & infirmorum aſſiduus viſirator, cuius pietas in Deiparam enituit in cooſtruendis ad eius honorem Eccleſijs, ijſque & oroandis & reparandis: varia quippe donaria largitus eſt S. Mariæ ad præſepe, & aliis S. Mariæ Baſilicis, quæ ad loogum Anaſtaſius enumerat.

## Anno circiter mundi 4783. Chriſti 800.

HOc eſt, ineunte ſæculo nono, vixiſſe videtur admiranda illa S. Theoctiſte Leſbia, quæ per ſex & triginta annos, in templo B. Virgini dicato, in Eremo Paros inſulæ, ſolitaria ac penè nuda vitam duxit, nihil aliud comedens præter paucos lupinos. Vitam huius habet Surius 10. Nouembris ex Simeone Metaphraſte.

B Inter Scriptores autem Eccleſiaſticos, floruiſſe dicuntur in ornandis laudibus Deiparæ, Seuerus Alexandrinus Patriarcha, & Ioſephus Studita, Græcus vterque. Sed hic, cùm eſſet Theodori Studitæ frater (de quo paulò poſt anno 826. loqoemur) & Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, Odas plurimas compoſuit in laudem B. Virginis, in Menæis Græcorum diligenter inſertas: Ille autem edidit, Salutationes ad Sanctam Theotôcon, & Expoſitionem in Canticum Virginis, & Angelicam Salutationem. Qua de re Bibliotheca Mariana. Verùm

## Anno mundi 4785. Chriſti 802.

A RAgnſæum territorium immanis Draco dicitur deuaſtaſſe: quem, Eremita quidam Hilarion nomine, Raguſæos mouens ad pœnitentiam & ad rectæ fidei conſentanea opera, extractum de ſpelunca flammis crepirantibus combuſſit, admonens Deo gratias Virginique rependerent. Illi ne rei memoria periret, néue grati animi monumentum aliquod deſiderarent poſteri, ſtructo B. Deiparæ templo in Breno, antiquiſſimam imaginem intulerunt, quam adhuc hodie frequentiſſima miracula toti viciniæ faciunt venerabilem. Ita Marianus Atlas lib. 2. imagine 16. quæ eſt *S. Mariæ in Breno* prope Raguſium.

## Anno mundi 4787. Chriſti 804.

A LEo Pontifex ad Imperatorem Carolum Magnum in Germaniam veniens, preſſus inuitatione eiuſdem Imperatoris, Aquiſgrani in Palatio dedicauit Eccleſiam perpetuæ Virginis Mariæ, donans Eccleſiam eandem multis Indulgentijs. Deinde, humili prece Geobaldi Epiſcopi Leodienſis excitatus, conſecrauit Eccleſias glorioſæ Virginis Mariæ, tam *in Tungris*, quàm *in Viſeto*. Ita Ludgerus primus Monaſterienſis Epiſcopus in epiſtola ad Xixfridum Epiſcopum Traiectenſem, quæ extat apud Surium 1. Martij, in vita S. Suuiberti; & Baronius ad hunc annum. At

## Anno mundi 4789. Chriſti 806.

A EXceſſit è viuis poſt multos pro Chriſto perpeſſos labores Taraſius Conſtantinopolitanus Patriarcha, natione Græcus, & in Nicæna ſecunda Synodo ob virtutem illuſtris: Reliquit, velut teſſeram ſuæ in Deiparam venerationis, multas ad eam Apoſtrophes ab Eccleſia Græca in Menæis receptas. Quod notat Bibliotheca Mariana, & Vvagnereckius in ſua, Pietate Mariana Græcorum, Prolegomenon, num. 27.

## Anno mundi 4793. Chriſti 810.

PAuliciani hæretici turbant Eccleſiam, & affirmant Beatam Virginem alios ex Ioſepho filios habuiſſe. Sic Theophanes & Photius apud Euthymium parte 2. Panopliæ titulo 21. & Glycas parte 2. Annalium, folio 290.

B Circa hæc etiam tempora floruiſſe putatur Theophanes Cerameus Archiepiſcopus Tauromeniæ, qui pulcherrimum hymnum compoſuit de Annunciatione S. Deiparæ, contentum tomo 9. Bibliothecæ Sanctorum Patrum pagina 630. Ex quo notanda iſta ſunt, quibus Virginem ſalutat: *Aue Domina virgo, aue puriſſima, aue receptaculum Dei, aue candelabrum luminis, Adæ renouatio, Euæ redemptio, mons Sanctus, manifeſtum Sanctuarium & Sponſarium immortalitatis.*

C Sed & Sanctus Meinulphus diaconus, cùm ipſe mortuus ſepeliretur, beneficio B. Dei genitricis reuixit, vt monita quædam præſtaret ſalutis. Id videre eſt in vita eius à Gobelino ſcripta apud Surium 5. Octobris.

D Lindanienſe item templum ac cœnobium Canoniſſarum in Germania, cœpit hoc circiter anno, fundatore Adalberto Comite Rotbaccenſi: qui cùm aliquando procelloſis Acronij lacûs fluctibus penè obrutus de vita deſperaſſet, vouit ſe in Deiparæ Virginis honorem conſtructurum templum & cœnobium, quod & præſtitit. Obijt poſteà anno Chriſti 841. die 10. Maij, vt habet Miræus libello de Canonicorum Collegijs.

## Anno Mundi 4794. Chriſti 811.

A NIcephorus Conſtantinopolitanus Patriarcha legationem mittit ad Leonem Papam, & epiſtolam ad eundem ſcribit, in qua ſic de S. Maria loquitur, vt eam *immaculatam, incontaminatam, & in animo & carne præmundatam* appellet. Fuiſſe hunc Conceptioni Immaculatæ propitium probat inde Salazarius lib. de Conceptione, cap. 42. ſæculo 9. Legationem verò miſiſſe docet Baronius cum Spondano hoc anno.

## Anno mundi 4796. Chriſti 813.

A OBijſſe dicitur Egino Conſtantienſis Epiſcopus deuotus erga Beatam Virginem Mariam, quod Demochares teſtatur folio 60. litera C. Sed & Monaſterienſem Cathedralem Eccleſiam conſtructam & fundatam fuiſſe in honorem S. Virginis docet Miræus libello de Canonicorum Collegijs, vbi ait fundatam fuiſſe à Carolo Magno, & miraculis adeò ſplenduiſſe, vt plurimis eò confluentibus, de monaſterio Diuæ Virginis appellato, ciuitas celeberrima condita ſit, quam Monaſterium, veteri vocabulo retento, nominarunt. Verùm ſequente

## Anno mundi 4797. Chriſti 814.

A DIem clauſit extremum Carolus Magnus Francorum Rex & Imperator Occidentis. Hic Aquiſgrani pleuritide laborans, ſeptimo infirmitatis die, vigeſimo octauo Ianuarij, oleo ſancto inunctus & viatico ſumpto confortatus, ex hac vita diſceſſit, ſepultúſque eſt eâdem die, magnificè veſtibus Imperialibus indutus, in Eccleſia B. Virginis, quam ipſe in

eadem vrbe conſtruxerat, & marmoreis columnis, innumeriſque reliquijs decorarat, præſertímque induſio (alij ſubuculam vel camiſiam & interulam vocant) S. Deiparæ: In quo vel vno ſacro ædificio mirom in modum relucebat Caroli in Dei genitricem ſingularis cultus & ſumma pietas. Sed prætereà fundauit decem Epiſcopatus, viginti ſeptem Abbatias, in quibus propemodùm omnibus templa conſtituta, S. Virgini Mariæ dedicata erant. Præcipuâ erat in eandem confidentiâ, ad quam confugiebat in negotijs ſuis atque impeditis rebus, quam etiam ſemper eſt expertus præſentiſſimæ opis; per quam denique obtinuit, vt clarus pietate, iuſtitiâ, charitate, fortitudine, omnibúſque regijs virtutibus coruſcaret. De his omnibus vide Eginnhardum, Theganum, Molanum, Caniſium lib. 5. de Beata Virgine, cap. 23. Chenu lib. 2. de geſtis Regum Franciæ, & alios communiter Scriptores.

Anno mundi 4799. Chriſti 816. Stephanus quintus Leoni tertio defuncto ſufficitur & ſedet Pontifex: poſt quem

Anno ſubſequente mundi 4800. Chriſti 817. Creatus eſt Paſchalis hoc nomine primus.

ET hic quidem Paſchalis, inter alia quæ præſtitit in honorem Diuæ Virginis, Eccleſiam eius, quæ appellatur *Dominica*, ſumpto nomine à Cyriaca ſiue Dominica ipſius fundatrice, ſuâ antiquitate venerabilem, & iam ruinæ proximam, ampliorem melioremque renouauit, abſidémque eius moſiuo opere mirificè decorauit, eique multa dona obtulit, vt fusè & ſigillatim Anaſtaſius narrando enumerat. Interea Iconoclaſtæ inſaniunt. Sed

## Anno mundi 4803. Chriſti 820.

LEo Armenus, Imperator, & impius Iconoclaſtarum coryphæus, miſerè interfectus perit, peragente id Michaële Balbo, priùs deſtinato ad mortem ab ipſomet Leone; ita Cedrenus, Zonaras, Baronius. Qui etiam addunt, matri Leonis oblatam viſionem, quâ iſtius mors à Deipara præſignificabatur. Illi ſiquidem in templo Blachernenſis Virginis exiſtenti, viſa eſt ædes non tantùm oppleta ſanguine, ſed ſibi ex imperio Deiparæ ollam ebibendam offerri cruore redundantem, quam cùm Mater Leonis recuſaret; tum Virgo: *cur ergo Leo tuus non abſtinet ab effuſione ſanguinis, quâ me & filium meum irritare non ceſſat?*

Ad hunc etiam annum reuocat Salazarius lib. de Conceptione, cap. 42. ſæcolo 9. Ionam Aurelianenſem Epiſcopum, & Ambroſium Anſbertum: quorum ille, primo libro Apologiæ ſacrarum imaginum, Deiparam vocat *Sanctam, intemeratam, inculpatam*: hic verò, ſermone qui reperitur in Homiliario Alcuini, his laudibus Mariam compellat: *Tu ergo pulchra es vt Luna, imò pulchrior Lunâ, quia tota pulchra es, & macula non eſt in te, neque viciſſitudinis obumbratio.* Et alia plurima ibidem fundit plenis calathis in Virginis glorioſæ honorem. Sed vt floruerint hoc anno hi duo Deiparæ cultores; neuter tamen hoc anno obiit: nec enim Ionas obijt ante annum Chriſti 841. Nec Anſbertus ante 837. de quo adhuc aliqua illo anno dicemus.

Sed & aſſeritur ad hunc quoque propemodùm annum Sanctus Ioannicius ædem præclariſſimam in gloriam Diuæ Virginis condidiſſe. Id ſubindicant eius Acta 4. Nouembris apud Surium. Et Baronius de Sancto iſto agit anno 820. n. 14. & 821. n. 52.

## Anno mundi 4804. Chriſti 821.

A Paſchali Romano Pontifice corpus S. Cæciliæ virginis & martyris, ipsâ reuelante, repertum eſt aureis velatum indumentis ſanguine adhuc infuſis; quam inuentionem Anaſtaſius fusè enarrat, & Codex Vaticanus, atque ex illis Baronius; nominatímque ſimul aduertunt, ipſam Sanctam Cæciliam apparentem Paſchali faſſam eſſe, ſui corporis reliquias à Longobardis fuiſſe seriò multúmque inquiſitas: *Sed Domini mei*, inquit, *Ieſu Chriſti opitulatione, & Dominæ meæ Sanctæ Dei genitricis ſemper Virginis Mariæ auxilio, me neque inuenire, neque deportare longiùs valuerunt, &c.* Prædictas verò reliquias Paſchalis Papa collocauit in templo S. Cæciliæ, quod vetuſtate deformatum, magno ſtudio in meliorem ſtatum reſtituit.

## Anno mundi 4806. Chriſti 823.

AYmonius & alij referunt, & Baronius habet; In territorio Comenſi, in vico Grabadona, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ, Imaginem S. Mariæ puerum Ieſum ſuo gremio continentis, ac Magorum munera offerentium, in abſide eiuſdem Eccleſiæ depictam, atque vetuſtate iam penè abolitam, tantâ claritate per duorum dierum ſpatium effulſiſſe, vt omnem ſplendorem nouæ picturæ, venuſtatis ſuæ pulchritudinem cernentibus, penitus vincere videretur.

Anno autem mundi 4807. Chriſti 824. Eugenius ſecundus Paſchali ſufficitur. Deinde

Anno mundi 4809. Chriſti 826.

MIgrat ex hac vita in cælum Theodorus Studita, egregius ſacrarum imaginum defenſor, & illuſtris cultor Sanctæ Virginis Mariæ. Sic Baronius hoc anno, necnon Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Hic pulcherrimum Canonem, qui cantari ſolebat in erectione Sanctarum imaginum, compoſuiſſe dicitur & diſtinxiſſe in nouem Odas, quarum quælibet deſinit honorificâ precatione ad Sanctam Deiparam. Canon iſte habetur primâ parte tomi 9. Bibliothecæ Patrum paginâ 278. Præter hæc Theodorus Studita inter varios hæreticos, quos infatigabili labore ad Chriſti fidem reuocare ſtudebat, conuertit Theoctiſtum quemdam Eremiticæ vitæ cultorem, qui præter varios errores, quos

peruersè docebat, oominatim hæc ſpargebat de Virgine, eam fuiſſe ante ſæcula, noo verò fuiſſe ex viro ac fœmioa progenitam. Patet id ex epiſtola 167. libri 2. ipſius Theodori, quæ eſt ad Theoctiſtum ſcripta. Notandum tameo non ab omnibus admitti prædictum Canonem tanquam germaoum opus Theodori, ſed alicuius ex diſcipulis ipſius.

## Anno mundi 4810. Chriſti 827. Valentinus Papa Eugenio ſecundo; & paulò poſt Gregorius quartus Valentino ſuccedit.

ET quidem Gregorius quartus, vt fuit magoæ vir demiſſionis animi & bonorum contemptor, ita magnæ vir fuit deuotioois in S. Deiparam: quæ quidem deuotio eaercuit ſe pluribus in rebus, ſed potiſſimùm in eaornanda Baſilica *S.* Mariæ Tranſtiberim, ſiue Calliſti dicta, quam varijs pretioſis donis, aureis, argenteis, gemmeis luculentum io modum cumulauit. De quibus Anaſtaſius fusè & *B*aronius ad hunc anoum. A

## Anno autem mundi 4816. Chriſti 83.

NEapoli erectum eſt cœnobium Sanctimonialium Diui Baſilij, & adiunctum templo *S. Mariæ ab Agnone*, quod Italicâ dialecto anguem ingentem ſignificat, vbi ſcilicet ope Deiparæ ingens penitus ac lethifer anguis eatinctus eſt; & propterea effotmata eſt imago Virginis anguem proculcantis, cum Epigraphe in pariete deſcripta, quæ annum 833. indicat, quo fundatum eſt cœnobium prædictum. Fuſiùs iſta deſcribit Spinellus tractatu de feſtis ac templis *Dei*paræ n. 45. A

## Anno mundi 4818. Chriſti 835.

ANdegauis eductus eſt ex carcere iuſſu Ludouici Pij Imperatoris Theodulphus Abbas Floriaceoſis: quòd Eccleſiaſticum melos *Gloria laus & honor, &c.* quod cani ſolet in die Palmarum, & compoſuiſſet in carcere, & tranſeunte Ludouico pulchrè in carcere decantauiſſet: imò etiam poſteà factus fuiſſe Epiſcopus Aurelianenſis dicitur. Et verò ante Ionam, de qoo ſuprà anoo 840. mentio facta eſt, io Catalogo Epiſcoporum Aurelianenſium legitur adſcriptus Theodulphus, ac propter doctrinam plurimùm commeodatur: Nec difficile fuit viros iſtos fuiſſe coæuos, & doctrina inſigoes, & io eodem munere Eccleſiaſtico alterum alteri ſucceſſiſſe. Cúmque Theodulphus poëſi ooo mediocriter floreret, hymnum de Natali Domini metro trochaico tetrametro ſcripſit, in quo laudes incluſit Beatiſſimæ Dei genitricis Matiæ: ex quo etiam libet hæc pauca decerpere: A

*O beata mater Chriſti,*
*Dauid ſtirpis fœmina,*
*Tu laus Orbis & Regina,*
*Læta Virgo Maria,*
*Votis adſis tu piorum*
*Omne ſeruans ſæculum, &c.*

De Theodulpho vide Sigebertum in Chronico aono Chriſti 843. Crantzium in hiſtoria Saxonica lib. 1. cap. 27. in fine. Baronium anuo 835.

B Hoc eodem anno, vt Sigebertus ootat, Gregorius Pontifex Ludouicum Imperarorem monuit, vt feſtum Reginæ martyrum ſanctorúmque omnium, quod hactenus Romæ Calendis Nouembris ea iuſtituto Bonifacij Papæ celebrabatur, etiam in Gallia atque Germaoia celebraretur. Quod tum ab ipſo Ludouico, tum ab Epiſcopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mira animorom conſenſione ac plauſu peractum eſt.

C In Oriente verò, vt habet Metaphraſtes apud Surium 27. Decembris, & Baronius hoc anno, multi pro Saoctarum imaginum defenſione martyrium conſtanter perpeſſi ſunt. Inter quos Sancti Theodorus & Theophanes fratres germani à pueritia io monaſterio Sancti Sabbæ nutriti, ſub Leooe Armeno verberibus affecti, & exilio relegati, hoc anno iuſſu Theophili Imperatoris Iconomachi reuocati ſunt, & inſcripti frontes duodecim Iambicis verſibus ac ferro inſculpti, multa tormenta toleraruot. In ſuis autem cruciatibus Deiparæ opem ſeriò implorabant. Theodoro illud erat in ore: *Domine miſerere, Sanctiſſima ſuccurre Deipara, fer opem clementiſſima parens, & ſubueni.* Thophanes autem ſic inuocabat: *Dei Sanctiſſima Genitrix opitulare patientibus, ipſa quoque fugiſti in Ægyptum portans filium, &c.*

## Anno mundi 4819. Chriſti 836.

A FEſtum Cooceptionis celebrari dicitur cœpiſſe in Hiſpania, authore Gondiſaluo Archiepiſcopo Toloſano mirè erga Deiparam deuoto, quam ſæpè io viſione vidit, & à qua caſulam vehementer candidam accepit, ipſa die qua in Eccleſia ſolemni ritu Conceptio celebrari ſolet, cum his vocibus: *Scias, fili, me ſine Originali labe fuiſſe conceptam: hoc puritatis meæ celebrandum feſtum procura.* Colligitur hoc ex Bernardino de Buſto, Franciſcano, in Officiô, quod compoſuit de immaculata Sanctæ Virginis Conceptione; vbi etiam addit, Gondiſaluum iſtud ſedulò procuraſſe in Coocilio Toletano, quò confluere ſolebant Epiſcopi Galliæ Narboōenſis antequam *S*araceni Hiſpanias occuparent. Hanc hiſtoriam adhuc referuot *S*alazarius de Cooceptione cap. 35. §. 7. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 2. n. 28. Vincentius Charron in Calendario 8. Decembris n. 2. Poſſinus libello de Cooceptione, quem inſcribit titulo iſto; Vincentia victus, in proëmio. Verùm tota hæc hiſtoria plurimùm certiſſimè vacillat, cùm nullus, præſertim hoc tempore, legatur Toloſæ Epiſcopus fuiſſe oomine Gondiſaluus, vt patet ex Gallia Chriſtiana Roberti, & Sammarthanorum, in qua enumerantur Epiſcopi Toloſani. Adde nullum hoc tempore fuiſſe Concilium Toletanum; nuſquam locorum reperiri caſulam Goodiſaluo à Deipara datam, quod munus tamen negligendum non erat; Baronium huius Gondiſalui & totius iſtius hiſtoriæ tam magnæ & tam memorandæ nullibi

meminiſſe. Num hæc potiùs hiſtoria tota reſpicit Ildephonſum? de quo ſuprà anno Chriſti 667. Qui & valde familiaris erat Virgini Deiparæ, & ab ea veſtem recepit, & diſertè docuit S. Virginem ab omni peccato originali fuiſſe immunem, & facile habuit rem vrgere in Concilio Toletano, cui ipſe præſidere debebat. Suſpicor poſitum fuiſſe Gondiſaluum Archiepiſcopum Toloſanum, pro Ildephonſo Archiepiſcopo Toletano. Quod ſi ita eſt, longè antè, quàm hoc anno, exordium habuit in Hiſpania feſtum Conceptionis. De hac difficultate plura habet Salazarius ſuprà nominatus, & plurimùm inclinat pro recipiendo Gondiſaluo Archiepiſcopo Toloſano, quem vixiſſe putat ad annum 655. Sed rem viderint peritiores alij. Interim adiecto quòd

## Anno Mundi 4820. Chriſti ,837.

A Mbroſius Anſbertus, de quo iam ſuprà anno Chriſti 820. qui & dicitur Autbertus ſiue Authpertus, Abbas Ordinis S. Benedicti, obijt 20. Februarij. Hic compoſuit Sermonem vnum de Purificatione S. Mariæ, excuſum in Homiliario Alcuini, diuerſum ab eo qui manuſcriptus extat apud Arnoldum Vvionium. Compoſuit adhuc alium de Aſſumptione, alium de Natiuitate einſdem Virginis: quæ omnia docet Poſſeuinus in apparatu. Item A

## Anno mundi 4821. Chriſti 838.

M Onaſterium Ciſonienſis Virginis ab Euerardo eius loci Comite fundatur, vt notat Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Sed A

## Anno mundi 4823. Chriſti 840.

L Vdouicus Pius Imperator Occidentis, poſt ſeptem & viginti annos Imperij, vitam ægritudine conſumptus deſeruit, vir eximijs virtutum muneribus ornatus, ac potiſſimùm inſignis prolixâ in Beatiſſimam Dei matrem religione, cui, vt docet Crantzius lib. 2. cap. 26. ita addictus fuit, vt ne venatum quidem proficiſceretur niſi ſacram imaginem Deiparæ ſecum deferret, vt coram illa in media ſolitudine ſuas funderet preces. Quæ deuotio, vt docet idem ibidem Crantzius, dedit occaſionem fundationis Auguſtiſſimi templi ac Monaſterij Hildeſemenſis in honorem S. Mariæ erecti intra limites Brunſuicenſis Ducatûs. Quippe deuotus ac verè religioſus Imperator, cùm ſolito more media in ſolitudine, coram Virginis imagine & reliquijs eius, preces animúmque fudiſſet, conſcenſo equo ad palatium redijt: rediſt quoque & Capellanus, ſed, feſtinatione ipſâ aut incuriâ prementе, oblitus imaginis: quam poſtridiè eò reuerſus requirens, imò & inueniens, leuare tamen atque auferre nullâ vi potuit; proindéque de re Imperatorem admonens admiratione compleuit & perculit. Sed Ludouicum ſequenti nocte monuit reuelatio diuina, vt eo loco in honorem Diuæ Virginis templum fundaret atque conſtrueret, vbi eius Imago antè reſtiterat. Fecit Ludouicus magnificâ dote, cenſúque admodùm liberali. Vide eundem Crantzium in Metropolit. cap. 10. libri primi. Poiræum Triplicis A

coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 75. Denique Caniſium de B. Maria, lib. 15. cap. 22. Diſſimili planè genere mortis

## Anno mundi 4825. Chriſti 842.

A T Heophilus Iconoclaſta, in Oriente Imperator, ſublatus è viuis eſt, dyſenteriæ videlicet morbo, poſt vitam ſatis ſacrilegè contra Deum traductam. Habet id Curopalata, & ex eo alij. Sed Theophilum tamen in ipſo vitæ fine pœnitudine tactum Diuæ Virginis ſtatuam coluiſſe, oſcula eidem fixiſſe, lachrimis vultum reſperſiſſe, multúmque adiutum fuiſſe ſanctis ad Deum orationibus Theodoræ ſuæ coniugis pientiſſimæ fœminæ, necnon Methodij ſanctiſſimi tunc Patriarchæ, ac denique miſericordiam conſecutum eſſe poſt enormia certè flagitia, prodidit ex antiquioribus monumentis Gennadius in expoſitione pro Concilio Florentino ſeſſione quartâ.

B Mortuo autem Theophilo reſtituta eſt in Oriente veneratio Sanctarum imaginum ſtudio Theodoræ Imperatricis & filij eius Imperatoris Michaëlis, adiuuante rem Patriarcha Methodio, S. Ioannicio, Arſacio, Naucratio, Theophane, & alijs permultis. Et quidem Theophanes; quem ſuprà anno Chriſti 835. cum Theodoro fratre eius iam mortuo, bella Dei bellantem conſpeximus; Nicææ erat Epiſcopus: à quo Canon Epinicius, ſiue Victorialis, hoc anno conſcriptus eſt ſuis Odis diſtinctus, in quo plurimæ ſunt immixtæ Strophæ ad gloriam ſpectantea Sanctiſſimæ Virginis. Nam quælibet Ode in ſimilem ſtropham deſinit honorificam Dei Matri. Et prima quidem in hunc modum: *Gladij impiarum hæreſum iam defecerunt, templum enim tuum ô puriſſima, veneranda Dei genitrix, imaginibus exornatum, omni cum pietate conſpicimus, & ſacro replemur gaudio, &c.* Vide reliqua apud Baronium hoc anno. Biennio poſt, id eſt

## Anno mundi 4827. Chriſti 844. Sergius ſecundus ſuccedit Gregorio quarto.

A D E quo Sergio Anaſtaſius aduertit diuerſa Deum dona congeſſiſſe in Baſilicam S. Mariæ Maioris; quibus pium animi ſui erga Deiparam affectum idoneè teſtatus eſt.

Hoc quoque tempore notat Flodoardus illuſtratam fuiſſe varijs miraculis Remenſem S. Dei genitricis Eccleſiam, quorum aliquot ad gloriam Diuæ Virginis enumerat.

## Anno autem mundi 4828. Chriſti 845.

A R Amirus Rex Hiſpaniæ, ſecundo lapide ab vrbe Oueto, in latere Naurentij montis, ædem ex belli manubijs Deiparæ ædificauit ſtructuræ genere, & totius operis maieſtate, in paucis elegantiſſimam, inquit Mariana libro 7. de rebus Hiſpanicis, cap. 13. At

## Anno mundi 4830. Chriſti 847.

## Leo quartus in Sergij defuncti meritiſſimè locum ſufficitur.

QVippe qui ſanctitate clarus, etiam præſtantem inter famulos Deiparæ conſecutus eſt locum. A Nam vt Anaſtaſius refert, die Aſſumptionis procedens ad locum in quo peſtifer Baſiliſcus aërem hominéſque inficiebat & interficiebat, eum precibus ſuis occidit. Deinde ob hoc beneficium Octauam Aſſumptionis celebrari iuſſit. Rurſúſque in Caſtello *S.* Angeli Eccleſiam *S. Mariæ in vico Saxonum* erexit, & ornamentis decorauit. Poſt hæc

### Anno mundi 4832. Chriſti 849.

OBijt Vvalafridus Strabo Augiæ Abbas. Ita A Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Scripſit autem hic Abbas non contemnendos verſus de B. Virgine, qui in Bibliotheca Patrum parte primâ noni tomi, diuerſis locis leguntur, nimirum paginâ 986. 987. 988. 1000. ac 1006. Placet hic deſcribere hanc Odæ, ſiue hymni de Natali Domini Stropham:

*Virgo portantem veneranda portat*
*Lactat altorem, vebit & parentem*
*Spiritu prægnans, operantis in ſe*
*Mater opúſque.*

Nec longè hinc, vt putat Idem Bellarminus, B celebrem habuiſſe famam exiſtimatur Strabo Fuldenſis monachus, author gloſſæ, quam Ordinariam vocant. Hic in cap. 25. Exodi de arca teſtamenti loquens, etiam magnificè de Virgine ſentit: *Facta fuit*, inquit, *hæc arca de lignis Sethim, quæ ſunt imputribilia, ad ſignificandam puritatem B. Virginis Mariæ, quæ fuit puriſſima mente & corpore, & etiam poſt mortem conſeruata à corruptionis putrefactione.* Puriſſimam mente dici putat Salazar, cap. 40. §. 3. libri de Conceptione, vt faueat Strabo immaculatæ Conceptioni B. Virginis.

### Anno mundi 4833. Chriſti 850.

CArnuti inſigne templum B. Virginis conflagrauit, vt id notat Sebaſtianus Roüillard in A hiſtoria Virginis Carnutenſis. Cùm enim Haſtingus Dux Nortmannorum Franciam impune vaſtaret; quod non ſiluit Baronius ad annum Chriſti 845. Carnutum obſidione cinxit, fingénſque amicitiam, animúmque baptiſmi ſuſcipiendi auidum, Frotbaldum ſiue Froboldum aut Frotardum Carnuti Epiſcopum decepit, omnéſque iſtius vrbis ciues, qui bonâ fide Haſtingum admittentes feriùs experti ſunt nunquam fidendum inimicis. Crudelis enim ac perfidus ille cuncta incendio ferróque perdidit. Sed an iſtam cladem peccata populi exigebant? an per hanc temporalem afflictionem diſponebat Carnutum Deus ad ſingulare donum Deiparæ, quod poſteà ſuſcepit ſub Carolo Caluo, nempe Camiſiam Virginis? Sine dubio excitauit hæc plaga ſtudium omnium erga Matrem Dei, tum vt ad eam confugerent, tum vt illi ædem reſarcirent: & Haſtingo, Deus vſus eſt tanquam flagello eóque aſpero, quo Gallias non tantùm purgaret, ſed & Angliam quoque duriè exciperet, vt aduertit Baronius ad annum Chriſti 887.

B Ad hunc etiam annum quidam referunt duos laudatores Virginis, ambos Poëtas, ambos Hymnorum architectos; Iobum Monachum Ordinis *S.* Baſilij, & Ioſephum vulgò vocatum Hymnographum, à facilitate hymnos fundendi. De quibus vtriſque loquitur Bibliotheca Mariana poſt Simonem Vvaguereckium libro de Pietate Mariana Græcorum parte 1. in Prolegomenis, n. 22.

### Anno autem mundi 4835. Chriſti 852.

A MArtyrium ſubijt in perſecutione Arabica Sanctus Aurelius ciuis Cordubenſis vnà cum Natalia eius conjuge, vt habet Baronius in notis Martyrologij ad 27. Iulij ex S. Eulogio; & Vincentius Charron eâdem die. Fuerunt autem Aurelius & Natalia in coniugio Virgines, imitantes connubium Beatæ Deiparæ & S. Ioſephi: quod eorum inſtitutum non tantùm prodigiis approbauit *Deus*, ſed præterea Beatiſſima Virgo honorare voluit ſuâ præſentiâ, viſitando illos cum comitate magna & ſuauitate, præcedentibus illam nonnullis Beatis monachis. Poſt hæc

### Anno mundi 4836. Chriſti 853.

A DEbitum naturæ morte ſoluit Haymo Alberſtatenſis Eccleſiæ in Saxonia Epiſcopus, Fuldenſis olim Benedictini Cœnobii Monachus, ac deinde Hirsfeldenſis Abbas; quod habet ex Baronio Bibliotheca Mariana. Hic, inter alios ſui ingenii ac laborum partus, reliquit poſteris varias Homilias in Purificationem, Annunciationem, Deſponſationem, Partum, Fugam, Vitámque Deiparæ; quibus præclarum ſuum in B. Virginem ſenſum luculenter oſtendit. De eo Trithemius libro illuſtrium Virorum Germaniæ, & libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, pluribus mentionem facit. Deinceps

### Anno mundi 4838. Chriſti 855. Benedictus tertius poſt Leonem quartum Eccleſiæ præeſt.

A HIc, inquit Anaſtaſius, in Baſilica S. Deigenitricis, quæ ad præſepe nominatur, obtulit coronam auream pretioſiſſimam penſantem libras quatuor, & bapſtiterium reſtaurauit. Sed non diu Benedictus præfuit, ſiquidem triennio pòſt, hoc eſt

### Anno mundi 4841. Chriſti 858. Nicolaus hoc nomine primus, vulgò Magnus dictus, Benedicto ſuccedit.

A FVit autem Nicolaus Pontifex erga Deiparam deuotus, cui varia dona eáque valde pretioſa tribuit, præſertim in Baſilica S. Mariæ quæ vocatur Coſmedin, & in S. Maria noua. Enumerat illa prolixè Anaſtaſius in Pontificum vitis.

B Quo eodem propemodùm tempore floruerunt Simeon Metaphraſtes & Rabanus Maurus;

Quamquam Rabanus Maurus. vt Serrarius probat in Moguntiacis, obiit anno Chriſti 856. vterque verò plurimas Deiparæ laudes poſteris tradidêre. Nam Simeon de Ortu, Vita & Dormitione S. Virginis egregiè ſcripſit, & Græcè. At Latinè Rabanus Sermones, Homilias & Hymnos; cùm eſſet præclarus Poëta, imò & Rhetor, & Aſtronomus, & Philoſophus, ac Theologus; mortuúſque eſt Archiepiſcopus Moguntinus, cùm prius fuiſſet ex Ordine Benedictino.

## Anno circiter mundi 4843. Chriſti 860.

SIcut colligitur ex Metaphraſte apud Surium A
14. Auguſti, & ex notis Martyrologij ad eundem diem, florebat Sanctitate & deuotione erga S. Virginem Athanaſia Abbatiſſa, quæ templum & Monaſterium in honorem Deiparæ conſtruxit in loco *Timia* Æginetæ inſulæ: Ex quo cùm profecta eſſet Conſtantinopolim, & illic per ſeptem circiter annos morata, reuocata eſt viſione diuinâ ad prædictum Monaſterium Diuæ Virginis.

Quo etiam propemodùm tempore, vt vult B
Rogerius Honedenſis, & ex eo Gononus in Chronico anno 860. Londinum, Ethelredo Rege, fuit obſeſſum à Danis, & ope *Beatæ* Virginis in feſto Natiuitatis eius liberatum. At

## Anno mundi 4845. Chriſti 862.

PVniuntur ſeuerè nonnulli, quod feſtum Aſ- A
ſumptæ in cælum Diuæ Matris contemnere auderent, & induſium eâ die acu conſuere, quod totum apparuit ſanguinolentis maculis reſperſum: Teruanæ id accidit, réſque delata eſt ad Hunfridum Epiſcopum, qui id feſtum apud Morinos diligentiùs voluit in poſterùm atque religioſiùs ſeruari. Ita Meyerus lib. 8. Annalium Flandriæ, & Vincentius Charron in Calendario 15. Auguſti n. 10. Deinde

## Anno mundi 4850. Chriſti 867. Hadrianus ſecundus ſuccedit Nicolao.

CIrca quod tempus Alfridus Hildeſchemij A
Epiſcopus cathedralem Eccleſiam in honorem Beatiſſimæ Dei genitricis erexit, vt ſcribit Demochares folio 73. litera G. Verùm

## Anno mundi 4852. Chriſti 869. vel certè hoc propemodùm anno.

CArolus Caluus Francorum Rex, Carnuti ſu- A
per antro in quo Druidæ ſua ſacra ſoluebant, magnificum templum in honorem S. Virginis attolli curauit regiâ planè liberalitate, & quæ populos vehementer moueret ad Sanctæ Deiparæ cultum. Inſuper ſacram veſtem ſeu interulam, quam vulgò Camiſiam vocant, Aquiſgrano, vt volunt, tranſlatam, vbi eam Carolus Magnus poſuerat, tanquam nobile S. Dei genitricis lipſanum, eidem Carnotenſi Eccleſiæ dedit, vt refert Sebaſtianus Roüillard in hiſtoria Virginis Carnotenſis. Belleforeſtius in Carolo Caluo. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. c. 12. §. 5. n. 48. & Vincentius Charron in Calendario Virginis 14. Octobris, n. 2. At

## Anno mundi 4853. Chriſti 870.

A FActa eſt tranſlatio Ieroſolymis Damaſcum cuiuſdam Imaginis Dei genitricis olim Conſtantinopoli depictæ in tabula lignea: ſed poſteà pictura, quod mirabile dictu eſt, ſuper lignum eſt incarnata, & oleum maximè odoriferum iugiter emittere cœpit; quo langores quicunque quorumcunque hominum, Chriſtianorum, Iudæorum, Saracenorum pellerentur; ita vt tamen nunquam imminueretur eiuſmodi oleum, quantumcunque inde acciperetur: quapropter imago ſummæ fuit venerationi non ſolùm Chriſtianis, ſed etiam Saracenis, qui & ipſi orationis gratiâ ad eam confluebant in Aſſumptione & Natiuitate Sanctiſſimæ Virginis. Teſtatur hæc Arnoldus Abbas Lubecenſis, qui vidit cùm peregrinatus eſt in Palæſtinam. Item Iacobus de Vitriaco libro 3. de Hiſtoria Orientali, non longè ab initio. Necnon Matthæus Pariſienſis, in hiſtoria Anglorum in Ioanne Rege, vbi etiam plurima miracula recenſet. Et Baronius hoc anno. Ac Spinellus in appendice tractatu de Exemplis n. 2. Et Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 3. & alij, qui omnes aduertunt locum, vbi hæc imago ſita eſt, ab incolis vocari *Sardinia*, vel *Sardaneida*, ſiue *Sardenay*.

B Ad hunc præterea annum pertinere dicitur egregius Diuæ Virginis laudator Otfridus Vuiſſemburgenſis, Ordinis Diui Benedicti, patriâ Spirenſis, & Rabani Mauri quondam auditor atque diſcipulus, qui Homilias de Virgine pro eius feſtiuitatibus ſcripſit, vt notat Marraccius Bibliothecæ Marianæ parte alterâ. Deinceps

## Anno mundi 4855. Chriſti 872. Ioannes octauus præeſt ouili Domini poſt Hadrianum ſecundum mortuum. Quadriennio autem poſt, id eſt Anno mundi 4859. Chriſti 876.

A COmpendij in Gallia Monaſterium noſtræ Dominæ, quod nunc à S. Cornelio nomen ſortitum eſt, à Carolo Caluo Francorum Rege conſtruitur. Hoc docet Ferteolus in Anacephalæoſi. Altero deinde quadriennio elapſo, nimirum

## Anno mundi 4863. Chriſti 880.

A CLerico cuidam, Regis Hungariæ Domeſtico, aſſueto B. Virgini Officium horarum perſoluere, ipſâ die ſuarum cum honeſta adoleſcentula nuptiarum, quando recitabat hoc Reſponſorium, *Pulchra es*, &c. Subitò Deipara apparens Angelis ſociata, *Si pulchra ſum*, inquit, *quid eſt quòd dimittis me, vt ſponſam aliam habeas?* Perſuaſit cælibem vitam in Monaſterio arriperet; præcepítque vt Conceptionis feſtum annuatim octauo Decembris ſolemniter celebraret, & celebrandum prædicaret. Quod ille præſtitit, pia feſtum poſteà Epiſcopus

Aqui-

Aquileienſis factus: vnde in Hungaria & Italia ac circumiacentibus regionibus celebrari impenſiùs cœpit immaculatæ Conceptionis ſolemnitas. Id Spinellus refert tractatu de feſtis n. 1. & alij quos citat Bernardinus de Buſto, & Franciſcus Vannes in compendio Virorum illuſtrium Ordinis Sancti Benedicti. Suſpicor illum vocari Fredericum in Catalogo Patriarcharum Aquileienſium. Sed iam

## Anno mundi 4865. Chriſti 882. Marinus hoc nomine primus, natione Gallus, poſt Ioannem octauum Eccleſiæ regimen ſuſcipit.

QVo etiam anno obiiſſe Hincmarum tradit Flodoardus in Chronico Remenſis Eccleſiæ. Erat verò Hincmarus ex monacho *S. Dionyſij* prope Pariſios factus Remenſis Archiepiſcopus, charus Regi Franciæ Carolo Caluo, magno vir ingenio ſummáque doctrinâ, cuius deuotionem in Sanctam Deiparam cùm plurima teſtentur; teſtatur præcipuè Cathedralis Eccleſia Remenſis, quam Beatæ Virgini dedicatam mirabiliter amplificauit, ornauit, locupletauit, & vnum ex mundi miraculis in ſtructura fecit: teſtatur etiam Epigramma, quod venerandæ Dei genitricis imagini filium tenentis in vlnis, ſuper altari maioris Eccleſiæ inſcripſit, & ſic ſe habet: A

*Virgo Maria tenes hominem Regémque, Deúmque,*
*Viſceribus propriis natum de Flamine Sancto.*

Teſtatur denique Epitaphium, quod ipſe ſibi compoſuit, in quo iſtud legitur:

*Sis pia cultori Sancta Maria tuo.*

Hæc prolixiùs videri poſſunt apud prædictum Flodoardum.

Hoc quoque anno, Arnulphus Dux Flandriæ, B dictus Magnus, de quo Miræus in Chronologia Flandriæ loquitur anno 879. inuocatâ Diuâ Virgine prope Louanium inſignem victoriam de Nortmannis retulit, interfectis centum millibus eorum, nullo ſuorum mortuo. Quamobrem voluit in gratiarum actionem in loco certaminis cantari Litanias à ſuis, quibus exemplo & pietate & grato animo præluxit. Ita ex Auguſtino Vvicxmanno in Brabantia Mariana Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 1. Septembris.

## Anno autem ſequente mundi 4866. Chriſti 883.

NOrtmanni varia Deiparæ templa ſacrilegè A vaſtarunt atque perdiderunt, vt Cameracenſe, & Atrebatenſe, atque iuxta Gandauum, Monaſterium Trunciniacenſe. Quod patet ex Ferreolo Locrio in Anacephalæoſi. Ex quo itidem patet,

## Anno mundi 4867. Chriſti 884. quo Hadrianus tertius Marino ſuffectus eſt in Pontificia dignitate,

STatim reſtaurari cœpiſſe per Balduinum Cal- A uum, prædictum à Nortmannis euerſum Trunciniacenſe Diuæ Virginis Monaſterium. Dein.

## Anno mundi vertente 4868. Chriſti 885. Stephanus ſextus locum Hadriani repleuit; cuius Pontificatûs anno altero, nempe

## Anno mundi 4869. Chriſti 886.

A EXceſſit è viuis Imperator Baſilius cognomento Macedo, Virginis Matris propagando cultui vehementer intentus. Ita Curopalata, qui etiam aſſerit à Baſilio abſidem S. Sophiæ reſtitutam fuiſſe, in qua Dei genitricis imaginem vlnis infantem ſuſtinentem depinxit. Deinde vt addit Cedrenus apud Zonaram tomo 3. templum *S. Mariæ in fonte* renouauit. Alterum eiuſdem Deiparæ, quod *Sigma* vocatur, quódque motu terræ exciderat à fundamentis inſtaurauit. Tertium in foro eidem Virgini condidit, in quod negotiantes orationis causâ concederent. Ope Diuæ Virginis Manichæos ſub Chryſochire militantes fudit: Saracenos per Ducem Andream penitus profligauit atque proſtrauit. De quo quidem Andrea iſtud excidere non debet, miſſam à Saraceno epiſtolam, in qua multa blaſphema erant Chriſto & Chriſtiparæ, antequam ad arma veniret, appendiſſe ad imaginem Dei genitricis cum hac compellatione: *Vide, ô mater Dei, túque ipſius filius & Deus, qualia exprobrauit & ſuperbè dixit barbarus iſte arrogans.*

B Floruit ad hoc etiam tempus, vt patet ex Marraccio in Bibliotheca Mariana, Mathanus Scotus, vir ardentiſſimæ charitatis, & Epiſcopali dignitate conſpicuus. Hic librum vnum de ſeptem Doloribus Virginis conſcripſit, velut pignus ſui in *S.* Deiparam amoris. De hoc Dempſterus verba facit libro 12. Hiſtoriæ Scotorum, à quibus Mathanus vt Sanctus colitur 12. Nouembris.

## Anno deinde mundi 4870. Chriſti 887.

A OBſident Nortmanni Pariſienſem ciuitatem. Sed hæc piis precibus & curâ Dei genitricis, cui dedicata eſt; necnon aliorum Sanctorum Patronorum Dionyſij, Germani, Genouefæ, & ſimilium, liberata eſt; vt patet ex Abbone Aymoini hiſtorici diſcipulo, qui hanc obſidionem duobus carminum libris egregiè deſcripſit; cuius etiam hoc anno meminit in Annalibus Baronius. Sed &

## Anno mundi 4871. Chriſti 888.

A VT quidem teſtatur Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi, conditum eſt ad gloriam Virginis Cœnobium in Riuipullenſi pago ab Vvifredo Barcinonenſi Comite, eíque Daginus Abbas fuit primus præfectus. At verò

## Anno mundi 4873. Chriſti 890.

A FLorebat inſigni pietate S. Radbodus Traiectenſis Epiſcopus. Nam, vt habetur in eius

vita apud Surium 29. Nouembris, vixit tempo-
ribus Caroli Craſſi, & Arnolphi Regis Germa-
niæ, qui hoc tempore viuebant, vt Baronio &
cæteris placet. Fuit autem Radbodus nobilis
proſapiâ, à Radbodo Friſonum Duce maternum
genus ducens: ſed longè nobilior vitæ integri-
tate, & deuotione erga S. Deiparam. Quam rem
teſtatur illuſtris illa viſio, quâ B. Dei genitrix,
comitata Sanctis Agnete & Theclâ, ipſum ægro-
tantem inuiſit & ſanauit dulciſſimo alloquio
conſolans, & gratiſſimo diu odore perfundens:
vt videre eſt apud Surium prædictum.

Addit autem Ferreolus Locrius in Anacepha-
læoſi, templum Diuæ Mariæ Cameracenſe vt-
cunque reſtitutum hoc anno dedicatum fuiſſe à
Dodilone Præſule. Sed &

## Anno Mundi 4874. Chriſti 891. Formoſus poſt Stephanum ſedet & Eccleſiæ præeſt.

A QVo tempore Rodulphus Abbas migratu-
rus de hoc ſæculo, res ſuas & monaſte-
rium ſuum, quod in paterno prædio habebat,
vnà cum corpore S. Calliſti Papæ & Martyris,
Remenſi S. Dei genitricis Eccleſiæ delegat, ean-
démque rerum ſuarum hæredem inſtituit. Ita
Flodoardus in hiſtoria Eccleſiæ Remenſis lib. 4.
cap. 1. ſub finem.

## Anno autem mundi propemodùm 4878. Chriſti 895.

A REperta eſt ſtatua B. Mariæ, quæ vulgò *Mon-
tiſserrati* nuncupatur. Quod colligitur ex
ſatis fuſa huiuſce rei hiſtoria, quam habet Al-
phonſus Villega 2. parte illius operis, qui Flos
Sanctorum dicitur, cap. 23. Et ea Hieronymo
Paulo Barcinonenſi in catalogo Regum Ara-
goniæ. Bernardino Gomeſio libro 1. de rebus
geſtis Iacobi primi Aragoniæ Regis. Hierony-
mo Blancha Cæſaraugustano, commentario re-
rum Aragoniæ ad annum 1235. Et ex Spinello
tractato de templis Deiparæ n. 57. & alijs. Cùm
enim dicant filiam Guiſrapeli Piloſi Comitis
Barcinonenſis anno 888. liberatam fuiſſe à dæ-
mone per Garinum Anachoretam, qui Garinus
paulò poſt à dæmone deceptus eandem vitiauit
& occidit; póſtque eius ſeptem annos pœniten-
tiæ, repertam fuiſſe illam ſtatuam in antro Mon-
tis ſerrati indicio inſolitorum luminum & con-
centuum muſicorum, qui de nocte hauriebar-
tur: ſimilitérque puellam iſtam Guiſrapeli, ſer-
uatam fuiſſe ſeptem annos, quamuis à Garino
collo truncatam & defoſſam, viuam tamen &
ſanam beneficio B. Virginis: neceſſe eſt inuentio-
nem iſtiuſmodi ſtatuæ ad annum 895. propemo-
dùm pertinere. Quo etiam tempore incepit ea-
dem ſtatua coruſcare miraculis, templúmque
inibi constructum eſt, additúmque cœnobium
Monialium ſumptibus Guiſrapeli; in quo redi-
uiua illa puella prima conſtituta eſt Abbatiſſa, cu-
rámque habuit nobilium puellarum, cum quibus
ſanctiſſimè vixit. Sed centum poſteà annis, ob
pericula varia, traductæ ſunt iſtæ Sanctimonia-
les Barcinonem, & earum loco ſucceſſerunt viri
Religioſi Ordinis S. Benedicti, qui ſanctitate
floruerunt, & vt fama eſt, florent. Decorarunt
hanc domum varijs donis atque priuilegijs Pon-
tifices, Imperatores, Reges, adeò vt ante ſta-
tuam Virginis lampades ex argento quinqua-
ginta pendeant, templique ſupellex in gemmis,
in ſericis, in argento & auro abundet: ſed potiſ-
ſimùm in reliquijs, vt videre eſt apud præcita-
tos authores, quibus adde Poiræum Triplicis
coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 29.

B Vlteriùs hoc anno redintegrata eſt in Belgio
Eccleſia S. Mariæ Condatenſis, quæ olim anno
Chriſti 740. à Carolo Martello incendium paſſa,
nunc pietate & magnificentiâ Reigneri Hanno-
niæ Comitis reſtaurata eſt. Paulò poſt tamen à
Rollone Danorum Duce iterum flammis abſum-
pta eſt. Hic verò Rollo poſteà baptiſatus, & ad
fidem Chriſti conuerſus maximas poſſeſſiones
impertiit Eccleſijs S. Mariæ Baiocenſis & Ebroi-
cenſis; quin & Rotomagenſem Dominæ noſtræ
Baſilicam à fundamentis renouare exorſus eſt,
poſt baptiſmum dictus Robertus. Ita Ferreolus
A Locrius in Anacephalæoſi annis 912. & 913.

## Anno autem mundi 4880. Chriſti 897. Stephanus ſeptimus Formoſo ſufficitur contra *Bonifacium* intruſum.

A QVo tempore Vrbs Aurelia, vel potiùs
Auenon prope Aureliam, vt notat Vincen-
tius loco ſtatim citando, obſeſſa ab hoſtibus mi-
ra Dei genitricis Mariæ benignitate liberatur,
ſtatua eius ſeſe obijciente contra telum inimi-
corum. Rem hanc ad hoc tempus Gononus in
A Chronico refert ex Vincentio Bellouacenſi in
Speculo hiſtoriali lib. 7. cap. 83. & Carolo Sauſ-
ſeyo in Annalibus Eccleſiæ Aurelianenſis. At ex
Gonono ac Vincentio recentiſſimus author Sym-
phorianus Guyon eandem hiſtoriam refert, in ea
quam Gallicè ſcripſit Hiſtoria Aurelianenſi ſæ-
culo 9. n. 84. vbi rectè aduertit: Auenonem
hoc currente anno magnum fuiſſe ſuburbium
extra Aureliam, ſed labente tempore in ea in-
cluſum, in quo loco nunc eſt parœcia Apoſtoli
Pauli intra muros vrbis. Quin prætereà addit,
prædictam Virginis ſtatuam quæ Portæ Aueno-
nis ab obſeſſis impoſita objectu ſuo telum inimi-
cum repreſſit, vocatam deinceps fuiſſe Domi-
nam noſtram de miraculis: quamquam alii etiam
appellarunt S. Mariam de Auenone, cuius cre-
berrima miracula ſcripſit Hugo Farſitus, vt dice-
tur anno Chriſti 1130. litera A. Notat idem
Symphorianus eandem Diuæ Virginis de Aue-
none imaginem, quamuis ligneam, duraſſe vſ-
que ad ſæculum Chriſti decimum ſextum, quan-
do de ea Oliuarius Conradus Franciſcanus poë-
ma compoſuit: tandem anno 1562. die 21. Apri-
lis combuſtam fuiſſe à ſequacibus Caluini in vi-
co exiguo Macelli Portæ Regnardæ. Solebant
frequentes admodùm fieri ad eam populorum
concurſus & ſupplicationes, vt fusè oſtendit
prædictus Symphorianus n. 88. Et n. 89. præter
quatuordecim Eccleſias, quas intra Aureliam
Diuæ Virgini ſacras enumerat, multas alias ad-
iungit in agro Aurelianenſi in honorem eiuſ-
dem B. Deiparæ dicatas: quæ non leuis eſt
nota pietatis ac cultûs Aurelianenſium erga

Digitized by Google

Chriſtiparam. Sed iam

## Anno mundi 4883. Chriſti 900. Theodorus Papa dicitur ſucceſſiſſe Stephano : & paulò poſt ipſi Theodoro, qui erat hoc nomine ſecundus, ſucceſſiſſe ponitur Ioannes huius nuncupationis nonus.

A QVamuis autem Theodorus Papa dierum tantùm viginti moram in Pontificatu fecerit, tamen in hac breui mora Ludouicum quartum Imperatorem coronauit, quem Imperatorem Crantzius lib. 1. Metropolis cap. 10. & poſt eum Caniſius in Mariali libro 5. cap. 22. valde commendant, quòd Virginem Mariam vehementer coluerit, atque eius pulchram, quæ adhuc extat, imaginem ex Italia in Bauariam, ſuis, vt ferunt, brachiis deportarit, ac deportatam in monaſterio Etalenſi, quod in medijs ſiluis, ad eiuſdem Virginis in cælum Aſſumptæ laudem, ipſe conſtruxit, poſuerit reliquerítque.

B His quoque temporibus floruiſſe Albumazarem inſignem Aſtrologum, teſtatur Blancanus libro de locis Ariſtotelis Mathematicis. De quo Albumazare Caniſius lib. 2. de Beata Deipara cap. 7. teſtatur, quòd, quamuis fuerit à fide Catholica alienus, docuerit tamen ex effatis Chaldæorum, in prima facie ſeu parte Signi Virginis quod in firmamento cæli eſt, oriri in terra Virginem mundam, puellam immaculatam, corpore decoram, voltu venuſtam, habitu modeſtam, crine prolixam; diſertéque addiderit, hanc eſſe Virginem, quæ puerum in Iudæa nutriat atque paſcat, eúmque puerum à quibuſdam gentibus Ieſum vocari. Vidiſſe ſe hunc locum in vetuſto codice huius authoris teſtatur Caniſius, atque adijcit, hoc ipſum teſtimonium bonâ fide citatum eſſe à Dionyſio Carthuſiano lib. 1. de laudibus Virginis art. 30. Sed &

## Anno mundi 4885. Chriſti 902.

A COntigit destructio marmorei templi Diuæ Virginis, quod erat in Inſula Paro, & in quo ante centum annos Sancta Theoctiſte prodigioſam planè pœnitentiam tranſegerat, & tunc adhuc agebat S. Simeon Anachoreta. Deſtructio illa contigit per Nyſirim Arabum Ducem, qui volebat iſtius templi pulcherrimas partes in Cretam tranſmittere, quod tamen non potuit, diuinis miraculis impeditus: imò haud multò pòſt dedit pœnas inſolentiæ in Eubææ promontorio, quod Xilophagon vocant, naue fractâ ibi ſubmerſus. Hæc omnia conſtant ex Metaphraſte apud Surium 10. Nouembris, Curopalata, Cedreno, atque Baronio. Poſt hæc

## Anno mundi 4888. Chriſti 905. Benedictus quartus Ioanni nono ſubrogatur.

A QVo tempore, qui Gallias Hungari, ſiue Huoni, ante biennium depopulati erant, in Belgium irruperunt; à quorum furore Dei genitrix liberauit monachos Lobienſes, immiſſâ exundantis pluuiæ copiâ, quæ chordas arcuum, quibus Hungari vtebantur, inutiles reddidit. Hungaros vexaſſe Gallias conſtat ex Baronio anno 903. & Sigeberto 905. Monachos autem Lobienſes ſic fuiſſe ſeruatos refert ex Foulquino Abbate Lobienſi Vincentius Charton in Calendario 10. Auguſti, n. 4.

## Anno mundi 4890. Chriſti 907. Leo quintus incipit loco Benedicti prædeceſſoris ſui Eccleſiam regere. Deinde

## Anno mundi 4891. Chriſti 908. Chriſtophorus Leoni ſuccedit, & Chriſtophoro Sergius tertius.

A QVo etiam anno Carnutum dicitur obſeſſum fuiſſe a Normannis, & Sanctæ Deiparæ patrocinio liberatum. Nam cùm infenſo exercitu Radulphus, vel vt alij vocant, Rollo Dux Nortmannorum, ciuibus minas intentaret; hunc Epiſcopus Carnotenſis, qui tunc erat Ganſelmus, ſiue Ganſelinus, aut Anſelinus, ſiue Vantelmus, aut Antelmus, quem alij Aymericum vocant, beneficio tunicæ ſacræ, ſiue Camiſiæ Deigenitricis, quâ pro vexillo vſus eſt, obcæcauit & perſecutus eſt, Normannóſque fugauit, quos Carnotenſes ciues inſecuti plurimâ cæde mactauêre. Ita Sebaſtianus Rouillard in hiſtoria Parthenica Carnotenſi: & Demochares folio 32. literâ D. qui id refert ad annum 892. Antoninus 2. parte hiſtoriæ titulo 16. cap. 2. §. 5. qui ad annum 878. alii ad alium. Sed cum id acciderit ſub Carolo Simplice Rege Francorum, vt ex Gaguino patet, verius eſt hoc anno eueniſſe.

## Anno mundi 4893. Chriſti 910. Anaſtaſius tertius Romæ in loco S. Petri ſedet poſt Sergium.

## Anno autē mundi 4894. Chriſti 911.

A LEo ſextus Imperator, dictus Philoſophus & Porphirogenitus, ex hac vita migrauit, vt author eſt Curopalates, & docet Baronius. Huius erga Dei matrem pium affectum abundè declarant variæ ab ipſo concinnatæ Orationes in laudem Virginis, quæ etiamnum hodie conſeruantur in Bibliotheca Vaticana: cuiuſmodi ſunt illæ: In tranſitum B. Virginis. In Natiuitatem eiuſdem. Quando ingreſſa eſt Beatiſſima Virgo in Sancta. In Occurſum Domini, &c. Sed illa memorabilis eſt, quam de pura Virginis Conceptione compoſuit, quámque Baronius in notis Martyrologij ad 8. Decembris aſſerit ſe vidiſſe in Bibliotheca Sfortiana n. 65. De qua item Boſius mentionem facit lib. 9. de Signis Eccleſiæ cap. 8. & Salazarius de Conceptione cap. 42. ſæculo 10. Qui etiam Imperatorem hunc Sapientiſſimum appellant: Multi autem autumant ob hunc religioſum in Deiparam animum, in paternum regnum, vnde viuente patre miſerè exciderat, reſtitutum fuiſſe. Vide Poiræum Triplicis coronæ tractato 3. cap. 7. §. 4. n. 13. qui rem totam concinnè repræſentat ex Curopalate.

## Anno mundi 4895. Chriſti 912. Lando Anaſtaſio in Pontificatu ſuccedit: & Ioannes decimus Landoni.

A QVo tempore Ordo Cluniacenſis plurimùm florere incipit: qui collapſum in Gallia, imò & Italia & Hiſpania, monaſticum inſtitutum reſtaorans, ſub S. Benedicti ſtrictiſſima regula, quamplures viros ſanctiſſimos aluit. Et hoc quidem anno, vt habet Sigebertus in Chronicis & Baronius ex eo, primus eius Ordinis Abbas, primúſque inſtitutor Berno moritur, in cuius locum Odo hoc item anno ſubſtitutus fuit, qui deinde ſucceſſores habuit Maiolum, Odilonem, Hugonem, & alios ſanctitudine claros. Hi verò omnes ſimul cum toto Ordine inſignem in Matrem Domini deuotionem conceperunt. Et quidem iam ipſo huius Ordinis initio conſtitutum eſt, quod adhuc apparet ex Rubricis Breuiarij Cluniacenſis, vt ſingulis diebus Sabbati extra Quadrageſimam & Aduentum, ſi modo illi dies vacui eſſent à ſolemniore feſto, Officium de B. Virgine celebraretur; quæ res poſteà ab vniuerſa Eccleſia celebri conſuetudine vſurpata eſt. Sed & in Statutis Congregationis Cluniacenſis, quæ poſteritati Petrus Venerabilis reliquit, & quorum multa continentur in 2. parte tomi 12. Bibliothecæ Patrum, licet legere quamplurima, quæ eiuſdem Ordinis ſincerum ac ſanctum conſilium honorandæ *Diuæ* Virginis produnt; præſertim Statuto 50. 54. 60. & aliis, in quibus affertur ratio tam Sancti conſilij, *Specialis amoris affectus, quem totus Ordo erga Matrem Domini habere debet*: Statuto 50. præcipitur, vt ſex diebus infra octauas Aſſumptionis, duodecim lectiones, ſex ex Euangelio & ſex ex Prophetis legantur ad Majorem Miſſam, & id *ob ſpecialem, quem erga Matrem Dei habere debemus, amoris affectum*. At 54. vt ad altare matutinalis Miſſæ, quod eſt conſecratum in honorem B. Mariæ, de eadem matre Domini Miſſa quotidie ſecretò decantetur, *vt quotidianâ ad Dominum oblatione Mater quoque Domini ſpecialiter honoretur, &c.* Item 60. vt ſicut ex conſuetudine, aliæ Horæ S. Virginis in Eccleſia infirmorum, quæ in honorem ipſius conſecrata eſt, quotidie decantantur: etiam ibidem Completorium de eadem decantetur, & in omnibus Horis ante pſalmos præmittatur verſus, *Memento ſalutis author, &c.* & id quia, *Matri Domini honor ſuper omnem creaturam ſingulariter exhibendus eſt.* Denique in vltimo Statuto, poſtquam præceptum eſt, vt in præcipuis anni feſtis *Salue Regina*, dum fit proceſſio, à conuentu cantetur; ſubijcitur huius rei ratio, quia *ſummus & maximus amor ab omni rationali creatura, quibuſcunque modis rationabiliter fieri poteſt, exhibendus eſt, poſt authorem omnium, Matri Authoris vniuerſorum.* Deinceps

## Anno mundi 4897. Chriſti 914.

A VInfredus, ſiue Vuifredus, Comes Barcinonenſis, alij Aragonenſem vocant, vitam mortalem deſeruit: anteà conſtruxerat in honorem Diuæ Virginis cœnobium in pago Riuipullenſi, vt dictum eſt ſuprà anno Chriſti 888. & adhoc notat Balinghem 26. Aprilis ex Indiculo Regum Aragoniæ. Sed &

## Anno mundi 4901. Chriſti 918.

A LEgione in Caſtilia Ordonius Rex, Mauris bello deuictis, Baſilicam B. Virginis deuoto animo extulit, in qua de manu Legionenſis Epiſcopi, regni coronam capiti ſuo imponendam curauit. Sic Mariana lib. 7. de rebus Hiſpanicis cap. vltimo. At

## Anno mundi 4903. Chriſti 920.

A PRagæ in Bohemia ſanctitate florens Ludmilla, vnà cum Borinoio Duce Bohemiæ coniuge ſuo, fanum quod Tainenſe vulgò appellitant, inſigni piæ mentis teſtificatione poſuit. Ita habent Acta Ludmillæ apud Surium 16. Septembris, vbi Ludmilla dicitur martyrio vitam finijſſe, artificio Drahomitæ priuignæ ſuæ.

B Facit verò ad hunc annum Bibliotheca Mariana memoriam de quodam Oliuerio Benedictino Monacho, quem ait edidiſſe librum vnum Miraculorum Beatæ Mariæ Virginis Montis ſerrati. Sed vereor ne fortè iſte Oliuerius ille ipſe ſit Matthæus Oliuerius, Benedictinus, qui anno 1617. ſcripſit de eiuſmodi miraculis librum, ſicut poſteà illo anno dicetur, literâ M. cùm præſertim ipſe Matthæus Oliuerius in eodem libro aſſerat, anno Chriſti 1531. fuiſſe primâ vice euulgatam Hiſtoriam Diuæ Montiſſerranæ; quod prædicto anno 1531. literâ C. non reticebimus.

## Anno autem mundi 4912. Chriſti 929. Stephanus octauus, dictus ſeptimus, Ioanni decimo ſufficitur: cuius Pontificatûs anno altero, id eſt

## Anno mundi 4913. Chriſti 930.

A CAmetacum ope B. Virginis ab Hungarorum infeſtationibus fuiſſe ſeruatum illæſum dicitur. Et Poiræus habet Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 61. & Vincentius Charron in Calendario 2. Aprilis n. 4. Circa hoc autem tempus Hungaros fuiſſe infeſtos Galliis conſtat ex Flodoardo in Chronico apud Pithœum, qui anno 926. ait eos irrupiſſe in Gallias, & circa Remos terrori fuiſſe: anno autem 933. partim in Italiam partim in Germaniam exundaſſe. Rem etiam tangit Goonus in Chronico S. Deiparæ.

B Qui prætereà addit ex vetuſto codice, hoc eodem anno Iudæam mulierem laborantem ex partu, inuocatâ Diuâ Virgine filium edidiſſe, & eum baptiſmo procuraſſe tingendum; quem proptereà iratus pater interfecit, & hoc ſcelere perpetrato fugam arripuit. Sed in fuga ſua à perſequentibus ſatellitibus captus, & in carcere detentus, dum expectat certiſſimam ob ſuum flagitium mortem: ecce annunciatur à coniuge filius ope B. Virginis eſſe rediuiuus, qui etiam iudicibus oſtenſus, hæc dicitur verba protuliſſe: *Mater miſericordiarum & totius conſolationis, virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum, mater Chriſti filii Dei intacta, me in ſuum*

*ſeruitorem elegit.* Iudices boc miraculo viſo Iudæum liberatunt, Iudæus baptiſmum ſuſcepit, & ex corde Diuæ Virgini ſeruiuit.

C Addit inſupet idem Gononus de ancilla, quæ in Epiſcopatu Carnotenſi ſepties quotidie Domioi Matrem ſalutabat, & licet impudicè cum hero conuiueret, ab eo tamen obſequio ounquam deerat: ſæpè ab hera admoonita de peruerſis moribus ſuis, tunc tantùm reſipuit cùm audiit ab ea; Matrem Domini vetuiſſe ne grauiore ſupplicio in ipſam deſæuiret, quam tenebat velut ancillam ſuam. Hæc enim vox, *ancilla Matris Dei*, ancillam illam à mala ſua conſuetudine ad meliorem frugem tranſtulit, & ad religioſam vitam io monaſterio Bonæ ſpei in Epiſcopatu Cameracenſi traducendam vocauit.

## Anno mundi 4914. Chriſti 931.

Ioannes vndecimus ſuccedens Stephano gubernacula Eccleſiæ moderatur. Cuius anno quarto, ſiue

## Anno mundi 4917. Chriſti 934.

A Remis in Eccleſia Diuæ Mariæ, in feſto Annunciationis, faciente ſacrum Artaldo Præſule, quidam iuuenis contractis poplitum neruis repere ſolitus, repente ſanatus aſſurgit & ambulat. Inſuper quidam Viridunenſis diaconus nomine Adelmarus (Adelmannum Baroonius uocat) languore depreſſus ſpiritum viſus eſt amiſiſſe: ſed antequam feretro imponeretur, reuerſus ita validus ſurrexit, vt ſibi videretur nihil ægritudinis fuiſſe perpeſſus. Teſtatus tamen eſt ſe diuerſa ſuppliciorum vel refrigerij perluſtraſſe loca, imò ſe pœnali loco fuiſſe deputatum, ſed Dei genitricis pijs precibus, ac B. Martini interceſſione ad agendam pœnitentiam vitæ redditum. Hæc Flodoardus in Chronico apud Pithœum.

B At hiſtoria Sanctorum Belgij loquitur nobis hoc adhuc anno de S. Bertilla, quæ virginitatem in matrimonio ſeruauit, & B. Virgini Mariæ Atrebati fundum inſigoem Marulæum dictum reliquit.

## Anno mundi 4919. Chriſti 936.

Leo ſeptimus ſubrogatur Ioanni. Et

## Anno mundi 4920. Chriſti 937.

A Hvngaris adhuc Galliam vexantibus, ex alia parte Nortmanni Britooihus non parum moleſti fuerunt, quod teſtatur in paulò antè citato Chronico Flodoardus: ad quod tempus, vt exiſtimat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 51. Alanus, cognomento Barbatorta, Brito, cùm viciſſet Nortmannos Cathedralem Nanneti Eccleſiam, quam illi impiè proſtrauerant, cùm antè eſſet dedicata ab S. Fœlice iſtius vrbis Epiſcopo in hooorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, io pulchriorem formam voluit reſtitui ſub oomioe *D. Virginis à bono auxilio*, ſiue, vt vulgò dicuot, à bono ſuccurſu. Sanctæ quippe Virgini ſolebat iſte princeps referre acceptas victorias, quas de inimicis fidei, ipſe cum Britonibus ſuis, non minus generosè, quàm fæliciter reportabat. De hoc loquitur in Calendario Vincentius Charron 20. Ianuarij, & votum addit ac miraculum fontis diuinitus obtenti: & inſuper innuit, non fuiſſe mutatam Eccleſiam Apoſtolorum; quia Cathedralis Nanneti adhuc eſt Sancti Petri tutelaris iſtius vrbis; ſed prope Cathedralem conſtructam, quæ conſecrata fuit in honorem S. Mariæ anno 950.

## Anno mundi 4922. Chriſti 939.

Stephanus nonus, dictus octauus, poſt Leonem ſedet. Sequente deinde completo triennio, hoc eſt

## Anno mundi 4925. Chriſti 942.

A Obijt Turonis Sanctus Odo Cluniacenſis Abbas, vt habet Flodoardus in Chronico, & Baroonius ex ipſo. Fuit autem Odo ex ſterilibus natus parentibus interceſſione S. Deiparæ, quod docent Acta vitæ eius conſcripta à Ioanne Monacho & cootenta apud Surium 18. Nouembris. In quibus etiam habetur conuerſio quædam latronis per Odonem facta, qui poſt vitam io Religione piè atque humiliter traductam, triduo ante mortem meruit à Matre miſericordiæ viſitari: Matrem verò Domioi ſolitus erat Odo *Matrem miſericordiæ* ordinariè nominare. Sequente pòſt

## Anno mundi 4926. Chriſti 943.

Marinus hoc nomine ſecundus ſuccedit Stephano in Romano Pontificatu. Et

## Anno mundi 4927. Chriſti 944.

A Imago Chriſti Redemptoris miraculo expreſſa ex ipſo & ab ipſo Chriſto viuente, atque ab eodem ad Abagarum miſſa, ex Edeſſa Conſtantinopolim tranſlata eſt ipſo feſto Aſſumptæ in cælum Virginis, & cum multa veneratione poſita io templo eiuſdem S. Deiparæ in Blachernis. Rem fuſiùs explicant Curopalates, Metaphraſtes apud Surium 16. Auguſti, & Baronius anno 944. n. 5.

B Sed & eodem anno, Edmundus Anglorum Rex magnificâ omninò, ac propemodùm immenſa liberalitate Glaſtonienſis Virgiois monaſterium perficit, vt notat ex Vvillelmo Malmeſburienſi Ferreolus Locrius Mariæ Auguſtæ lib. 3. cap. 72. & in Anacephalæoſi.

## Anno autem mundi 4928. Chriſti 945.

A In vrbe & agro Pariſienſi hominum membra ignis plaga peruaſit, quæ ſenſim ita tabeſcebant, vt taodem morte terminarentur illi cruciatus ac tormina. Plures Pariſijs in Eccleſia S. Dei genitricis Mariæ ſanati ſoot, adeo vt quotquot illò peruenire potuerint, aſſerantur ſaluati: quos Hogo Dux ſtipendiis aluit. Horum dum quidam vellent ad propria redire, redeunte morbo correpti ſunt, donec regreſſi ac venieotes ad Eccleſiam fuerunt liberati.

Hanc tem commemotat Flodoardus in Chtonico. Poſteà

## Anno mundi 4929. Chriſti 946. Agapitus ſecundus poſt Marinum ſecundum Eccleſiæ præeſt.

AD quod tempus pertinet ædificatio templi & Monaſterij B. Virginis de Bouxieriis in Diœceſi Tullenſi & Ducatu Lotharingiæ Nam anno 947. Chriſti Domini, Sanctus Gauſlinus, ſiue Gauſelinus Tullenſis Epiſcopus author huius ædificij viuebat, vti patet ex Frodoardo in Chronico, Baronio anno 947. & Catalogo Epiſcoporum Tullenſium Claudij Roberti in Gallia Chriſtiana. Interueniſſe autem in prædicti templi ædificatione diuerſa miracula commemorat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 55. In primis, quòd monitu diuino materia ad architectationem neceſſaria & ſtipendia pro operarijs miſſa ſunt: deinde, quòd Baſilica, poſtquam conſtructa & abſoluta fuit, fuit non per hominem mortalem, ſed per ipſum Chriſtum Dominum conſecrata atque inuncta: Tertiò, quòd muto vox reddita fuit, qui de conſecratiooe per Chriſtum patrata teſtaretur, & nonnulla alia, quæ ſe dicit Poiræus habere ex Breuiario Tullenſi, & loci archiuio. At

## Anno mundi 4932. Chriſti 949.

HEoricus Regulus Boiotum, & Dux copiarum eius Ratho, io monumentum victoriæ ab Vgris bis deuictis reportatæ cœlitúſqoe acceptæ; atmati, equis inſidentes quemadmodum prælio interfuêre, è gypſo ficti & expreſſi, induratique igne, in templo Deipatæ Virginis apud Mourkirchem pagum Baioatiæ Noticorum dedicati poſitique ſunt; hoc teſtimonio probantes ſe ope Deipatæ viciſſe, cuius amote vinci regnare eſt. Iſtud facinus babet Auentinus libro 5. Annalium Boiotum, qui addit eos ſic poſitos tali babitu adhuc hodie videri, ſeruari, monſtrari: poſt eum eadem commemorat Nouarinus in Vmbra virginea n. 636.

Hoc eodem citciter anno Conradus, Conſtantiæ ad Rhenum ptæclaros Antiſtes, inquit Caniſius libro de Beata Maria cap. 23. vnà cum Vdalrico Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopo io ſquallidam & incultam Heluetiorum ſolitudinem, quæ deinde Vitginis Eremitorium dicta eſt, ſe contulit: vt ambo ad conſecrandum illíc Deiparæ templum, quòd poſteà multis claruit miraculis, non ſine Dei nutu conuenirent. Hæc Caniſius. Poſt quæ ab eo excerpta, venit in manus meas Atlas Marianus, qui rem totam & fuſiùs, & ad notam temporis exactiùs exponit libro 1. imagine 24. Nam vbi dixit S. Menradum Comitis Sulgenſis filium, & Benedictini Otdinis alumnum, in ea Eremo ſolitariam duxiſſe vitam coram ſtatua Virginis, ibique à latronibus fuiſſe occiſum, & mortem eius à coruis perſequentibus homicidas illos prædones viudicatam fuiſſe ac declaratam; tandem addit, longo poſteà interuallo Menrado ſucceſſorem in ſilueſtri illo Sacello acceſſiſſe Bennonem, è regio Burgundionum ſanguine, Epiſcopum Argeotinenſem, qui & ibidem mortuus eſt anno Chriſti 940. & deinde ſepultus. Poſt quem Eberhardus Decanus Argentinenſis & Bennonis conſanguineus, ædificato in eodem loco cœnobio ac templo, Coo-radum Epiſcopum Conſtantienſem inuitauit, rogauítque vt tam nobile templum, tandem Eccleſiæ ritu Virgini Deiparæ dedicaret. Annuit ille & Vdalricum Auguſtanum Præſulem, qoem tum habebat hoſpitem, ſocium talis ceremoniæ adduxit. Cùm ecce pridie quàm inſtitueretur dedicatio, dum Conradus nocte ad preces pro more è lecto ſe protipit, videt inſolito fulgore templum clareſcere; in quod deinde ingreſsus, incredibili apparato intuetor Chtiſtum cum multo Cælitum comitatu peragere, quam ipſe poſtridie peracturus venerat dedicationem. Quam rem, dum poſteà circa meridiem Clericis dedicationem expectantibus atque vrgentibus, ingeouè fatetur: illis ſomnium eſse interpretantibus, cogitur dedicatiooem ſolito more inchoare, cùm ecce vox de cælo tuens ter io auribus omnium inſonuit: *Frater, ceſſa conſecrare*: quæ & omnibus fidem fecit per actæ à Chriſto conſectationis ac dedicationis. Totum hoc negotium ipſe Conradus in libro de Secretis Secretotum deſcriptum reliquit, & his verbis notam certam temporis declarantibus inchoat: Anno à nato Saluatore 948. Imperatore Ottone, ſedente Agapito ſecundo, anno decimo tertio Epiſcopatûs Conradi, feſto S. Crucis in Autumno, fuit ab ipſo Chriſto Domino noſtro, & à ſuis Sanctis Angelis conſecrata Capella B. Virginis in Eremo in hunc modum. Chriſtus Dominus, &c. Marianus Atlas fusè reliquum Contadi ſcriptum proſequitur, & ſub finem addit à pluribus Romanis Pontificibus totum id eſse confirmatum, & huic loco tantam eſse conciliatam reuerentiam, vt ipſi Imperatores ſibi Theſaurarij titulum libenter acceperint. Locus hic etiamnum hodie crebris coruſcat miraculis, & totam Heluetiam rapit. Poſt hæc

## Anno mundi 4934. Chriſti 951.

GOmeſanus Hiſpanus deuotiſſimus Sacerdos, petente Gotiſcalco Epiſcopo in Aquitania, exſcripſit librum S. Ildephonſi de laude perpetuæ Virginitatis Dei genitricis Mariæ, eidémque libro præfationem adiecit, in qua continetur digna Ildephonſo laus. Tranſmiſsus autem io Aquitaniam iſte Ildephonſi liber dicitur ærâ Hiſpanicâ 989. hoc eſt, anno Chriſti 951. Hanc Gomeſani præfationem cum Hiſpanicæ æræ oota ad longum habet Baronius anno 951.

## Anno mundi 4938. Chriſti 955.

HVngarorum immenſa propemodùm copia Germaniam latè depopulata eſt, & poſt innumeras vbique ſtrages & clades, Auguſtam obſidet, coius Epiſcopus erat tunc & aderat Sanctus Vdalricus. Ille totum noctis ſpatium in oratione perdurans, ad Matrem Dei ſupplices & ſuas & populi ſui obſecrationes obtulit, quas pia Virgo exaudiit. Nam Hungari prædicti, competto Ottonis Imperatoris aduentu, timore correpti, ptimò obſidionem ſoluunt, deinde obuiam pergunt, & inito prælio à paucis militi-

ꝥus Ottonis mulra millia fundontur, franguntur, cæduntur, cæteri fugam atripiunt. Quæ victoria ingentes, tum ab Vdaltico, tum ab Ottone & ab Auguſtanis ciuibus gratiarum actiones ad Deum & B. Virginem repetiit. Rem habet fusè iu hiſtoria Saxonica Crantxius lib. 4. cap. 6. & 7. & vita S. Vdalrici apud Sorium 4. Iulij, & hanc indicat Flodoardus in Chrooico.

B Hoc vlteriùs anno Theodorus Abucaras vixit. Is fuir natione Græcus, Epiſcopus Carum, vir doctus, & ſui temporis hæreticorum fortiſſimus malleus, potiſſimùm verò Neſtoriaoorum, cootra quos ſcripſit iorer alia Diſputationem de Virgine Maria Theotôco; quam poſteà reddidit Larinè Gilbertus Genebrardus. Ita Marraccius in Bibliotheca Mariana.

## Anno mundi 4939. Chriſti 956. Ioannes duodecimus poſt Agapitum Eccleſiæ præeſt.

A AD quod tempus pertinere videtur conflagratio ſecuoda Eccleſiæ S. Mariæ Caroutenſis. Id colligi poteſt ex Demochare folio 32. literâ D. quamuis alij id referant ad annum 963. alij ad 973. Chriſti. Hoc verò incendium Sebaſtianus Roüillard in hiſtoria Virginis Carnotenſis accidiſſe dicit regnante io Gallia Lothario Rege, ſedente aurem io Carouteoſi Eccleſia Ardoino ſiue Halduino, qui mortuus eſt anno 962. vt colligitur ex Catalogo Epiſcoporum Carnotenſium io Gallia Chriſtiana Roberti. Huic incendio occaſionem dedit inreſtinum bellum inter Richardum Principem Normanniæ, & Tetbaldum ſiue Thebaldum Fallacem dictum atque litigioſum, ſiue Tricatorem. Richardus enim Thebaldum bello inſecutus Carnutum obſedit; vi cœpit & ferro flammiſque inuaſit, quæ nec Sacris ædibus pepercêre. Ioteſtioæ diſcordiæ quid non demoliuntur? Id accidiſſe Sebaſtianus præcitatus ait die quintâ Auguſti, ſacrâ Mariæ ad niues. Deioceps

## Anno mundi 4942. Chriſti 959.

A ARnulphus Marchio Flandriæ, non modico argenti pondere donauit Remeoſem Diuæ Virginis Eccleſiam, vnde arcæ, ſiue rhecæ, quibus S. Calliſti, S. Nicaſij & S. Eutropiæ cæterorúmque Sanctorum quædam pignora & membra continentut, ornatæ & coopertæ ſunt. Ita Frodoardus in Chronico.

## Ad annum autem circiter mundi 4943. Chriſti 960.

A PErtinet hiſtoria Hugonis monachi Monaſterij Deruenſis, qui cùm negligenter viueret, & ad morem canis, qui redit ad vomitum, ad mundi ineptias redire tentaret, graui morbo correptus, Spiritus malignos perpeſſus eſt: quos compeſcuit apparens benigniſſima Mater Dei, & admonuir Hagonem de meliore fruge, ſimúlque reſtituit corporis ſanitatem. Res fuſiſſimè deſcribitur apud Surium in vita S. Betcharij 16. Octobris, in qua cum dicatur Gibuinus tunc vixiſſe Catalaunenſis Epiſcopus, qui ex Frodoardo in Chronico, & ex Catalogo Epiſcoporum Catalaunenſium in Gallia Chriſtiana Roberti, viuebat ad annum 960. vix potuit ante hæc tempota eiuſmodi hiſtoria accidere: præſertim cùm Berengerius, ſiue Berengarius, qui ibidem, in vira nempe S. Berchatij, dicitur fuiſſe Abbas, non antè præfuerir, vt habetur ex Catalogo Abbatum Monaſterij Deruenſis in Gallia Chriſtiana Roberti. Ex quo patet trecentis aonis ad minimum Gononum decipi, dum ait hanc hiſtoriam accidiſſe anno 660. Poſt hæc

## Anno mundi 4947. Chriſti 964. Benedictus quintus Ioanni duodecimo, & Ioannes decimus tertius Benedicto quinto in Pontificatu ſuccedit. At

## Anno mundi 4949. Chriſti 966.

A CLaromonte in Aruernia templum Cathedtale *Beatæ Mariæ à portu*. iampridem à S. Auito illius vrbis Epiſcopo fundatum, & à Notmannis ante centuoi annos incenſum, reparatum eſt, non à Sigonio, ſed à Stephano Epiſcopo, qui hoc anno ſedem Claromontanam poſſidebat, vt ſuprà contra Spinellum oſtenſum eſt anno Chriſti 594. Quadriennio autem circiter poſteà,

## Anno ſcilicet mundi propemodùm 4953. Chriſti 970.

A SAnctus Oſualdus Vigornienſis in Anglia Epiſcopus, Monaſterium in honorem Dei genitricis in ipſa Epiſcopali ſede locauit; io quo conſtruendo, cùm lapidem quemdam impius dæmon obſideret, & ne moueretur obſiſteret, Oſualdus ſigno crucis dæmonem profligauit, facilíque poſteà negotio collocatus lapis eſt, & totum cœnobium abſolutum. Defuncti poſteà Oſualdi corpus, ad illam ipſam Deiparæ Eccleſiam dum deferretur, niuea columba expanſis alis & lento volatu proſecuta eſt cum omnium ſtupore. Habet id Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 2. cap. 2. ex hiſtoria Brauonis. Baronius in Annalibus docet Oſualdum monaſteria feciſſe anno 970. & obiiſſe aooo 992.

B Hoc adhoc anno exceſſit è vira Theodoricus Treuireoſis Archiepiſcopus, qui de laudibus Beatæ Virginis conſcripſit librum vnum. Floruit antem Mirinus Scotus, Benedictini Ordinis pius atque doctus Monachus, qui multis anois Paſſerum cœnobium ègregiè rexit: Reliquit verò præclaras Homilias de Sancta Deipara. Quæ de vrtoque habet Bibliotheca Mariana. At

## Anno mundi 4954. Chriſti 971.

A IOannes Zemiſces Imperator Orientis, adjuuante Diuâ Virgine, inſignem victoriam retulit contta Turcas, Scythas, Ruſſos, Bulgaros, alióſque Barbaros, quorum ſumma creſcebat ad oumerum trecentorum triginta millium militum. In cuius beneficij gratum ac memorem animum, loco triumphi, in curru quadrijugo

admodùm decoro, qui ipſi paratus, & impoſitis Bulgarorum & aliorum ſpolijs ornatus fuerat, Dei genitricis imaginem ſuperimponi iuſſit, ac præire triumpho, tanquam Dominam ciuitatis Imperatoriæ Conſtantinopolis, & victoriæ authricem. Ipſe verò ponè ſequebatur equo albo vectus, ſplendorémque Virginei triumphi ſuâ præſentiâ cohoneſtans. Inſuper S. Theodoro Martyri præſidi ſuo, & qui in acie viſus fuerat ex iuſſu Virginis hoſtes effundere, magnificum templum extruxit ac dotauit. Hæc omnia Cutopalata refert & Baronius ex eo. At Marianus Atlas libro 2. imagine 4. obſeruat Imaginem quam Ioannes triumphare fecit, dictam à perpetrata victoria, Nicopeiam fuiſſe, ſiue Factiuam victoriæ, eámque etiam nunc Venetijs ſeruari.

Anno mundi 4955. Chriſti 972. Donus ſiue Domnio huius nomini ſecundus, Ioanni decimo tertio ſufficitur in Pontificatu; ac deinde eodem anno Benedictus ſextus Domnioni.

QVo etiam tempore in Caſtro Ramerudenſi Comitiſſa Herſeodis, ex Hilduini filij ſui & ſuis item pecunijs, fundauit Eccleſiam & Prioratum in honorem B. Virginis, in quo & repoſuit corpus S. Balſamij Martyris. Id ſuggerit Deſguerrois in Annalibus Trecenſibus, vbi etiam ad annum 407. aduertit Herſendem & Hilduinum fuiſſe Comitatûs Arciacenſis Dominos non autem Trecenſis, multò autem minùs totius Campaniæ. Sed A

Anno mundi 4956. Chriſti 973.

MOritur Sanctus Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus, quod notat Baronius hoc anno ex Marco Velſero, cuius amorem erga Matrem Domini Caniſius libro 5. de B. Maria cap. 23. his verbis commendat: *Vdalricus inter Germanos Præſules ſub Ottone primo clàriſſimus atque Sanctiſſimus, ædem præcipuam Deiparæ Sacram Auguſtæ habuit & ornauit; ac rurſus eandem Lutholdo eiuſdem vrbis vigeſimo tertio Epiſcopo reſtituendam, cùm iam eſſet collapſa, reliquit, hunc iuuante potiſſimùm Adelhaide religioſiſſimâ Imperatrice.* Poſt hæc A

Anno Mundi 4957. Chriſti 974. Benedictus ſeptimus Benedicto ſexto ſubrogatur. Deinde

Anno mundi 4964. Chriſti 981.

QVi fuit Ethelredi Regis Angliæ tertius, vt patet ex Gallia Chriſtiana in Catalogo Regum Angliæ; ciuitas Londinenſis liberata fuit à furore Dacorum ope B. Virginis. Rem iſtam narrat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 2. n. 9. ex Henrico Hutindono. At A

Anno mundi 4967. Chriſti 984.

Ioannes decimus quartus Benedicto ſexto ſuccedit, & anno ſequente, Id eſt

Anno mundi 4968. Chriſti 985. Ioannes decimus quintus ſedet loco Ioannis decimi quarti.

A CIrca quod tempus, vt notat Demochares folio 74. literâ D. Bruno Verdenſis Epiſcopus extruxit Monaſterium *B. Virginis in Vlſſen.*

B Quo etiam tempore Vdo Magdeburgenſis Epiſcopus longè funeſtiſſimâ morte teſtatus eſt, quàm ſit horrendum beneficia à Diua Matre ſuſcepta vitæ turpitudine maculare. Acceperat à S. Deipara facilitatem ingenij, cùm eſſet naturâ tardior; eâ procurante factus erat Epiſcopus Magdeburgi, illius videlicet ciuitatis, quæ ob præcipuum *S.* Virginis cultum Parthenopolis dicta eſt; eâ denique inculcante grex ille Chriſtianus eius curæ commendatus fuerat. Poſitus in honore muneris ſui atque Virginis oblitus eſt, ſcelera ſine fræno perpetrat, & bis tertióque admonitus non ceſſat: Quare raptus ad terribile iudicium Chriſti, ſpectante Friderico Magdeburgenſi Canonico, Angelorum miniſterio capite diminutus ſuo ſacrilego cruore pauimentum infecit Eccleſiæ Sancti Mauritij, quod adhuc rubeſcere dicitur, vt eo colore Epiſcopi ſucceſſores moniti exemplo Vdonis ſibi cauere diſcant. Hanc hiſtoriam fusè ſcribit Nauclerus in Chronico, generatione 34. Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, Caniſius de B. Maria libro 5. cap. 20. vbi Ottonis Imperatoris loco ponit Henricum tertium, qui quinquaginta circiter poſt annos regimen accepit Imperij. Spinellus tractatu de exemplis n. 36. vbi rectè aduertit hanc hiſtoriam explicatè proponi in Speculo Exemplorum diſtinctione 9. n. 175. Poſt hos innumeri alij in eadem miſera Cataſtrophe locupletiùs depingenda elaborarunt.

C Hoc etiam anno, in regno Longobardiæ Marchionatûs titulo decoratus eſt Monsferratus; cuius verticem ornauerunt Principes Marchiones duobus iiſque inſignibus Monaſterijs, quorum alterum eſt *S. Mariæ de Locedio* Ordinis Ciſtercienſis, alterum *S. Mariæ in Vezulano.* Ita ex Philippo Bergomate Ferreolus Loctius lib. 3. cap. 33. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi. Verùm non erant adhuc hoc anno condita iſta monaſteria, aut ſaltem nondum erant tradita Ordini Ciſtercienſi, qui nondum erat inchoatus.

Anno autem mundi 4971. Chriſti 988.

A MIgrauit ex hac vita egregius Chriſti Sacerdos & Mariæ cultor S. Dunſtanus Cantuarienſis Epiſcopus. Cuius deuotionem in S. Deiparam dum nondum natus eſſet, *futuram* oſtendit mirabile illud ſignum, quod die Purificationis in æde B. Virginis, Glaſcouiæ in Anglia matri eum in vtero geſtanti accidit: nempe cùm ſubitò illâ die omnium extinctis candelis, delapſa de cælo fax cereum Matris Dunſtani accendit, ex quo deinde alij omnes ſuas candelas

Digitized by Google

ſdelas accenderent. *Præſentem* autem declarauit, quòd adhuc adoleſceos domunculam ſibi extruxit iuxta S. Virginis ædem, quòd ædi B. Virginis oon paucas hæreditates magno animo legauit, quòd Cantuariæ Eccleſiam B. Deiparæ fecit maiori templo contiguam, quòd in eadem Eccleſia à Beata Matre Domini honorificè ſit ſuſceptus, choro interim Beatarum Virginum hymnos dulciter alternante. Denique *conſummatam* probauit fortunata illa mors, quâ tranſiuit ad Deum, ooo tantùm inuitatus per Angelum; ſed triduanis etiam obtentis induciis, quibus commiſſo ſibi gregi, vt bonus paſtor, cæleſtem eſcam porrigeret; & de gaudiis Chriſti Aſcendentis in cælum, Sanctæque Chriſtiparæ, (quod Aſcenſionis feſtum tunc celebrabatur) aliquid erogaret. Hæc omnia conſtant ex vita Dunſtani ſcripta ab Oſbetto monacho apud Surium 19. Maij, & ex notis Baronij in Martyrologium ad eundem diem.

## Anno verò mundi 4973. Chriſti 990.

A Ciuitas & Eccleſia Remenſis dedicata Diuæ Virgini fuit à prædonibus vaſtata, Epiſcopus Remenſis Arnulphus captiuus deductus, ſacræ Deo perſonæ indigniſſimè tractatæ. Collecti Siluanecti in vnum Epiſcopi anathematis ſententiam pronunciarunt in illos prædones, inuocatâ S. Virgine. Et planè factum eſt, quod Patres imprecati ſunt, vt nempe à Deo bonis euerterentur, quos Eccleſiaſticum anathematis fulmen appetierat. Vt videre eſt apud Baronium anno 990. & apud Gerbertum io Concilio Remenſi cap. 12. & cap. 14. atque io epiſtola ad Vilderodum Epiſcopum.

B Ad hunc etiam annum refert Gononus ex vetuſto codice, id quod contigit cuidam mulieri Anglæ, quæ poſtquam blaſphemâ voce ſuam pulcritudinem pulchritudini Diuæ Virginis antepoſuiſſet, deformi leprâ conſperſa apparuit & omnibus deteſtabilis. Quæ tamen pœnitentiam agens, eâdem iotercedente B. Virgine, priſtinam recuperauit oris corporiſque pulchritudinem ac venuſtatem. Deinde

## Anno mundi 4975. Chriſti 992.

A Manaſſes Epiſcopus Trecenſis fundauit prioratum Arceſienſem in honorem Diuæ Virginis. Quam rem habet Deſguerrois io Annalibus Trecenſibus. At verò

## Anno mundi 4979. Chriſti 996.

## Gregorius quintus Ioanni Pontifici ſuccedit, tum

## Anno mundi 4980. Chriſti 997.

A Foeliciter moritur S. Adalbertus Pragenſis Epiſcopus, qui cùm adhuc infantulus iaceret, febre correptus, & morte proximâ exanimatus, veluti funerandus reputabatur: ſed voto facto à parentibus, delatus ad altare S. Virginis ſoſpes ſeruatus eſt, & ad eos labores ſeruatus, quibus, tum Polonis, tum Hungaris, zelo animarum ac verbi Dei prædicatione oon degeneſrem ſe Mariæ famulum probaret. Teſtantur hæc vitæ ipſius Acta apud Surium 23. Aprilis. Sequente autem

## Anno mundi 4981. Chriſti 998.

A Harduinus Nouiodunenſis Epiſcopus vrbem ſuam ſacrâ Virginis æde illuſtrat, inquit Ferreolus Locrius, tum in Anacephalæoſi, tum in libro 4. cap. 73. Mariæ Auguſtæ. Sed non bene vocat Harduinum 37. Epiſcopum, cùm fuerit quadrageſimus octauus, vt patet ex Catalogo Epiſcoporum Nouiodunenſium apud Claudium Robertum. Vlteriùs

## Anno mundi 4982. Chriſti 999.

## Silueſter ſecundus ſubrogatus eſt Gregorio quinto. Tum initio ſæculi vndecimi, hoc eſt

## Anno mundi 4983. Chriſti 1000.

A Conſtantia Roberti primi Francorum Regis coniux, Guillelmi Arelatenſis Comitis filia, fundauit monaſterium Piſſiacenſe in diœceſi Carnutenſi ad laudem Beatiſſimæ Virginis Matris. Id ex Belleforeſtio teſtatur nominatus paolò antea Ferreolus lib. 3. cap. 56. Mariæ Auguſtæ. Meminit etiam Conſtantiæ in Anacephalæoſi, in qua non bene ait eam fuiſſe Roberti Regis filiam.

## Anno deinde mundi 4984. Chriſti 1001.

A Monaſterium Diuitenſe, quod & Tuitienſe vocatur, in honorem B. Matris Dei, authore Ottone tertio Imperatore, & impulſore S. Heriberto Colonienſi Archiepiſcopo, ædificari cœpit, vt colligitur ex vita S. Heriberti, quam ſcripſit Rupertus Abbas Tuitienſis, & quæ legitur apud Surium 16 Martij. Dicitur enim conſilium huius monaſterij ædificandi conceptum fuiſſe in nouiſſima Ottonis in Italiam profectione, quæ hoc anno contigit, vt ex Baronio patet.

B Circa hunc quoque annum Baſilica Hernodenſis olim à Ludouico Pio Imperatore coſtructa, & à B. Badurando Epiſcopo Paderbornenſi in honorem Diuæ Mariæ dedicata, poſteà vaſtata ab Hungaris tandem reſtaurationem accepit fauore Beatiſſimæ Virginis reſtaurationem illam gemino prodigio procurantis, vt dicitur in vita S. Meinvverci apud Surium 5. Iunij n. 50.

C Sed & Caſtellum S. Mariæ, olim tenuis pagus, ſeu villa vocata Vengerleas, quod poſitum eſt in Ducatu Cameracenſi; per Ottonem Imperatorem Rauennæ degentem, hoc anno ſublimatum eſt in titulum Oppidi in Diuæ Deiparæ honorem, & ad Cameracenſium Epiſcoporum fructum. Patet id ex diplomate Ottonis, quod refert Ferreolus Locrius Mariæ Auguſtæ lib. 2. cap. 23.

D Denique vt Poſſeuinus in apparatu docet, hoc etiam anno de vita deceſſit Roſuidis, quam alij Roſuitim, alij Roſuidam nominant, quæ Saxonica fuit, genere & familiâ nobilis, culta virgi-

nitate nobilior, Sanctimonialis Ordinis Diui Benedicti, latinè ſciens & ingenio præſtans. Hæc inter alia librum compoſuit de laudibus Beatæ Virgiois Mariæ Elegiaco & Heaametro verſu incipientem: *Vnica ſpes.* At

Anno mundi 4986. Chriſti 1003. Ioannes decimus ſextus, qui & dictus eſt decimus octauus, Pontificatum init mortuo Silueſtro: Sed & paulò poſt defuncto Ioanne, alius Ioannes ſufficitur dictus decimus nonus. Cuius tempore

Anno mundi præſertim 4987. Chriſti 1004.

SYoodi frequentes tum in Italia, tum in Galliis celebratæ ſunt, in quibus inter alias multas quæſtiones, agitatum eſt de Annunciationis Dominæ noſtræ die, quæ celebrati ſolet octauo Caleodas Aprilis, ſiue 25. Martij; ſentientibus quibuſdam eam coogrueotiùs extra Quadrageſimam, more Hiſpanorum, nempe decimo quinto Calendas Iannarij, celebrari poſſe. Nihilominus aotiqua conſuetudo præualuit, vt vigeſima quinta die Martij perageretur. Docet hoc pluribus Glaber lib. 3. cap. 3. & Barooius ea eo. Porrò in Hiſpanijs etiam exoleuit vſus ille, quo, ea præſcripto decimi Toletani Concilij, Aonunciatio celebrabatur decima octaua Decembris. Vide quæ dicta ſuot anno Chriſti 655.

Anno mundi 4988. Chriſti 1005. vel certè ad hoc propemodùm tempus.

IN moote Sancto, qui eſt in Traiectenſi Diœceſi, Aufridus Epiſcopus Monaſterium eatulit in honorem S. Virginis. Quod non ſiluit Ferreolus Loctius lib. 3. cap. 105. Mariæ Auguſtæ, qui in Anacephalæoſi iſtud annectit ad annum 1008. De Aufrido autem & Mooaſterio eius ſic Miræus loquitur libello de Canonicorum Collegiis

Anno (addamus, mundi 4989. Chriſti) 1006.

AVfridus olim Comes Teyſterbandiæ, & poſteà Epiſcopus Vltraiectenſis conſtruait, prope Amorsfordiam, Monaſterium Ordiuis S. Benedicti in honorem Dei genitricis Mariæ: vitam finiit anno 1008. vel vt aliqui volunt 1009. Hæc Miræus. Sed eſt oe hoc mooaſterium aliud à præcedeoti?

Anno Mundi 4990. Chriſti 1007.

SAnctus Fulbertus, ex monacho Mooaſterij S. Petri apud Carnutum, factus eſt Carnotenſis Epiſcopus, vt Baronius babet, & Catalogus Carnotenſium Epiſcoporum in Gallia Chriſtiaoa Roberti. Huius viri magnam fuiſſe ſanctitatem, ſapientiam, virtutem, aſſerunt Glaber lib. 4. c. 4. S. Antonious titulo 16. cap. 7. §. 3. Chronicon Altiſsiodorenſe, & alij: ſed quanta fuerit in Sanctam Dei genitricem pietas, teſtantur in primis præclariſsimi ſermones, quos de Purificatione & Natiuitate B. Mariæ ſcriptos reliquit, qui & cootinentur tomo 11. Bibliothecæ Patrum pag. 34. & ſequentibus. Ea quibus Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo decimo, colligi poſſe putat ipſum Fulbertum nou obſcurè fauiſſe immaculatæ Conceptioni S. Virginis: vocat ſiquidem animam & carnem ipſius *ab omni malitia & immunditia puriſſimam*: teſtantur etiam diuerſi ſiue verſus, ſiue hymni, quibus laudes Deiparæ eaornat, inter quos hi ſunt famoſiores, & emicant magis:

*Solem Iuſtitiæ Regem paritura ſupremum,*
*Stella Maria maris, hodie proceſſit ad ortum*
*Cernere diuinum lumen, gaudete fideles.*

Et deinde:

*Stirps Ieſſe virgam produxit, virgáque florem,*
*Et ſuper hunc florem requieſcit Spiritus almus,*
*Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius.*

Inſuper:

*Aduentum Domini noſtrum ditantis honorem,*
*Sicut ſpina roſam genuit Iudæa Mariam,*
*Vt vitium virtus operiret, gratia culpam.*

Teſtantur denique inſignia illa beneficia, quibos miſericordiſsima mater illum cumulare voluit, vt dicetur anno 1028. quo obiit. Nuoc

Anno mundi 4991. Chriſti 1008.

DIſceſsiſſe dicitur ex hac vita Beatus Bernardus Sabaudus, dictus de Menton, oatus annos octoginta quinque; de quo multa Poiræus Triplicis corooæ tractatu 3. cap. 5. §. 4. n. 4. & Vincentius Charton in Calendario 15. Iunij n. 2. & Rolandus Nicel in vita eius, & ante illos vetus Breuiarium Auguſtanum, quæ plurimùm loquuntur eius in Sanctiſsimam Virginem pietatem; præſertim mirabilis illa per rupes & per abrupta loca fuga, qua, Duce Cuſtode Angelo & S. Nicolao Myrenſi comitante, ea caſtello paterno deſiliit, atque euolauit in ciuitatem Auguſtaoam ad templum matris Dei, noo aliam babiturus ſponſam, quàm S. Virginem, licet parentes eius vehementer vrgerent vt Margaritam filiam Baronis de Myolanis deſpooſaret.

Eodem anno Valeocenis peſte vehementiùs graſſante, exorata mater Domini perfectiſsimè luem illam abſterſit, vt ex libello de ea re ſcripto refert Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 62. & poſt eum Vincentius Charroo io Calendatio 8. Septembris n. 7. Ac præter tempus adijciunt modum, quo apparuit cuidam ſolitario Virgo, & fune dimenſa eſt circuitum ſupplicationis, quam vellet à populo fieri die Natiuitatis ſuæ, qui funis ab ea relictus adhuc Valencenis dicitur aſſeruati. De hac tota re vide Balinghem 8. Septembris n. 4. fuſiùs iſta proſequentem. Interim

Anno mundi 4992. Chriſti 1009. Sergius quartus poſt Ioannem Papam regimen Eccleſiæ ſuſcipit, quo tempore, hoc eſt

## Anno circiter mundi 4994. Chriſti 1011.

MOnaſterium inſigne erectum eſſe Moguntiæ refert Demochares folio 56. literâ G. & in Diuæ Virginis honorem dedicatum. Num illud fortè Epiſcopus conſtruxit? non ſatis apparet; cùm præſertim Balinghem 23. Februarij dicat, hoc anno diem clauſiſſe extremum Vviligiſmum decimum ſeptimum Archiepiſcopum Moguntinum, primum Electoratûs dignitate donatum, qui duas valuas æreas dedit Eccleſiæ S. Mariæ, quæ Moguntiæ *ad Gradus* dicitur, à Moguntinis Conſulibus & ciuibus ædificatæ. Et cum Balinghem conſentit Serarius in Moguntiacis. Putat verò Serarius inchoatum fuiſſe hoc templum circa annum Domini 988. licet fateatur præſenti anno mortuum eſſe Vviligiſmum, qui valuas prædictas appoſuit: & fortè templum dedicauit.

## Anno mundi 4995. Chriſti 1012. Benedictus octauus Sergio Pontifici ſuccedit.

QVo etiam S. Guido Anderlacenſis animam Deo reddit, poſtquam multis annis ſeruiuit Baſilicæ Lacenſis Virginis Deiparæ (quæ hodie etiamnum cultu ac miraculis floret haud procul à Bruxellis) ramis eam exornans, omniáque magno in nitore & pulchritudine conſeruans. Ita Miræus in Faſtis Belgicis 12 Septembris, rectè notans Guidonem hoc anno obiiſſe non autem anno 1112. vt Molanus eúmque ſecutus Baronius exiſtimarunt; præſertim cum id teſtentur monumenta Eccleſiæ Anderlacenſis: & Gerardus ſecundus Cameracenſis Epiſcopus, qui ipſum Guidonem è terra leuauit, obierit anno 1092. vt patet ex Gallia Chriſtiana Roberti in Catalogo Epiſcoporum Cameracenſium. Sed &

## Anno mundi 5000. Chriſti 1017.

FEſtum Natiuitatis B. Deiparæ factum fuiſſe in Gallia ſcribit Demochares folio 32. literâ E. Quod interpretor de ſolemniore in Gallia eiuſdem feſti celebritate. Non enim tunc primùm tantummodò cœpit celebrari in Gallia eiuſmodi feſtum, quod iam ab anno Chriſti 437. tum à Græcis tum à Latinis ſtudioſè coli conſueuerat, vti dictum eſt eodem anno 437. At

## Anno mundi 5002. Chriſti 1019.

BAmberga ciuitas recens ab Henrico Imperatore erecta, à Benedicto octauo Pontifice Maximo in honorem Dei genitricis Mariæ conſecrata fuit, magnâ teſtificatione amoris, & præcipui cultûs in Sanctiſſimam Dei Matrem. Ita Baronius ex fragmentis hiſtoriæ Aquitanicæ.

## Anno autem mundi 5003. Chriſti 1020.

IAm tertia vice templum Diuæ Virginis Carnutenſe flammis abſumitur, ſed hac vice vltima delapſo de nubibus fulmine. De hoc infortunio aſſerit Sebaſtianus Roulliard cap. 5. hiſtoriæ Virginis Carnutenſis; & Poiræus Triplicis coronæ cap. 7, tractatus 3. §. 3. n. 8. qui etiam addit inſigni miraculo, tum multos ciues, tum ſacrum Virginis induſium, à flammis fuiſſe illæſos, quos & ruinæ templi, & campanarum liquefactæ calore æra, & tecti plumbei deciduum guttatim metallum, vndecunque vallabant prememebántque non per paucos dies; qui tamen omnes cum ſacro Deiparæ pignore ſani reperti ſunt, magna omnium lætitia.

Factus quoque eodem anno eſt concurſus fidelium, & verò vberrimè magnus, ad Eccleſiam *B. Virginis in Tymbach*: de qua re agit Trithemius libro 1. opuſculi de miraculis B. Mariæ in Dittelbach cap. 8. vbi etiam non pauca recenſet miracula, quæ Beatæ Virginis benignitate patrata ſunt. Quod & notat Spinellus tractatu de exemplis n. 23. Fœlix autem fuit

## Annus mundi 5004. Chriſti 1021.

NAtiuitate Sancti ac Deiparæ dilectiſſimi viri Roberti, poſteà Abbatis Moliſmenſis, & Ordinis Ciſtercienſis fundatoris, quem tanto fauore Diua genitrix Dei proſecuta eſt, vt eum nondum natum ſibi deſponſari aureo annulo voluerit. Res habetur in eius vita apud Surium 29. Aprilis. Prægnanti quippe Matri eius Dei genitrix in ſomnis apparuit, & annulum præferens aureum in manu ſua dixit: *ô Ermgardis volo filium, quem geſtas in vtero, hoc annulo mihi deſponſari.* Adiecit & Beatiſſima Virgo iterum apparere mulieri, ad confirmandam promiſſionem ſuam. Natus verò Robertus, ac poſteà literarum ſtudijs imbutus, factus eſt Monachus apud S. Petrum de Cella prope Trecas, tum Prior ibidem, ac deinde Abbas S. Michaëlis apud Tornodorum, donec, diſſolutioris vitæ monachis relictis, Moliſmenſi monaſterio initium dedit anno 1073. illúdque fundauit in honorem S. Deiparæ. Quomodo autem anno 1098. dederit initium Ordini Ciſtercienſi deuotiſſimo in Virginem, dicetur ſuo loco. Interim notæ temporis, tum natiuitatis Roberti, tum fundationis Moliſmenſis, & quæ hactenus hîc dicta ſunt, habes partim in Gallia Chriſtiana ſub titulo Moliſmum, & in prædicta Roberti vita ab Odone monacho conſcripta, partim ſed fuſiſſimè apud Angelum Manrique peritum Annalium Ciſtercienſium ſcriptorem & indagatorem. Poſt hæc

## Anno mundi 5005. Chriſti 1022.

INſtituitur Ordo equitum *B. Mariæ de Stella* à Roberto Rege Francorum, die Natiuitatis Sanctiſſimæ Virginis, quam ille crebrò nominabat ſtellam regni ſui. Conſtabat hic Ordo triginta equitibus, inter quos primus, velútque caput ac Magiſter in perpetuum erat Rex Galliæ. Talis erat omnium amictus: Palliati erant damaſceno albo quem ſuffulciebat interiùs damaſcenus rubeus parumper exorbitans albúmque excedens, & mantellum faciens prope nuda colli. Ex eodem artificio ſubtus erat ſagum ad thoracem aptè inhærens & ad genua propiùs

defluens, in quo apud læuam mamillam ex arte phrygia, partim auro, partim ſerico ſubtegmine, collucebat ſtella quinque radios emittens. Torquis inſuper ſplendebat ex catenulis tribus aureis intertextus, & roſis aureis innodatus albicantibus ea arte ac rubentibus alternis. Obligabantur autem equites ſingulis diebus percurrere in honorem Diuæ Virginis Salutationum Angelicarum decades, aliáſque orationes à Rege compoſitas, vt Regi & Regno, Diuæ Virginis ac Dei fœlicem opem obtinerent. Vide ſi places, de hac re Andream Fauinum lib. 4. Theatri honoris, & Poiræum Triplicis coronæ, tract. 1. cap. 12. §. 6. n. 2. Vincentium in Calendario 8. Septembris n. 2.

## Anno mundi 5006. Chriſti 1023.

Eccleſia *S. Mariæ ad veterem capellam* erecta eſt in Collegium Canonicorum per Sanctum Henricum Imperatorem, vt ex Auentino habet Miræus libello de Canonicorum Collegijs. cap. 67. Et verò A

## Anno mundi 5007. Chriſti 1024. Non tantùm deceſſit è vita Pontifex Benedictus, eíque ſucceſſit Ioannes dictus vigeſimus.

Sed inſuper tranſijt ad meliorem vitam S. Henricus Imperator, vt Sigebertus ait in Chronico & alij communiter omnes. Eximium huius erga Deiparam ſtudium multa ſanè declarant. In primis quòd plurima, eaque magnifica templa in honorem Matris Domini curauerit conſtrui, &, ſi credimus Gotfrido Viterbienſi apud Trithemium, prope mille fundauit, licet fortè non omnia ſub nomine S. Mariæ. Inter illa tamen Spirenſe primarium, regia planè liberalitate fundatum atque Virgini dedicatum, ipſe inchoauit, Conradus perfecit. Deinde quòd in medijs etiam peregrinationibus, ſi quando vrbem aliquam ingrederetur, primam quidem noctem, precandi gratia, in illa conſumebat æde quam B. Mariæ ſacram fortè reperiebat, Romæ verò in Baſilica S. Mariæ majoris. Denique quòd in honorem Marianæ Virginitatis ſtatuerit, in coniugio ſimul cum Chunegunde coniuge ſua Virginitatis decus illibatum ſeruare. Quæ omnia referunt Surius in Henrici vita 14. Iulij. Caniſius libro 5. de B. Maria cap. 23. Spinellus cap. 35. n. 36. & alij paſſim. Quantum autem Beatiſſimæ Dei genitrici placuerit Henrici virginitas ac præſtans deuotio, ſignificauit ipſa in quadam viſione, qua cum Chriſto & innumerabili Sanctorum multitudine Henrico apparens, eundem de iuſtitia, digito in ipſum intento, laudauit, & libro Euangeliorum, Chriſto interim viſo veluti Miſſam celebrante, ad oſculandum propoſito, virginitatis eius decus coram Angelis plurimùm extulit. Rem pleniſſimè deſcribit Nauclerus generatione 34. Rurſus A

## Anno mundi 5010. Chriſti 1027.

Moritur Sanctus Romualdus, patria Rauennas, eremiticæ vitæ gloria ſublimis, cuius A vitam ſanctitate conſpicuam deſcripſit Petrus Damianus, necnon tempus mortis adſcripſit, quod & exactiùs numerat Baronius anno 1027. Ita porrò conuerſionem Romualdi Petrus Damianus ad S. Martyrem Apollinarem refert, vt etiam ſpecialiter refundat in Sanctiſſimam Dei Matrem: dicit enim ſic Apollinarem apparuiſſe & veniſſe ad Romualdum, vt de ſub altari, quod in medio Eccleſiæ ad honorem B. Mariæ Virginis cernitur eſſe conſtructum, exierit: ſcilicet quaſi miſſus à Virgine matre, vt eum ad Religioſam vitam traduceret, qui tot poſteà ſeruos ad S. Deiparam erat in Camaldulenſi, quem fundauit, Ordine adducturus.

B Inſuper Adelbandus, ſeu Adeboldus, & Adeobaldus Friſius monachus, Benedictinus è Lobienſi monaſterio, factus Epiſcopus Traiectenſis, deceſſit ea hac vita hoc eodem anno, & inter alia quæ ſcripſit, tractatum compoſuit de laude Beatiſſimæ Virginis. Ita in ſacro Apparatu Poſſeuinus: Eum vita functum anno 1026. ait Deſſelius in Bibliotheca Belgica. Sed adhuc

## Anno mundi 5011. Chriſti 1028.

A Contigit, vt bene Baronius probat, fœlix obitus magni & piſſimi viri Fulberti Carnotenſis Epiſcopi, de cuius in Deiparam amore iam dictum eſt ad annum 1007. Et hîc etiam dicendum eſt, eundem S. Præſulem, cùm Baſilicam Diuæ Virginis, ante octo annos incendio conſumptam, magnificè reſtauraſſet, & populum Carnotenſem magno animo ad obſequium eiuſdem Virginis excitaſſet, incidiſſe in morbum, quo cùm acerbiùs vexaretur, B. Deipara ſugenda vbera præbuit, & virgineo lacte immodicum ardorem temperare voluit. Hanc mirabilem amoris teſtificationem commemorat Guillerinus, & ex eo Vincentius Bellouacenſis, ac deinde Baronius, & alij. Quin etiam Vincentius libro 7. cap. 84. adhuc ſimile lactationis beneficium refert, exhibitum à S. Deipara deuoto ſibi cuidam Clerico grauiter laboranti, & ex atrociſſimo vlcere linguam, labia, dentes, turpiter depaſcente, horribiliter ſanciato: quod quia quando omninò contigerit ignorare cogimur, vt tamen non penitus intactum omittatur, obiter hoc loco tangimus. Similem adhuc, ſi non eandem lactationem, profert & explicat Petrus Damianus libro 6. epiſtolarum, epiſtola 29. de Clerico Eccleſiæ Niuernenſis ſolito per ſingulas horas Dei genitrici quotidiana laudum vota perſoluere, qui moribundus ſtatim conualuit.

B Addimus autem de Fulberto, ex Poſſeuino in ſacro apparatu, ab eo conſcriptum fuiſſe librum de laudibus Beatiſſimæ Virginis, præter hymnos, *Stirps Ieſſe*; *Solem Iuſtitiæ*; *Chorus nouæ Ieruſalem*; de quibus anno Chriſti 1007. dictum eſt, & varias Orationes. Iam

## Anno mundi 5013. Chriſti 1030.

A Sanctus Stephanus Hungariæ Rex, multis copijs bellicis à Conrado Imperatore ſine ſufficiente cauſa impetitus, rem ſuam feruenti oratione S. Virgini commendauit; vnde factum eſt, vt altera die, inſcio Imperatore, & nihil tale ordinante, ad ſingulos quoſque Duces

Imperatorij exercitûs nuntius aduenerit, adferens literas veluti à Conrado miſſas, quibus iubebantur pedem retrò referre; quod & factum eſt. Quam rem mirans Conradus, & à Stephano abſtinuit, & ſuâ illâ abſtinentiâ occaſionem Stephano dedit amplas effundendi Sanctiſſimæ Virgini Mariæ protectrici ſuæ gratiarum actiones. Hoc habet Carruitius in vita Stephani apud Surium die 20. Auguſti, & Baronius, & alij. Addunt verò ijdem, hoc etiam anno S. Emericum eiuſdem S. Stephani filium exceſſiſſe de vita, cuius in Deiparam feruentiſſimos amor non tantùm exemplo paterno accenſus efferbuit, ſed eo etiam æſtu Emericum corripuit, vt, rarâ virtute, virginitatem cum connubio coniunxerit.

B Hoc eodem anno, vt aduertunt hiſtoriæ Flandrenſes, & poſt eas Sebaſtianus Roulliard cap. 5. hiſtoriæ Virginis Carnotenſis, cæleſti igne tacta eſt Baſilica S. Mariæ Atrebatenſis, & eodem igne cremata; trepidantibus incolis ac ſubdubitantibus iſtiuſmodi incendium ideo accidiſſe, quòd Thomæ de Argentolio commiſſa nex in ciuitate fuerat.

C Contra verò in agro Sorano Petrus Reinerij vnà cum Doda Oderiſij Comitis filia, à fundamentis conſtruxerunt Eccleſiam in honorem Diuæ Virginis, quæ, labente tempore, mutata nomine eſt, & vocata Eccleſia S. Dominici Sorani: quod docet Baronius hoc anno, & fuſiſſimè refert atque explicat ex Leone Oſtienſi. Poſteà

## Anno mundi 5014. Chriſti 1031.

A FActum eſt, vt Romanus, qui tunc erat in Oriente Imperator dictus Argyropilus, deuotus erga Sanctiſſimam Virginem anno tertio imperij ſui; dum totus eſt in erigendis & exornandis Eccleſijs, antiquam Dei genitricis imaginem, quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Copronymi impij Iconoclaſtæ, demum fauſtè fœliciterque repererit, & ad cultum priſtinum ſtudioſè admodum reuocarit. Notat id Curopalates, & ex ipſo Cedrenus atque Baronius.

B Sed & Sanctus Meinvvercus Monaſterium Abdingonenſe dedicauit ſub nomine *Diuæ Mariæ* & egregie ditauit: imo etiam aliam inſuper erexit Eccleſiam, vt habetur in eius vita apud *Surium* 5. Iunij, n. 109. 110. 114. & 125.

C Refert verò Demochares folio 32. literâ E. ad hunc ipſum annum conflagrationem templi Diuæ Mariæ Carnutenſis, quam cum alijs meliùs reduximus ad annum Chriſti 1020. Ad hunc autem annum non incommodè reijcitur, quod habet Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carnotenſis cap. 9. miracolo 28. de Cancellario eiuſdem Eccleſiæ, qui, defuncto S. Fulberto, ipſe continuauit, quam ab eodem fœliciter hauſerat pietatem in Matrem Dei, multis ſalutationibus eam quotidie honorando, & obſequijs diuerſis eam magno affectu inuocando. Interim tamen diuitiæ, quibus nimiùm abundabat, in omne genus flagitij præcipitem dederunt. Quin & interficitur, & in terra prophana ſine honore à ſuis homicidis ſepelitur. Hoc verò non diu paſſa eſt Beatiſſima Virgo ſemper de ſuis ſollicita. Sed ab ea monetur Præpoſitus templi Carnutenſis, vt occiſi cadauer honeſtè ſepeliri procuret, tanquam famuli ſui. Dictum Virginis ſecuta eſt diligens executio Præpoſiti. Cadauer ſepelitur, & reliqua fiunt, vt ibidem fusè dicitur. Et quod mirum eſt, tunc etiam erupit ex ore cadaueris ramus viridis cum flore, & nimis gratâ circumquaque omnes exhilarauit ſuauitate atque fragrantiâ, licet iam à peracta nece viginti dies effluxiſſent.

## Anno mundi 5016. Chriſti 1033. Diſceſſit ex hac vita Ioannes vigeſimus, cuius in locum Benedictus nonus ſuccedit.

A DIſceſſit quoque Rex Francorum Robertus, qui dum vitam mortalem egit, multa etiam in S. Deiparam honorificè præſtitit. Atque, vt non loquar de Ordine Equeſtri S. Mariæ à Stella, de quo anno 1022. ædificauit varia monaſteria, de quibus Helgaldus in Roberti vita: vnum, inquit Aurelijs, vnum in Miliduno caſtro, vnum in caſtro Stampenſi, & Piſciaci ſupra Se- C quanam vnum, quod & ornamentis & Clericis & auro & argento honorabile reddidit, (de hoc paulò antè anno 1000. dictum eſt, & quomodo eius ædificatio ad Conſtantiam Roberti coniugem ſpecialiter pertineat) vnum item *S. Mariæ* cognomento *fabricatæ*: vnde idem Helgaldus meritiſſimè dicit, eidem Roberto Sanctam Virginem Mariam fuiſſe ſpecialiter amicam. Addit autem Scipio Dupleix in hiſtoria Franciæ, & expreſſiùs eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. A cap. 12. §. 5. n. 38. Monaſterium illud, quod Aurelijs Robertus in honorem Diuæ Virginis fundauit vocatum eſſe Monaſterium *S. Mariæ de bono nuntio*, eo quòd Robertus inibi bonum nuntium de ſalute Patris ægroti accepit. Monaſterium autem Piſciaci, dictum *S. Mariæ de campis*: cuius Baſilicam olim Idolis addictam S. Dionyſius conſecrauit, & iam nunc vetuſtate collapſam, à fundamentis innouauit & regalibus ornamentis commendabilem reddidit. Vide eun- B dem Poiræum loco citato n. 49. & tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 4. quem puto confundere Monaſterium S. Mariæ de campis Piſciaci, cum Monaſterio Pariſienſi eiuſdem nominis. Sed iſtis omiſſis alia aduertamus rurſum ædificia.

## Anno mundi 5018. Chriſti 1035.

A HErluinus Nortmanus ex nobili Danorum ſtirpe oriundus, Beccenſe monaſterium in Nortmannia, adiuuante Lanfranco Italo ædificat ac Deiparæ nuncupat; in quo ipſe, ex laico factus monachus, primus Abbas ab Herberto ſiue Heriberto Lexouienſi Epiſcopo præficitur. Ita Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 58. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi; in qua plurimùm Ferreolus hallucinatur, dum Henrico Nigro ſucceſſorem facit S. Henricum Imperatorem, qui fuit prædeceſſor tum Nigri, tum Conradi, cui Niger ſucceſſit. Præterea

## Anno mundi 5020. Chriſti 1037.

A OBijt Robertus Rothomagenſis Epiſcopus, qui ædificauit Cathedralem Sanctæ Mariæ

Eccleſiam Rothomagi, quique perſuaſit Olauo Noruegiæ Regi baptiſmum ſuſcipere, & multa alia ſanctiſſimè præſtitit. Ita Claudius Robertus in Galliæ Christianæ Catalogo Epiſcoporum Rothomagenſium. Num hic fortè eſt Rollo, de quo ſuprà anno 895. qui & vocatus eſt Robertus? Num potiùs aliquis ex ipſius poſteris, ne dicatur vixiſſe pluſquam centum & ſeptuaginta annis? Hoc poſterius probabilius eſt. Fecerit ergo antiquus ille Rollo multas largitiones Eccleſiæ S. Mariæ Rothomagenſi, non tamen grandem illam & magnificam Cathedralem Eccleſiam architectatus ſit, quam ædificauit & abſoluit poſtremus hic Robertus. Rurſum

## Anno mundi 5021. Chriſti 1038.

A PAnnoniarum ingens ſplendor S. Stephanus Rex moritur, qui in Hungariam Chriſti fidem, & regium ſuis ſucceſſoribus nomen inuexit: regiâ coronâ à Romano Pontifice impetratâ, eiuſque iuſſu in Regem inunctus, Regnum ſedi Apoſtolicæ obtulit, & innumera bona opera fecit. Dei genitricem quam ardentiſſimè venerabatur, ampliſſimo in eius honorem Albæregali conſtructo templo, Hungariæ patronam inſtituit: ab eadem viciſſim Virgine & ſæpè ſeruatus eſt, & tandem in cælum receptus ipſo Aſſumptionis Deiparæ die, quem Hungari è Sancti Regis inſtituto, magnæ Dominæ diem appellant. Hæc & plura alia in vita Stephani conſcripſit Cartuitius, quæ legitur apud Surium 20. Auguſti, & Bonfinius libro 1. decade 2. de rebus Hungaricis.

B Prætereà Achelnotus Cantuarienſis Epiſcopus, qui & Atelnotus, vel Agelnotus, aut Ægelnotus dicitur, vt patet ex Poſſeuino in Apparatu, & Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana; ſcripſit librum in laudem Beatiſſimæ Virginis, & obiit hoc quidem anno Chriſti 1038. vt docet Veſtmonaſterienſis, vt verò ſentit Trithemius anno 1040. Quo etiam anno floruit, vt Marraccius docet ſecundâ parte Bibliothecæ Marianæ, Radulphus Ardens, patriâ Pictauienſis, atque inſignis Theologus, qui Homilias octo doctiſſimè ſcripſit in Epiſtolas, & in Euangelia, quæ in præcipuis Mariæ feſtiuitatibus legi conſueuerunt. Floruit & Ioannes Garlandius Anglus, Poëta inſignis, & acutus Orator, qui edidit de Miraculis Diuæ Mariæ librum vnum, & librum alterum Epithalamij eiuſdem, quod notat prædictus Marraccius.

## Anno deinde mundi 5026. Chriſti 1043.

A SAnctus Eduardus ex inſperato eligitur & coronatur in Regem Angliæ, mortuis Cnuti Regis duobus filijs, futuris, ſi vixiſſent, in regnum ſucceſſoribus. Quod Baronius aduertit hoc anno. Fuit autem hic Sanctus non vulgari in Deiparam affectu, ad cuius exemplum, cum Editha coniuge, virginitatem matrimonio copulauit, vt habetur in eius vita, apud Surium 5. Ianuarij. In qua etiam notatur, eumdem Eduardum necdum natum, electum fuiſſe in Regem Angliæ, iuratamque fidelitatem à Regni Proceribus illi naſcituro, aliis fratribus eius natis & viuentibus reiectis: In quo Eduardi portento ſimulachrum quoddam habemus illius electionis, quâ Sanctiſſima Virgo necdum nata, iam antè electa eſt in mundi Reginam & Dominam. Deinceps

## Anno mundi 5027. Chriſti 1044. Gregorius ſextus Benedicto nono ſuccedit, atque gubernat Eccleſiam.

## Anno autem mundi 5028. Chriſti 1045.

A BRuno Herbipolenſis Epiſcopus ſanctitate & eruditione celebris, mortuus eſt, inquit Poſſeuinus in Apparatu, vbi addit eundem edidiſſe commentarium breuem in Canticum D. Mariæ. At

## Anno mundi 5029. Chriſti 1046. Clemens ſecundus poſt Gregorium ſextum præeſt gregi Domini.

A QVo etiam anno viuere deſiit S. Guido Abbas Pompoſiæ in territorio Ferratienſi, vt habent Acta vitæ eius apud Surium 31. Martij. Hunc cùm Heribertus Rauennas Epiſcopus, Religioſóſque ipſius ſeueriùs vexaret, voluit maternâ pietate ac clementiâ Beatiſſima Virgo conſolari, promittens adfuturam breui tranquillitatem, ſuúmque deinceps præſidium illis non defuturum.

B Hoc eodem anno Henricus Imperator cognomento Niger imperium adeptus, in vrbe Baſiles primarium Deiparæ templum conſtruxit, & ſede Epiſcopali honorari voluit; quòd habet Ferreolus Locrius lib. 4. Mariæ Auguſtæ cap. 53. Quamquam quod pertinet ad notam temporis vacillat ponens loco proximè citato annum adepti ab Henrico Imperij eſſe 1039. & in Anacephalæoſi eſſe 1030. cùm ſecundum communem doctrinam Authorum factus fuerit Imperator anno 1046. vt patet ex Baronio, Claudio Roberto, & aliis. Quamquam nonnulli, vt Philippus Labbe, putant adeptum anno 1039. quod etiam in Rationario temporum inſinuat Petauius, niſi fortè de regno Germaniæ, non de Imperio, loquatur.

## Anno mundi 5030. Chriſti 1047.

A ACcidit incendium Virdunenſe, in quo operâ Godefridi Lotharingiæ Ducis, deſperatione quadam commoti, propter ablatum ſibi ab Henrico Imperatore Ducatum, exuſtum eſt venerabile templum S. Mariæ Virdunenſis. De cuius templi incendio ſic Godefridum pœnituit, vt ſpontaneæ pœnitentiæ cauſa, & publicè ſe verberari faceret, & capillos tonderet. Quin etiam multa vi pecuniæ curauit reſtituendam Eccleſiam, & in ipſo cœmentario opere ad inſtar mancipij ſeruiens, dignum Chriſtianæ humilitatis omnibus reliquit exemplum, quod imitentur & prædicent. Hæc Baronius, Sigebertus, Hermannus, dicunt hoc anno eueniſſe, Lambertus anno 1046.

Sed & eodem anno 1047. vt Baronius ſentit, B & volunt Acta apud Surium 24. Septembris, reliquit hanc miſeriæ vallem martyrio ornatus Sanctus Gerardus Chanadienſis Epiſcopus deuotiſſimus in Deiparam, in cuius honorem pulcherrimam aram erexit, ante quam in thuribulo argenteo perpetuum thymiama duo prouectæ ætatis & ſanctæ vitæ viri adhiberent. Singulis Sabbatinis diebus Officium lectionum nouem de B. Maria, vt in die Aſſumptionis, ſolemniter ſoluebat. Quotidie bis ad eum locum ſe conferre eum proceſſione ſolebat. Alia perficiebat quamplurima in cultum B. Virginis, cuius ob amorem, ſi quid nonnunquam rogabatur, imò quicquid non malum rogabatur, pleniſſimè atque liberaliter concedebat. Et Hungaricam gentem, reuerentiæ causâ abſtinere docebat à pronunciando nomine auguſto *Mariæ*; ſique caſu nomen hoc prolatum ab aliquo audiebatur, flexo poplite volebat omnes ad terram ſe ſe protinus inclinare; quod communiter in Hungaria fiebat, vbi nunquam aut rarò in vulgaribus colloquijs Mariam nominabant, ſed loco Mariæ Dominam noſtram appellabant: quod & hodie etiamnum apud illam gentem in vſu eſſe dicitur. Et verò non eſt omittendum hoc loco quod Marraccius habet Bibliothecæ Marianæ parte primâ, nempe Gerardum dictum eſſe Sagredum, & patriâ Venetum, ex antiqua atque nobili Sagredorum familia exortum; quem Carmelitæ ſuum, ſuum Benedictini, ſuum & Paulini Eremitæ, extitiſſe contendunt. Plurima item compoſuiſſe de Prærogatiuis S. Virginis Opuſcula, librum da Laudibus, variósque Sermones. Aſt

## Anno mundi 5031. Chriſti 1048. Damaſus hoc nomine ſecundus Clementi Pontifici mortuo ſufficitur.

QVo etiam anno Sanctus Odilo Cluniacenſis Abbas ſuum diem obiit Siluiniaci, vt A habetur in eius vita a Petro Damiano conſcripta, apud Surium 1. Ianuarij. Huius in Deiparam affectus, primùm quidem in eo apparuit, quòd cùm à Choro cantaretur: *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti Virginis vterum*: in terram ipſe ſeſe proſternebat magno admodùm pietatis ſenſu: deinde in diuerſis quos ſcripſit, tum Sermonibus, tum Hymnis de B. Virgine, qui tomo 10. Bibliothecæ Patrum paginâ 613. & ſequentibus leguntur: in quorum tertio, qui eſt de Purificatione hæc de Virgine fundit: *Erat pauper terrenâ poſſeſſione, ſed plenâ cæleſti benedictione. Erat progenita ſtemmate regali, ſed pauper adeo ſtipendio temporali. Pauper rebus, referta diuinis muneribus. In tantum pauper, vt agnum qui pro peccato offerebatur non haberet. In tantum dives, vt agnum peccata mundi tollentem, ſalnâ virginitate generare poſſet, &c.* Et ſermone 4. quo de Incarnatione Domini agitur: *O quanta qualiſque ſtella Dei genitrix, & ſemper Virgo Maria extitit! Ex qua illa claritas, illa lux, illúdque lumen Verbum caro factum ad nos proceſſit, &c.*

Eodem hoc anno Chriſti 1048. Rex Nauarræ B Garcias inſtituit equeſtrem Ordinem *S. Mariæ à Lilio*, vt aduertit Andreas Fauinus lib. 3. hiſtoriæ Nauarræ; & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 3. Cuius inſtitutionis cauſa fuit, tum reperta hoc anno Naiaræ imago B. Virginis peramabilem filiolum ſuum in vlnis geſtantis, atque ex lilio erumpentis; tum valetudo Regis recuperata ad pedes huius imaginis: vnde & Garcias ſplendidam, eo loco ædificauit Eccleſiam, in qua maxima ex parte Nauarræ Reges ſepulti ſunt. Coaluit autem hic Ordo initio ex 38. Equitibus nobiliſſimis Regni & familiâ nomine que antiquiſſimis; quorum habitus talis erat. Geſtabant ad pectus factum operé phrygio lilium ex argento: in præcipuis autem ſolemnitatibus præter duplicem torquem eúmque ex auro, & intertextum ouali, geſtabant lilium aureum vermiculatum albo, erumpens quadamtenus ex plano ſcuto ac ferreo literam M auream coronatam, primariam ſcilicet nominis Mariæ. Quotidie verò tenebantur, tanquam diurno penſo certum numerum perſoluere Salutationum Angelicarum.

## Anno mundi 5032. Chriſti 1049. Leo nonus natione Gallus, & ſanctitate conſpicuus, poſt Damaſum fit Papa. Cuius temporibus, & præſertim Anno Mundi 5033. Chriſti 1050.

A FLorebat & miraculis & virtute S. Robertus Aruernenſis, primus Abbas monaſterij, cui *Caſa Dei* nomen inditum eſt. Huius deuotionem in Sanctiſſimam Dei Matrem, ſermo ille indicat, quem de B. Virginis Annunciatione habuit, & in quo paralyticam mulierem priſtinæ ſanitati reſtituit: indicat item ſocij qui ſe ad ipſum aggregauit deuota peregrinatio ad Beatam Mariam Anicienſem ſuſcepta in voluntate & ex voluntate Roberti; vt videri poteſt in vita eiuſdem Roberti apud Surium 24. Aprilis.

B Florebat quoque in Monaſterio Cauenſi Sanctus Leo, huius loci ſecundus Abbas, qui tantæ fuit puritatis, vt diſcipulorum, quos plurimos in Religioſæ vitæ rebus inſtituit, publico teſtimonio, Sanctiſſimam Dei Matrem orationis tempore videre meruerit. Quod habet Surius in vita eius 12. Iulij.

C Vlteriùs hoc eodem anno delata dicitur ab Angelis à cælo; non ſine pergrata melodia, in Prioratum Vvauerenſem Ducatûs Brabantiæ, capſa quædam ab ipſis Angelis fabricata, & variis ornata reliquijs, nominatimque parte quadam Dominicæ crucis, & filo quincubitali inconſutilis tunicæ, itémque particulâ Zonæ Marianæ, acu, forfice, & ſacris alijs eiuſdem Ipſanis; Quam capſam *Vvauerenſis Dominæ* ideo appellarunt, quòd loci nomen ad id adhortaretur. Atque hanc ab hoc prædicto anno 1050. ad annum 1566. quo hæreticus furor eam flammis conſumpſit, & prodigijs effulſiſſe, & peſtem per vrbem bacchatam compreſſiſſe, ac demum tranquillitatem animorum ſedatis diſcordijs adduxiſſe, teſtatur Brabantina hiſtoria, ex eaque Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 24. Iunij.

D Inter Scriptores autem, qui B. Virgini laborauerunt, ad hunc annum Hippolytus Marrac-

Digitized by Google

cius enumerat Landenulphum Capuanum, Ordinis S. Benedicti, Monaſterij Caſſinenſis, qui Dialogum ſcripſit, Chriſti, Mariæ, & Benedicti, ad Iuſtos atque Peccatores. Quod idem teſtatur Arnoldus Vvionius in Ligno vitæ, lib. 2. cap. 71.

## Anno autem circiter mundi 5034. Chriſti 1051.

A EVeniſſe videtur, quod habet Surius in vita S. Leonis noni, 10. Aprilis n. 8. de mira quadam viſione animarum in purgatorio detentarum, quæ in ædem Diuæ Virginis confluebant, vt pœnarum remiſſionem fœliciter aſſequerentur.

B Ad hunc quoque annum pertinere propemodùm poteſt, quod apud Surium 12. Iulij complectitur vita S. Ioannis Gualberti fundatoris Ordinis Vallis Vmbroſæ, de morte Florentij monachi: qui cum æger in lecto decumberet, & præſente Gualberto Satanam ſibi apparere diceret, è cuius ore vaſta flamma, & e naribus fumus ſulphureus funderetur. Gualbertus arreptâ cruce, quam æger tenebat, Satanam effugauit, quo eiecto, ſtatim ægro apparuerunt S. Maria, ſanctique Petrus & Benedictus, in quorum amiciſſimo ſinu prædictus Florentius animam exhalauit. Ipſe verò Gualbertus poſteà ſenio fractus mortuus eſt anno Chriſti 1073. & humatus in Eccleſia Monaſterij Paſſiniani prope Florentiam.

## Ad annum verò mundi 5036. Chriſti 1053. vel certè non hinc longè.

A INcidere videtur pretioſa mors Marini fratris Petri Damiani, quam fusè ipſe Damianus lib. 2. epiſtolarum epiſtolâ 14. deſcribit. Se ſe Marinus olim adhuc iuuenis magnâ deuotione B. Deiparæ veluti mancipium tradiderat, ſoluebàtque quotannis certi pretij annuale tributum in ſignum ſeruituris. Moribundus ille iacens in lecto S. Virginem aſpexit, quæ in gaudia cæli deduxit exultantem. Hæc pluribus enarrat Damianus loco prædicto, ſiue quod idem eſt opuſculo 33. cap. 4. Addit verò Damianus in eodem opuſculo hiſtoriam Baſſi Burgundionis, qui profectus ad S. Mariam de Podio, ſiue Anicienſem, in itinere ægrotauit atque obiit: cuius animam cùm rapere dæmones tentarent, & ad tartara detrahere, prohibuit B. Virgo, & de crimine conuictam iuſſit ad corpus remeare, crimen pœnitentia diluere, atque inſuper ad ſe poſteà confeſtim redire ad vitæ ſempiternæ ineffabiles delicias poſſidendas.

B His quoque temporibus idem Damianus opuſculo 34. ſiue, quod perinde eſt, lib. 3. epiſtola ſeptima, ſcribebat de quodam monacho, qui quotidie tranſiens ante altare B. Virginis, ſolebat dicere Antiphonam iſtam: *Gaude Maria Dei genitrix Virgo immaculata, gaude quæ gaudium ab Angelo ſuſcepiſti, &c.* Quadam autem die audiuit vocem ea altari procedentem in hunc ſenſum: *Gaudium mihi annunciaſti, gaudium tibi eueniet.* Præterea de muliere quadam, quam Beatiſſima Virgo, ſuis ad Deum fuſis precibus, in peruigilio Aſſumptionis ab ignibus Purgatorij, quibus detinebatur, cum multis aliis eripuit. Iam verò non hinc longè, ſi non,

## Anno mundi 5037. Chriſti 1054.

A MOrte vitam finiit Hermannus Contractus, vt habetur ex Bellarmino libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Arnoldo Vvionio libro 5. ligni vitæ cap. 105. aliiſque, & colligitur ex Chronico eiuſdem Hermanni. Fuit autem Hermannus appellatus Contractus, quòd omnibus membris corporis iam inde ab infantia captus eſſet: cùmque enixiùs deprecaretur Deiparam pro conſequenda valetudine bona; illa per viſum apparuit, poteſtatémque fecit valetudinem eligendi aut ſcientiam Scripturarum. Hermanno demum ſapientiam præoptanti, tanta infuſa eſt ingenij vis, vt neque in Theologia, neque in Philoſophia, Aſtronomia, Muſica, Poëſi, vlli eſſet ſecundus. Quin etiam Latinæ Græca, Hebrææ, & Arabicæ linguæ facultatem, tanquam vernaculæ, callebat. Compoſuit inſuper varios eruditos libros, necnon & deuotas illas Antiphonas ab Eccleſia receptas: *Salue Regina mater miſericordiæ, &c.* & *Alma Redemptoris mater, &c.* vt fidem facit Henricus Caniſius in præfatione operum Hermanni Contracti, quæ habentur tomo 11. Bibliothecæ Patrum pagina 273. & fuſiſſimè quem ſuperiùs citaui Arnoldus Vvionius. De quibus antiphonis pulchra notat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 9. §. 9. n. 11. & Spinellus cap. 39. de Deipara. De ipſo verò Hermanno & ingenio diuinitus adaucto agit Trithemius libro 2. de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap. 84. Naucletus generatione 36. Petrus Caniſius libro 5. de B. Maria cap. 13. & alij innumeri.

## Anno mundi 5038. Chriſti 1055. Victor ſecundus Leoni nono ſubrogatur, tum Anno mundi 5039. Chriſti 1056.

A IN Gamugenſi, ſiue Gamuguenſi monaſterio reſtituta eſt, ante paucos annos exploſa, conſuetudo recitandi Officij Diuæ Virginis: hac enim omiſſa, militaribus rapinis & incurſibus monaſterium infeſtabatur, qua reſtituta pacificè omnia ſe ſe habuerunt. Deſcribit iſta Petrus Damianus lib. 6. epiſtola 31. Et hinc ortum eſt, vt Officium B. Virginis, non à monachis tantùm & Clericis, ſed à laicis quoque viris atque mulieribus frequentaretur.

B Sed & hoc adhuc anno, Albericus monachus Caſſinenſis cœnobij, & Cardinalis, qui contra Berengarium grauiſſimè ſcripſit, ſcripſit etiam librum de virginitate S. Mariæ; & de eiuſdem Aſſumptione tres ſermones. Teſtis eſt Poſſeuinus in Apparatu. Teſtis item Marraccius in Bibliotheca Mariana claruiſſe hoc anno Alphanum Salernitatum Archiepiſcopum, Caſſinenſem olim Monachum, ſanctitate atque doctrina conſpicuum; atque inter alia quæ ſcribendo dedit in vulgus, Carmen ediditſe de Virgine ad Ieſum loquente.

Anno autem mundi 5040. Chriſti 1057. Stephanus decimus, poſt mortuum Victorem ſecundum, in Pontificem eligitur.

AD hæc tempora, eum Petro Damiano florebat & coæuus eius Petrus Portuenſis egregius Abbas, qui nobili ea Rauenna familia genitus, doctus, & Sacerdos, votum de vitata tempeſtare perſoluens, Diuæ Mariæ Virgini in portu Rauennati ædem & cœnobium extruait, quod à loco Portuenſe cœnobium eſt appellatum. Ita Hieronymus Rubeus de rebus Rauennatum lib. 5. & ea eo Bonifacius in hiſtoria virginali lib. 2. cap. 8.

Leofricus quoque, oobilis in Anglia Comes, Leofvvini Ducis filius, hoc anno ſepultus eſt in Couentrenſi Monaſterio, quod ipſe in Anglia ædificauerat cum Godina cooiuge, & B. Virgini, cui plorimùm erat ipſe deuotus, cooſecrandum curarat. Ita ex Rogero de Houeden Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 68. Mariæ Auguſtæ, & ui Anacephalæoſi.

Anno deinde conſequente mundi 5041. Chriſti 1058. Nicolaus ſecundus, loco Stephani per mortem ſublati, Eccleſiam gubernat. Triennio pòſt

Anno ſcilicet mundi 5044. Chriſti 1061. Alexander ſecundus Nicolao ſecundo ſufficitur.

HVius primo anno, Remigius præſtantiſſimus Epiſcopus Doixceſtrenſis vrbis in Angliæ Inſula, Monaſterium. *Noſtræ Dominæ de Stovv*, id eſt de loco, couſtruit; cuius poſteà monachi denique tranſmigrarunt in locum Egnesham. Quod docet Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 51. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi, ex Vvillelmo Malmeſburienſi & Rogero de Houeden.

Anno autem mundi 5046. Chriſti 1063.

EInhamenſe iuxta Aldenardam in Flandria Monaſterium, quamuis inehoatum anno Chriſti 1005. à Godefrido Duce Lotharingiæ: tamen anno 1033. penitus eaciſum, reſtauratorem hoc anno habuit Balduinum Lilanum, quem Ferreolus Locrius auctorem appellat lib. 3. cap. 83. Mariæ Auguſtæ & io Anacephalæoſi, addens eſſe dicatum ad honorem *Diuæ* Virginis. Poſteà

Anno mundi 5047. Chriſti 1064.

CAmeracenſis Eccleſia Diuæ Mariæ conſecrata, iterum miſero caſu conflagrauit; ſed breui reſtituta eſt in antiquum ſplendorem, vt referunt Annales Hannoniæ, & ea illis Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carnotenſis, cap. 5. ſiue in Parthenia.

Nec longè ab his temporibus accidiſſe videtur, quod de quodam Andrea Romano continet vita S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis apud Surium 4. die Decembris. Ille enim Andreas deootus io S. Cæſarium Martyrem, liberioris tamen vitæ, ægritudine captus, denique mortuus eſt, & ad Chriſti raptus tribunal ſubiturus erat Tartarum. Verùm clientem miſertus Cæſarius Iudicem exorauit, cui ſe deprecatricem S. Virgo adiungens, filium ſuum ad miſericordiam erga miſerabilem peccatorem facile inclinauit. Itaque redditus eſt vitæ Andreas, pœnitentiam de anteacta vita fecit, & paulò pòſt tranquillè ſimul atque fœliciter in Domino obiit. At

Anno mundi 5048. Chriſti 1065.

ADela filia Roberti Siciliæ Regis, coniux Balduini Pij, Flandriæ Comitis, in laudem glorioſæ Virginis fundauit Monaſterium Meſſenenſe, vbi & ſacrum Religionis velamen marito orbata ſuſcepit. Sic in faſtis Belgicis Miræus 5. Iulij. Gazetus item in hiſtoria ſacra Flandriæ, & Vincentius Charron 22. Ianuarij. Pleniùs autem hoc ipſum tractant & explicant ſequentes authores. Et quidem is ipſe Miræus in alio loco, nempe in Chronico Belgico ad annum 1060. memorat ab Adela, Balduini quinti Flandriæ Comitis vxore, in municipio Meſſenenſi nobile triginta Virginum Monaſterium & duodecim Canonicorum Collegium fundatum fuiſſe; quod in honorem Beatæ Deiparæ factum ab ea teſtatur Buzelinus in Annalibus Gallofrandricis, ex eóque Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 21. Septembris: Et eà quidem occaſione; quòd Landericus Comitiſſæ Dapifer vehementer ægrotus ſanatus eſſet quodam in loco, in quo non multò antè tres Paſtoritiæ virgines ſollicitatæ ad ſtuprum à ruſticis, oratione ad Deum fusâ mortuæ ſunt, & ab Angelis ibidem ſepultæ. Eo enim in loco Adelæ placuit Virginum Reginæ, vbi hoc reſciuit, ædificium prædictum fundare, & poſt coniugis mortem vitam in eo tranſigere. Fuit autem Adela non vna tantùm aut altera vice admonita à *S. Deipara* in ſomnis ipſi apparente, vt partem ligni Crucis, quam ſedulò quidem, ſed occultè ſeruabat, omnibus adorandam propalaret; quod demum effectum eſt, vt fuſiùs enarrant prædicti authores & præſertim Touſſanus. In Adela autem impingit Ferreolus Locrius, dum eam vocat filiam Regis Francorum, non Regis Siciliæ. Intereà

Anno mundi 5049. Chriſti 1066.

MOnaſterij Lirinenſis regimen ſuſcepit Aldebertus Abbas huius nominis ſecundus, vt notat Galliæ Chriſtianæ ſcriptor Claudius Robertus. Ab Aldebetto autem conſecrata dicitur ad hoorem Virginis Eccleſia quædam, in territorio Inſulæ Lirinenſis, quæ Eccleſia communiter vocatur *S. Mariæ de Pietate*. Habet id Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 39. Verùm

Anno mundi 5050. Chriſti 1067.

DEmochares in tractatu de Miſſa pagina 23. litera M. ait in Diœceſi Nouiomenſi cele-

bratum hoc anno fuiſſe feſtum Annunciationis *B.* Mariæ, & ſolemni titu à populo propensè honoratum. Quod interpretot vel de ſolemni extraotdinatio ritu; qui tuoc ex imperio Epiſcopi adhibitus fuit; vel certè de mutatione diei; vt quod hactenus fortè ibi factum fuerat in meoſe Decembri more Hiſpanico, tandem menſe Martio fuerit celebratum.

B Sed & in Normannia templum *S. Mariæ in Gemetico*, ſiue Gemeticenſe, à Guillelmo Anglorum Rege hoc anno conſtructum eſſe, ac Virgini Matti pet Mauritium Rothomagenſem Archiepiſcopum menſe Iulio conſecratum, docet Ferteolus Locrius lib. 4. cap. 78. Mariæ Auguſtæ, & in Aoacephalæoſi. Sed quodnam ſit hoc templum difficultas mihi eſt, cùm Monaſterium Gemeticenſe dedicatum ſit Diuo Petro, vt patet ex Claudio Roberto initio Catalogi Archiepiſcoporum Rothomagenſium; qui vlteriùs de Mautitio, quem & Maurilium appellatum fuiſſe inſinuat, ait ab eo dedicatum fuiſſe Cathedralem Eccleſiam Calendis Iulij anno 1067. quæ Cathedralis Eccleſia Diuæ Mariæ eſt dedicata, vt dictum eſt annis Chriſti 895. & 1037. An verò prætereà ſit aliqua S. Virginis Eccleſia in Gemetico, ſiue in peoioſula illa quæ velut Gemma io Sequanam ſe extendit, probabile quidem; ſed hactenus mihi incompertum eſt. Hoc itaque omiſſo. Rurſum

## Anno mundi 5053. Chriſti 1070.

A MOnaſterium Admontenſe in honorem Diuæ Virginis fundatut à S. Gebehardo. Quod docent Acta vitæ eius apud *Surium* 26. Iunij n. 8. Et vita S. Othonis 2. Iulij n. 48. In qua etiam vita lib. 3. n. 29. punitio quædam diuinitus accidit in violatorem feſti Aſſumptionis.

## Anno autem mundi 5054. Chriſti 1071.

A EVertitur Londini templum *B. Virginis ab arcubus*, quæ euerſio accidit ex oborta ſæua tempeſtate, quâ, præter illud templum, adhuc pluſquam ſexcenta ædificia in terram proſtrata ſunt ingenti animorum conſternatione. Quæ omnia teſtatur Vvillelmus Malmeſburienſis lib. 4. de Geſtis Regum Angliæ in Vvillelmo ſecundo. Et Poiræus ex eo Ttiplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 66.

## Anno deinde mundi 5055. Chriſti 1072.

A MIgrat ex hac vita Petrus Damianus in Monaſterio S. Matiæ, quod *foris portam* noncupatur, prope Faueotiam. Sic docet Baronius cum multis ad hunc annum. Ioannes verò monachus ſcriptot vitæ Petri, eundem ibidem ſepultum affirmat, & prætereà addit, Petrum ipſum cuidam Abbati apparentem gloriatum eſſe de loco ſepulturæ ſuæ, ſeque appellaſſe D. Virginis domeſticum, cubiculatiúmque. Quantâ verò fuerit, dum viueret, deuotione in Virginem, abundè oſtendunt, qoos de Annunciatione, Aſſumptione, Natiuitate B. Mariæ, reliquit Sermones: Io quibus, cùm multa habeamus quæ Deiparæ maieſtatem, bonitatem, & diuitias, repræſentent, tum etiam oon pauca, quæ immaculatæ Conceptioni plurimùm ſane faueot. Sermooe de Annunciatione ſic ait: *Germinat ergo virga Ieſſe de tortuoſa radice generis humani; & de Patriarcharum arbore in altitudinem & rectitudinem erumpens, omnem ignorat nodoſitatem, foliorum tenebras neſcit, ſruticoſa quæque non habet.* Et Sermone de Aſſumptione: *Caro Virginis ex Adam ſumpta maculas Adæ non admiſit ſed ſingularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuerſa eſt.* Alia adhuc videre potes ex Petro deſumpta, quæ Salazarius expendit de Conceptione cap. 42. ſæculo 11.

B Hoc prætereà tempore Ainardus, Diuenſis Abbas, Ordinis S. Benedicti, natione Theutonicus, vir religione ac multiplici peritiâ pollens, edidit, ſicut poſt Ordericum teſtatur Bibliotheca Mariana, Dulciſonos Cantus Antiphonarum atque Reſponſoriorum de intacta Virgine Maria; quæ nobis peperit Saluatorem ſæculorum.

## Anno mundi 5056. Chriſti 1073. Hildebrandus ex monacho Cluniacenſi electus Pontifex eſt, & loco Alexandri ſecundi Eccleſiæ præſidens, dictus eſt Gregorius ſeptimus.

A SIngulari fuit in B. Virginem pietate, fiducia, cultu. Quod non magis declarat Diaconia *S. Mariæ in porticu* dicta, inſtaurata & conſecrata ab ipſo in antiquo foro Romano; quam illuſtris illa epiſtola 47. libri primi, in qua ſalutaria monita tradit Mathildi filiæ Beatricis Tuſciæ Duciſſæ, integerrimæ fœminæ; inter quæ, hæc præcipuè inculcat: *Inter cætera,* inquit, *quæ tibi contra principem mundi arma, Deo fauente contuli, quòd potiſſimum eſt, vt corpus Dominicum frequenter acciperes, indicaui: Et vt certa fiduciæ Matris Domini te omninò committeres præcepi.* Et paulò pòſt: *De Matre verò Domini cui te principaliter commiſi, & committo, & nunquam committere, quouſque illam videamus vt cupimus, omittam; quid tibi dicam? Quam cælum & terra laudare, licet vt meretur nequeant, non ceſſant. Hoc tamen procul dubio teneas, quia quantò altior & melior ac ſanctior eſt omni matre; tantò clementior & dulcior circa conuerſos peccatores & peccatrices. Pone itaque finem in voluntate peccandi, & proſtrata coram illa ex corde contrito & humiliato lachrimas effunde: inuenies illam, indubitanter promitto, promptiorem carnali matre, ac mitiorem in tui dilectione.* Hæc ille

B Sed hoc etiam anno Moliſmenſe cœnobium in B. Virginis Mariæ obſequium conſtruxit S. Robertus Abbas. De qua re vide, ſi lubet, quæ dicta ſunt anno Chriſti 1021. litera A. Et inſuper aduerte quòd

## Anno mundi 5057. Chriſti 1074.

A ALduinus, Elfvvinus, ac Remifreidus, Merciorum monachi in Norrymbriam diuinitus miſſi, celeberrimum cœoobium D. Virgini Ebo-

raci erexerunt. Quod notat ex Rogero de Houeden Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 70. Mariæ Auguſtæ, & io Anacephalæoſi; vbi etiam addit, eodem tempore ad eiuſdem Deiparæ gloriam ab ijſdem monachis aliud Duoelmi ædificatum fuiſſe. At

## Anno mundi 5058. Chriſti 1075.

SAnctus Anno Colonienſis Epiſcopus euolauit ex hac miſera vita. Ita Sigebertus, Lambertus, Baronius, & alij. Monaſterium autem quod dicitur *ad Gradus*, prædictus Anno in honorem Sanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ, iactis fundamentis extulit, conſecrauit, prædiis dotauit, triginta Canonicis muniuit, ac denique ſepulchrum in eo ſibi delegit. In agone mortis poſitus Reginam cæli frequenter inuocauit, illius curæ Colonienſem vrbem iterum atque iterum commendauit: *Succurre*, inquiens, *ſuccurre Maria Coloniæ per ſingularem Miſericordiam tuam te obſecro, &c.* Quæ omnia oſtendunt, quàm ardenti pectore æſtuaret in D. Virginem; & parent ex Actis vitæ eius apud Surium 4. Decembris lib. 1. cap. 16. &c.

Hoc eodem anno, Henricus Epiſcopus Spirenſis dilapidatis bonis Spirenſis Eccleſiæ dedicatæ Diuæ Virgini; iudicio diuino correptus ac morte punitus, tanquam qui multa mala in Sanctam & glorioſam Virginem Deiparam operatus eſſet, ſubitò interiit. Ita ex Lamberto Baronius anno 1075.

Ad quem etiam annum refert Gononus io Chronico B. Deiparæ, id quod contigit in Sanctimoniali quadam, quæ io ſtuprum prolapſa eſt, & iam intumeſcente aluo, ad Beatam Virginem confugit, emeodatiooem proponens, ſimúlque exoraos vt pia Mater honori ſuo conſuleret. Quod & factum eſt mirabili ſanè virtute. Nam poſt orationem detumuit vterus, vnde & ipſa ad præſtanda, quæ promiſerat pœnitentiæ opera, tarda ſanè non fuit. Hæc ille cui oon diſſimile facinus, ſi non eſt prorſus idem, deſcribit Bellouacenſis Vincentius libro 7. Speculi hiſtorialis cap. 86. de quadam Abbatiſſa, quæ violato voto cùm gereret fœtum, & infamiam iam inde erumpentem, querelásque ſuarum ad Epiſcopum factas vereretur: ſupplex accidit ad Virginem Matrem, & obtinuit quidem vt detumente aluo ab infamia exiſteret immunis: ſed ita aluus detumuit, vt Virgine ipſi ſpectabiliter appareote comitatâ binis Aogelis, enixa ſit puerum, quem iuſſu Deiparæ illi Aogeli detulerunt ad Eremitam ſeoem noo longè commorantem, vt illum enutriret & ſeptennio educaret. Quæ res poſteà, mirà ſinceritate ab loci Epiſcopo nota, effecit; vt ſepteonem illum puerum in ſuam clieotelam admitteret, & iis ornaret tum virturum augmentis, tum diſciplinarum; quibus ſicut contigit, digniſſimus eſſet qui ſuccederet Epiſcopo. Hæc Viocentius oullam temporis notam addens. Qoi eodem prætereà libro cap. 85. rurſum ſine nota temporis deſcribit mulieris partum, quam Deipara Virgo piè precibus inuocata deprehenſam ioter æquoris floxum ac refluxum, oon loogè à fano S. Michaelis in Normandia, ita cortinâ cinxit, vt, velut in conclaui poſita, ipſa nec ab aqua circumſtante humectata fuerit, nec puer quem ſic interclusa ioter vndas peperit, vlla ratione offenſus: ſed vterque demum, reſorbente ſe fluxúmque reuocaote Oceano, io conſpectu omnium incolumis manſerit.

Habet & hoc inſuper anno Atlas Marianus lib. 2. imagine 12. Templum *S. Mariæ de Madia* in Italiæ vrbe Monopoli erectum fuiſſe a Romualdo Epiſcopo, mirâ Virginis liberalitate; quæ trabes obtegendo templo idoneas opportuoè per mare miſit ad preces Romualdi. Quas inter trabes reperta eſt pulcherrima Virginis imago principali aræ templi recentis maximè idonea: quæ ibidem affixa, ac poſtmodùm, ne Officio diuino turbatio aliqua crearetur ob prodigia ex illa imagine erumpeotia, refixa, atque aliò tranſlata, plurimis celeberrima miraculis facta eſt. Verùm

## Anno mundi 5059. Chriſti 1076.

LAodricus Epiſcopus Mariſcooenſis vnà cum Hebuioo Lugdunenſi Archiepiſcopo & Hugone Epiſcopo Dienſi, conſecrauit Eccleſiam Collegiatam Bellijocenſem S. Mariæ dedicatam, rogantibus Berardo & Humberto eius filio priocipibus Bellijocenſibus ac fundaroribus. Ita ex Iacobo Seuertio Miræus libello de Canonicorum Collegijs, cap. 85.

Baſilica quoque Diuæ Virginis Cameracenſis antè incendio vaſtata, per Epiſcopum Gerardum huius nominis ſecundum reſtituta hoc anno fuit; vt habet Ferreolus Locrius io Anacephalæoſi. Ipſe verò Gerardus poſteà obiit anno 1092. vt aduertit Claudius Robertus in Caralogo Epiſcoporum Cameracenſium in Gallia Chriſtiana. Sed &

## Anno mundi 5062. Chriſti 1079.

DIuæ Virgiois Aquicinctioæ io Arteſia cœnobium, per Gualterum atque Sohirum nobiles Duacenos fundata eſt in ioſula quæ dicitur Aquicinctus. Hoc docet Sigebertus in Chronico manuſcripto quod habetur & cooſeruatur Aquicincti; & Maſſæus lib. 13. Chronici; & poſt hos Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 85. Mariæ Auguſtæ, & io Anacephalæoſi. Pariter verò

## Anno mundi 5063. Chriſti 1080.

LIncolniæ in Anglia, magnifica in honorem S. Mariæ Baſilica ædificata eſt à Remigio Epiſcopo, in qua cùm inſignem Canonicorum multitudinem bonis ſtipeodiis fundaſſet, pridie dedicationis eiuſdem Baſilicæ repeotino funere ſublatus eſt, & ſucceſſori ſuo Roberto Bloëto iſtius conſecrationis ceremooiam peragendam reliquit. Ita Vvilelmus Malmeſburienſis lib. 4. de Geſtis Aoglorum; & pòſt Spinellus tractatu de feſtis ac templis n. 70. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 66.

Ad hæc item tempora, vt habet Saxo Grammaticus libro 12. hiſtoriæ Daoicæ, florebat cum Rege Danorum Canuto, poſteà martyre, Epiſcopus Sueno, qui tria in hooorem Dei genitricis oratoria coodidit, & ſacris reliquiis, Ieroſolymis ac Byſantio allatis, deuotiſſimè ornauit,

Quod non tacuit Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 2. cap. 1. Canutum autem, cum quo Sueno vixit, floruiſſe Chriſti anno 1080. ait Baronius in notis ad 7. Ianuarij, obiiſſe autem martyrio anno 1086. habet Philippus Labbe in Anno Sancto ad diem item 7. Ianuarij.

## Anno autem mundi 5064. Chriſti 1081.

A IN Cameracenſi Epiſcopatu contigit ab Angelis afferri Imaginem Diuæ Mariæ Tungrenſis, ipſo peruigilio Purificationis eiuſdem Deiparæ, horâ de nocte vndecimâ; & in agrum demitti cuiuſdam nobilis Equitis, qui Hector Tungrenſis dicebatur, quem ante triennium irruens fortuitò cæcitas exercebat. Audito huius rei nuncio Hector in hortum ſuum ſe deferri voluit, vbi gratâ cælesti ſymphoniâ & ſuaui odore plurimùm recreatus, prædictam Imaginem tolli collocarique iubet in cubiculo ſuo, posterâ die in Baſilicam B. Martini ſolemni pompâ deferendam. At poſtridiè illa iterum reperta eſt in eo prorſus loco, in quo miniſterio delata Angelorum primitus conſtiterat. Quæ res omnes permouit, & Cameracenſem Epiſcopum excitauit, vt veniens in locum iudiciali inquiſitione cuncta examinaret. Fecit; ſermonem de Deipara habuit; hortum Hectoris & Caſtrum benedictione muniuit; Sacellum ſacrauit quod multis poſteà claruit prodigijs. Hanc hiſtoriam habet Robertus Hauportius, habet etiam Valrandus Caoultius, ambo in hiſtoria inſcripta, De Virgine Tungrenſi: Habent Arnaldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij 2. Februarij; Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 61. Gononus in Chronico ad annum 1181. ſed tardiùs certè centenis annis, quàm res ipſa poſtulet.

B Quin etiam omninò videtur, non bene apud aliquos ex prædictis Authoribus nominari Ioannes Cameracenſis Epiſcopus, pro Gerardo, qui tunc temporis Præſul erat: nam Ioannes non ante annum 1191. Epiſcopatum obtinuit, vt patet ex Gazeto in hiſtoria Eccleſiaſtica Belgij, Claudio Roberto, & aliis. Certè Gazetus paginâ 98. hanc hiſtoriam refert ad annum 1081. ſicut & Arnaldus antè citatus, & communiter alii. Cum Gonono tamen ſentit Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 17. Februarij: ſed neuter videtur ſatis fido nixus Authore, aut ſatis fideliter ſecutus quem citat. Nam nec Poiræus, quem Gononus citat, ad alium annum, quàm ad 1081. reponit: nec Robertus Hauport, quem Touſſanus Bridoul N. Hauportium appellat. Cùm ergo omnes qui hanc hiſtoriam tractarunt Gazetus, Hauportius, Caoultius, Raiſſe, Poiræus, Vincentius Charron 1. Februarij n. 5. & alij, præter Gononum & Touſſanum Bridoul, eam alligent ad præſentem annum, non eſt cur ad alium centenario auctiorem tardiorémque differatur. Adde quòd, paulò poſt hæc ſcripta, venit in manus meas Atlas Marianus, qui libro primo Imagine 17. referens hanc ex quamplurimis aliis hiſtoriam, & Epiſcopum Gerardum nominat, & annum euentûs eundem quem diximus 1081.

C Quo eodem anno iuxta Aldemburgum, quoddam Virginis templum irradiare cœpit miraculis, in quo etiam loco eſt Cœmeterium, quod appellant S. Mariæ, vbi ſoli nobiles, & non alij, reconduntur. Quam rem notat Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Vbi etiam addit, ædiculam Virginis Aquicinctinæ eodem tempore ignibus conflagraſſe.

D Demum excitatum eſt Collegium Canonicorum Sanctæ Mariæ Vltraiecti vnà cum ſuo templo, & id à Conrado Sueuo, Vltraiectino Epiſcopo, qui & idem templum anno 1092. ſolemni ritu conſecrauit. Sic Miræus aduertit in paruo libello de Canonicorum Collegijs. Addit verò Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Vltraiectinorum Conradum interfectum, fuiſſe ſepultum anno 1099. in ea quam condiderat S. Mariæ Eccleſia: quod habet ex Molano in Natali Sanctorum Belgij 29. Maij. Sed vlteriùs.

## Anno mundi 5066. Chriſti 1083.

A CONradus Comes Lutzemburgenſis, in ipſo Lutzemburgi oppido inſigne in honorem Virginis Monaſterium extulit: de quo memorat Ferreolus Locrius in Maria Auguſta libro 3. cap. 102. vbi etiam adijcit, in eodem eſſe ſepultum Comitem prædictum Conradum cum Clementia eiuſdem coniuge. Sic videlicet poſt funus honorantur contubernio Virginis, qui eam in vita ſuis opibus honorarunt. At

## Anno Mundi 5069. Chriſti 1086. Victor tertius poſt Gregorium ſeptimum in throno S. Petri ſedet.

A QVo etiam anno Carthuſiæ ſolitudo cœpta eſt habitari à Sancto Hugone Epiſcopo Gratianopolitano, Sanctóque Brunone authore Inſtituti Carthuſiani, eiúſque ſocijs, qui & ex loco nomen accepêre, vt Carthuſiani dicerentur. Ita Baronius ex vita S. Hugonis apud Sorium 1. Aprilis, idémque habetur in vita Sancti Brunonis 6. Octobris, in qua etiam deſcribitur quanta fuerit iſtius Ordinis deuotio erga B. Deiparam iam ab ipſo exordio. Euocato enim ad Romanam curiam S. Brunone, quod contigit poſt ſex hinc annos, fracti tum loci horrore, tum aſperitate vitæ, tum obtrectatorum linguis, reliqui huius Inſtituti & Solitudinis monachi penè deſperationi cedebant, niſi monito Diui Petri eiſdem apparentis, præſertim Priori Lauduino, poſteà egregio Martyri, opportunè admodùm didiciſſent confugere ad Matrem Dei, & ei quotidie perſoluere Officium horarum: quod vbi præſtiterunt, Diuámque Virginem totius patronam Ordinis cum S. Ioanne Baptiſta delegerunt, tum ſunt experti miram tranquillitatem, & omnia in melius cedere. Quin prætereà iſtud obſeruarunt, vt omnes fermè huius Ordinis Eccleſiæ dedicatæ ſint in Deiparæ honorem. Addit que Lanſpergius, in ratione viuendi Carthuſianorum, quemlibet Carthuſianum, egrediendo vel ingrediendo cubiculum ſuum, eſſe ſolitum ſalutare B. Virginem tanquam ſui Ordinis anchoram ac patronam. Ipſe denique S. Bruno præclarum Sermonem in Natiuitatem Deiparæ ſcripſit, in quo Virginem eo nomine commendat, quòd hamum, quo Tartareus Leuiathan

captus eſt, præparauit, hoc eſt, Chriſtum Dominum carne induit. Plures alios Sermones in eiuſdem Feſta, laudéſque exarauit, vt Marraccius teſtatur, & videri poteſt in Sanctorum Patrum Bibliotheca. Demum obijt idem Sanctus anno Domini 1101. vt ex vita eius apud Surium patet.

Hoc rurſum Chriſti anno 1086. Anſelmus Mantuanus, Lucenſis Epiſcopus; ac deinceps amore diuinæ contemplationis, & amicis ignorantibus, monachus S. Benedicti in agro Mantuano; nec longè pòſt à Gregorio Papa ſeptimo coactus ad ſedem redire; ſcripſit varia, inter quæ eſt Meditatio in Salutationem Angelicam, & alia maximè pia *Salue Regina.* Qua de re Poſſeuinus in apparatu Sacro.

## Anno autem mundi 5070. Chriſti 1087.

SAnctus Arnulphus *Sueſſionenſis* Epiſcopus moritur ipſo die Aſſumptionis *S.* Mariæ, cui ſicut magnâ deuotione ſeruierat, ita non tantùm meruit, primùm à S. Petro, deinde à S. Michaële: ſed poſtremò denique ab ipſa S. Deipara in mortis articulo viſitari. Rem pulchrè deſcribit Liſiardus eius in Epiſcopatu ſucceſſor, & fideliſſimus ſcriptor vitæ Arnulphi, quæ eſt apud Surium 15. Auguſti. Mortem Arnulphi reponit Gononus ad annum 1080. cùm hoc anno illum obiiſſe conſtet ex vita ipſius apud *Surium,* quam Gononus ad marginem allegat.

Eodem hoc anno, die 9. Septembris, Vuillelmus primus Angliæ Rex mortuus eſt. Hic iactatus morbo & in lecto depoſitus manè audiens pulſari in Baſilica S. Mariæ, erectis ad cælum oculis & extenſis manibus dixit: *Dominæ meæ S. Dei genitrici Mariæ me commendo, vt ipſa ſuis ſanctis precibus me reconciliet chariſſimo filio ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto.* Quibus dictis protinus expirauit. Ita Vuillelmus Malmeſburienſis lib. 3. rerum Anglicarum. Poſt hæc

## Anno mundi 5071. Chriſti 1088. Vrbanus ſecundus ſubrogatus eſt Victori tertio per mortem extincto.

ET hoc quidem iam anno idem Vrbanus ſecundus in Apuliam ſe confert, vnà cum Rogerio, Boamundo, aliiſque multis Ducibus ac Baronibus ad dedicationem Eccleſiæ S. Mariæ monaſterij Bantini, quam à ſe dedicatam munificentiſſimo priuilegio & iure Epiſcopali muniuit, vt videre eſt apud Baronium anno 1088. Sed eiuſdem Vrbani pietatem ac fiduciam erga Deiparam adhue magis oſtendit, approbatio, inſtitutio, & commendatio Officij B. Mariæ, quod à Monachis iam antè vſurpatum, deriuare voluit non ad Clericos tantùm, ſed & ad laicos pro communi Eccleſiæ neceſſitate, ac potiſſimùm pro terra Sancta recuperanda, ad quam octauo Pontificatûs ſui anno profectionem promulgauit, vt paulò poſt dicetur. Interim

## Anno mundi 5073. Chriſti 1090.

FVndatur Antuerpienſe B. Mariæ Cathedrale Canonicorum Collegium, quod Godefridus Bullonius Dux Lotharingiæ atque Brabantiæ, ac deinde paulò poſt Ieroſolymorum primus Chriſtianus Rex, in Brabantia fundauit. Sic Miræus habet libello de Canonicorum Collegiis cap. 91. Quod verò Gononus hoc anno ponit & deſcribit miraculum factum à Sancto Roberto Moliſmenſi Abbate mortuo ac Moliſmi ſepulto, verum eſſe non poteſt, cùm Robertus adhuc viueret, qui tantùm anno 1098. vt dicetur poſteà, fundauit Ciſtercienſem familiam, ac deinde poſt Moliſmum rediit.

## Anno verò mundi 5074. Chriſti 1091.

TOrnacenſis Epiſcopus Radbodus inſtituit in honorem Diuæ Virginis Collegiatam Eccleſiam S. Mariæ in vrbe Brugenſi, quod Miræus affirmat libro ſuprà citato, & Ferteolus Locrius in Anacephalæoſi. Vlteriùs

## Anno Mundi 5075. Chriſti 1092.

IDem Radbodus ſiue Ratbodus igni ſacro, ſeu ignariæ peſti, Tornacum & finitimas regiones vexanti, occurrit annuam Deiparæ Virgini ſupplicationem indicens. Quod iterum notat idem ibidem Ferreolus Locrius, & Antonius Balinghem in Calendario 14. Septembris. Adhuc autem

## Anno mundi 5076. Chriſti 1093.

COenobium Sanctæ Mariæ Tomerienſis ad Araurij fluminis ripas, in agro Narbonenſi conſtructum fuiſſe, & magnificis largitionibus à Sanctio Aragoniæ Rege dotatum & locupletatum, probat ex eiuſdem Regis diplomate Ferreolus Locrius lib. 3. Mariæ Auguſtæ, cap. 59. At verò

## Anno mundi 5077. Chriſti 1094.

MVlier ob crimen necis illatæ genero ſuo, quam per duos homines illi inferri curauerat, quódque crimen ſoli Pœnitentiario ſua illi confitendo peccata reuelarat, ad ignis ſupplicium damnatur. Res accidit non procul ab Vrbe Laudunenſi. Cúmque ad locum ſupplicij duceretur, fortè tranſiens apud templum Deiparæ, eidem Deiparæ magnâ ſe fiduciâ commendauit, ſéque totam eius patrocinio commiſit. Ergò in magnum incendium ſemel iterúmque coniecta comburi non potuit, veſtimentis ipſis ne odore quidem flammæ infectis. Quod prodigium populum mirabundum reuocauit ad templum Deiparæ, vbi cum illa muliere ſinguli grates perſoluere S. Virgini conati ſunt. Hæc euenêre Præſule Elipando, vel potiùs Elinando, qui tunc temporis viuebat, & obiit ſanctitate clarus anno Chriſti 1096. vt patet ex Catalogo Epiſcoporum Laudunenſium apud Claudium Robertum. Hanc autem hiſtoriam notat Sigebertus anno 1094. & Baronius item. Eandem commemorat Vincentius Bellouacenſis in Speculo lib. 25. cap. 90. necnon Caniſius lib. 5. de B. Maria cap. 20. Nunc

## Anno mundi 5078. Chriſti 1095.

A BEllum Sacrum contra Saracenos pro recuperanda terra Sancta, ſiue Palæſtina, indicitur ab Vrbano ſecundo, & toto Concilio Claromontenſi: quod bellum ſuſceptum eſt ſub auſpiciis Dei genitricis, quam idem Concilium, idémque Pontifex inuocari voluit recitatione quotidianâ Officij de Beata Maria dicti. Nec id tantùm penſi peruenit ad Clericos, quos Concilium obligabat: ſed prætereà ſuſceptum fuit à Laicis, qui Sabbatinis diebus peculiari ritu hoc Officium percurrebant. Quibus precibus effectum eſt, vt reciperetur Ieruſalem, & ſummâ Fidelium lætitiâ, Duce Godefrido Bullonio, magna pars Idumææ ad Chriſtianum dominium reduceretur. Rem fusè narrat Baronius, & Petrus Diaconus, & alij, permulti.

B Inſuper initium habuit Religioſus Ordo S. Antonij apud Galliæ Viennam. Cùm enim ante quinque annos ſæua lues excreſcens plurimos in Gallijs igne ſacro fœdóque conſumeret, aut membris mutilaret; frequentiori concurſu efferbuit plurimúmque creuit cultus B. Antonij cognomento Magni in Prouincia Viennenſi; vbi corpus eiuſdem Sancti olim à Iocellino ex ſtirpe Comitum Pictauienſium oriundo Conſtantinopoli traductum, ab eius filio Guigone, iuſſu Vrbani Pontificis, apud Motam S. Deſiderij poſitum quieſcebat & miraculis coruſcabat: ibi enim omnes eodem morbo tacti confeſtim ſanabantur. Perſeuerante tamen atque etiam creſcente multis in locis illo morbo, Gaſtonus Francus vir nobilis in Prouincia Viennenſi, vnà cum Gerino filio iunctis ſibi octo alijs incepiſſe aſſeritur Ordinem miniſtrantium illo ſacro igne infirmis; qui quidem Ordo, tunc tantùm veluti confraternitas quædam laicorum erat, ad exercenda opera charitatis pio quodam affectu contracta, pro inſignibus gerens Tau ſignum, ſiue potius fulcrum ac *potentiam*, vt vocant, claudorum atque Infirmorum. Et illa quidem Societas ita Hoſpitali ſubſeruiebat, vt neque peculiarem Eccleſiam, neque titulum haberet: ſed manebat prope ædem S. Virginis Mariæ, cuius cultui plurimùm aſſiciebatur: poſteà tamen obtinuit inchoatum à Iocellino templum S. Antonij, in quo fuit incluſa Parochialis prædicta Eccleſia Beatæ Virginis. Sicque hic Ordo & coaluit & deinde perſeuerauit in ſinu quodammodo Beatiſſimæ Dei Matris. Sed hæc latiùs videbis in Antoniana hiſtoria parte 2. cap. 31. 32. 33. 42. & parte 4. cap. 38. cuius author extitit Aymarus Falco eiuſdem Ordinis Præceptor Barroduci.

C Cœpit quoque reædificari templum *Diuæ Virginis à Burgo Dols* ſiue Burgidolenſis ſupra fluuium Indram aliàs Angerem, apud Bituriga: quæ quidem domus antiqua Abbatia erat, quadraginta tres Prioratus habens à ſe pendentes, nunc autem Collegiatæ ſortem tenet. Fuerat olim prædictum illud templum conditum ab Elbone Biturigum Domino, filio Lamberti victoriam cum Carolo Magno apud Roſcidam vallem, ſiue Roncauallem, olim cum laude conſecuti. Nunc ergo iterum reſtauratum dedicauit Deo Virginique Mariæ Vrbanus ſecundus, quod dehinc nobilitatum prodigijs poſteritas gratulabunda mirata eſt. Rem habet prolixiùs Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 41.

## Anno autem mundi 5079. Chriſti 1096.

A PRoceſſit tandem ab Occidente in Orientem exercitus Chriſtianus. Et Godefridus quidem Bullonius Dux Lotharingiæ, vt erat deuotus erga S. Virginem, tempus profectionis ſuæ in bonū augurium elegit menſis Auguſti decimam quintam diem, conſecratam Aſſumptioni Deiparæ. Hic verò Princeps ita ſe ſuúmque exercitum coniecerat in clientelam Diuæ Virginis, vt in omnibus conflictibus ſuis eam iuberet à militibus inuocari, & eiuſdem ſtatuam in ſuis caſtris honorari maximè præciperet tanquam Dominæ ac Reginæ. Quæ omnia patent ex Vvillelmo Tyrio de bello ſacro. Ex quo etiam authore patet, Petrum Eremitam, qui huius belli ac profectionis excitator ac primus motor fuit, non parùm effeciſſe, vt milites ad B. Virginis promerendam opem ſubſidiúmque laborarent: ſiquidem cùm tunc impreſſoria ars, ſiue typographica nondum eſſet inuenta, *Coronam*, ſiue *Corollam precatoriam Diuæ Virginis* inſtituit, quam militibus quotidie recitandam commendans, eos ex ſeſe iam ſatis propenſos, multò ampliùs & ardentiùs affectos proliſè exhibuit, & mirabili hac arte de Saracena gente tum victores reddidit, tum fortunatos & inuictos. De eiuſmodi B. Virginis Corona multa magnaque prodigia Bernardinus de Buſto in Mariali congeruit. Item Chronicon Minorum parte 3 lib. 1. cap. 36. & 37. & alij, quæ hoc loco non poſſum euoluere.

B Interim hoc eodem anno dicitur Eccleſia Oſcenſis Diœceſis Valentinæ in Hiſpania, à ſpurcitijs Maurorum fuiſſe expurgata, & adſtantibus ſex Epiſcopis Diuæ Virgini nuncupata. Id docet Ferreolus Locrius lib. 4. cap. 24. Mariæ Auguſtæ, & prætereà in Anacephalæoſi: vbi etiam addit, ab Artaldo ſiue Arnaldo Pellarienſi Comite inſtauratum fuiſſe Monaſterium in Deiparæ honorem ad Nochariam fluuium in Hiſpaniarum Vrgelitana diœceſi. Sed &

## Anno mundi 5080. Chriſti 1097.

A OBijt Sancta Margarita Regina Scotiæ, quæ collapſam in ſuo regno diſciplinam Eccleſiaſticam reſtituendam curauit, & ſilueſcentem illam gentem defectu culturæ reddidit ſpecioſam, vt habet Baronius anno 1097. ex Rogerio, & Vvillelmo Malmeſburienſi, & Adelredus Abbas apud Surium 10. Aprilis, vbi etiam hæc refert, quæ pientiſſimum illius Sanctæ in Chriſtipatam animum declarant: nempe quòd principio noctis, vbi paululùm quieuiſſet, Eccleſiam ingreſſa, nocturnas preces, quas Matutinas vocant, primò de Sancta Trinitate, deinde de Sancta Cruce, tertiò de Beatiſſima Maria ſola deuotiſſimè abſoluebat. At

## Anno mundi 5081. Chriſti 1098.

A CIſtercienſis Ordo initium ſortitur authore S. Roberto Moliſmenſi Abbate, de quo iam

ſuprà ſermo fuit anno Chriſti 1021. Hic relicto Moliſmo, quòd in eo monachi liberiùs viuerent, Ciſtercium cemus abiit, ibíque monaſterij conſtruendi author factus, vnà cum viginti duobus aliquamdiu eſt conuerſatus, donec præceptione Papæ ad Moliſmenſes ſuos, qui eum repetebant, remeare coactus, Ciſtercium reliquit, inſtitutóque Abbate Alberico, & poſt eius obitum Stephano, Congregationem ſanctam & ſuis curis laboratam, illis procurandam commiſit: quæ quamquam propenſa ac ſtudioſa fuerit honorandæ Matris Domini, eâ communi inclinatione quâ ſolent Religioſæ familiæ: ſpeciali tamen præterea fuiſſe, vel ipſe candidus habitus, referens virgineam puritatem, & ea iuſſione Virginis, vt paulò poſt anno 1109. literâ A. dicetur, ſuſceptus, vehementer oſtendit; oſtendit quoque illius Inſtitutor antè deſponſatus ſacræ Virgini, quàm natus; oſtendit item Ordinatio facta in ipſo Religionis huius exordio, vt nempe non tantùm Ciſterciense templum, ſed alia omnia, quæ in poſterum erigerent huius Ordinis alumni vbicumque terrarum, dedicarentur Deo in honorem Virginis, cuius ſe ſcirent clientelæ commiſſos, & ſcire vellent omnes poſtmodùm in eundem Ordinem aggregandos, eodem ſecum patrocinio fruituros. Quæ omnia patent ex Annalibus Ciſtercienſibus doctiſſimè & ampliſſimè ſcriptis ab Angelo Mantique, & ex Chryſoſtomo Henriques, Surio in vita S. Roberti, Baronio, Sigeberto, & innumeris alijs.

B Addit Sigebertus fuiſſe hoc anno repertam lanceam, quâ pectus Domini in paſſione perfoſſum eſt. Idem habet Baldricus Dolenſis Epiſcopus libro 3. Guillelmus Tyrius libro 6. cap. 14. Et fuſiſſimè Raimundus de Agiles in Hiſtoria Orientali. Et verò Catalogus Podienſium Epiſcoporum qui contentus eſt in Gallia Chriſtiana Roberti, ait Ademarum ſiue Aymerium Podienſem Epiſcopum, & Apoſtolicæ ſedis in bello ſacro Legatum, obiiſſe in Syria, nempe poſtquam ibi reperta fuit prædicta lancea, vt docet Paleonydorus lib. 2. hiſtoriæ Carmelitarum cap. 11. Quo etiam teſte, eodem tempore, Bertholdus de Malaſayda Ademari frater ſe Deo & B. Virgini iugiter in monte Carmeli ſeruiturum promiſit, ſi Dominus Chriſtus Chriſtianos ſuos in certamine adjuuaret. Cumque ſacerdos quidam in viſione (alij fermè omnes hanc viſionem cuidam Stephano Valanti presbytero adſcribunt) Chriſtum conſpexiſſet ob peccata iratum in populum ſuum, vidit quoque Beatiſſimam eius matrem, cum B. Petro, ad pedes Chriſti corruere, ipſúmque mitigare, vnde & Antiochia capta eſt, & variæ victoriæ contra Paganos Saracenóſque reportatæ. Res hæc adhuc deſcribitur apud Robertum Monachum, initio libri ſeptimi Hiſtoriæ Ieroſolymitanæ, & apud Raimundum paulò antè citatum, & permultos alios. Poſt hæc verò ſequente anno, nimirum

## Anno mundi 5082. Chriſti 1099. qui vltimus eſt ſæculi à Chriſto nato vndecimi, Paſchalis ſecundus Vrbano ſecundo ſuccedit.

A MVltas deinde Eccleſias conſecrauit ille ad laudem & gloriam Virginis, videlicet Dolenſem, Parmenſem, Romæ in colliculo; quam poſtremam idem Pontifex dedicauit in memoriam Natiuitatis eiuſdem Beatæ Virginis. Ita Andreas du Cheſne in Paſchalis vita, ex quo etiam intelliges non omnes iſtas Eccleſias hoc anno fuiſſe, ſed diuerſis dedicatas annis, ſemper tamen magno in Deiparam affectu. Et de ea quidem quæ eſt *in colliculo*, ſiue vt Spinellus loquitur, tractatu de templis n. 27. *ſub colle hortorum*; & Octauius Pancirola in ſua Roma, atque Atlas Marianus libro ſecundo imagine primâ, *ad portam olim Flaminiam nunc Populi dictam*; iſti authores aliquid memorabile referunt: Nempe in loco vbi condita eſt; ſubter nucis arbore impiiſſimi Neronis, primi Chriſtianorum hoſtis & perſecutoris, reconditos fuiſſe cineres, qui dæmonibus veluti hoſpitium dabant, vnde illi infeſti variis infauſtarum auium formis hominibus ludum faciebant, & vehemens damnum illàc tranſeuntibus. Ergo Paſchalis diuino permotus admonitu, indictaque priùs, quam ſibi ſociauit, totius Cleri piâ ſupplicatione, ad locum proceſſit, nucem præcidi iuſſit, cineres Neronis in Tyberim proijci, templum & aram extrui, quam multis reconditis in ea Reliquiis ſacrauit ſub nomine *S. Mariæ de populo*. Poſt Gregorius nonus circa annum Chriſti 1227. Imaginem Deiparæ à S. Luca depictam, ea loco qui dicitur *Sancta Sanctorum* perlatam, cum omni Clero ac populo, in hoc honorificè repoſuit. Eidem verò templo Sixtus etiam quintus poſteà demum adiecit titulum Cardinalitium. Quæ de hac Eccleſia non incongruè notantur.

## Anno autem mundi 5083. Chriſti 1100.

A IDa Certuienſis matrona extruendum curaſſe dicitur in honorem Diuæ Virginis quoddam in Hannonia ſacellum, iuxta quod, fonticulo aquas profundenti imminebat imago B. Deiparæ adfixa, quæ limpidam haurientibus ea fonte, vehementer erat venerabilis, ac demum poſteà anno 1326. permultis miraculis illuſtriſſima fuit. Sic habet Auctarium Sanctorum Belgij per Arnaldum de Raiſſe vltimâ die Maij.

B Hoc eodem anno vitam cum morte commutauit Moliſmenſis Abbas S. Robertus, non verò, ſicut exiſtimauit Baronius & alij cum eo anno 1098. aut ſicut exiſtimat Claudius Robertus ſcriptor Galliæ Chriſtianæ, anno 1111. quos egregiè refellit Angelus Mantique Annalium Ciſtercienſium doctus & eruditus compoſitor, Robertum oſtendens veriſimiliùs hoc anno deceſſiſſe. Quamquam non deſunt, qui valde probabiliter putant eum perueniſſe ad annum 1104. quòd potiſſimùm contendit Nicolaus Deſguerrois in Antiquitatibus & Annalibus Trecenſis Diœceſis, & euincere conatur ea fundatione Prioratûs Inſularum facta anno 1104. & viuente, vt ait, adhuc Sancto Roberto rémque vrgente apud Daymbertum Archiepiſcopum Senonenſem. Quod adhuc inſinuat Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Trecenſium in

Pbilippo 54. Epiſcopo. Sepultum verò fuiſſe Robertum in Eccleſia Diuæ Virginis ab ipſo fundata Moliſmi, ibique decoratum fuiſſe pluribus miraculis, habetur in vita ipſius ab Odone ſeripta apud Surium 29. Aprilis. Inter quæ notabile eſt illud, quòd inuocato Sancto vnà cum Virgine Maria, lupus, quem rapuerat infantem & ſiluas inter raptauerat, illæſum ad matrem retulit. Notabile item quomodo in villa Nouellames, inuocatâ Dominâ Moliſmenſi, hoc eſt, Virgine Mariâ, relictus in cunis infantulus, ex incendio conflagrantium ædium intactus ſeruatus eſt. Denique notabile quòd Domina Niuernienſis potens in primis nobiliſque matrona, monile pretioſum ex gemmis & vnionibus amiſſum tunc reperit, cùm cereum in honorem Diuæ Virginis Sanctique Roberti accendiſſet; non minùs in minimis, quàm in maximis fauente Deiparâ.

C Circa hunc quoque annum Tancredus Normannorum princeps, cùm adhuc Galilææ præeſſet, Nazarethanam B. Deiparæ domum regiis donis auxit, vt habet Guillelmus Tyrius lib. 9. Et ex eo item Atlas Marianus libro 1. imagine primâ, malè citans Tyrij librum 5.

D Sed & hoc adhuc anno claruiſſe aiunt, Zachariam Chryſopolitanum Epiſcopum, vitæ meritis atque doctrinâ conſpicuum, qui præter Commentaria ſuper *Miſſus eſt*, atque *Magnificat*, ſcripſit de Aſſumptione Virginis Sermonem vnum, vt aduertit Bibliotheca Mariana.

## Anno deinde mundi 5088. Chriſti 1105.

A Attebati accidit portentoſum ſanè & miraculum ſimul & beneficium: vt cereus è cælo a S. Deipara ad terram afferretur, qui languentium ſoſpitati & ardentium refrigerio optatiſſimo eſſet. Rem complectitur Meyerus in Annalibus Flandriæ in rebus geſtis anni 1105. Miræus item in Faſtis Belgicis diè vltimâ Iunij. Auctarium Sanctorum Belgij 8. Iunij. Guillelmus Gazæus ſiue Gazetus, imò & ipſum epitaphium Lamberti Epiſcopi Atrebatenſis ſub quo hoc prodigium contigit. Cùm ergo diu morbus igneus Attebatum vexaret, quo morbo correpti Ardentes vocabantur; itum eſt ad Virginem, & ſupplici prece eiuſdem clementia pulſata. Audiit benigniſſima Mater, & tibicines duos ad prædictum Lambertum Atrebatenſem Epiſcopum legauit, qui monerent, vt ſequenti Sabbato cereum expectaret ac reciperet, qui eſſet morbis remedium. Ergo vbi ſtatuta hora ſe prodiit; Ipſa Dei genitrix de primarij templi præcelſo ac ſummo faſtigio viſa eſt delabi, & coram immenſa propemodùm multitudine ipſam implorante cereum geſtans apparuit, quem depoſuit in manus illorum tibicinum, nimirum Itherij de Brabantia, & Petri Nortmanni, quos ambos hactenus ſimultas quædam exercebat ratione homicidij perpetrati, quos itidem ambos tam fauorabilis doni perceptio ad animorum concordiam reduxit. Quicunque verò poſteà ex Ardentibus, morbidis nempe illis, quos ſacra lues dito igne torrebat, de aqua illa in quam vel gutta ceræ de Virginali cereo liqueſcens c aſa eſt biberunt, ſanitare recuperatâ beneficium Virginis Deique, & læti agnouerunt, & gratantibus animis vehementer laudarunt. Stupuerunt autem maximè & illi & omnes, cereum eiuſmodi, licet ſæpiùs accendatur, & ex eius deflua cera quamplurimi alij minuſculi cerei, ab annis permultis, imò pluſquam quingentis, compingantur, detrimento tamen carere, nec minui. Hæc anno mundi 5088. acciderunt, ſiue Chriſti Domini 1105. & menſe vt creditur Iunio, quæ ſanè vrbi Atrebatenſi non parum honorifica exiſtunt. Adde his lanam illam, ſiue Manna ſactum, quod anno Chriſti 389. vt ibidem inſinuauimus, vrbem eandem locupletauit. Quippe Deiparæ benignitate ager Atrebatenſis, qui ſterilitate mira ſquallidus populos in triſtitiam deſolationémque rapiebat, inuocata D. Virgine fœcundatus eſt lana è cælo decidente pingui rore permixta: cuius lanæ floccos, quorum aliqui etiamnum ſeruantur Attebati, vulgò *Sacrum Manna* appellant. Hac de re agit Ferreolus Locrius in Chronica Anacephalæoſi. Et libro 2. cap. 19. Mariæ Auguſtæ, ex Caſſiodoro, & aliis diuerſis Authoribus. At

## Anno mundi 5089. Chriſti 1106.

A Accidit vt Petrus Alphonſus, natione Hiſpanus, ex Iudæo Chriſtianus fieret, & 29. die Iunij ſacris Baptiſmi vndis lauaretur. Scripſit hic contra Iudæos Dialogum vnum: Quomodo Virgo Maria Spiritu Sancto concipiens ſine viri commixtione pepererit. Ita Bibliotheca Mariana.

## Anno poſteà mundi 5090. Chriſti 1107.

A Anachoreta, Ligerius nomine, in littore Furnenſi, ſolitario arenoſóque loco, vitam degens, eámque ſanctitudine conſpicuam, etiam vitæ ſectatores aliquos ac pietatis congregauit, cellámque erexit, quam in Virginis honorem rite conſecrauit Ioannes Epiſcopus Bononienſis ſiue Morinenſis. Hæc cella, quamuis exigua, initium nihilominus dedit celeberrimo poſteà cœnobio Dunenſi, cui fundos aliquot & poſſeſſiones aſſignarunt primi omnium Guillelmus Normannus, Theodoricus Elſatius ambo prænobiles Comites. Ita Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi.

## Anno autem mundi 5092. Chriſti 1109.

A Tria ſydera Eccleſiæ occidunt ex hac vita & cælo oriuntur, S. Albericus, S. Hugo, S. Anſelmus. De Alberico teſtantur Annales Ciſtercij ab Angelo Manrique conſcripti, qui aſſerunt illum obiiſſe 26. Ianuarij, argúuntque nonnullos, qui vel ſeriùs vel ociùs diſceſſiſſe putarunt, adque alios annos reijciunt eius tranſitum. Addunt inſuper Albericum cum B. Virgine valde familiare exercuiſſe conſortium; ei à Deipara imperatum fuiſſe nigrum veſtium colorem, quem

quem ad hanc vſque diem (neſcitur certò quænam ſit illa dies, cùm Albericus per nouem annos paulò ampliùs Ciſtercio præfuerit) monachi eius tenuerant, mutare io candidum. Non verò conſentiunt, credunt, aut admittunt, quod docet Chryſoſtomus Henriques; aut albas veſtes fuiſſe de cælo allatas, aut, quòd fortè adhuc mirabilius eſſet, nigras eaſdem in albas, ſubitaneo ac publico portēto, in Eccleſiæ Choro fuiſſe mutatas. Sed præthereà addunt, Albericum morti proximum linguam ſoluiſſe in hæc verba: *Sancta Maria ora pro me*, ipſúmque in illa dulciſſimi nominis articulatione, oculis faciéque cæleſtem ſplendorem fundentibus, fœliciſſimum ſpiritum exhalaſſe.

B De Hugone Cluniacenſi Abbate teſtatur Baronius anno 1109. teſtatur & Gallia Chriſtiana Roberti titulo Cluniacum, hoc anno migraſſe de mundo 29. Aprilis. In cuius vita, quæ eſt apud Surium, agnoſcimus eum magna ſuauitate fuiſſe viſitatum a S. Matre Dei, & in morte adiutum: in cuius etiam oratorio corporis ſui ſarcinam depoſuit.

C De Anſelmo teſtantur Acta vitæ eius ab Edinero ſcripta, quæ habentur apud Surium 21. Aprilis, eum natum eſſe Chriſti anno 1043. factum Archiepiſcopum Cantuarienſem anno 1093. obijſſe anno 1109. Quantâ porrò fuerit, & quàm eximiâ pietate in Deiparam, tam apertè loquuntur ſcripta & acta eius, vt nemini poſſit eſſe obſcurum. Nam, vt omittam opus de Excellentia Virginis, quod licet melliflua deuotionem Virgineam ſcaturigine depluat, Anſelmi eſſe ab omnibus non admittitur, & vulgò non creditur: negari certè non poteſt, quin libro de conceptu Virginali, paſſim quidem, ſed præſertim cap. 18. honorificentiſſimè de Virgine ſentiat: *Decens erat*, inquit, *vt eâ puritate quâ maior ſub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium ſuum, quem de corde ſuo æqualem ſibi genitum, tanquam ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vnus idémque communis Dei patris & Virginis filius.* Deinde vocat eam puriſſimam, mundiſſimam, & alia epitheta coaceruat honoris, quæ ſatis declarant ſeduli cultoris tenerrimum in Deiparam ſenſum. Nota eſt illa vulgaris parœmia: *Nullus Mariæ ſeruus æternùm perit*, quam ex penu Anſelmi Pelbartus in Stellario Virginis lib. 12. parte 2. art. 1. Et ante eum Antoninus 4. parte, titulo 15. cap. 14. §. 7. deptomptam aſſerit, atque deſcribit iſtis verbis: *Sicut impoſſibile eſt, quòd illi, à quibus Virgo Maria oculos miſericordiæ ſuæ auertit, ſaluentur: ita neceſſarium eſt, quòd hi ad quos conuertit oculos ſuos pro eis aduocans iuſtificentur & glorificentur.* Scio dubios fuiſſe authores, an Anſelmus gloriam immaculatæ Cooceptionis ſuſtinuerit: imò certum eſt eum aliquando noxam originalem Beatæ Virgini irroraſſe. Nam libro 2. Cur Deus homo, cap. 16. in hæc verba prorumpit: *Licet ipſa hominis eiuſdem conceptio ſit munda, & abſque carnalis delectationis peccato: Virgo tamen ipſa, vnde aſſumptus eſt in iniquitatibus concepta eſt, & in peccatis concepit eam mater eius, & cum originali peccato nata eſt, quia & in ipſa Adam peccauit, in quo omnes peccauerunt.* Eodémque frequenter capite inculcat, Virginem per merita Chriſti mundatam & purgatam à peccato originali, purgari autem non dicitur, niſi quod inquinatum fuit. Nec multum pro eo excuſando faciunt, quæ à nonnullis ſatis temerè reſpondentur: Anſelmo ea affingi, & in eius ſcripta iniecta fuiſse ab aliquo erga illibatam Conceptionem parum beneuolo. Nam antiqui Doctores Albertus, Alenſis, D. Thomas, D. Bonauentura, & poſt hos recentiores Theologi cum Vaſques 3. parte diſput. 116. cap. 11. locum hunc ex Anſelmo decerptum agnoſcunt. Benignius pro eo faciunt, qui putant priſtina mutata ſententia fauorabiliùs de Conceptione & ſcripſiſse & prædicaſse; qualis eſt inter cæteros Ioannes Baconius in 4. diſt. 2. quæſt. 3. art. 3. Bernardinus de Buſto in ſuo Mariali ſerm. 4. & 9. de Conceptione. Dominicus Bolanus in tractatu de Conceptione Virginis, ac denique Salazar de immaculata Beatæ Deiparæ Conceptione cap. 42. ſæculo 12. Nec profectò deſunt, qui Anſelmi tempore in Anglia Conceptionis feſtum aſserunt celebriori ritu fuiſse frequentatum, eiuſque ſuaſione ad eam rem vniuerſos eſse commotos; quod etiam probant ex epiſtola, quam aiunt eſse Anſelmi ad Epiſcopos Angliæ, qua eos hortatur allatis etiam hiſtoriis tum Helſini ſiue Elpini Abbatis Remeſinenſis, tum fratris Regis Hungariæ, quibus reuelatio facta eſt de Conceptionis celebrando feſto, vt videri poteſt apud Baronium in notis Martyrologij 8. Decembris, apud Henricum Gandauenſem, Baconium, Thomam de Argentina, Capreolum, Paludanum, omnes in 3. diſtinct. 3. Gerſonem ſermone de Conceptione, Boſium lib. 9. de de Signis Eccleſiæ cap. 8. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 24. Carthagenam lib. 1. homilia 19. & innumeros alios, qui hiſtoriam Abbatis Helſini à periculo naufragij voto concepto de celebrando feſto Conceptionis præſeruati, & ad longum referunt, & referunt ad annum circiter 1070. quo Guillelmus Normannus, cuius tempore euenïſse dicitur, regnabat in Anglia: hiſtoriam verò fratris Regis Hungariæ retulimus ſuprà ad annum 880. Quicquid ſit de illa epiſtola & mente Anſelmi circa Conceptionem; ipſa beneficia, quæ à Virgine ſuſcepit, cuius inuocatione liberatus eſt à caſu in foueam & periculo mortis, vt dicitur in ipſius vita libro ſecundo circa duos trientes, non ſinunt dubitare de magno & ſincero eius erga Deiparam affectu.

D Hoc quoque tempore floruit Franco Belga, Abbas ſecundus S. Mariæ Affligemienſis in Brabantia Congregationis Cluniacenſis, qui de Diua Virgine ſermones conſcripſit, ſicut & Trithemius & Poſseuinus aiunt.

E Habent inſuper Scriptores Hiſpanici, & ex iis Balinghem 1. Iulij, exceſſiſse de vita hoc etiam anno Alphonſum hoc nomine ſextum Caſtellæ Regem. Hunc, Saracenis Toleto pulſis, aiunt templum maximum, quod olim Deipara Virgo Ildephonſum Sanctum Præſulem amicè viſitans, veſtéque mundiſſimâ donans, ſuâ illuſtrauerat præſentia; à ſpurcitiis & impiis ritibus Barbarorum per Epiſcopum Toletanum Bernardum, virum integerrimum, expurgaſse, atque Diuæ Virgini iterum obtuliſse. Addunt etiam præthereà ab eodē Alphonſo reſtitutam fuiſse, & meliùs reſarcitam, ac locupletiùs auctam, ædem Diuæ Mariæ de Valuanera, ſiue de Valle venaria, aut Valle Veneris, & terris ac vineis ditatam. Fuit autem hæc

ædes, eíque Monaſterium adiectum, ob eam cauſam vtrumque conſtitutum, quod innumeris prodigiis populos ad ſe aduocaret illa Deiparæ imago, de qua inuenta iam actum eſt Chriſti anno 574. litera B. de qua nihil ampliùs dicentes, dicamus quòd

## Anno mundi 5093. Chriſti 1110.

A GRandis conflagratio accidit templi Diuæ Mariæ Laudunenſis, quæ in deteſtationem necis Girardi de Chariſiaco in eo perpetratæ eueniſſe creditur: de hac Hugo Farſitus, qui illâ tempeſtate vixit, prolixè commemorat, & ab Anſelmo Decano eiuſdem Eccleſiæ, viro illuſtriſſimæ virtutis prænunciatam ait tantam cladem, quæ decem Eccleſijs & ſummo templo ruinam importaret. quomodo autem poſt tres annos hæc ædes ſarcita ſit, & per varia miracula excitati populi, qui ſtipem erogarent ad reſtituendum collapſum illud templum, abundè ſanè habet prædictus ille Hugo: multò verò abundatiùs Vincentius Bellouacenſis l. 26. Speculi hiſtorialis à c. 11. vſque ad 21. Antoninus 2. parte hiſtoriæ tit. 17. c. 1. Spinellus tractatu de exemplis n. 21. & alij.

B Hoc item anno Robertus atque Clementia Flandriæ Comites, templum Aldenardæ Diuæ Mariæ ædificant; areamque ædificij præbent, Mathildis Arnulphi iunioris Aldenardenſis filia, & Lebertus quidam vnà cum ſua coniuge Sigillinde. Iſtud verò templum eodem propemodùm tempore Virgini conſecrauit Odo Cameracenſis Epiſcopus. Sic Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi, & lib. 4. c. 86. Mariæ Auguſtæ ex Meyero.

## Anno mundi 5094. Chriſti 1111.

A RVpertus adhuc monachum agens in monaſterio S. Laurentij in monte Leodij doctos pariter ac pios elucubrat commentarios in Scripturam ſacram, in quibus Sanctiſſimam Virginem meritis præconijs honorat. Erat ille, vt refert Tritbemius lib. 5. de Viris illuſtribus cap. 109. initio quidem tardus, & ad ſacra diſcenda parùm idoneus, qualem cùm ſe cerneret opem ſacræ Virginis ſingulari ſtudio implorauit. Ergo ei de nocte Virgo optima apparens tribuit quod ille tantopere concupierat; ac proinde tam excellenti repletus eſt lumine, ſcientiáque illuſtratus, vt non modo Abbas Tuitienſis ac Theologus excellens extiterit, ſed clarus quoque miraculis. De Ruperto agit anno 1111. Baronius; agunt & multi alij, eundémque aduertunt gratiſſimum fuiſſe & maximè memorem beneficij à Virgine recepti, quam frequentibus in locis libenter extollit & laudat, præſertim in Commentarijs ſuper Cantica, & in opere de diuinis Officiis. Rectè autem aduertit Salazar de Conceptione cap. 42. Rupertum libro primo in Cantica videri quidem ſeueriore ſtilo taxare Conceptionem Deiparæ, dum ait eam hæreditariâ peccati originalis labe non caruiſſe: poſteà tamen libro ſexto, ſe reducem dediſſe in ſenſum communem fidelium, & adhuc pleniùs libro ſeptimo de gloria Trinitatis, vbi docet: *Virginis vitam integerrimam non habuiſſe cur gemeret niſi vulnus charitatis, cùm aliæ vitæ multa ſonent lamentabilia*. Sane peccatú originale lamentabile quid eſt.

B Ad hunc portò annum ponit Gononus mori Deſiderium Religioſum Claraualleſem in Cœnobio Clarauallenſi: ſed nondum natum erat Clarauallenſe Cœnobium, quod ortum habuit anno tantùm 1115.

## Anno mundi 5095. Chriſti 1112.

A CLarebat Gregorius Caſſinenſis monachus, columna Eccleſiæ à nonnullis dictus, & à Papa Paſchali Terracinenſi in Sede collocatus. Scripſit vt refert Arnoldus Vuionius, & exinde Bibliotheca Mariana, Homiliam vnam, de Virginis Mariæ Aſſumptione.

## Anno deinde mundi 5096. Chriſti 1113.

A CIſtercium cœpit varias per orbem colonias fundere, & innumera poſtmodùm cœnobia ædificare, quorum ſingula conſecrata ſunt in Deiparæ honorem atque nomen. Primum itaque fuit Monaſterium Firmitatis hoc anno 1113. à Ciſtercienſi Abbate Stephano lætis animis fundatum. Dein Pontiniacum anno 1114. non, vt mendosè habet Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi, anno 1124. Poſteà Claraualis atque Morimundus anno 1115. & hæ ſunt Ciſtercij quatuor famoſæ filiæ, ſic vulgò nuncupatæ, quòd ex illis quatuor primis Monaſterijs multæ coloniæ, Prioratus, & Abbatiæ hinc inde diſperſæ ſint & prægrandi numero Europâ totâ propagatæ. Anno denique Chriſti 1118. Prulliacum natum eſt, Ioyacum anno 1124. Vallislucens 1129. & aliis denique conſequentibus annis plura & plura Monaſteria pullularunt, in quibus recenſendis me dies omnis labórque deficeret. Quamuis enim illa ſingula ad honorem Virginis non parum efficiant: plus tamen efficient ſi ſimul & vno veluti obtutu conſiderentur quodammodò. Adde quòd non tantummodò noſtras & vires & induſtriam exſuperat, ſingula ille cœnobia ſuis quælibet annis tribuere: ſed ſimili de cauſa & Carthuſiæ omnes, quæ vt Diuo Baptiſtæ, ita Virgini dicatæ ſunt; & innumeræ domus aliorum Ordinum quæ poſteà naſcentur, quæque Virgini piè conſecrabuntur, eſſent ſcrupuloſiùs ad ſuos annos reuocandæ. Nobis itaque ſatis erit inſigniora quædam loca nonnunquam adnotare, in quibus vel propter miracula, vel propter gratias alias cultus Virginis locupletiùs effloreſcit. Quod, Deo dante, præſtabimus in ſequentibus indiculis noſtris annuis, vt ſe ſe feret occaſio. Hoc tantùm loco pius lector mentem reflectens ſe ſe placidè extendat ad conſiderandum quantum Deus Mariano honori decoris ac laudis addiderit, vel vnius Ordinis ſpecialem illam Patronam atque Dominam eligentis ſingulari fundatione.

B Quid ſi multiplices Ordines talem Patronam amplectentes? De his Domibus ſpeciales libri ſunt: & quidem Ciſtercij Annales. Ciſtercienſes enumerant; quas Ferreolus Locrius Mariæ Auguſtæ lib. 3. cap. 25. ad plures quàm 1800. extendit, quod & facit Abrahamus Ortelius in Theatro ſuo ad tabulas Lotharingiæ. Sed his omiſſis,

Digitized by Google

## Anno mundi 5097. Chriſti 1114.

A FLoruiſſe dicit Gononus Beatum Siardum, Præmonſtratenſis Ordinis lumen & Abbatem. Sed repugnat Miræus in Faſtis Belgicis 7. Martij, qui eum reponit ad annum 1230. nec incongruè: Hortus ſiquidem Mariæ, cuius Siardus fuit quintus Abbas, Beato Frederico exiſtente primo, fundatus non fuit ante annum 1163. vt dicetur ad illum annum. Nunc autem quod dat hic annus ſic breuiter perſequor.

B Bononiæ in Italia, vt notat Claudius Robertus, ſedit Epiſcopus Victor huius nominis ſecundus: cuius tempore in colle prope vrbem extructum Sacellum eſt in honorem *S. Mariæ à Columba*. Quæ ſic dicta eſt, quòd, cùm ex voto à nobili matrona Ricciola Gallucia Octauiani Piateſij ciuis Bononienſis deuota in Deiparam coniuge ædificij ſedes poneretur, fodientibus iam ac mouentibus terram operarijs ſimul & Architectis, columba ſe ſpectandam dedit, quæ ligneis fragmentis in orbem diſpoſitis ſpatium ſatis amplum cingens, conſtruendo ibi Sacello locum commodum inſinuare videbatur. Res iteratò facta monere fecit Epiſcopum, qui cum Clero illùc aduentans ſpectator fuit, & cum ſtupore admirator operantis columbæ, quam nec multitudinis concurſus, nec repetitus labor à claudendo ſuo ſpatio deterruit: vnde iudicatum à Præſule eſt, velle Beatam Deiparam eo loco ſibi exſtrui Sacellum, vbi columba circuitum deſcripſit. Quod ſtrenuè quidem rotundâ formâ erectum eſt, & breui conſecratum ac frequentibus nobilitatum miraculis nomen habuit S. Mariæ à Columba. De hoc loquitur Sigonius in Epiſcopis Bononienſibus in Victore, & Poiræus in Triplici corona, tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 107.

C Vlteriùs hoc & ſequente anno, vt aduertit ſedolò Vincentius Bellouacenſis in Speculo Hiſtoriali libro 26. cap. 21. & præcedentibus decem. Item Antoninus ſecundâ parte Hiſtoriæ, titulo 17. cap. 1. §. 3. & multi alij: quam plurima facta ſunt miracula beneficio capſæ illius, quam Laudunenſes Feretrum B. Virginis appellare ſolebant, & de qua iam dictum eſt anno Chriſti 537. In qua indicat Vincentius cap. 25. præter aliquot Diuæ Virginis reliquias incluſa fuiſſe capita Sancti Vvalerici Abbatis, & Sancti Montani Recluſi, qui natiuitatem Sancti Remigij Celeniæ matri eius prædixit, cuius & lacte à cæcitate ſanatus eſt. Vt igitur reſtitui poſſet, quam vaſtum incendium ante tres annos perdiderat, Laudunenſis Eccleſia Diuæ Mariæ ſacra, delatum eſt iſtud Feretrum in varias oras per Canonicos ſeptem Laudunenſes & ſex Brugenſes, qui teſtes fuerunt ſequentium miraculorum. Apud Iſſordunum ſanati ſunt duo contracti quorum ſuræ femoribus adhæreſcebant. Apud Caſtellum Buſcenti ſurdus & mutus à natiuitate. Turonis paralytica octo iam annos, per viſum à Virgine monita vt ad feretrum ſe faceret deferri. Item quidam iuuenis ſurdus & mutus. Apud Sanctum Laurentium de Cala ipſo Sancti Laurentij feſto, quidam monachus nolens feretrum in Eccleſiam admitti epilepſiâ graui correptus eſt, pœniténſque facti poſteà conualuit. Carnuti, recepto à Venerabili Iuone Præſule & Canonicis feretro, duæ mulieres contractæ ſanatæ ſunt, & quidam in carcere detentus mirabi- A liter exemptus eſt. Cúmque poſteà à Galliis deferretur prædictum feretrum in Angliam, in ipſo tranſitu iam paratos ad prædam pyratas non tantùm compeſcuit, ſed longè repulſos partim etiam interfecit, & malum nauis in qua ferebantur ocius comminuit. In Anglia verò variis languoribus ſanatis demum ad villam Chriſtichercam deuentum eſt, vbi cum Decanus & Clerici feretrum admittere recuſarent, quidam ex deuo- B tione & vxoris ſuæ adhortatione domi ſuæ receptaculum exhibuit. Sequenti autem die flammiuomus draco de mari egreſſus in villam aduolauit; & primò Eccleſiam in cinerem redegit igne illo quem ex naribus efflabat; deinde varias Clericorum domos, ac præſertim Decani, qui cùm ab incendio ſupellectilem ſuam in nauim ad littus eriperet: prædictus draco nauim petens ipſam & omnia quæ in ipſa erant combuſſit. Domus autem illius, qui receperat feretrum, cum omnibus ſuis illæſa permanſit: quod cernens Decanus veniam poſtulabat. Hæc prædicti Authores, qui addunt quamplurimos inſuper infirmos fuiſſe liberatos, & ex oblatis eleemoſynis reparatam ac reſarcitam Laudunenſem Diuæ Virginis Baſilicam.

## Anno mundi 5098. Chriſti 1115.

A FActus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Atrebatenſis Robertus huius nominis primus; ſic habet Catalogus Epiſcoporum Atrebatenſium apud Galliam Chriſtianam, & apud Gazetum. Erat verò Robertus inſigni in Deiparam affectu, quam proinde voluit in Eccleſia ſua coli recitato eiuſdem quotidie paruo Officio iuxta decretum Claromontani Concilij ſub Vrbano ſecundo. Varia C item ornamenta Eccleſiæ contulit, quibus Mariana propagaretur deuotio. Ita prædictus Gazetus, & Vincentius Charron in Calendario 12. Ianuarij n. 6.

B At Petrus Diaconus, monachus Caſſinenſis, magnæ apud omnes authoritatis vir, & Bibliothecarius, Girardo Abbati hoc Domini anno, quinquennis Deo eſt & S. Benedicto nutriendus oblatus, qui ſcientiâ poſteà atque magnâ virtute apud omnes illuſtriſſimus fuit. Ex plurimis verò quæ ſcripſit, eſt Sermo vnus de vigilia Aſſumptionis B. Mariæ. De qua re Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

C Ad hunc quoque annum referimus Odonem ſiue Odoardum Cameracenſem Epiſcopum, qui videtur hoc anno exceſſiſſe de vita, quicquid contrarium aſſerat *Bibliotheca Mariana*, eius mortem reponens ad annum 1119. vel Claudius Robertus eandem reuocans ad annum 1113. Cùm enim hic poſtremus indicet Odonem factum Epiſcopum anno Chriſti 1097. & mortuum anno 18. Epiſcopatûs ſui, relinquitur defunctum eſſe anno 1115. Fuit autem Odo vir moribus & doctrina præſtans, ac pietatis in Deiparam ſuæ monumentum dedit Opuſculum quoddam de Beata Virgine, *Gratia plena*, prænotatum.

## Anno verò mundi 5099. Chriſti 1116.

OBijſſe Iuonem, ſiue cum litera Græca, Yuonem Carnotenſem Epiſcopum, docet nos Caralogus Carnotenſium Epiſeoporum Galliæ Chriſtianæ: nec Baronius diſſentit loquens de eo anno 1114. quem ait eò perueniſſe nec multùm exceſſiſſe. Fuit autem Iuo, vt ſtrenuus in Eccleſiæ negotiis, ita diligens in Virgine colenda, de qua hæc præclara enunciat in ſetmone de Natiuitate Domini: *Quomodo matrem carnis ſuæ ſanctificauerit deinceps audiamus, vt inde lætentur Catholici, immundus confundatur hæreticus; omnem quippe næuum tam originalis quàm actualis culpæ in ea deleuit.* Quibus verbis, vt rectè aduertit Salazar, non parum Iuo immaculatæ Conceptioni Deiparæ fauere credendus eſt. Et ne quis putet, iſtiuſmodi verbis Iuonem velle ita in Virgine deletam fuiſſe culpam originalem, quaſi ipſa præceſſerit; ſatis intelligere poteſt contrarium ex eo, quod dicit etiam in ea deletam culpam actualem, quæ tamen nullo modo præceſſit. Adde quòd poſteà ſubdit: *Sola hæc mater ſibilo ſerpentis non credidit*, hoc eſt, non infecta eſt primâ ſerpentis ad Euam & Adamum ſuggeſtione, ſiue noxa originali. A

## Anno mundi 5100. Chriſti 1117. vel certè ad hoc proximè tempus.

A POnuntur communiter initia & erectio Ordinis ac Monaſterij Fontis Ebraldi. Nam, vt rectè aduertit Baronius, mortuus eſt hoc Chriſti anno 1117. Robertus de Abruſcellis Pariſienſis Doctor, qui Monaſterium illud atque Ordinem erexit, & à Paſchali Pontifice confirmandum curauit ſub hac forma: vt vniuerſæ Congregationi Abbatiſſa præſit, quæ in omnes tum viros tum fœminas ius ſummum obtineat: vt cœnobia virorum à cœnobiis mulierum diſtincta ſint; & hæc Virgini Mariæ, illa Beato Ioanni Euangeliſtæ omnia dicata ſint. Præterea vt viri, S. Ioannis Euangeliſtæ exemplo, & iuxta illa Chriſti verba; *Mulier ecce filius tuus*, Virginibus ſiue mulieribus obedirent: & hæ viciſſim B. Virginis exemplum ſequentes, & iuxta illa alia Domini verba; *Ecce mater tua*, Religioſos tanquam filios curarent. Statuta denique & Conſtitutiones pro vtriſque ſeparatim conſcripſit. Et huic Ordini non tantùm Reges, Principes ac Dynaſtæ non extitêre contrarij, ſed potiùs fauerunt, eúmque amplexi ſunt; & Pontifices Romani datis pro eo bonis atque authenticis Bullis eundem prolixè approbarunt. Plura de illo ipſo Ordine Baronius habet loco prædicto; habet & Gallia Chriſtiana verbo Fons Euerardi, vbi putatur hic Ordo valde probabiliter incepiſſe anno 1106. habet & Neubrigenſis lib. 3. cap. 25. habent & alij. Sed hîc hactenus delibata ſufficiant, vt quiſque intelligat, quam ſit hic Ordo in cultu Deiparæ eximius, qui vt ipſam referret & maternam in ſuos curam, totus inſtitutus eſt.

B His quoque temporibus horrendæ clades orbem terrarum exceperunt. Diuerſa oppida conflagrarunt, terræmotus alia abſorbuit, Leodium penè aquis ſubmerſum, ſanguineæ nubes conſperſæ varijs maculis conſpectæ, cruentus imber, igneæ in aëre acies, & ſimilia quæ terrorem excitant. Ita Sigebertus, Nauclerus, Dodechinus. Sed Dodechinus addit, infantulum Cremonæ eſſe viſum, qui iacens in cunis & pannis obuolutus, nondum aſſueta in vocem ac verba ora reſoluit dicens; ſibi viſam Dei genitricem Mariam ante tribunal Chriſti ſtantem, quæ precibus inſtantiſſimè à filio miſericordiam peteret: quibus ille dictis in ſolitum rediit ætati illi ſilentium. Ita adhuc Spinellus cap. 16. n. 20. & Poitæus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 8. §. 3. n. 5. & alij. Poſteà

## Anno mundi 5101. Chriſti 1118. Gelaſius ſecundus in Romana ſede Paſchali ſuccedit.

A QVo tempore S. Godefridus Ambianenſis Epiſcopus ex hac miſera vita ad cælum tranſijt, vt Baronius habet, & Catalogus probat Epiſcoporum Ambianenſium in Gallia Chriſtiana. De eo, cùm eſſet Nouigenti, matrona quædam Emma nomine, illò ſolita ventitare ad Eccleſiam Virginis, in qua ipſe feruentes non rarò preces effundebat; hoc obtinuit à Deo, vt non antè ex eo loco Godefridus diſcederet, quàm ipſam Sacramentis ritè munitam in æde Deiparæ condidiſſet. Sic vita Godefridi apud Surium 8. Nouembris lib. 1. cap. 31.

B Ordo quoque militiæ Templariorum originem hoc anno habuit, vt docet Vvillelmus Tyrius lib. 12. de bello ſacro cap. 7. Inter eius milites primi ac præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Gaufredus de S. Aldemaro; quibus cùm poſteà; & regula à famulo dilectiſſimo Diuæ Virginis Sancto Bernardo data fuerit; & iuſſu Pontificum Honorij ſecundi atque Eugenij tertij aſſignatus habitus albus; & forma iuramenti ſpecialem profeſſionem contineret de perpetua virginitate, ante & poſt partum, Dei genitricis Mariæ: ſatis intelligi datur, non parum eiuſmodi Ordinem cultui Mariano fuiſſe addictum. Videri de hoc Ordine poſſunt Annales Ciſtercij Angeli Manrique ad annum 1128. cap. 2. & 3. vbi agit de illis. Et Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 5. Et Paulus Æmilius libro 5. & alij.

C Inſtitutum etiam fuiſſe his diebus Ordinem Hoſpitalariorum nonnulli aſſeuerant: & quidem hoc anno mortuum fuiſſe primum Hoſpitalis adminiſtratorem Gerardum, teſtatur hiſtoria Melitenſium Equitum, quæ initium huius Ordinis reuocat vel ad annum 1113. vel ad 1130. ſecundum quod diuerſimodè initium ſumitur aut à Gerardo, aut à Raimundo de Podio, ſub quo hic Ordo in formam perfectam videtur acceſſiſſe. Quicquid ſit, certum eſt hunc Ordinem natum eſſe velut in vlnis atque ſinu Dei genitricis, nempe in templo quod eſt *Diuæ Virgini Latinæ* dicatum, vt teſtatur Polydorus Virgilius lib. 7. de inuentoribus rerum cap. 5. & prædicta Melitenſis hiſtoria, quæ etiam inſinuat, ex eo quòd Chriſtiani Latini ædem S. Mariæ Ieroſolymis erexerant, eam fuiſſe appellatam templum S. Mariæ Latinæ, iuxta quod conſtructum eſt peramplum Hoſpitale ſuſcipiendis peregrinis, qui eò deuotionis causâ veniebant, idoneum. Cùm ergo & copiâ rerum & perſonarum numero creuiſſet iſta Societas, Innocentius ſecundus anno 1130.

ſperans hinc non mediocre Catbolicæ fidei munimentum: in honorem *Diuæ* Virginis & puritatis bortamentum, iuſſit vt crucem albam in palliis nigris, necnon eriam in vexillis, velut ſtemma huius ordinis, Equites vniuerſi geſtarent. Additum quoque eſt, vt in formula receptionis promitterent Deo, *S.* Virgini Mariæ, & S. Ioanni Baptiſtæ, &c. Variáſque ſoluerent preces in honorem Beatiſſimæ Matris. Quæ omnia parent ex Statutis Ordinis in illa prædicta hiſtoria contentis. Quàm verò S. Deipara hunc ordinem iuuerit, ſatis manifeſtabunt, quæ ſequentibus annis de militibus Rhodijs, ſiue Melitenſibus Equitibus, qui ijdem ſunt cum Hoſpitalarijs, occurrent; præſertim anno Chriſti 1480. & 1565. Poſt hæc

## Anno mundi 5102. Chriſti 1119. Calliſtus ſecundus Gelaſio ſecundo ſufficitur.

A QVâ temporum differentiâ florebant Ioannes Zonaras Monachus, & Goffridus Vindocinenſis Abbas, vt colligere eſt ex Bellarmino libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Prior illorum Canonem compoſuit, in quo glorioſam Matrem Domini inuocat contra omnes propemodùm hæreſes, Arij, Sabellij, Macedonij, Apollinaris, Neſtorij, & plurimorum aliorum. Habetur iſte canon tomo 12. Bibliothecæ Patrum parte prima, pagina 1191. in quo latinè reddendo Genebrardus operatus eſt. Poſterior pulcherrimos Sermones de Natiuitate Domini ſcripſit, plenos encomiorum erga *Beatam* Deiparam: addidit & hymnum ſiue orationem, quæ ſic incipit: *O Maria glorioſa, Ieſſe proles generoſa, Per quam fuit mors damnata, Atque vita reparata, &c.* In ea deuotiſſimos erga Dei genitricem ſenſus effundit. Habentur hæc omnia loco citato Bibliothecæ Patrum, pagina 275. & ſequentibus. Anno autem altero Calliſti Pontificis, hoc eſt,

## Anno mundi 5103. Chriſti 1120.

A NOrbertus, cùm antè à Pontifice Gelaſio, & iam à Calliſto licentiam prædicandi haberet, collectis ſocijs Regulam Sancti Auguſtini ſeruandam ſuſcipiens, author fuit Ordinis, à loco dicti, Præmonſtratenſis. Hæc Hugo in vita ipſius apud *Surium* 6. Iunij pluribus enarrat, & Miræus in Chronico Præmonſtratenſi, ac Faſtis Belgicis. Quàm verò hic Sanctus vir, & ab eo fundatus Ordo, pius fuerit in Sanctiſſimam Dei Matrem, multa quidem teſtantur. Sed hoc præcipuè quod initio Conſtitutionum eiuſdem Ordinis refertur: nempe ipſi, cùm adhuc fluctuaret de forma & colore babitûs, quo ſocios ſuos ſéque ipſum veſtiret, Angelum à Matre Dei miſſum apparuiſſe, qui & Virgini & Deo placuiſſe diceret, veſtem vt albam aſſumeret in indicem Marianæ integritatis, & Marianæ in Candidiſſimum Ordinem Protectionis. Obijt autem Norbertus anno 1134. cum Magdeburgenſi in Germania Archiepiſcopatui annis ferè octo laudatiſſimè præfuiſſet, & ſepultus ibidem fuit apud ſuos in Monaſterio S. Mariæ ante aram Maiorem. Ita Miræus & prædictus Hugo locis ſuperiùs citatis.

B Addit verò Balinghem in Calendario ad 5. Nouembris, hoc adhuc anno à militibus Chriſtianis captam fuiſſe Damiatam ſiue Heliopolim Ægypti, in eáque à Pelagio Apoſtolico Legato conſecratum fuiſſe ritu ſolemni præcipuum Saracenorum templum in obſequium Deiparæ. Sic Balinghem ex Paulo, vt ait, Æmilio. At centū annis erratum eſt ab illo: nec Paulus Æmilius hanc Damiatæ occupationem priùs factam aſſerit, quàm anno Chriſti 1219. vt patet ex libro eius ſexto; in quo etiam, & adhuc aliàs, Heliopolim à Damiata diſtinguit, Damiatámque vocat Peluſium vt vocari debet, Heliopolim verò Halapiam nominat. Itaque in ſuum tempus Damiata reiecta.

C Ex Scriptoribus Marianis emicuit hoc anno, vt habet Trithemius, & ex Trithemio Bibliotheca Mariana, Rupertus, Lympurgenſis Cœnobij Abbas, qui iubente per viſum Dei genitrice, ſcripſit ſuper Cantica in laudem eiuſdem Virginis Opus egregium quatuor libris diuiſum. Verum

## Anno mundi 5104. Chriſti 1121.

A EDinerus ſiue Eadmerus Anglus, cognominatus Cantor, qui deinde ex monacho Benedictino factus eſt Sancti Andreæ in Scotia Epiſcopus, claruit, inquit Bibliotbeca Mariana, & librum compoſuit de Laudibus Mariæ Virginis.

## Anno deinde mundi 5106. Chriſti 1123.

A GLorioſam de Scytbis Thraciam inuadentibus Ioannes Comnenus ope Virginis victoriam reportat, glorioſiſſimus ipſe propter eum triūphum, quem eidem Virgini lubentiſſimè detulit, Imaginem ipſius magnificentiſſimo currui triumphali impoſitam cum inſigni pompa reducendo in vrbem & Conſtantinopolim reuehendo, ipſe pedes, manúque crucem geſtans, ac currum præcedens. Quæ omnia pluribus Nicetas Choniata deſcribit, ex quo mutuati ſunt Baronius anno 1123. Spinellus cap. 35. n. 37. & tractatu de exemplis n. 55. & alij. Imago qua Comnenus vſus eſt ſeruatur Venetiis, éſtque ea, quam priùs ad triumphum olim adhibuerat Ioannes Zemiſces, de quo ſuprà diximus ad annum Chriſti 971. eandem verò eſſe atque ſeruari Venetiis teſtatur Atlas Marianus lib. 2. imagine 4.

## Anno verò mundi 5107. Chriſti 1124. Honorius ſecundus Calliſto ſubrogatur. Dein

A BAlduinus, Rex Ieroſolymorum, cùm eſſet circumuentus à quamplurimis Saracenis, denique captus eſt: & illi in Chriſtianos efferati, ad quadraginta & ampliùs millia ſimul conglomerantur. Sed Chriſtiani ad Deum Chriſtiparámque confugiunt, & die pugnæ deſtinata, procedunt cum variis Sanctorum Reliquijs, præſertim verò cum lacte S. Deiparæ. Tunc verò manifeſtè proſpectant, quaſi ſciſſo aëre, ruere ſplendorem in Paganos, quo eneruati illi paſſim

coram Chriſtianis fugiunt, cæduntur, ſubmerguntur, ac denique pereunt. Rem iſtam apertè enarrat Robertus de monte in Appendice ad Sigebertum: vbi etiam teſtatur, Balduinum tandem anno Chriſti 1126. redemptione ſuâ datâ fuiſſe à Saracenis, & non antè, dimiſſum.

## Anno autem mundi 5108. Chriſti 1125.

A Par cœnobiorum, virorum vnum, alterum fœminatum, ad honorem Diuæ Virginis egregiè fundat Godobaldus tunc Traiectenſis Epiſcopus: Illa verò fundat eo loco, quem Oeshtoët nuncupant prope Vltraiectum, in eóque ſanctè moritur ac demum ſepelitur. Quam rem tum ex Meyero, tum ex aliis aduertit Fetreolus Locrius lib. 3. cap. 107. Mariæ Auguſtæ, vbi monaſteria iſta Oſtbroucana appellat. Commemorat etiam in Anacephalæoſi.

B Sed & Viconienſe in Hannonia monaſterium hoc anno fuiſſe conſtructum, habet idem Locrius ibidem cap. 100. quod & Ordinis Præmonſtratenſis ait, & à monacho Guidone inceptum, demum quatuordecim pòſt annis ab Aluiſo Atrebatenſi Epiſcopo B. Deiparæ fuiſſe conſecratum. Rurſum

## Anno mundi 5109. Chriſti 1126.

A Antuerpiæ Eccleſia B. Virginis Mariæ hoc anno erecta creditur, in qua ædificanda quamplurimùm conduxit labor S. Norberti, ſicut manifeſtum eſt ex vita illius 6. Iunij apud Surium cap. 34. Addit verò Balinghem in Calendario 18. Iulij, à Decano & Capitulo Antuerpienſi in veteri membrana anni 1410. Iunij 10. die, agnoſci conditorem ac fundatorem huius Antuerpienſis Eccleſiæ eſſe Godefridum Bullonium Ieroſolymorum Regem. Potuit ſanè Beatus Norbertus vrgere eiuſmodi constructionem ex pecuniis aliáue ſupellectile Godefridi Bullonij, aut etiam eundem, quâ verbo, quâ literis, ad hoc bonum opus mouere, ſuámque inſuper & curam & operam in Virginis amorem magno animo adhibere.

B Præter hæc habet & hic annus conſecrationem templi conſtructi operâ & ſollicitudine S. Guilielmi patriâ Vercellenſis atque Eremitæ, fundatoris Eremitarum Montis Virginis, qui mons eſt in regno Neapolitano. Conſecratur autem ab Auellini Epiſcopo in honorem B. Mariæ prædictum hoc templum ſimul cum cœnobio eidem adiuncto, quod quia eſt in monte Virginis & primarium eſt, ideo & dat Ordini nomen, & ſimul indicat quàm ſit totus Ordo, dictus Montis Virginis, in Virginis poſitus & præſidio & amore. De hoc S. Guilielmo memoriam facit Martyrologium Romanum 25. Iunij, & Baronius in notis, &, vt ipſe Baronius aduertit, qui ſcripſit vitam eius Fœlix Renda, Prior Monaſterij Montis Virginis. Spinellus autem tractatu de exemplis n. 62. agit de conſecratione eiuſdem templi, quam ait factam eſſe hoc anno, menſe Maio die Pentecoſtes, quo die quotannis plurimùm inuiſitur: addit quoque Imaginem, quæ templo & Monti, & Monti & templo, vtrique nomen dedit, eſſe formâ humanâ maiorem, & Deiparæ ſedentis in throno puerúmque Ieſum gremio confouentis. Sed prætereà Atlas Marianus libro ſecundo imagine 11. aſſerit iſtam imaginem depictam fuiſſe olim à S. Luca, quam Eudoxia vnà cum Zona Virginea ad Pulcheriam Auguſtam Ieroſolymis Conſtantinopolim tranſmiſit, & cuius beneficio contra Gainam alióſque barbaros vrbs Conſtantinopolitana inuicta permanſit. Circa hunc verò annum Balduinus ſecundus Imperator eandem iuſſit in Italiam deferri cum aliquot aliis ſacris Reliquijs. Tranſuerſam ſecuère milites, vt faciliùs geſtanti malæ imponerent. Hæc dum onus baiulat, iuxta Auellinum ſecreto inſtinctu agitata, contra mulionum Dominorúmque ductum, recta tendens ad Virginis montem, hoc eſt ad locum qui deinde ex illa imagine Mons Virginis dictus eſt, ibidem ſacrum pignus & onus depoſuit, nempe partem illam Imaginis, quæ vultum ad pectus vſque Virginis continebat. Anno autem Chriſti 1310. Catharina ſecunda Imperatrix, erga B. Deiparam quàm obſequentiſſima, ſacræ Iconi reliquum corporis ex noua materia curauit adijci vnà cum paruulo Ieſu inter brachia, necnon quoſdam Angelos adſtantes, & complura lilia, capitique Virginis ſuam adaptauit ſplendentem coronam auream ac denique præcepit ibidem ſepulturæ ſuum corpus committi. Ita prædictus Atlas. Arnoldus autem Vvionius, libro tertio ligni vitæ, de S. Guilielmo loquitur, & illum obijſſe dicit anno 1142.

C Inſuper adhuc euoluente hoc anno diſceſſit è vita S. Stephanus Comes Aruernenſis, iterum Ordinis fundator, & B. Virgini perquam addictiſſimus. Fuit hic fundator Grandimontenſis familiæ, ſiue Ordinis illius Religioſi, & in Deiparam deuoti. Diſceſſiſſe verò de vita notat Baronius ex Vincentio Bellouacenſi, & Daraldus in eius vita, & Vincentius Charron in Calendario 12. Februarij n. 1. Vixit autem ille in ſilua Mureti apud Lemouices, & prӕterquàm quòd initio conuerſionis, præcipuo quodam impulſu, ſe B. Virginis ſtudio patrocinióque commiſit, prætereà ſingulis diebus recitabat S. Mariæ Officium, præter alias multas preces: & in omnibus rebus ſuis ac ſuorum, in negotiis ac neceſſitatibus recurrebat ad illam: Vnde capto aliquando à latronibus Procuratore Monaſterij ſui ac funibus ligato; poſt fuſas ſuas & ſuorum ad Deiparam preces, verſâ vice Procurator domum redijt cum latronibus ligatis, quos Stephanus benignè admonitos liberos abire permiſit. Quonam autem præciſè tempore inchoatus ſit Grandimontenſis Ordo nondum ſatis liquet, coniectari licet circa annum 1086. initium habuiſſe. Certius eſt exemplo fundatoris ſui, illum Ordinem valde propenſum eſſe in cultum B. Virginis. Poſt hæc

D Hoc demum anno mortem obiit Odoriſius de Sangro, Abbas Caſſinenſis, Cardinalis à Paſchali ſecundo factus. Hic compoſuit Sermones ad feſta Beatæ Virginis, monumenta deuotionis ſuæ erga Deiparam. Claruit item Pandulphus Oſtienſis, qui paruulus olim Diuo Benedicto in Caſſino monte oblatus, poſteà Epiſcopus Oſtiæ, demúmque Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ factus eſt. In honorem Virginis compoſuit

Digitized by Google

Rhithmum Sermonéſque varios. Quæ omnia conſtant ex Marraccij Bibliotheca Mariana.

## Anno mundi 5110. Chriſti 1127.

A OCcubuit Beatus Carolus cognomento Bonus, Comes Flandriæ, filius Canuti Regis Daniæ; occubuit autem martyr pro iuſtitia Brugis in Baſilica S. Donatiani, cùm ante aram Deiparæ, in ſuperiore templi parte, quæ palatio eius erat contigua preces ad Deum funderet. Ita Miræus in faſtis Belgicis 2. Martij, & Vincentius Charton in Calendario eodem die, vbi etiam ex Meyero & Molano addit à B. Carolo tum ædificium, tum numerum Canonicorum Collegiatæ Brugenſis *Sanctæ* Mariæ dedicatæ, fuiſſe amplificatum.

## Anno deinde mundi 5111. Chriſti 1128.

A AIunt Robertus de monte in appendice ad Sigebertum. S. Antoninus 2. parte hiſtoriæ titulo 16. cap. 14. §. 1. & 2. Vincentius Bellouacenſis lib. 27. cap. 2. 3. 4. Hugo Farſitus in Hiſtoria Laudunenſi, & alij; Sueſſiones, Atrebati, Carnuti, tam acerbè ſæuiſſe luem illam Ardentium, vt innumeri propemodùm eâ correpti gemuerint. Sed confugerunt ad Eccleſiam *S.* Mariæ, & remedium inuenerunt, aut certè in cera ardentium in honorem Beatæ Deiparæ candelarum ſubſidium nacti ſunt: quod ipſa eadem B. Deipara cuidam bonæ mulieri benignè indicarat, & vt illud aliis ſignificaret monuerat.

B Hoc eodem tempore, puer vndecim annorum hâc peſte infectus, à matre in templum B. Virginis Sueſſionenſis delatus, confeſtim conualuit, narrauitque omnibus, ſe fuiſſe raptum ante Deum & Dei genitricem: hanc pro populo ſupplicantem vidiſſe petentémque vt dignaretur Deus hunc morbum à populo auertere, atque id impetraſſe; in cuius viſionis teſtimonium ſe breui moriturum aſſeruit, quod & accidit. Ita Robertus de monte ſuprà citatus. At

## Anno circiter mundi 5112. Chriſti 1129.

A QVidam nomine Petrus, vt Vincentius habet paulò antè citatus, cap. 10. cùm in territorio Gratianopolitano, Granopolitanum Vincentius appellat, feſto die opera ſeruilia tractauiſſet, fulmine de cælo tactus eſt, & igne in tibia percuſſus. Inuocatâ *B.* Magdalenâ, ita flamma eum dimiſit, vt inutilis remaneret. Ergo ad Deiparæ Eccleſiam crebris miraculis inſignem, quæ habebat etiam Sancti Hippolyti martyris memoriam, iuſſit ſe deportari, vbi frequentibus eiuſdem Petri precationibus laceſſita S. Dei genitrix, iuſſit S. Hippolyto vt tibiam amiſſam Petro reſtitueret, & antiquo vigori reſtitutum ſanaret; quod & protinus effectum eſt prodigioſo miraculo. Habet hanc Vincentij Bellouacenſis hiſtoriam Spinellus tractatu de exemplis n. 20.

B Sed & Claræuallis Conuerſus quidam (de hoc loquitur Gononus in Chronico ad annum 1111. atque tunc obiiſſe dicit, vt iam ſuprà ad illum annum monuimus, cùm nondum eſſet Claræuallis, imò nec Religioſus S. Bernardus Claræuallis fundator) hunc Anonymum vocant Annales Ciſtercij Angeli Manrique ad annum 1129. cap. 6. n. 4. & n. 2. dicúntque quòd in feſto Aſſumptionis, cùm eſſet extra Claræuallenſe cœnobium in mapali quodam, ſiue grangia; tam ſincero affectu Dei genitricem veneratus eſt, vt Diuo Bernardo reuelatum fuerit, nullum ex aliis Religioſis eius, tam ſanctum, tam gratum, tam meritorium Reginæ cæli famulatum exhibuiſſe; quod & ipſe Bernardus eadem die conuocatis fratribus aperuit.

B Hoc etiam anno, vt habet Ferrenlus lib. 3. cap. 79. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi, Monaſterium *Noſtræ Dominæ Parcenſis* iuxta Louanium erectum eſt, liberalitate Godefridi Barbati Lotharingiæ *Ducis* & Louanienſis Comitis; idque factum eſt per Gualterum Abbatem S. Martini Laudunenſis. In huius autem Monaſterij templo, & abſide templi, pendet Imago Deiparæ, quam Angeli hinc inde ſex magnificè circumdant.

## Anno autem mundi 5113. Chriſti 1130. Innocentius ſecundus loco defuncti Honorij præeſt.

A QVo etiam anno Hugo Farſitus Laudunenſis Eccleſiæ Canonicus miracula conſcripſit S. Mariæ Laudunenſis & Sueſſionenſis. Quod de eo commemorat Ferreolus Locrius, addens manuſcripta illius adhuc etiamnom extare. Vide Locrij Anacephalæoſim. At verò Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 49. illum prætereà teſtatur collegiſſe varia miracula *Diuæ* Virginis de Auenone, quæ apud Aurelianenſes multam habuit famam. Nunc quod ſequitur.

## Anno mundi 5114. Chriſti 1131.

A PEoè conſumptam igne, conſumptione valde horribili, Nouiomenſem Eccleſiam *S.* Deiparæ ſcribit Demochares folio 24. literâ *A.*

B *S*ed & Virdunenſis ciuitas liberata eſt à futura obſidione beneficio *D*ei genitricis. Quippe apparentibus quibuſdam prodigiis ſupra tectum S. Mariæ, Raynaldus *B*arri Comes, aliíque cum eo in obſidionem coniuratores, ab ea facienda territi ſunt. Hanc rem fusè referunt Guillelmus Virdunenſis Decanus in Catalogo Epiſcoporum Virdunenſium, atque ibidem Laurentius Leodienſis *S*ancti Vitoni monachus, & Richardus Vvaſſeburgicus, ex quibus Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 57. hiſtoriam enarrat. Qui omnes aiunt iſtud hoc anno 1131. accidiſſe, quando Albero Chinienſis fuit electus in Epiſcopum Virodunenſem, quem etiam hoc anno fuiſſe electum aſſerit Gallia Chriſtiana Roberti.

C Hoc quoque tempore Monaſterium *S. Mariæ Bonæ Spei* in Hannonia à Lietardo Cameracenſi Antiſtite conſecratum eſt; quod etiam eſſe Præmonſtratenſis Ordinis docet Ferrenius Locrius, tum in Anacephalæoſi, tum in lib. 3. cap. 91. Mariæ Auguſtæ.

Digitized by Google

## Anno verò mundi 5115. Chriſti 1132.

OBiit Euſtachia Comitiſſa Stampenſis, quæ A
iam à teneris annis deuotiſſima erga S. Virginem, in eius honnrem fundauit Abbatiam *S. Maria de Hedera*, vulgò *Hierre*, ſic dictam à riuulo Hedera prnpè fluente, & in eadem voluit ſepeliri, qund notat Iacobus Breulius lib. quartn Antiquitatum Pariſienſium paginâ 1198. & Vincentius Cbarron in Calendario 3n. Ianuarij, necnon Claudius Rnbertus in Gallia Chriſtiana, verbn *Hedera*. Præterea

## Anno mundi 5116. Chriſti 1133.

MIlo Bonnnienſis in Picardia Epiſcopus, vnà A
cum præſentibus tribus aliis Epiſcopis Aluiſio Atrebatenſi, Guatino Ambianenſi, & Simone Nouiomenſi, Eccleſiam Bononienſem ſuo ſtudin reſtitutam, in honorem S. Virginis dedicauit & conſecrauit, in qua varia coruſcauerunt miracula. De hac conſecratinne meminit Claudius Robertus in Catalngo Epiſcoporum Bononienſium, Anſelmus quoque Gemblacenſis, Ferrenlus Locrius, ac demum in Calendario Vincentius Charron 15. Octobris n. 4.

Circa hunc autem annum, io territorio Lan- B
dunenſi, templum *Diua Virginis de lætitia* & cnnditum eſt, & miraculis clareſcere cœpit ob imaginem B. Deiparæ aſportatam de cælo. Dn qua re mentinnem facinnt Iacobus Bozius Ordinis Sancti Ioannis Iernſolymitani, ſiue Hoſpitalariorum, Procuratnr Generalis, & Bandinus Cancellarius eiuſdem Ordinis, & alij, qui aiunt hoc circiter anno tres Equites ex Ordine prædicto S. Ioannis, patriâ Laudunenſes, generis nobilitate inclitns, cùm in Idumæam profecti fortè eſſent, incidiſſe prope Aſcalonem in inſidias Sultani Ægypti, à quo cnniecti in atrum Cairi carcerem, deinde ab eodem ſollicitati ſunt quà minis, quà promiſſis, vt abiuratâ fide Catholicâ, impiam Mahnmetis ac deteſtandam ſectam amplecti ac profiteri vellent. Quio etiam in eundem finem, qunſdam ſacrificulos ſuos, & poſt eos filiam ſuam, quam iam grandem habebat, Iſmeriam, pulcherrimam aſpectu, atque plenam lenocinijs, ad prædictos Equites miſit; quos illa non tantùm non permouit, vt pntiùs religinſis & piis Equitum colloquiis excitata ſit ad Deiparæ amorem, ſanctæque caſtitatis; & petierit hanc ſibi conferrent gratiam, videndi aliquam ſtatuam B. Virginis Genitricis Dei. In tanta barbarie, tanta nmnium artificum perfectiſſima penuria, tantn carceris hnrrore, impoſſibilis hæc petitio videbatur. Nihilominus promittunt, & prece fatigantes cælum, demum ſe ſomnn arctari permittunt: qnn ſnluto, ecce ſuaui cæleſtium choro, luce, ac melodiâ, carcerem oppleri conſpiciunt, ſtatuámque Diuæ Virginis gratiſſimn ſimul odnre ac lumine micare demirantur. Hanc Iſmeriæ poſtmodùm venienti læti nfferentes, etiam conſilium ineundæ fidei Catholicæ ſenſim inſpirantè re: imò longè efficaciùs Beatiſſima Virgn, quæ Iſmeriæ iuſſit, vt relicto narali ſnln ſe in viam cum Equitibus daret, baptiſmum ſuſciperet, ſibique deſeruiret. Ergo vnà ex Cairn, tutelâ Dei genitricis obtecti, ſine negotio erumpnnt, imaginem de cæln elapſam ſecum cnm gaudin deferunt, paulúmque fatigati eum tantillùm obdormiſcerent, deinde excitati mirati ſunt ſe ſe verſa-
A ri in agro Landunenſi atque in patrio ſnlo, hoc eſt, in territorio pagi Elpeoſis & Marcbiſienſis, non longè à Lauduno, vbi, ſtatuâ depoſitâ, in honorem Diuæ Mariæ dictæ de lætitia, ſcilicet in memnriam tam inſperatæ lætitiæ, quâ, ſiue captiuitate liberati, ſiue ſuis terris redditi, exultabant, deuotiſſimum ſacellnm erexerunt, quod miraculis clarum tota Europa celebratur. Iſmeria ab Epiſcopo Laudunenſi Barthnlomæn ſacris fontibus tincta, vitam in poſterum virtutibus illuſtrem in obſequio conſtantiſſimo Deiparæ conſumpſit, &, ætate tranſacta, in ſacelln Diuæ Virginis Lætitienſis ſepulta eſt. Præter ſupradi-
A ctns authores refert hanc Diuæ Mariæ clementiam hiſtoricus liber Ordinis Melitenſium Equitum à Balduinn ſcriptus, qui inſinuat tempus illius eſſe circa annum Chriſti 1120. Vincentius Charron in Calendario 11. Septembris aſſerens eueniſſe anoo 1131. Poiræus Triplicis cnronæ tractarn 1. cap. 12. §. 5. n. 53. determinans annum 1134. Renatus de Ceriziers in biſtoria Virginis Lætitienſis, & alij recentiores, quorum diuerſi diuerſum annum accipiunt. Certè ſi tunc, vt narrat hiſtoria, baptiſata eſt à Bartholomæo
B Epiſcnpn Iſmeria, neceſſe eſt eiuſmodi baptiſmum celebratum fuiſſe intra annum 1114. quo Bartholnmæus factus eſt Epiſcopus, & annum 1151. quo obiit, vt docet Gallia Chriſtiana Roberti; medium autem huius temporis eſt annus 1133. Iam verò

## Anno mundi 5117. Chriſti 1134.

A FOcnldus princeps ditionis Mnſam inter & Vvahalim, in grauiſſimn vitæ periculo hoſtibus inſequentibus conſtitutus, equn inſideus in Moſam inſilit voto facto Monaſterij conſtrnendi ſi periculum euaderet: viſa ſtatim eſt Deipara tergo equi inſidens, & Focoldum à periculn eripiens, qui memnr beneficij annn 1134. caſtrum ſuum Bernam in Monaſterium conuertit, probante id Andrea Vltraiectenſi Epiſcopo, qui tunc viuebat. Ita Miræus in Chronico Ordinis Præmonſtratenſis. Sed

## Anno mundi 5118. Chriſti 1135.

A HEnricus Anglnrum Rex, Guillelmi Conquæſtnris filius & bæres, vitam cum morte commutauit, antè tamen cœnobio *S. Maria à Pratis*, quod Machtildis mater iuxta Rothomagum inchoauerat, abſolutn, & annuo prouentu non modico ditato. Quod ex Vvillelmo Malmeſburienſi, Polydnrn Virgilio, & Guillelmo Gemericenſi, Ferreolus Locrius habet libro 3. cap. 57. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi.

## Anno autem mundi 5119. Chriſti 1136.

A MOritur S. Lenpoldus Marchin in Auſtria; qui Eccleſiam S. Mariæ prnpe Viennam ad ripam Danubij ædificari curauit. Habent id Acta eius apud Surium 15. Nouembris.

Eodem

B Eodem autem anno etiam fundatur Abbatia Sanctæ Mariæ *de Buzeio*, in bonorem Diuæ Virgiois, illam & dotaote & ædificante Ermingatdi Britanoræ Duciſſa: quod oorat Claudius Robertus io Gallia Chriſtiana, necnon Argentré lib. 3. cap. 43. & 49. ac Vincentius Charron in Calendario 10. Martij, & deinde 16. Octobris, vbi dicit conſecratam fuiſſe Eccleſiam ab Rolando ſiue Rodaldo aut Ruando Epiſcopo Venetenſi anno Chriſti 1119. ſed clarum eſt mendum irrepſiſſe, & legendum anno 1149. cùm Roandus nou fuerit Epiſcopus ante 1143. & deinde fundatio non fuit facta ante hunc 1136. ipſo etiam cum aliis ſic affirmante.

C Ad hunc quoque annum reuocatur mors ſanctiſſima Vvillelmi Ducis Aquitaniæ & Comitis Pictauienſis, quem à licentioſa viuendi ratione Diuus Bernardus ope Sacramenti Euchariſtiæ ad meliorem frugem reduxerat ante aliquot anoos. Id poſt Sugerium ſentit Baronius hoc anoo, qui addit hiſtoriam Vvillelmi inſolubiles pati oodos. Vtcunque ſe oodi illi habeant, dubitari oon poteſt, quin præcipuo quodam cultu Beatam Deiparam honorarit, in cuius maximè honorem teſtamentum ſuum condidit, vt babet prædictus Baronius. Vt verò in Vvillelmi ſiue Guillelmi vita, quæ habetur apud Surium 10. Februarij, teſtatur Theobaldus Epiſcopus, qui illam conſcripſit; Diuæ Mariæ auxilium mirabiliter expertus eſt, cùm, poſt teotationem difficilem & dæmonum pugnas, eidem Vvillelmo viſibiliter ipſa apparuit comitata duabus Sanctis Virginibus, læſi vulnera leuauit, mœrorem amouit, ſpem cum lætitia adiecit.

D Sed & adhuc hoc aono celebrari ſolitò ampliùs cœpit feſtum Conceptionis; vnde etiam Lugdunenſis Eccleſia, cùm in eam rem ſtudioſiùs laboraret, à S. Bernardo epiſtolam recepit, qua idem Sanctus Lugdunenſes arguit Canonicos, quòd permoti quadam, quæ circumferretur, reuelatione, celebrare cœpiſſent eiuſmodi feſtum, ſolemniore videlicet ritu. Patet id ex epiſtola Bernardi 174. ſicut rectè hoc anno Baronius notat: qui etiam addit hac admonitione eſſe effectum, vt res ipſa accuratiùs examinaretur, atque deferretur ad iodicium Apoſtolicæ ſedis, vbi & productis de Scriptura teſtimoniis, & præuiis Fidelium precibus, Pontificio ſanciretur decreto, Conceptionem celebrandam io Eccleſia eſſe.

## Anno deinde mundi 5120. Chriſti 1137.

A OBiiſſe dicitur Guigo quintus Prior Generalis maioris Carthuſiæ, vir vt ſanctitate, ita & moltis aliis Dei donis clarus, ſicot de eo teſtatur Arnoldus Boſtius tractatu de viris illoſtribus Carthuſianis cap. 2. & Gallia Chriſtiana Roberti. Sub hoc autem Guigone, Chronicon Cathuſiæ aſſerit, floruiſſe quemdam Conuerſum eximiæ in Deiparam pietatis, quem & illa terribiliter à dæmonibus tentatum, necnon etiam viſibiliter diuexatum, inuocata ſtatim adiuuit; & prætereà ſolata eſt, & bono conſilio muniuit dicens: *Stude vilibus eſcis, operi manuum deuotus inſiſte, abiectas veſtes amplectere*: poſt quæ & cælum repetiit, & ſanctum hunc hominem probè animatum reliquit. De hac re vide Petrum Venerabilem lib. 2. miraculorum cap. 19. & Vinceotium Bellouacenſem lib. 7. Speculi hiſtorialis cap. 112.

B Hoc prætereà anno, vixiſſe Petrum Abaillardum, natione Gallum, patria Nannetenſem, & ob quoddam ingenij acumen, quo multùm abuſus eſt, reclamante Diuo Bernardo, conſpicuum, & vulgò Dialecticum appellatum, ac demum ad frugem reuocatum opera Petri Venerabilis Cluniacenſis Abbatis, habet Bibliotheca Mariana: quæ etiam addit ab eodem Petro ſcriptos varios Sermones de Conceptione, Annunciatione, Purificatione & Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis, & alia.

## Anno autem mundi 5121. Chriſti 1138.

A OPera ſeruilia quidam in feſto Aſſumptionis exercentes, diuinitus puoiuntur; alter quidem præſenti morte; alter ſegetum manu prehenſarum & falculæ tenaci ad propriam pellem adhæſione, quæ demuti noo potuernot, oiſi priùs & à populo & à Sacerdotibus illùc venientibus hæc tragœdia ſpectaretur. Res apud vitam S. Ottonis Epiſcopi Bambergenſis continetur, quam Surius habet 2. Iulij in editione poſtrema, & eſt in libro 3. cap. 29. Vinceotius Charron in Calendario 15. Auguſti n. 10. refert hanc ad hunc anoom Chriſti 1138. qoia Sanctus Otto mortuus eſt anno ſequeoti 1139.

B Hoc verò anno migrauit è vita Hugo de Sancto Victore, vt babetur ex Roberti Gallia Chriſtiaoa, titulo S. Victoris cœoobium. Hic autem Hugo ſobliſſima ſanè de decem præconiis Deiparæ loquitur Miſcellaneo 2. eruditionis Theologicæ, libro 3. titulo 125. & rurſus Inſtitutionis Monaſticæ ſermone 47. qui eſt de Aſſumptione Beatiſſimæ Mariæ, & 46. & 55. præter alia multa quæ paſſim in eius ſcriptis Mariam reſonant, & reſonando docent nos quomodo Mariam amemus, Mariam glorificemus. Titulum 44. libri 3. in 2. Miſcellaneo ſic inchoat: *Qui Beatæ Virginis habent memoriam, fælices ſunt: fæliciores tamen Angeli, qui eius habent præſentiam, cuius ſpeciem concupiuit Omnipotens, & poſuit in ea thronum ſuum.* Et poſteà variè ſe effundens in Virgineas laudes, ſic denique terminat: *Summa gloria eſt te, ô Virgo, poſt Deum videre, tibique adhærere, & in tua protectione commorari.*

C Cogor hic autem mortem adſcribere Theraſiæ Reginæ, matris Alphonſi Luſitani, de qua, veluti parum caſta, libro 10. de Rebus Hiſpanicis cap. 13. licet Mariana loquatur; qui capite deinde 17. de ea tanquam mortua ante annum 1139. verba facit: certum eſt tamen ad frugem ſeſe recepiſſe, & Ordioem Ciſtercienſem ingreſſam in eo & ſanctè vixiſſe & ſanctiùs obiiſſe. Nam inſtaote morte ducta in Eccleſiam, ibi flexis genibus, Sacramentis munita, petiit à Sororibus Canticum B. Mariæ ſolemniter decantari. Cùm autem eo ventum eſſet: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum*, animam Creatori reddidit. De ea pleoiùs Chryſoſtomus Henriques diſſerit in faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium, tum parte 1. diſtinctiooe 19. cap. 6. tum parte 2. diſtinctione 26. cap. 35. & alibi; qui tamen eam Religioſum

ſumpſiſſe habitum, nunc manu Beati Ioannis Ciritæ, nunc manu Bernardi Abbatis de Tarouca, ſatis ambiguè affirmat: incertiſſimè verò Arnoldus Vvionius ligni vitæ libro 4. cap. 16. de eadem loquitur. Poſt hæc

## Anno mundi 5122. Chriſti 1139.

A MEliorem vitam inter Cælites inchoat S. Otto Epiſcopus Bambergenſis, olim Cancelcellarius Henrici tertij Imperatoris, qui ſicut ſanctitate, ita pietate floruit in Dei genitricem, in cuius honorem varia Monaſteria & Cellas conſtruxiſſe dicitur: vnum in Lantheim, alterum Biburgi, tertium Viodelburgi, quartum Halsprunæ, quintum Vveſſeræ; præter alia circiter octodecim, de quibus fusè Acta vitæ eius apud Surium 2. Iulij. De Vveſſerenſi, ſiue, ni fallor, Vveyerenſi mentio fit a Porræo Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 75. quod adhuc nunc plurimis eſt nominatiſſimum miraculis.

B Reſtituta quoque dicitur hoc circiter tempore à Sigefrido ſecundo Epiſcopo Spirenſi Spirenſis Eccleſia Beatæ Mariæ dedicata; qua de re Demochares folio 64. literâ B. Gallia autem Chriſtiana in Catalogo Epiſcoporum Spirenſium, vbi docuit Sigefridum fuiſſe Epiſcopum ab anno Chriſti 1117. vſque ad annum 1141. at: eo ſedente Baſilica S. Mariæ cõburitur, & ab eo reſtauratur.

C At Romæ Innocentius Pontifex, in gratiarum actionem pro pace Eccleſiæ reſtituta, collabentem vetuſtate Baſilicam S. Mariæ Tranſtiberim; memoriâ Calliſti erectoris, & aliorum poſitorum ibi corporum Sanctorum Martyrum, atque fontis oleo ſcaturientis antiquo miraculo celeberrimam; deiecit, & eâ quâ apparet hodie amplitudine, fortitudine, atque decore inſigniter excitauit. Ita ex vetuſtis eius Eccleſiæ monumentis Baronius hoc anno.

D Theodoricus quoque Alſatius & Sibylla coniux, Flandriæ principes, Diui Bernardi poſtulatione, Claromatenſe Monaſterium iuxta Audomaropolim Dei genitrici deuotè obtulerunt, & Ordini Ciſtercienſi præbuerunt. Quod ex Molano & aliis aduertit Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 88. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi. Verùm

## Anno mundi 5123. Chriſti 1140.

A APod Cadurcenſes in Gallia, templum in colle, quem dicunt Rupem Amatoris, vulgò *Roquemadour*, Deiparæ ſacrum, quamplurimis incepit miraculis fulgere: quorum Hugo Farſitus Canonicus Laudunenſis, libro de iis miraculis quæ ſuo tempore edita ſunt ſcripto, centum viginti ſeptem literis exarata mandanit. Dicitur in eo colle habitaſſe S. Amator coniux Veronicæ, vnde ab eo eſt colli nomen impoſitum, appellatúſque eſt Rupes Amatoris. De templo autem meminit Cæſarius Ciſtercienſis lib. 7. cap. 15. Et Spinellus tractatu de templis n. 66. & alij multi.

Obijt verò hoc præterea anno S. Albertus, quem aliqui Albertum appellant, & monachus fuit Criſpinij, quæ eſt vetuſta apud Hannones Abbatia. Huius vitam ſcripſit Robertus Archidiaconus, & eſt apud Surium 7. Aprilis. In hac autem teſtatur, & fusè explicat, quomodo Sanctus iſte excellentiſſimum abſtinentiæ donum operâ Deiparæ conſecutus fuerit. Illi enim apparens ſanctiſſima Virgo, viſa eſt buccellam panis in os immittere, vnde deinceps neque panem neque edulia appetierit, contentus ſolis herbis, radicibus, & ſimilibus eſcis, quibus veſci conſueuerat. Obijſſe autem eum hoc anno docent faſti Belgici Miræi 7. Aprilis.

C Sed & Annales Ciſtercienſes hoc eodem anoo mentionem faciunt de Monaco medico, cui cùm Beata Virgo electuarium quoddam denegaſſet, quod aliis monachis magna ipſa cum ſuauitate conceſſerat, ad meliorem vitam ſeſe dedit. De eo agit Cæſarius lib. 7. cap. 48. & Herbertus libro 3. de miraculis cap. 14. Prædicti verò Annales cap. 8. n. 9. Qui deinde cap. 12. n. 6. enarrant hiſtoriam de alio quodam, de quo etiam meminit idem Cæſarius lib. 7. cap. 9. qui moribundus iacens atque ſacrilegus, & in poteſtatem diaboli iam prope venturus, liberatus à *S.* Virgine eſt, & ad confitenda peccata ſua quamplurimùm adiutus.

D Inter Scriptores Marianos numerat Marracius Bernardum Morlauenſem, Cluniacenſis Inſtituti qui Colloquium Angali Gabrielis & Beatæ Virginis libro vno contexuit. Numerat & duos ex Præmonſtratenſi Ordine, Ioannem & Hunaldum, quorum vterque epiſtolas ſcripſit, circa difficilem illam Hilarij ſententiam: Beatiſſimam ſcilicet Mariam non dediſſe originem corpori Chriſti: quibus Ioannem Præpoſitum & Philippum Abbatem Bonæ Spei ſuper ea ſententia diſſidentes ad concordiam reuocare conantur. Verba Hilarij ſunt libro 10. de Trinitate: *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Quòd deſcendit de cælo, conceptæ de Spiritu originis cauſa eſt. Non enim ex ſe corpori Maria originem dedit; licet ad incrementa portumque corporis omne quod ſexûs ſui naturale eſt contulerit. Quòd verò hominis filius eſt, ſuſceptæ in Virgine carnis eſt portus.* Quibus verbis Hilarius non negat Beatam Virginem contuliſſe ad corporis Dominici materiam & formationem; ſed non contuliſſe docet ſine Spiritu Sancto originante ex ſanguine Virginis illud Domini corpus. Nunc

## Anno mundi 5124. Chriſti 1141.

A ABbatia montis ſalutis conſtruitur, in qua imago Deiparæ, quæ à loco dicitur *Imago S. Mariæ de monte Salutis*, reperta multis miraculis clarere incepit. Hæc imago creditur à Chlotilde Clodouæi Regis filia ibidem relicta in Sacello quodam medias inter ſiluas, quando à fratribus reducta eſt in Galliam, & ab Ariani coniugis ſui Amalrici feritate erepta. Ita Angelus manrique anno 1141. c. 9. Annalium Ciſtercienſium.

Vlteriùs Hugo Campauenenſis Fani S. Pauli in Arteſia Comes, nobile hoc anno Diuæ Mariæ Caricampenſis Monaſterium cum Beatrice coniuge conſtruxit, quod ſepulturæ tum Comitum Paulinatium, tum Ducum Vendomiæ, ſiue Vindocinenſium, inſeruit, & eſt Ordinis Ciſtercienſis, Habet id Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 87. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi.

## Anno deinde mundi 5125. Chriſti 1142.

MAgnâ doctrinæ famâ in Gallia celeberrimi erant duo fratres Petrus Lombardus Magiſter ſeotentiarum dictus, & Petrus Comeſtor, dictus Authot hiſtoriæ Scholaſticæ: quorum licet vterque aliquot in locis aut de facto impugnet aut impugnare videatur Beatæ Mariæ Virginis immaculatam Conceptionem; tamen aut ſententiam vterque poſteà mutauit, aut in tranſuerſum verba eorum accepta ſunt, vt rectè oſtendit Salaaar cap. 42. de Conceptione ſæculo 15. Negant aliqui, vt Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, eos fratres germanos fuiſſe, ſed aliorum communis opinio paſſim id aſſerit. Gallia autem Chriſtiana Roberti docet Petrum Lombardum obijſſe anno 1160. in Catalogo Epiſcoporum Pariſienſium: & Petrum Comeſtorem anno 1179. verbo, S. Victoris cœnobium.

Habet verò S. Antoninus in 3. parte titulo 18. c. 8. hos pulcherrimos verſus, quos in laudem Diuæ Virginis Petrus Comeſtor eleganter cõpoſuit.

*Si fieri poſſet, quot arenæ, puluis, & vndæ,*
*Vndarum guttæ, roſa, gemmæ, lilia, flammæ,*
*Æthere cælicolæ, nix, grando, ſexus vterque,*
*Ventorũ pennæ, volucrum, pecudum genus omne,*
*Siluarum rami, frondes, auium quoque plumæ,*
*Gramina, ros, ſtellæ, piſces, angues, & ariſtæ,*
*Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,*
*Linguæ cuncta forent; minimè depromere poſſent,*
*Quæ ſis vel quanta es Virgo Regina Maria.*
*Quæ tua ſit pietas, nec litera nec dabit ætas.*

Præter hos duos floruit, imò & obiit Guillelmus Malmeſburienſis, cognomento Somerſetus, Anglus, Ordinis Sancti Benedicti, vir doctrinâ clarus, qui diligenter ſcripſit libros quatuor, de miraculis S. Mariæ. Ita ex Pitſeo, & Gerardo Voſſio libro 2. de Hiſtoricis Latinis cap. 50. Bibliotheca Mariana.

## Anno mundi 5126. Chriſti 1143. Cæleſtinus ſecundus Innocentio Pontifici ſuccedit.

QVo tempore fundatur in honorem Beatæ Virginis Abbatia de Lucka Ordinis Ciſterc ienſis in Saxonia, cuius patrocinium acceptare viſa eſt Beatiſſima Maria, tum & multâ gloriâ ſuper altare Eccleſiæ apparens, tum & nonnullis morientibus in ea ſpectandam ſe præbens, & auxilium exhibens. Ita Annales Ciſtercij anno 1143. cap. 7. & Cæſarius lib. 7. cap. 17. & 53.

## Anno autem mundi 5127. Chriſti 1144. Lucius ſecundus poſt Cæleſtinum Vniuerſali Eccleſiæ præeſt.

QVo etiam anno Amedeus, Altacumbæ Abbas, Ordinis Ciſtercienſis profeſſus, fit Epiſcopus Lauſanenſis. Scripſit verò hic Homilias octo in laudem Deiparæ & dicendi ſuauitate, & myſteriorum profunditate eximias: quas cùm nulli adhuc oſtendiſſet, ſollicitatus à ſorore ſua, ſanctimoniali; hâc conditione, tanquam munuſculum has ei miſit, vt & ipſa iucundum quoque munuſculum, quod à S. Virgine acceperat, nimirum chirothecam, viciſſim impertiret. Confeſtim bona ſoror mittit laneam chirothecam, quæ in præſentem vſque diem Lauſanæ in Reliquiario B. Mariæ viſitur quamplurimis laudata miraculis. Præfuit Lauſanenſi Eccleſiæ annis quatuordecim, illîc mortuus in æde B. Virginis ſepultus eſt. Sic vita Amedei, quæ legitur poſt eius Homilias; & Annales Ciſtercienſes Angeli Manrique anno 1144. cap. 6.

Rurſus eodem anno, ſublato è viuis Godefrido ſecundo Duce Brabantiæ; ſicut notat Miræus in Chronico Belgico ad annum 1105. ſucceſſit ei Godefridus tertius: cuius parua ætas, vt pote adhuc vagientis & in cunis politi, nonnullis anſam dedit, & nominatim Baroni Grimbergenſi, rebellandi & inuadendi Godefridi aliquas ditiones: vnde ventum eſt ad arma, & Tutores Ducis, vt Brabantinos efficaciùs animarent, ipſum in cunis Ducem ante oculos exercitûs conſtituerunt, pro quo, Deo ac Deipara fauente, manifeſto omnium iudicio victoria ſtetit. Quamobrem decreta ſupplicatio eſt, non hoc tantùm anno, ſed ſingulis deinceps iteranda ſequentibus annis in Deiparæ honorem, in qua ſolemni apparatu ſtatua Affligemienſis Virginis portaretur, vel certè capſa S. Mariæ Vvauerenſis. Prima autem hac vice geſtata eſt prædicta ſtatua à monachis Affligemienſibus, indutis ſuperpelliceo, pedibus & capite reuerenter nudatis; ſubſequente in cunis Duce, & nobilium aliorũque virorum tanta multitudine, vt triginta millia longè excederet. Sic Lipſius habet in Louania Auguſta. Auguſtinus Vvichmannus in Brabantia Mariana. Et ex his Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis. 18. Iul.

Sed prætereà hoc etiam anno, obijſſe dicitur Petronilla Clotarij ſecundi Imperatoris ſoror, & Florentij ſecundi Hollandiæ Comitis vidua, quæ hoc animo in Deiparam fuit, vt in eius honorem Rhenoburgenſe Sanctimonialium Ordinis Benedictini cœnobium, vno milliari à pulcherrima vrbe Lugduno Batauorum erexerit. Id ex Miræo, & Ferreolo Locrio l. 3. c. 104. Mariæ Auguſtæ, atque ex Anacephalæoſi manifeſtè apparet. At

## Anno mundi 5128. Chriſti 1145. Eugenius tertius Sancti Bernardi diſcipulus Papæ Lucio ſuccedit; Quo Pontifice, præſertim

## Anno mundi 5131. Chriſti 1148.

SAnctus Bernardus tuba Sacerdotali mirum in modum proficiens, profectionem in Syriam vehementer inflammat, qua de re ad Eugenium ſcribens epiſtola 246. ait: *Vacuantur vrbes & caſtella, & penè iam non inueniunt, quem apprehendant, ſeptem mulieres virum vnum, adeò vbique viduæ viuis remanent viris.* Dum ergo eruce ſignati æquor metientes in Palæſtinam properarent, in Baſilica Dei genitricis Remenſi, præſidente Pontifice Eugenio ſedit Concilium, in quo condemnatus eſt inſanus hæreticus Eon, qui ſe dicebat eum eſſe, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Philippopoli verò moritur Aluiſus, ſiue Aluiſius, Atrebatenſis Epiſcopus die 6. Septembris deuotus in Virginem. Legatus ille Conſtantinopolim, cùm Philippopoli longâ ægritudine ipſo feſto S. Bertini, cuius monachus fuerat, acriùs vrgeretur; obortis lachrimis dixiſſe ſuis fertur: Cariſſimi, feſtum S. Bertini (feſtum

hoc eſt 5. Septembris) honore debito celebratis, ſed quia ſolemnitati B. Mariæ vobiſcum non intetero, impeodite mihi gratiam quam poteſtis, vt præoccupantes eam omne mihi ſeruitium ſolemniter decanteris. Decantatum eſt, ſicut petiit, omne S. Mariæ Naſcentis Officium. Quo tempore ille quotieſcuoque vel Aue Aogelicum, vel Virginis oomeo audiebat, niſu corporis debili ſed deuoto aſſurgebat. Poſt quæ reddidit Virgini animam cuius tam deuotam ſeruabat memoriam. Hæc de Aluiſo babet Odo de Diogilo, libro 3. de Ludouici VII. Regis profectione in Orientem; qui mortem banc Aluiſi reuocat ad annum Chriſti 1147. Sed Claudius Robertus io Catalogo Epiſcoporum Atrebatenſium & Robertus de Moote, ad anoum 1148. & alij cum ipſis.

B Quo eodem anno Monaſterium inſigne, Alcobatiæ dictum, in Luſitania ab Alphonſo Rege huius nominis primo magnâ profuſione fundatum eſt in honorem Diuæ Virginis. Quæ fundatio hâc cauſâ facta eſt, vt Alphonſus gratias & votum Deo perſolueret, propter Scalabim à ſe fortiter expugnatam: votum ſiquidem conceperat tribuendorum tot agrorum ac poſſeſſionum Deo ac Deiparæ, quot tooc ſe eius oculis, in loco vbi erat, offerebant, ſi bellicâ vi Scalabim expugnaret. Fuit autem Alcobatia locus ſepulchrorum Regum Luſitaniæ. Similiter Aloenſe cœnobium hoc aono conditum eſt in honorem Virginis & in agro Leodienſi: in quo poſteriore quamplurima ſunt diuerſorum Sanctorum pretioſa lipſana & integra corpora. Quæ omnia patent ex Annalibus Ciſtercij anno 1147. cap. 9. n. 17. Item cap. 14. n. 5. anni 1148. In quibus Aonalibus agitur de iſtis cœnobiis, tanquam de illuſtribus Ciſtercienſis familiæ domibus.

C Hoc demum anno templum Cameracenſe Diuæ Mariæ ſacrum tertiò conflagrauit; qood habent Chronica Hanooniæ, ac prætereà Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carouтenſis. Verùm

## Anno mundi 5132. Chriſti 1149.

A HAlberſtadij, in gloriam Diuæ Virgiois Eccleſia fundatur. Quod Demochares aduertit folio 74. litera A. At

## Anno mundi circiter 5133. Chriſti 1150.

A CElebris fuit ædificatio famoſi delubri *Diuæ Virginis à Nazareth* in Luſitania: cui initium dedit Fuaſius Roupinius hâc occaſione. Cùm effuſis habenis ceruum cooſectaretur, præ caligine tunc fortè oborta non aduertens io quod ſe periculum conijceret, eò ſe equúmque compulit, vnde primo paſſu io mare ex abrupto loco præcipitandus eſſet, oiſi vis quædam humanâ maior vtrumque ſuſtinoiſſet. Ergo ſtupefactus magnitudine periculi ſimol & miraculi, Virginémque inclamans, videt à tergo Imaginem illius; cuius præſentia, & alicuius, vt piè credi poteſt, Aogeli auxilio, eqous è veſtigio ſubſtitit, & ab ſommo rupis apice ſaltu ſe ad interiora ſubduxit, calceamenti ferrei ſigna ſaxo imprimeos, quæ adhuc hodie viſuotur & tanguntur. Hoc verò periculo ereptus Fuaſius ſacellum Imagini erexit, quod Virginis à Nazareth ea de cauſa appellari voluit, quod ſchedam alligatam ad icunculam illam inueoit, in qua ſcriptum erat allatam fuiſſe ex Nazareth ciuitate Galilææ, & Icooomachis mundum infeſtantibus, poſitam io cœoobio Caulioiano, donec iterum, Mauris irrumpentibus, eò loci delata eſt, vbi ipſam ſic occultatam Fuaſius reperit. Quæ omnia fusè exponit Vaſconcellios in deſcriptione Regni Luſitaniæ, & ante illum Bernardus à Brito Ciſtercienſis Doctor. Qui etiam addunt, in eodem loco poſteà cooditum eſſe magnificum templum cura Ferdinandi Principis, filij Regis Luſitaniæ Ioanois huius nominis primi anno 1377. additáque ſæculis ſequeotibus multa & pretioſa donaria; ac deniqoe prædictam Imaginem, iam inde ab Apoſtolorum temporibus, miraculis illuſtrem fuiſſe. Habent inſuper hanc delubri huius erectiooem Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. 0. 13. & Vinceotius Cbarroo in Calendario 14. Septembris n. 3. Nuoc

## Anno mundi 5134. Chriſti 1151.

A MIgraoit ad Deum Beatus Rainardus, ſiue Rainaldus, Abbas quartus Ciſtercienſis, Comitis Barri ſupra Sequanam olim filius, vir magnarum virtutum: de cuius obitu S. Bernardus loqueos epiſtola 270. Dominus, inquit, Ciſtercienſis nos deſeruit magna plaga in Ordine. Huic Rainardo apparuiſſe Virgo ab aliquibus dicitur ſuos Ciſtercienſes in laboribus conſolans comitata Beatis aliquot mulieribus. Sed falsò: Id enim alij Rainaldo contigit, vt dicetur paulò poſt anoo Chriſti 1155. Hoc verò anno obiiſſe B. Rainardum docet Angelus Manrique ad annum 1151. Aonalium Ciſtercienſium cap. 1. & io Catalogo Abbatum ad finem tomi primi.

B Hîc verò vlteriùs notandum quòd Eskyllus Danorum Primas in honorem Diuæ Virginis varia Mooaſteria hoc circiter tempore fundauit. Huic olim Beatiſſima Virgo apparens ſeueram obiurgationem fecit, quòd erga ſe ſatis bene affectus non eſſet, & minùs in ea ſalutanda diligens, vt fuſiſſimè explicatur apud Angelum Manrique anno 1151. cap. 5.

## Anno autem mundi 5135. Chriſti 1152. vel ſanè hoc circiter tempore.

A POtho Prumienſis Preſbyter libros quinque de Domo Dei incepit ſcribere, vt ootat Bellarmious de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Scripſit & de Domo Sapientiæ librum vnum, in quo noo longè à fine habet iſta de Sancta Chriſtipara: *Verè magna domus, pulchra & altiſſima domus; ſeptiformis Spiritus in eadem domo plenariè habitat quietiſſimè, nunquam ibi paſſus offenſam alicuius culpa.* Quibus Pothonis verbis vtitur Salazar de Conceptione cap. 42. ſæculo 12. vt immaculatæ Deiparæ Conceptioni ſubſeruiant.

B Hoc eodem annorum circuitu, Vidua Niuernenſis ad B. Virginem Lætitienſem cum genero profecta, & inde calumoiam paſſa: vt ſe à

calumnia tam graui liberaret generum interfecit; atque immane boc piaculum ſubinde confeſſa eſt obuio Sacerdoti ſacramenti auxilium ac remedium requirens. Is nefariè auditam apud Iudices accuſat, qui accuſatam ad incendium damnant. In incendio Virginem Deiparam implorans à flammis non læditur, accuſator è contra coram omnibus a dæmone rapitur. Hæc prolixiùs hiſtoria Virginis Lætitienſis ſcripta à Ceriziero lib. 2. cap. 11. Fermè idem accidiſſe videtur anno 1194. quo tamen anno nondum erat delubrum Dei genitricis Lætitienſis.

## Anno autem mundi 5136. Chriſti 1153. Moritur Eugenius Papa, cui ſufficitur Anaſtaſius quartus.

A MOritur & S. Bernardus Abbas Claraualleuſis, Gallicanæ nobilitatis decus, Religioſorum gloria, totius Eccleſiæ lampas, inſignis alumnus Deiparæ, in cuius honorem & multa ſcripſit, & multa locutus eſt, vt & Scripta quæ nobis reliquit, & Acta vitæ eius copioſiſſimè teſtantur, ex quibus etiam babemus hoc eum anno obiiſſe. Ex Mariæ vberibus ſacratiſſimum lac ſuxiſſe dicitur, atque miram illam hauſiſſe, quam in omnibus quidem ſe editis libris, ſed in iis præſertim in quibus de Virgine ſanctiſſima loquitur, fundit eum pietate dulcedinem: Melliflua ſunt hæc, quæ habet ſermone de Aquæductu: *Filioli, bæc eſt peccatorum ſcala, bæc mea maxima fiducia, bæc tota ratio ſpei meæ.* Item quæ ibidem piè hortatur: *Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus, Mariam banc veneremur, quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos babere voluit per Mariam.* Et: *Quicquid illud eſt, quod offerre paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit.* Item quæ homiliâ 2. ſuper Miſſus eſt: *In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca; non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum.* Poſſent alia innumera eiuſmodi deuotionis ornamenta & odoramenta congeri: ſed modus ſeruandus eſt. Satis erit hîc aduertere, magna ex parte deſumptum eſſe ex D. Bernardi ſermone 2. de Aduentu, Reſponſorium illud, quod incipit: *Sub tuum præſidium.* Et ab eodem ſancto compoſitum fuiſſe deuotiſſimum bymnum, *Aue maris ſtella*; vti Arnoldus Vvionius ſcripto mandauit libro 5. ligni vitæ cap. 79. Admirabili verò cordis & oris ſenſu iubilaſſe Bernardum teſtatur Cæſarius lib. 7. cap. 3o. teſtantur & Ciſtercij Annales, in decantanda Antiphona. *Salue Regina*: teſtis etiam eſt Spira ciuitas, vbi cùm caneretur, idem Sanctus flexis ter repetitâ vice genibus pio ipſe cantu adiecit: *ô clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.* In cuius rei memoriam adhuc videntur Spiræ tres laminæ his vocibus exciſæ, & in illis locis affixæ, vbi Bernardus flexit genu. Adde his quomodo tum Spiræ, tum Affligemii ſalutans Virginis ſtatuam, reſalutatus ab ea ſit: quomodo ægrotans ex phlegmate, viſitatus & ſanatus ſit à Virgine comitantibus eam Sanctis Laurentio & Benedicto. Plura vide in vita eius 20. Auguſti apud Surium, plura in Chronico & Annalibus Ciſtercienſibus, quibus maniſeſtè docetur, ipſi morienti adfuiſſe mundi Dominam, quæ egredientem è corpore ipſius animam colligeret, & ad ſuperna gaudia fœlicem eueheret. Vide eoſdem Annales anno 1171. cap. 6. Et Salazarium de Conceptione cap. 42. ſæculo 12. & addiſces; aut Bernardum nunquam malè ſenſiſſe de immaculata Conceptione Deiparæ, quod maximè contendunt prædicti Annales, præſertim anno 1136. cap. 4. ſicut & Biuarius ſcripto de ea re libello; aut certè dum adbuc viuus erat, priſtinam mutauiſſe ſententiam, quod putat Salazar. Vnde ab iſtis authoribus exploditur fabuloſa illa viſio, quâ dicitur poſt mortem viſus eſſe veſtimento quidem amictus candido, ſed cui inhæreret turpis ad mamillam macula, index næui illius, quo Virginem Matrem labe infectam originis ſenſerat.

B Quo momento Bernardus mortuus eſt, per reuelationem apparuit multis, atque inter alios Guillelmo Comiti Montis Peſſulani degenti in Abbatia Grandis ſiluæ, vt habetur in Annalibus Angeli Manrique ad annum 1153. cap. 8. Qui etiam ad annum 1157. rectè aduertit cap. 5. n. 3. Guillelmum hunc non eſſe illum Conuerſum, de quo dicitur, quòd ex eius ore, poſt ſuum obitum, & corpus diuturno iam ſpatio in terra tumulatum, lilium pulcherrimum prodiit literis aureis verba hæc, *Aue Maria*, præ ſe ferens: ſatis per ſe oſtendens quantâ ille Conuerſus in Deiparam Matrem eſſet veneratione. Sed poſt hæc

## Anno mundi 5137. Chriſti 1154. Hadrianus quartus Pontifici Romano Anaſtaſio quarto in munere regendæ Eccleſiæ ſuccedit.

A HVnc verò Hadrianum aduertit Poſseuinus, in apparatu ſacro, ſcripſiſſe librum vnum de Conceptione B. Mariæ ad Petrum Pontiniacum.

## Anno deinde mundi 5138. Chriſti 1155.

A GAufridus, poſteà Soræ Epiſcopus, Ciſtercienſem Ordinem ingreditur, cui eſt per viſionem oſtenſa cæleſtis proceſſio, in qua poſtrema Beatiſſima Virgo venit ad infirmum monachum Tiezcelinum, cujus animam ad beatam immortalitatem ſummo cum gaudio deduxit. Sic Herbertus libro 3. de Miraculis cap. 9. de quo Authore loquar anno Chriſti 1178. Et Annales Ciſtercienſes anno 1155. cap. 2. n. 8. Qui capite 3. ſequenti attribuunt viſionem cæleſtem circa ſolatium laborantibus monachis Ciſtercienſibus à Deipara datum, alteri Rainaldo, quàm ei de quo ſupra anno 1151. litera A. Quod etiam præſtat Herbertus libro 1. de Miraculis cap. 1. vbi tanquam oculatus teſtis loquitur de Rainaldo olim S. Amandi Monacho & poſteà Clarauallenſi, à quo ipſe quæ ſcripſit didicit. Videlicet cùm Claræuallis Monachi metentes laborarent, viſam ipſi fuiſse Beatiſſimam Dei Matrem comitatam Sanctis Elizabethâ & Magdalenâ (ait Cæſarius libro 1. cap. 17. Sanctis Annâ

& Magdalenâ) viſitantem meſſores illos, imò & Conuentum atque degentes in Conuentu: addit Cæſarius eaſdem Beatas fœminas non ſolum Monachos merentes viſitaſſe, verùm & ſingulis ſudorem exterſiſſe, atque aërem circa ipſos ventilaſſe, flabellis admotis, quò æſtuantis caloris ardor mitigaretur. Quibus conſentit Vincentius libro 7. cap. 107. Et Platus libro 1. de Bono Statùs Religioſi, cap. 34. diligenter aduertens quomodo & eædem Sanctæ mulieres complexæ ſint & oſculatæ meſſores illos ſuos. Herbertus verò licet illa non addat: notat tamen quomodo B. Deipara eidem Rainaldo aliquot ante eius obitum diebus apparens, candida ac pretioſa veſtimenta à ſe præparata illi oſtendit, quibus, cùm ad eam veniret, gloriamque Domini & gaudium ſubiret, induendus ab ea eſſet. Verùm interim

## Anno mundi 5139. Chriſti 1156.

A EXcedit ex hac vita Beatus Guillelmus, S. Albani quondam monachus, tunc Religioſus Claræuallis. Ita Annales Ciſtercij cap. 3. n. 9. De quo etiam addunt, eum in viſione vidiſſe Beatam Deiparam procidentem ad pedes filij ſui irati, & finem mundi indicentis, ac ſuppliciter exorantem, vt clementiâ motus velit parcere mundo; peccatoribus quidem dando locum pœnitentiæ; amicis verò ſuis largiendo tempus præparandi ſe ad cœnam Agni & Sponſi Chriſti. Neque eſt oratio eius à nato repudiationem paſſa. Addunt ibidem iidem Annales n. 11. quomodo B. Virgo, primùm quidem negauit, tum deinde dedit de quodam electuario, cuidam monacho nimiam curam valetudinis habenti: qui guſtato illo non tantùm ſanatus corpore eſt, ſed & ad feruorem non vſitatum excitatus. Vix crediderim alium eſſe ab eo, quo de Annales iidem commemorant anno 1140. n. 9. capitis octaui: Et Cæſarius lib. 7. cap. 48. qui cap. 58. lib. 12. habet de Guillelmo prædicto. Rurſum

## Anno mundi 5140. Chriſti 1157.

A MIgrat meliorem ad vitam Petrus Mauritius, dictus Petrus Venerabilis, Cluniacenſis Abbas, vt eius vitæ Acta, quæ habentur initio operum eiuſdem, manifeſtè declarant, & Gallia Chriſtiana Roberti. Hic varios rhithmos de Beata Virgine compoſuit, inſupérque varia miracula deſcripſit, quorum lectio ad cultum Sanctiſſimæ Mariæ non mediocriter accendunt; ea omnia continentur tomo 12. Bibliothecæ Patrum.

B Et ad hunc quoque annum refert obitum Guerrici ſuauiſſimi ac piiſſimi Igniaci Abbatis Annalium Ciſtercij ſcriptor Angelus Manrique. Quem virum deuotiſſimum fuiſſe erga Deiparam, ipſe ſtilus Bernardi, quem vt plurimùm imitatur, & multiplices, quos compoſuit de Deipara, Sermones, non ignauiter reſtantur. Quid verò ſecutus ſit vir doctiſſimus Bellarminus, vt eum vixiſſe putarit anno Chriſti 1180. ingenuè neſcire me fateor: multò verò mirabilius eſt, quod habet Poſſeuinus eundem vixiſſe anno 1300. ex Sixto Senenſi. Interim

## Anno mundi 5141. Chriſti 1158.

A TOleti diem extremum claudit Laudatiſſimus Rex Caſtellæ, ac piiſſimus Sanctius, qui Calatrauæ principatum cum ſubiecto agro dedit Diuæ Mariæ Ordinis Ciſtercienſis iure perpetuo. Eſt autem Calatraua oppidum loco munito in Oretanis Hiſpaniæ regionibus ad Anam fluuium ſitum. Hoc notat Mariana lib. 11. rerum Hiſpanicarum, & ex eo Balinghem 31. Auguſti.

## Anno deinde mundi 5142. Chriſti 1159. Alexander tertius loco Hadriani ad Pontificatûs apicem ſubuehitur.

A QVo etiam tempore, Hildeshemenſis Epiſcopus, Bruno nomine, diuino inſtinctu admonitus, Natiuitatem *Deiparæ* celebrare cœpit ſolemni ritu cum Octaua; quem deinde morem amplexata eſt tota Eccleſia, & hactenus retinet. De hac re Demochares folio 73. literâ I.

B Sed & eodem anno, vt vult Poſſeuinus in apparatu, Nicolaus è S. Albano, quem & virum ſanctum, & Ordinis S. Benedicti profeſſum commemorant, ſcripſit in laudem Conceptionis S. Deiparæ libros duos, & præterea epiſtolam ad Petrum Abbatem Cellenſem; de quibus Marraccius in Bibliotheca. At

## Anno mundi 5143. Chriſti 1160.

A GVntelinus Ciſtercienſis Nouitius tentatus à dæmone viſionem mirabilem habuit, quâ raptus eſt, & velut exanimis, per medias infernalium laruarum vmbras, ad conſpectum S. Virginis à Diuo Benedicto deductus, quem Virgo conſolata in propoſito firmauit, &, reuelatis aliquibus, à ſe ipſum dimiſit: qui deinde aſpectu Paradiſi Infernique commotus, demum ſuo corpori rediuiuus certè, aut redux ſaltem, redditur, & poſteà prohibita locutus, mutus efficitur per nouem dies. Rem fuſiſſimè proſequitur Vincentius Bellouacenſis in Speculo hiſtoriali lib. 29. cap. 6. 7. 8. 9. 10. & Annales Ciſtercienſes anno 1160. cap. 5.

B Quin & Echebertus Germanus, monachus primum Schonaugiæ, deinde Abbas S. Florini in diœceſi Treuerenſi, Congregationis Cluniacenſis, floruit hoc etiamnum anno, ſcripſitque librum vnum ſuper *Magnificat*, & alium ſuper *Miſſus eſt*, in honorem Diuæ Virginis. Quod non tacuit Poſſeuinus in ſacro apparatu. Addit Marraccius Meditationes de Ieſu & Maria. Soliloquia ad Beatam Mariam. Deprecationem ad Mariam Virginem.

C Vlteriùs, ſicut aduertit idem author, ſicut & Poſſeuinus, Laurentius, Dunelmenſis olim cœnobij præcentor, ſcripſit de Beatiſſimæ Virginis glorioſa Aſſumptione. Verùm

## Anno Mundi 5145. Chriſti 1162.

A LOndini in Anglia Sanctiſſimus vir Thomas, & vndecunque fortiſſimus, factus eſt ex Cancellario regni Archiepiſcopus Cantuarienſis. Quod probatur ex Actis vitæ eius, quæ ſunt apud Surium 29. Decembris: Et ex Hereberto clerico, Vvillelmo Cantuarienſi, Ioanne Sareſberienſi, & Alano Abbate, quos citat & ſequitur Baronius

hoc anno. Ferunt eum quotidie in more habuiſſe ſeptem Salutationes Angelicas Chriſtiparæ offerre, in memoriam ſeptem illorum gaudiorum, quæ experta eſt in hac vitæ palæſtra, I. cùm Gabrielis ſalutationem audiuit. II. cùm viſitauit Elizabeth. III. cùm vidit Chriſtum natum. IV. cùm Magos in ſtabulo excepit. V. cùm filium reperit in medio Doctorum. VI. cùm rediuiuum conſpexit à mortuis. VII. cùm ſtupuit aſcendentem in cælum. Quo cultu delectatam Virginem Thomæ aiunt apparuiſſe, eique declaraſſe ſeptem alia gaudia quibus in cælo plenis alueis ipſa Dei genitrix abundaret; quæ ſi quis recoleret, is haud dubiè, in articulo mortis cæleſti lætitiâ non careret. I. Quòd ſit ſublimiſſima in gloria. II. Quòd puritate omnibus poſt Deum antecellat. III. Quòd omnes Beatos illuſtret. IV. Quòd colatur vt Mater Dei. V. Quòd ſemper exaudiatur. VI. Quòd ſit promptiſſima ac potentiſſima ad iuuandum ſuos. VII. Quòd æternùm ſit regnatura. Hanc rem Poiræus habet Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 4. §. 3. n. 3. & Vincentius Charron, necnon Balinghem in Calendario 29. Decembris, atque etiam Parnaſſus Marianus pagina 207. Has quippe Deiparæ lætitias & laudes, inquit Balinghem, idem Sanctus Thomas in Rhithmos redegit, qui in certis Eccleſijs loco Sequentiarum decantantur: inter quos eſt ille qui inchoat, *Gaude flore virginali, &c.* Præter hæc, inſignis nota Marianæ deuotionis, quam Thomas habuit, eſt ipſa commendatio, qua ſe & ſuam Eccleſiam, tunc cùm pro Chriſto vitam cum cruore funderet, Beatiſſimæ Virgini obtulit. Vt habent Acta vitæ eius. Quòd verò aiunt aliqui Thomam iam ab adoleſcentia caſtiſſimum fuiſſe, & Diuæ Mariæ Virgini caſtitatem ſuam obtuliſſe, inſerto in digitum ſtatuæ Deiparæ aureo annulo, cui inſcripta eſſet ſalutatio Angelica; incertum id eſt, & potiùs, ac certiùs pertinens ad S. Epiſcopum Edmundum, Thomæ poſtmodùm ſucceſſorem, & virtutibus permagnis conſpicuum. Multò adhuc incertius eſt, quod Vvalſingamus ait in hiſtoria Anglorum in Henrico quarto: Sancto Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo datam eſſe à Dei genitrice ampullam ſacro oleo plenam, quo inungerentur in ſua inauguratione Reges Angliæ. Fabuloſum id, nec immeritò, Spondanus reputat in Annalibus ad annum 1399. n. 9. tum quia in Actis ſinceris Diui Thomæ nihil habetur de eiuſmodi ampulla, tum quia de ea non eſt ſermo in Regum Angliæ inauguratione, niſi poſt trecentos fermè à morte Thomæ annos, nempe in Henrico Lancaſtriæ, qui regnum Angliæ, Eduardo Rege legitimo occiſo, inuaſit; tum quia ne quidem in illa Henrici inauguratione, iſtius ampullæ mentio fit à fidelioribus authoribus, Froiſſardo, Polydoro, & aliis, ſed à ſolo Vvalſinghamo aſſentatore, vt putatur, ſuorum Anglorum. Non grauabor autem hîc, ex Caniſio libro 4. de B. Maria cap. 11. ſub finem, aſſignatos hos Thomæ Rhithmos carptim exſcribere, licet gaudia paulò diuersè à ſuperioribus exprimant.

*Gaude Virgo mater Chriſti, quæ per aurem concepiſti, Gabriele nuncio.*

*Gaude, quia Deo plena, peperiſti ſine pœna, cum pudoris lilio.*

*Gaude, quia Magi dona tuo nato ferunt dona, quem tenes in gremio.*

*Gaude, quia iuxta legem obtuliſti mundi Regem, in templi ſacrario.*

*Gaude, quia tui nati, quem dolebas mortem pati, fulget reſurrectio.*

*Gaude Chriſto aſcendente, qui in cælis, te vidente, motu fertur proprio.*

*Gaude Virgo, quia miſit Paracletum, quem promiſit, Sanctorum Collegio.*

*Gaude, quæ poſt ipſum ſcandis, & eſt honor tibi grandis in cæli palatio.*

B Ad hæc tempora referri debet, quod etiam facit ad Diui Thomæ martyris gloriam, & habet Cæſarius libro 7. cap. 4. De quodam Sacerdote Idiota, qui nullam niſi de B. Maria Miſſam celebrare poterat, quem propterea Diuus Thomas, Cantuarienſem vt Archiepiſcopus gubernans Eccleſiam, ab altari remouit. Verùm ille gemitu Deiparam laceſſens, & ſuſpirijs frequentibus replens aures illius, ab eadem ſibi ſpectabiliter apparente audiuit: *Dic Epiſcopo, vt tibi permittat ſacrum facere; me ita velle, & in ſignum voluntatis meæ, meminerit cilicium ſuum tali horâ fuiſſe reſarcitum, illud me cum eo & tenente & reſarciente.* Quibus à presbytero ad Thomam relatis, confeſtim licentiam celebrandi, vt priùs, Sacri pleniſſimam obtinuit ille Sacerdos.

C Referunt vlteriùs Annales Ciſtercij anno 1162. cap. 3. n. 5. de quodam alio Sacerdote, qui cum prophana ſacra & ſacrificia Idolis offerret, erat enim Ethnicus, cæcitatem incurrit, neque ab Idolis ſuis obtinere potuit redintegrari ſibi viſum; quippe quæ ipſa *oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient, &c.* Non dedignata eſt autem miſerum illum clementiæ Mater ac miſericordiæ; ſed ſe ſpectandam ei præbens, & de rebus fidei erudijt, & reſtituit viſum, & egregium verbi Dei præconem concionatorémque reddidit. At

## Anno mundi 5146. Chriſti 1163.

A OBijſſe fertur B. Ioſcio Roſeus monachus S. Bertini apud Audomarum. Ita Miræus in faſtis Belgicis 30. Nouembris. Hic cùm diu deuotéque peculiari cultu S. Virginem honoraſſet recitando quotidie quinque pſalmos quorum initiales literæ nomen Mariæ efformabunt, hoc eſt, *Magnificat. Ad* Dominum cùm tribularer. *Retribue* ſeruo tuo. *In* conuertendo. *Ad* te leuaui. Quem recitandi morem Chriſtianorum eſſe in Palæſtina degentium inaudierat, & didicerat à Theobaldo Cantuarienſi Archiepiſcopo indidem reuertente; mortuus quinque roſas miræ pulchritudinis è capite emiſit, vnam ex ore in qua nomen hoc, *Maria*, literis aureis inſcriptum radiabat; binas deinde ex oculis, & ex auribus binas, miro penitus prodigio atque hactenus inaudito, non ſine ſpectantium & lætitia & timore, viſibiliter reddidit. Septem integris diebus inhumatus remanens, omnibus ſpectaculo fuit: poſteà ſepultus ab Andrea Atrebatium Præſule pluribus claruit miraculis. Ex roſis prædictis, quatuor paulò poſt euaneſcentibus, quinta quæ ex ore prodibat, cryſtallo incluſa eſt, & ad altare repoſita. Hanc hiſtoriam habet Vincentius Bellouacenſis in Speculo hiſtoriali lib. 7. cap. 116. Item Speculum Exemplorum diſtinct. 9.

Digitized by Google

n. 119. & plurimi paſſim alij. Idem aut prorſus ſimile miraculum Thomas Cantipratanus libro 2. Apum cap. 29. de Ioſberto monacho Dolenſi in diœceſi Bituricenſi anno 1186. defuncto recitat, de quo itidem nos illo aono loquemur.

B Obijt præterea hoc vlteriùs anno ſeptimus Ciſtercij Abbas Beatus vir Faſtradus, cui Sanctiſſima Virgo filium geſtans apparuit, cui & tradere viſa eſt, vt eum animaret ad ſuſcipiendum & fortiter gerendum regimen Claræuallis, quam cum bene rexiſſet factus demum eſt Ciſtercienſis Abbas. Sic babent Annales Ciſtescij anoo 1157. cap. 1. & anoo 1163. Item Chryſoſtomus Henſiquez in faſciculo Sanctotum Ciſtescienſium 1. parte diſt. 3. atque ante illos Herbertus lib. 2. de Miraculis cap. 25. Et Faſtrado quidem morienti Pariſiis, extremam Vnctionem, præſente Ludouico ſeptimo Francorum Rege, miniſtrauit Alexander Papa: *Tanta erat*, inquit Miræus, *viri integerrimi apud omnes etiam Orbis terrarum Principes gratia atque authoritas.*

C Sed & hoc adhuc anno fundatum fuit Monaſterium Horti Mariani Ordinis Præmonſtratenſis in Friſia, à Beato Frederico eius loci Abbate. Quam rem habet Miræus in faſtis Belgicis 7. Martij.

D In Milroſiæ autem cœnobio Beatiſſima Virgo dormitorium viſitare viſa eſt, comitata duabus Sanctis Virginibus, & cæleſti Scribâ: huic iubebat Deipara Virgo nomioa quorumdam monachorum in charta excipere, quaſi ad segoum Dei paratorum. Quam viſionem babuit Vvalterus huius monaſterij Conuerſus, qui ſcriptos ab Angelo monachos, ſecundum ordinem factæ deſcriptionis etiam iotetire & ad Virginem euolare ootauit. Ita Ciſtercij Aooales anno 1163. cap. 6. n. 7. Aſt

## Anno mundi 5148. Chriſti 1165.

A SConaugiæ Sancta Elizabeth, pia ex Ordine Benedictino Monialis & clariſſima virgo, anno ætatis ſuæ trigeſimo ſexto mortali vitâ defungitur: de qua Baronius in notis Martyrologij 18. Iunij mentionem facit. Par in ea fuit amor in Beatam Virginem & Monaſticæ vitæ obſeruantia. Vt enim teſtatur Egbertus io ipſius vitæ præclariſſimis Actis, ſæpè Deiparæ recreata eſt læto hilarique aſpectu, præſertim cùm ad finem vitæ properatet. Tunc enim ab ipſa diſtinctiſſimè audiuit, tranſitutam ſe, non modò vt Chriſtianam decet, ſed vt verè ſanctam atque perfectam. Præterea non interrumpendam doloribus mortis, illam de Deo contemplationem, quam decem ante obitum diebus à cælo receperat. Vlteriùs moritutam quoque eâdem horâ quâ Chriſtus mortuus eſt. Denique diem quo ſepultutæ mandaretur fore admodùm ſerenum, vt ſic funeri eius permulti intereſſe poſſent. Hanc & hoc aono, & multis cum cæli gratiis obijſſe, cum Baronio, teſtatur Trithemius, plurimique alij.

B Sed boc eodem anno in Ciſtercij Aonalibus cap. 4. n. 7. docet Angelus Manrique fundatam fuiſſe in Luſitania Abbatiam Turſis Aquilaris in honorem Diuæ Virginis, in qua Abbatia Imago Deiparæ, quæ dicitur *S. Maria de Aquilis*, plurimis coruſcat miraculis, & crebrâ populorum Diuæ Virginis auxilium poſtulantium peregrinatiooe honoratur.

## Anno autem mundi 5149. Chriſti 1166.

A POſt grauem cum dæmonibus pugnam, in extremo agone viſitatus eſt & confortatus à Diua Dei genitrice Arnoldus Canonicus Regularis in monaſterio Reicherpergenſi in Bauaria, de quo Raderus io Bauaria pia, & Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 1. Februarij ſatis fusè loquuotur.

B At Ealredus Rhieualleoſis, ex Ordine Ciſtercienſi Abbas in Anglia, qui compoſuit de Beatæ Virginis integerrima & inuiolata Virginitate egregium tractatum, hoc rurſus anno, vt ait Poſſeuinus, è vita deceſſit, vt ſpes eſt, non ſine præmio eius, quam piè honorauit. Addit his Marraccius in Bibliotheca Ealredum ſcripſiſſe diuerſos de Deipara Sermones, & præterea librum vnum, De fundatione Monaſteriorum S. Mariæ Eboracenſis, & de Fontibus. De eodem Ealredo plura loquitur Chryſoſtomus Henriquez io Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium libro 2. diſtinctione 26. cap. 23.

## Anno deinde inſequente mundi 5150. Chriſti 1167.

A ROmæ, Teutonici nefarium facinus, & aggredi auſi ſunt, & demum conſummare. Scilicet Eccleſiam *S. Mariæ de Laborario*, quæ ſita erat ſuper ſcalam S. Petri, ante atrium ipſius B. Petri Baſilicæ, ſuppoſitis ignibus integram combuſſerunt. Qua ea conflagratione liquefacta eſt & planè peſſumdata, quædam admirabilis Diuæ Matris imago, quæ facta io muro prædictæ Eccleſiæ, ex auro puriſſimo ſplendebat, vt notat Baroouis hoc anoo n. 9. Rurſus.

## Anno mundi 5151. Chriſti 1168.

A TAſaſia Garſia ex clara proueniens Aragonenſium Regum proſapia, ſe & cœnobium *B. Mariæ de Gradefes*, Ordioi Ciſtercienſi donat in honorem Beatæ Virginis. Gaudet hoc Gradefienſe cœnobium deuotâ Imagine Dei genitricis, quam, qui hæc ſcribit Angelus Manrique Annaliom Ciſtercienſium anoo 1168. n. 7. capite 9. ait, velut ægrotantium opitulatricem à permultis aonis plerique venerantur. Idem inſuper author.

## Anno, inquit, (mundi ſecundum nos 5152) Chriſti 1169.

A COnuerſus quidam ſeoex obijt Claræuallis, cui olim viſa eſt Beata Virgo tenens io Capitulo locum Abbatis, & ſub finem Capituli filium ſuum amplectendum & exoſculaodum porrigens duobus ſibi aſſiſteotibus ſenioribus monachis, vno ad dexteram altero ad læuam ſedentibus: quibus repletis hoc cæleſti beneficio ac gaudio, ingens deinceps ad alios lætitia profluxit. Obiit & in domo Fontis Mauriciani Robertus ſeoex

ſenex in Deiparam deuotus, cui quintâ die ante mortem apparuit Chriſtus cum B. Maria comitante S. Bernardo: Robertúmque petiit à Chriſto B. Deipara, & verò obtinuit vt poſt quinque dies cæli gloria frueretur. Hæc habet prædictus Manrique anno 1169. cap. 4. Et inſuper Herbertus libro 2. de Miraculis cap. 40.

## Anno deinde mundi 5153. Chriſti 1170.

A INſigni martyrio coronatus eſt Beatus Archipræſul Thomas; à Cantuaria, cui ſpiritualis paſtor præerat, dictus Cantuarienſis. Eius in S. Dei matrem deuotionem extitiſſe magnam: & quomodo animam reddiderit commendans Deo & S. Mariæ ſe & Eccleſiæ cauſam, ſuprà dictum eſt anno Chriſti 1162. literâ A. ex Actis vitæ eius, quæ habentur apud Surium 29. Decembris, atque ex aliquibus eiuſdem Thomæ operibus ac ſcriptis. Quo loco etiam reiecta, veluti ſuſpecta aut etiam fabuloſè conficta, ſacra illa ampulla eſt, qua de loquitur Thomas Vvalſingamus. An verò idem ſentiendum ſit de caſula quadam, quam S. Thomæ, cùm adhuc puer eſſet, datam à Virgine nonnulli prolixè aſſerunt; quam tum ex authore Speculi exemplorum ad longum habet Cartagena tomo 4. circa finem de mirandis Deiparæ §. 233. Et Gononus in Chronico Deiparæ hoc anno; valde ſanè probabile eſt.

B Florebat autem hoc tempore, vt aduertit Miræus in faſtis Belgicis 5. Ianuarij, Sanctus Gerlacus Eremita Ordinis Præmonſtratenſis, qui ſingulis Sabbatinis diebus ad memoriam Deiparæ Virginis Aquiſgranum, nudis ſemper pedibus incedens, piè peregrinando ſe contulit, donec per ſenectutem, & alterius pedis impedimentum redditus debilior, aſello vti cogeretur.

C Ex Mariæ laudatoribus ſcripſiſſe aiunt, Gualterum Danielem ex Ordine Ciſtercienſi; & Petrum Rigam Remenſis Eccleſiæ Preſbyterum; quorum hic Elegiaco verſu Myſteria Virginis ſuper Euangelium Lucæ cecinit: Ille libros tres vnum de Conceptione, alterum de Virginitate Deiparæ, tertium ſuper *Miſſus eſt* ſcripſit. Quod non ſiluit Bibliotheca Marraccij.

## Anno circiter mundi 5154. Chriſti 1171.

A COntigit obitus Beati Godrici ſolitariam vitam in Anglia degentis; de quo Vincentius Chatron in Calendario xi. Maij, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 11. §. 1. n. 6. & Gononus in vitis Patrum Occidentis, atque in Chronico ad annum 1178. & ante hos omnes Vvillelmus Neubrigenſis, qui eum deſcribit deuotiſſimum erga S. Baptiſtam, & Beatam Mariam, quæ apparuit ipſi cum Diua Magdalena iucundiſſimè hæc verba cantans, quæ iuſſit vt retineret memoriâ, & ore frequentaret, tanquam præſentiſſimum contra tentationes & triſtitias amuletum: *Sancta Maria, Chriſti thalamus, virginalis puritas, matris flos, dele mea crimina, regna in me, duc ad fælicitatem cum ſolo Deo.* Hæc vbi inculcauit Virgo, ſignum crucis clienti ſuo imprimens, & ſuauem odorem ſpirans in cælum aſcendere viſa eſt. Mortem Godrici anno præcedenti aſſignat Matthæus Paris in Henrico ſecundo Angliæ Rege, vbi vitam eius fusè deſcribit.

B Hoc item anno Henricus ſecundus Angliæ Rex orationis cauſâ profectus eſt ad Roccam ſiue Rupem Amatoris; de quo loco celebri ob miracula Dei genitricis dictum eſt anno Chriſti 1140, literâ A. Venit autem eò Henricus exercitu munitus, nulli tamen malum inferens; ſed omnibus, maximè pauperibus, bona largiens. Ita Robertus de monte in Appendice ad Sigebertum; vbi etiam notat corpus S. Amatoris, qui dat huic loco nomen, ibi repertum fuiſſe in introitu ſacelli anno 1166. fuiſſéque ipſum S. Amatorem famulum B. Mariæ & baiulum ac nutritium Domini, vnde videretur ſequi ipſum eſſe S. Ioſephum: Alij melius dicunt de facto fuiſſe coniugem Veronicæ. Cùm autem addit S. Thomam hoc anno in Angliam eſſe regreſſum, ab omnibus meritò reijcitur; ſiquidem iam mortuus erat.

C Moritur verò adhuc hoc tempore Petrus Tarentaſius, multis tum miraculis tum virtutibus clarus, quibus vſus eſt in bonum Eccleſiæ, ſepultúſque eſt in cœnobio Bellævallis, ſed ante altare ſacroſanctæ Virginis in æquiſſimum ſuæ erga Dei genitricem pietatis præmium. De eo agit Surius 8. Maij & pietatis eius in Virginem memoriam hanc facit cap. 41. Baronius autem plura de eodem habet anno 1161. & Angelus Manrique in Annalibus Ciſtercij eodem anno.

## Anno autem mundi circiter 5155. Chriſti 1172.

A ATtribui debet, quod Cæſarius habet lib. 7. cap. 50. de Mariæ dulciſſimo nomine, de quo frequentando, & vſurpanda ſalutatione Angelica ſic ait: Iuxta Eccleſiam S. Seuerini Coloniæ, quidam olim Epiſcopus & ab Alexandro Papa depoſitus vitam ſolitariam incluſus tranſegit, nomine Marſilius: hic audiens à quadam matrona, quæ ei confitebatur & committebat interiora ſua, in recitatione ſalutationis Angelicæ ſe ſolitam perfundi mirâ ſuauitate ſaporis; cauſam ſciſcitatus ab eadem accepit, conſueuiſſe eam ſingulis diebus in honorem D. Virginis, quinquaginta *Aue Maria* cum totidem venijs dicere. Hoc ille audito, idem pium exercitium frequentauit, & vix ſex hebdomades effluxerant, cùm eâdem mellis dulcedine delibutus eſt. Eandem quoque melleam dulcedinem, exemplo iſtius Recluſi permotus, meruit experiri monachus quidam Ciſtercienſis: quod idem Cæſarius enarrat.

B Ad hunc inſuper annum pertinet, quod fusè Crantzius enarrat in Saxonia ſua libro ſexto cap. 29. & ſequentibus, de peregrinatione in terram Sanctam Henrici Ducis Saxoniæ, cognomento Leonis, quam aſſumpſit cum magno comitatu, ac præſertim cum Epiſcopo Lubecenſi Conrado, Henrico Abbate Brunſvicenſi, Bartoldo item Abbate Luneburgenſi & aliis. Poſt multa enim exhauſta pericula, varioſque &

dubios caſus, egreſſos Conſtantinopoli & in mari vagantes ſæuiſſima exorta tempeſtas immenſo propemodùm pauore compleuit. Erat inter nauigantes quiſpiam, quem ſomnus oppreſſit; hic videre ſibi viſus eſt Reginam quandam propè aſſiſtere, quam incunctanter cæli Dominam eſt interpretatus, tanta erat oris & totius corporis maieſtas, triſtémque viſa alloqui & quid mœreret rogans. Tum ille: vides ô Domina nos in media morte agere. At illa: Confide, inquit, fili, coofide: oemo ex vobis naufragabitur: eſt inter nauigantes, qui me precibus ſuis ſibi facit obnoxiam. Quo dicto diſparuit. Et continuò caduot venti, procellæ detumeſcunt, nautæ imperant naui, & ſaluos Ptolemaidem perducunt. Agnitum verò eſt, illum, cui Virgo ſe obnoxiam fatebatur, eſſe Henricum Brunſuicenſem Abbatem: crebertimas eoim quotidie preces ad Deiparam fundebat. Quippe, vt ait idem author, in omni peregrinatione indutus cilicio, antelucano tempore matutinali expleto Officio, altaris Sacrificium (ſi quo modo poterat) implebat, Beatiſſimæ Virgioi, cui ſe & omnem gregem commendabat, ſemper deuotiſſimus. Poſteà Lubecenſem ille conſcendere Cathedram morte Conradi coactus eſt, ſemper ſui ſimilis, hoc eſt, in Deiparam filiali ſemper affectu. Quod non ſiluit idem author Crantzius.

## Anno verò Mundi 5156. Chriſti 1173.

A Richardus à S. Victore fœliciter moritur, vt patet ex Gallia Chriſtiana Roberti, verbo S. Victoris cœnobium. Huius pium in Virginem affectum quamplurima teſtaotur. Nam præter ea, quæ ſparſim habet in expoſitione Cantici Canticorum, ſcripſit pulcherrimam homiliam de differentia ſacrificij Abrahæ, a ſacrificio *B.* Virginis longè quàm illud excellentiſſimo. Item duos libros in illud Iſaiæ: *Ecce Virgo concipiet*, quos libros inſcripſit, *De Emmanuele*: In quibus ad refellendam Iudæorum perfidiam inuictiſſimè oſtendit, prædictum vaticinium non poſſe intelligi, niſi de Virgine Maria. Prætereà elegaotem comparationem inſtitoit Chriſti ad florem, & Virginis ad virgam, vbi ſic ingreditur: *Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius.* Qui verſus eſt S. Fulberti, vt viſum olim eſt anoo Chriſti 1007. Deinde ſic Richardus proſequitur: *Quia rectè dicitur Virga Beata Virgo Maria: virga recta, virga erecta, & in cælum vſque porrecta, virga gracilis, virga flexibilis, virga florifera, virga fructifera. Recta per fidem, erecta per ſpeciem, procera per longanimitatem, per humilitatem gracilis, per compaſſionem flexibilis, per virginalem conceptionem florigera, per partum ſalutis fructifera. Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius, &c.* Eundem Richardum non parum ſuffragari immaculatæ Conceptioni Deiparæ ſentit Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 12. Marraccius verò etiam alia ſcripſiſſe commemorat.

## Anno mundi 5157. Chriſti 1174.

A Villelmus iunior Siciliæ Rex, planè regio apparatu Eccleſiam *S. Mariæ ſupra Sanctam Cyriacam, ſiue Dominicam*, monaſteriúmque ipſi coniunctum erexit iuxta Panormum, io loco qui dicitur, Mons regalis: Huic Eccleſiæ, hoc anno die trigeſimâ Decembris, Alexander Papa priuilegium exemptioois contulit, aliáſque nonnullas prærogatiuas addidit paucis concedi ſolitas. De qua re Baronius hoc anno, & Hiſtoria Montis regalis à Ioanne Ludouico Lello conſcripta.

## Anno deinde mundi 5158. Chriſti 1175.

A Toloſates ſiue Albienſes hæretici, per Galliæ partes illas vagantes quæ circa Toloſam, deprehenſi ſunt hoc anno eſſe valde infenſi in Chriſtum ſimul & Virginem Matrem. Hos examinatos atque conuictos ſcribit Baronius anno 1176. n. 3. deprehenſos autem hoc anno.

B Et eodem anno, obdormit in Domino B. Fridericus, Ordinis Præmonſtratenſis, primus Abbas & fundator Horti S. Mariæ: qui adhuc adoleſcens ob caſtimoniæ puritatem præcipuè honorabat Sanctam Virginem Deiparam. Miſſam de B. Maria ſingulis ſabbatis celebrare ſolebat, etiam in Quadrageſima. Precibus ad B. Virginem fuſis mortuum ſioe baptiſmo puerum excitauit. Sic teſtatur Sibrandus in vita ipſius, & Vincentius Charron ex eo in Calendario, necnon Balinghem 7. Martij, ac Miræus in faſtis Belgicis eâdem die. At

## Anno mundi 5160. Chriſti 1177.

A Alexander Papa cùm eſſet Venerijs, vbi pax generalis ſtabilita eſt, illuſtrauit Indulgeotiis Hoſpitale antiquiſſimum quod vulgò dicitur *S. Mariæ à charitate*. Habet id Spinellus de Deipara cap. 29. n. 6.

B Diem verò poſtremum hoc anno compleuit Adamus à S. Victore, quod habet Gallia Roberti, verbo S. Victoris cœoobium. Huius ſunt in honorem B. Mariæ decantatiſſimi verſiculi quos habet in proſa de Virginis Aſſumptione:

*Salue Verbi ſacra parens,*
*Flos de ſpinis ſpinâ carens,*
*Flos ſpineti gloria.*
*Nos ſpinetum, nos peccati*
*Spinâ ſumus cruentati*
*Sed tu ſpinæ neſcia.*

Hunc non omiſit Salazar libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 12. tanquam non mediocriter faoentem immaculatæ Virginis Conceptioni. Sed Marraccius in Bibliotheca, vixiſſe eum vult anno Chriſti 1192. cum Eiſingrenio: additque, cùm in dictanda quadam Sequentia, quæ incipit, *Salue mater Saluatoris, &c.* ad hos rhythmos perueniſſet Adamus:

*Salue Mater pietatis,*
*Et totius Trinitatis*
*Nobile Triclinium.*

Eidem glorioſam Virginem apparuiſſe, & quaſi pro recepta gratia ſatisfeciſſe ſalutando perhumaniter. Quam rem etiam aduertit Thomas Cantipratenſis libro 2. de proprietatibus Apum, cap. 19. n. 7. Scripſiſſe etiam dicitur idem Ada-

mus Mariale magnum Matris vitæ in duas partes diuiſum, quod opus alij attribuunt Raymundo Lullo Eremitæ, vt inſinuat ſupracitatus Marraccius.

Hoc eodem anno Militia Equitum Alcantaræ C ab Alexandro tertio Pontifice Romano approbata fuit, vt docet Angelus Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus, anon 1156. cap. 2. n. 8. quæ militia fert habitum Ciſtercienſem, aliquantulùm decurtatum ob belli munia: eſſe autem præcipuo ſtudio in Deiparæ obſequium propenſam, teſtes ſunt Ciſtercij leges, quas eiuſmodi Equites ſeruare tenebantur olim; & ex parte ſaltem etiamnùm obſeruant. At de hac militia vide quæ habet Chryſoſtomus Henriques in prima parte pagina 260. ſiue diſtinctione 18. cap. 1.

Sed hoc adhuc anno Citenceſtrienſe in Ao- D glia Monaſterium conſecratum eſt in honorem Diuæ Virginis à Bartholomæo Oxonienſi Epiſcopo, præſente Henrico ſecundo Rege Anglo, & redditus augente. Quod teſtatur Ferreolus Locrius libro 3. cap. 68. Mariæ Auguſtæ, & ante eum Rogerus de Houeden.

## Anno autem propemodùm mundi 5161. Chriſti 1178.

FLorebat Petrus Bleſenſis, qui pulcherrimos A Sermones ſcripſit io præcipua feſta B. Virginis, qui habentur tomo 12. Bibliothecæ Patrum parte 2. pagina 849. 863. &c. Floruit item Arnoldus Carnotenſis Abbas Bonæuallis, qui egregios tractatus de S. Deipara compoſuit, qui in eodem tomo Bibliothecæ Patrum continentur pagina 425. & 436. Vide, ſi lubet, eum qui ſic incipit: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, nihil dignè, nihil propriè, de ſancta ac perpetua Virginis Matris Chriſti Mariæ gloria eloqui potero; &c.* Hos authores hoc Alexandri tertij tempore vixiſſe reperies apud Bellarminum libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Euſdem verò Salazarius putat, libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 12. fauere laudi, ac fouere gloriam Conceptionis immaculatæ Deiparæ.

Hoc prætereà ſcripſit anno Herbertus, Abbas B primùm de Moris Ciſtercienſis Ordinis, ac deinde Archiepiſcopus Turrium in Sardinia, libros illos tres de Miraculis, quos ſuprà nonnunquam citauimus, & quos diu Claræuallis in membrana abditos tandem publicos fecit Petrus Franciſcus Chifflet Societatis Ieſu, anno, quo hæc ſcribimus, Chriſti 1660. in illa Diatriba quam fecit de Illuſtri genere S. Bernardi, vbi etiam oſtendit & quis fuerit Herbertus, & quo ſcripſerit anno. Præter autem illa antè ex Herberto relata, alia præterea ipſe idem Herbertus tangit, quæ paulò antè acciderunt; ſed quo anno neſcitur. Vt quod habet lib. 1. cap. 34. de quodam Ciſtercienſi monacho, cui ſemel & iterum apparens Beatiſſima Virgo, ſemel quoque & iterum certiorem illum fecit de ſua ſalute. Et libro 2. cap. 7. de nouitio Clarauallenſi cui, cùm videret Sanctam Mariam Magdalenam ante altare ſtantem, denegata eſt ad præſens viſio B. Deiparæ, factáque monitio eſt vt magis proficeret. Item libro eodem cap. 33. de Monacho alio eiuſdem Ciſtercienſis familiæ, qui orationi maximè & lectioni intendere ſolitus, vidit primùm S. Ioannem Euangeliſtam, tum Beatiſſimam Dei genitricem, & denique Chriſtum ipſum Dominum ſibi animam agenti occurrentes. Quæ hic breuiter attingere viſum eſt, velut honorifica Matri Dei. Nunc

## Anno mundi circiter 5163. Chriſti 1180.

A CEicæ, non longè à faucibus, per quas Monda fluuius in Oceanum influit, Alphonſos primus Luſitaniæ Rex, Deiparæ beneficiis adſtrictus, templum inchoauit; abſoluit eius filius Sancius. Occaſio condendi fuit miraculum, quod cæli Regina præſente Alphonſo edidit, ſuſcitans à mortuis in delubro, ſeu ædicula Diuæ Virginis, quæ Ceicæ medias inter ſiluas erat, equitem Alphonſo percharum. Huius verò ædificandæ hoc in loco ædiculæ occaſionem, deducunt ex alio adhuc longè ſplendidiore B. Deiparæ miraculo, quo, Mauris regnantibus, cùm Loruanienſis Abbas Ioannes nomine, imprudenti valde conſilio, vt ſe & ſuos milites expeditiùs à Mauris defenſaret, & impeteret illos; omnes tum mulieres, tum infantes occidit, qui in arce Montis Maioris, vbi ipſe tunc erat, verſabantur. Hos verò excitauit Beatiſſima Virgo, ſtupendo planè miraculo, & clementia verè ineffabili, ne triſti- A tia Ioannem patrati facinoris intolerabilior premeret. Ergo Ioannes tam inſigni beneficio accenſus ædiculam ſaltem prædictam conſtruxit, in qua vt Virginem conſtanter honorauit, ita in ea voluit deinde ſepeliri. Rem fuſiſſimè enarrant, Chronicon Ciſtercienſe lib. 6. cap. 27. & 28. Bernardus de Britto 2. parte Monarchiæ, & Vaſconcellius in deſcriptione Regni Luſitaniæ.

B Circa hunc quoque annum, Baſilica quædam D. Virginis in Vvallia prouincia Angliæ à quodam diuite recens extructa, & à quodam ſolitario habitata, conſecrata eſt à S. Laurentio Dublinenſi in Hybernia Epiſcopo iuſſu B. Deiparæ, in qua poſtmodùm varia miracula facta ſunt. Ita vita Laurentij apud Surium 14. Nouembris cap. 20. At cap. 22. legitur idem Sanctus Dubliniæ in Hybernia in Virginis Ma- B tris honorem Eccleſiam nouam conſtruxiſſe, cui diuerſa donaria largientes quidam, horribili maris tempeſtate liberati ſunt. Obijſſe porrò Laurentium anno ſequente Chriſti 1181. teſtatur Philippus Labbe in anno Sancto 14. Nouembris.

C Sed hoc adhuc anno, Eccleſiam S. Mariæ Cantipratenſis, in Cameraci ſuburbio incepiſſe conſtrui, notat Ferreolus Locrius io Anacephalæoſi. Notat & Marraccius in Bibliotheca, ex Scriptoribus Virgineis obijſſe hoc anno Nicolaum Brabantinum, Benedictinum, qui pulchram Homiliam ſcripſit in honorem Virginis ad hæc Euangelij verba: *Stabat iuxta crucem Ieſu, &c.* Claruiſſe autem ex Ciſtercienſi familia, Odonem Moremundenſem Abbatem, & Odonem è Ceritona, quorum vterque ſui in Deiparam affectûs teſtimonium dedit ſcribendo de ea Homilias.

D Addit verò Balinghem in Calendario 6. Octobris. Manuelem, Imperatorem Orientis, vitam hoc anno exuiſſe, cùm priùs in Deiparæ honorem ſanctione latâ iuſſiſſet, ne in feſtis Præſentationis, Conceptionis, Purificationis, Annuncia-

tionis & Aſſumptionis, ius cuiquam diceretur cauſæque agerentur. Poſt hunc Imperatorem, quem alij non ſexto Octobris, vt Balinghem, ſed tertio deceſſiſſe volunt.

## Anno mundi 5164. Chriſti 1181. Obiit Alexander Pontifex, cui Lucius tertius in munere ſuccedit.

A NOtant verò de Alexandro Chryſoſtomus Henriqoez, & poſt eum Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 27. Auguſti, diuinitus fuiſſe per viſum reuelatum Canonico cuidam Eccleſiæ S. Iſidori Lugdunenſis, in extremo agone, eum à Sanctis Petro, Paulo, Gregorio, atque Iſidoro fuiſſe vehementer adiutum; & frendeotibus cootra eundem dæmonibus, interceſſiſſe Deiparam, quæ de ſalute ſua certum reddidit & tutum; confirmante Chriſto, quod Virgo fata erat; vode & à Beatis iucundum alleluia reſonate cœptum eſt.

B Hoc eodem tempore, quidam ciuis Burgenſis parcus admodùm & auarus, nolens reddere cortinas, quæ inſeruiebant ad ornatum Eccleſiæ S. Virginis, quáſque ipſe pro pignore mutuatæ pecuniæ detinebat, ſeuerè punitus eſt, ac poſt triduum morte ſublatus cum filio: vxor autem eius; cuius lectum ornabat præfatis auarus cortinis, dum illa erat in puerperio; ſingulis ferîis quartis vſque ad Sabbatum, emiſſo per nares cruore deficiebat, quoúſque peruenit io Bethlehem, quò iuſſa à B. Virgine eſt iter arripere; ibíque tandem mortua exſpirauit. De qua omni pœna anteà ex ordine monita eſt à S. Deipara, vt aduertit, qui hæc in ſcripta retulit Robertus de monte in appendice ad Sigebertum.

C Sed hoc quoque anno Carmelitanum Ordinem ſumpſiſſe exordium æſtimat Baronius, & hâc occaſione ſumpſiſſe; quòd multos, qui ex Occidente in Palæſtinam venerant vitam Eremiticam io terra Sancta acturi, hinc inde diſperſos & expoſitos Barbarorum incurſibus collegit in vnom Aimericus Patriarcha Antiochenus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus. Alij authores minimè conſentiunt. Nam Paleonydorus lib. 3. antiquitatis Carmelitarum, & Bzouius in ſupplemento Baronij, inſtitutionem huius Ordinis referunt ad aonum 1217. Valdenſis de Sacramentalibus titulo 9. cap. 84. ad anoum reponit 1171. Panuinius in Chronico, Polydorus Virgilius lib. 7. de inuentoribus rerum cap. 7. Sabellicus lib. 6. Enneadis 9. ad annum 1141. Trithemius lib. de laudibus Carmelitarum, reuocat ad annum 400. ad tempora videlicet Arcadij & Honorij Imperatorum. Alij cum Thoma à Ieſu non tantùm ad ætatem Apoſtolorum, ſed ad Eliam & ad filios Prophetarum eam extendunt. In hac diuerſitate ſententiarum quis ſatis in ſcopum incurrat? Certum tamen eſt hunc Ordinem præcipuo quodam modo fuiſſe addictum erga Virginem Matrem, cuius alumni, *fratres Virginis*, dicuntur, cuius candore ſplendeſcunt in pallijs, cuius ſcapulari, veluti Diuæ Matris nobiliſſimis exuuiis dicam an donis? meritiſſimè gloriantur: vnde plerique Pontifices huc Ordioem præcipoo quodam modo dilectum à S. Deipara intelligentes, eam in ſuis Bullis vocant huius Ordinis Matrem, Nutricem, Promotricem ac Protectricem. Vide quæ iam dicta ſunt, & ad hunc locum quadrant, anno ante Chriſtum natum 905. & poſt natum 64. tum quæ dicentur anno Chriſti ſequeote 1217.

D Adhuc contigit hoc anno Panormi Cathedralem Eccleſiam inſigoi & admirabili opere extrui, Guillelmo ſecundo Siciliæ Rege. Quod aduertit Thomas Fazelus in ſua de rebus Siculis hiſtoria libro 8. & Spinellus tractatu de templis Deiparæ n. 55.

E Demum Eccleſia S. Mariæ Aquicinctina, in ſplendidiſſimam ſtructuram à fundamentis erigitur ſub Simeone Abbate: cuius lapidem angularem, ſiue ſundamentalem, poſuit Balduinus Hannoniæ Comes, quamplurimis redditibus annuis Monaſterio attributis. Ita Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi, & lib. 3. cap. 85. Mariæ Auguſtæ. Poſuit & Rogerius Monachus familiæ Ciſtercienſis in Cœnobio Fordano, Encomium Diuæ Virginis Mariæ contentum libro vno. Quod habet Marraccius in Bibliotheca.

## Anno autem mundi 5165. Chriſti 1182.

A IN montis Æthoæ parte quadam decliui Monaſterium *S. Mariæ Maniacis*, ſic à loco vocatum, à Margarita Siciliæ Regina Benedictiois extruitur. Quod ex Faſelo notat idem, qui ſuprà citatus eſt Ferreolus lib. 3. cap. 42. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi.

## Anno deinde mundi 5166. Chriſti 1183.

A BEatiſſima Virgo iurgia ſedatura inter Regem Aragonum, & Comitem S. Ægidij Raimundum, apparens pauperi cuidam fabro Anicij, dat ei ſui ipſius imaginem ſedentis in throno ac Ieſum filiolum geſtantis, cum hac verborum perioche: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Teſtimonio deducto ex iſta imagine, velut à Deipara conceſſa, iurgium ſedatum eſt, & animorum pax firmata in die Aſſumptionis: Hanc ſiquidem tenens & oſtentans ille pauper ſic exorauit, vt perſuaſerit ex amore Virginis ſimultates omnes eſſe poooodas. Rem prolixè referunt Rigordus Medicus & Chronographus Philippi Auguſti Regis Franciæ. Vincentius Bellouacenſis in Speculo hiſtoriali lib. 29. cap. 27. Antoninus 2. parte hiſtoriæ, titulo 17. cap. 9. §. 27. Spinellus tractatu de Exemplis n. 28. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6. §. 4. n. 5. Vincentius Charron in Calendario 25. Auguſti n. 14.

B Hoc autem, aut præcedente, anno Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus obiit, vt ex Gallia Chriſtiana Roberti colligitur. Non ignobili venâ laudes B. Virginis iterat in hymno, quem de Chriſti Natiuitate compoſuit, quique ſic incipit:

*Semper ab æterno naſcens, ex tempore naſci*
*Suſtinet humanâ conditione Deus:*
*Virgineúmque vterum virtus ſacra Patris obumbrat*
*Quâ Verbum fieret conciliante caro.*
*Conformi ſoboles Patrem Matrémque figurâ*

Digitized by Google

*Exprimit, & ſpeciem reddit vtrique ſuam.* Et reliqua, quæ videri poſſunt tomo 12. Bibliothecæ Patrum parte 2. paginâ 486.

C Ad hæc item tempora pertinere videtur Confraternitas Laudantium Beatam Virginem, quæ coaleſcere Florentiæ cœpit, & magno cum fructu ſeſe deinde propagauit, ex qua videlicet etiam Ordo Religioſus Seruitarum poſt aliquot annos fœliciter pullulauit, anno Chriſti nimirum 1233. Alia inſuper Senis prodijt Confraternitas in honorem D. Mariæ, in Hoſpitali domo, quæ vocatur *Scala*, primùm inſtituta: & quia inter alia virtutum exercitia, quibus vtebatur eiuſmodi Confraternitas erant diſciplinæ ac corporis verberatio, vulgò vocabatur Confraternitas Diſciplinantium, de qua ſermo eſt in vita S. Bernardini. De vtraque autem mentionem facit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 2. n. 3. & 4. Sed putat vtriuſque initium reuocandum ad annum 1231. cùm tamen Archangelus Gianus, in libro quem ſcripſit de origine Seruitarum, quémque ad longum citat Bzouius anno 1231. n. 7. doceat Confraternitatem Laudantium, ſiue vt Gianus ipſe loquitur Laudenſium, ſumpſiſſe initium anno 1183.

D Anno illo Chriſti 1183. migraſſe dicitur ad cælum Philippus ab Harueng, Abbas Bonæ Spei, Cameracenſis Diœceſis, ex Ordine Præmonſtratenſi, vir mirificè pius ac doctus, & S. Bernardi familiaritate conſpicuus. Hic libros cedro dignos numero ſex edidit de Laudibus Virginis ſuper Cantica Canticorum. Epigrammata de partu Deiparæ, & Epiſtolas de Conceptione & partu B. Mariæ. Quæ omnia notat Bibliotheca, tum Præmonſtratenſis Ioannis le Paige, tum Mariana Hippolyti Marraccij. Nunc

## Anno mundi 5168. Chriſti 1185. Vrbanus tertius ſufficitur Pontifici Lucio defuncto.

A QVo etiam tempore moritur Alphonſus, huius nominis primus Luſitaniæ Rex, valde commemorandus in cultu Deiparæ: De quo Vaſconcellius in Regibus Luſitaniæ, anacephalæoſi 1. & 2. & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 20. 21. 22. Et Vincentius Charron 11. Decembris n. 1. multa enumerant. Primò, Alphonſum recens natum, cùm eſſet pedum talis tenaciter inter ſe coniunctis, hoc malo à Deipara liberatum fuiſſe in æde *B. Virginis à Carquere*, in qua ab Ega Moniſio nobili equite, quem Egam Nunnium ſemper Mariana appellat, præſertim libro 10. cap. 13. de rebus Hiſpanicis, ſanandus oblatus eſt: quo in loco Comes Henricus Alphonſi pater, in gratiarum actionem collatæ filio ſuo ſanitatis, pulcherrimam cum inſigni Monaſterio Eccleſiam erexit in honorem S. Mariæ, & Canonicis Regularibus S. Auguſtini procurandam reliquit atque commiſit. Secundò, eadem B. Deipara eiuſdem Alphonſi educationem commendauit prædicto equiti Egæ, tanquam perſonæ cuius operâ ipſa & Chriſtus ad debellandam Maurorum perfidiam, Chriſtianoſque roborandos, vti ſtatuerat. Tertiò, in pugna Orichienſi fudit Alphonſus Iſmarum Regem Maurorum immensâ propemodùm ſtrage, pro centum Mauris interfectis vix vno cæſo Luſitano; ad quam victoriam animatus fuit non voce tantùm S. Eremitæ pridie pugnæ pollicitantis victoriam: ſed viſione Chriſti apparentis, & pro Stemmate, quinque Stigmatum ſuorum ſanguineas notas vltrò deſignantis, ac promittentis victoriam. Quartò, in pugna Scalabina, cùm Alboiachius Rex Hiſpalenſis, cum innumera Granatenſium manu, Alphonſum impeteret, ſpectatum ab omnibus fermè eſt brachium alatum volitans poſt Alphonſum, latéque omnia proſternens, in cuius rei memoriam & gratitudinem, Alphonſus inſtituit equeſtrem Ordinem vocatum *ab ala*, cuius inſigne fuit ala rubea in circulo aureo. Sed prætereà, iſtiuſmodi causâ beneficij, ac victoriæ memor Scalabinæ, magnificum illud Alcobacenſe cœnobium, in quo ſine interruptione nocte diéque laudes Dei ac Deiparæ cantabantur, in honorem Diuæ Virginis ampliſſimè fundauit, ſicut dictum eſt ſuprà anno Chriſti 1148. Alia prætereà in laudem prædictæ Virginis & templa & Monaſteria conſtruxit, vt *Ceicenſe*, de quo iam anno 1180. vt *B. Mariæ à Siluis*; & alia minora. Inſuper & Equeſtres Ordines; Alcantaræ, de quo anno 1177. literâ C. Auiſij, de Ala, inſtituit, ſicut fortitudine inſignes, ita illuſtres pietate; qui omnes legibus Ciſtercienſibus non tam adſtricti quàm adiuti, & candore veſtium, & votis ſuis oſtendebant ſub qua cæli Principe militarent. Denique Alphonſus omni datâ occaſione, & beneficia ſuſcepta per Virginem laudabat, & in ſubiectis omnibus ſuis magno animo amorem in eam inſpirabat & inflammabat. At

## Anno mundi 5169. Chriſti 1186.

A RVrſus accidiſſe dicitur; quod iam ſuprà tactum eſt anno Chriſti 1163. in Dolenſi Monaſterio; vt Beatus Ioſbertus ſolitus recitare quinque pſalmos, ſumptos ex initialibus literis illis, quæ componerent Deiparæ nomen *Maria*; roſas ex ore, ex oculis, & ex auribus mortuus emitteret. Quam rem fusè deſcripſit Thomas Cantipratenſis lib. 2. de Apibus cap. 29. §. 15.

B Moritur autem eodem hoc anno Beatus Petrus cui cognomentum Monoculus, Abbas Claraualleñſis, ex Galliæ Regum ſanguine procreatus, qui difficili morbo alterum oculorum amiſit. Quem hoc anno mortuum eſſe Chronicon Antiſſiodorenſe edocet, necnon Gallia Chriſtiana Roberti, & Annales Angeli Manrique, & Chryſoſtomus Henriquez, quorum hic poſtremus 2. parte faſciculi Sanctorum Ciſtercienſium diſtinctione 22. ſiue mihi pagina 184. 195. 197. Beatam Virginem ipſi ſæpè apparuiſſe teſtatur: Et quidem ſemel comitatam Beatis Mariâ Magdalenâ, & Mariâ Ægyptiacâ, quas Deipara aſſeruit Eremicolis peramicas eſſe: Aliàs Spiræ in templo B. Virginis, cùm ibi Petrus eſſet velut miſſus legatus ad Henricum Imperatorem. Etenim dum deuotè Petrus eam exorat, Beata Deipara ei viſibiliter apparens benedictione illâ conceptis verbis benedicit, qua ſolent redeuntes ad Monaſterium monachi, iuxta ſtatuta Ordinis, benedici. Quod non tacuit Cæſarius lib. 6. cap. 11. Iam verò

## Anno mundi 5170. Chriſti 1187.

### Gregorius octauus poſt Vrbanum tertium præeſt Eccleſiæ.

QVo item anno Iſaacius Angelus Imperator A Orientis, bellis ciuilibus, quæ Brana tyrannus excitarat, exagitarus eſt : ſed ex Hodigo Monaſtetio Dei genitticis imaginem transferens, & in ea Conſtantinopolitanæ vrbis parte ſupet mœnia collocans, vbi hoſtium aggreſſio pluiimùm timebatur, & ſanctitate conſpicuos viros ibidem diſponens, vt orationibus ſuis vtbem communireot, ooo eſt ſpe ſuâ ac deſiderio fraudatus. Confeſtim enim ereptus eſt ab imminenti excidio ope Conradi Longobardi Ducis Monfertatenſis occiſo tyranno. Rem geſtam deſcrihit Batonius, hoc anno, & pluribus Nicetas in Annalibus.

Quo eodem anno, cùm bellum ſæuitet acritet, intet Francorum Regem Philippum Auguſtum, & Henricum Regem Aogliæ, contigit, ſicut tefert Bellouacenſis lib. 7. Speculi hiſtorialis cap. 110. qui & ſe ſpectatorem fuiſſe affirmat, vt in Abbatia quæ vocatur Dolis iuxts Caſtrum Rodulphi, imago lapidea Beatæ Deiparæ indignè ttactaretur a duobus ganeonibus, & pueruli Ieſu, qnem geſtabat, brachium frangeretur. Sed mirum dictu! guttæ ſanguinis ex meobro fracto effluxerunt, & tepentinâ morte in eo loco ſubitò percuſſor ſnblatus eſt, alter verò atteptus à dæmone poſtridie obiit. Quâ poſterâ die multis aſpectantibus illa ipſa Imago itetum viſa eſt, ſuum ſibi monile dilacetans, diſcerpens quoque veſtes, ac dolenti ſimilis & multùm execranti commiſſam iti puerulom ſuum iniuriam. Hæc eadem ex Viocentio tefert Spinellus ttactatu de exemplis n. 38. Abbatia portò in qua hæc ttagica hiſtoria accidit, eadem eſt cum ea in qua B. Ioſbertus (de quo paulo antè, anno videlicet ſupetiore, dictum eſt) effloroit & mortuus roſas emiſit. Addendum portò adhuc ex Vincentio Bellouacenſi libro 7. cap. 104. & Cæſatio lib. 7. cap. 44. quemdam blaſphemum, cùm in ludo perderet, iutate cœpiſſe per Chriſti & Deipatæ membra cum omnium hortore : qui tepentè iouiſibili ictu percuſſus horribilitet vociferans efflauit ſactilegam animam : in cuius dorſo inoenta eſt plaga recens & intus dehiſceos, ita vt intima cordis, hepatis, & pulmonis apertè appareteut. Multis verò ad triſte hoc ſpectaculum accurtentibus, vni eorum, qui blaſphemi etat pateт, quidam olim defunctus appatens dixit, Chriſtum Dominum Genitricis ſuæ iniutias citiùs quàm ſuas perſequi.

Ad hunc turſus annum, Templatiorum ope, C Deiparæ ſtatuam Ieroſolymis fuiſſe Drepanum tranſportatam, aſſetit Atlas Matianus libro 2. imagine 20. Additque oon tantùm inde ab iiſdem Templariis ooo potuiſſe auferri, ſed etiam moltis coruſcauiſſe prodigiis. Cui etiam ob gratias, quas tranſieos pet Lampadoſam Barbatiæ Inſulam effudit, non ignobile templum erectum eſt, quod Drepanitanæ Virgini ſetuit, & potiſſimùm io eo, quòd Naotæ, qui Drepani non poſſunt, ibi vota Virgini & preces exhibent. Nunc

### Anno mundi 5171. Chriſti 1188.

### In Romano Pontificatu Gregorio octauo ſucceſſor creatus eſt Clemens hoc nomine tertius.

A AD quem annnm Pettus Boiſſat Hiſtoriæ Melitenſis volumine 2. reuocat inſtitutionem Monialium S. Ioannis de Ieruſalem, quæ Templariis inſeruire ſoleot, præſertim infirmis & in Hoſpitali decumbentibus. Harum in Beatam Virginem deuotio in eo ſe prodit, quòd primum earum monaſterium dedicatum fuerit B. Deiparæ, fundatum quippe fuit Siſennæ à Sancha Aragoniæ Regina, in memoriam cuiuſdam imaginis B. Mariæ, quæ ſuper aquas miraculosè apparuit. Sunt & alia earumdem Monialium cœnobia Diuæ Virgini communiter dicata, in quibus egregiè eandem venerantur. Id verò notandum in illis Monialibus eſt, quòd geſtent crucem albam Melitenſium Equitum ornamentum. Inter has autem Prioriſſa crucem illam geſtat ad pectoris medium, reliquæ ad læuam reducunt. Iuniores Scholaſticæ vocantnt, & Magiſtræ prouectiores. Quando autem Officium ſolemne recitant, manu ſceptrum argenteum geſtant oblongo fune ſerico ſuper pallio decorè teptante : ſic videlicet etiam ipſo exteriore habitu Reginam mundi ac Dominam aliquo modo repræſentant.

### Anno autem mundi 5172. Chriſti 1189.

A POnitur inſtitutio ſolemnis cuiuſpiam feſti, quod *miraculorum Mariarorum* Monſpelienſes vocant; fitque Inſtitutore Ioaone Montautеo Epiſcopo, in gratiarum actionem plurimarum curationum & miraculotum, quæ ibidem per imaginem *D. Virginis Tabulatum*, fiebant. Quandonam & quâ occaſione clarere prodigiis cœperit, licet in ſcripto olim antiquitas dederit, ne tamen nobis manifeſtum relinqueretur, obtinuerunt hæreticorum flammæ, quorum etiam rabies in tantum efferbuit, vt ex Gentilitiis Monſpelij armis Diuæ Virginis figutam eriperet, quàm poſteà reſtitutam dicemus anno Chriſti 1617. Hæc porrò quæ hîc dicta ſunt fuſiùs proſequitur Marianus Atlas libro 1. imagine 12.

### Anno mundi 5173. Chriſti 1190. atque his circiter proximè temporibus.

A COntigêre multa beneficia Diuæ Virginis, ijs præſertim hominibus, qni pro Chriſto & terra Sancta fortiter pugnaturi profecti erant in Syriam. Scilicet Chriſtianis Ptolemaidem vrbem obſidione cingentibus viſibiliter apparuit, & poſt quatuor dies pe ..uros hac ciuitate ita denunciauit, vt deounciando animum quoque addiderit. Quod norauit Richardus Londinenſis Canooicus, in Itinerario Richardi Regis Angliæ. At Cæſarius lib. 7. cap. 57. inſignem Deiparæ beoignitatem exponit erga Cunonem io Palæſtina ægrotantem, quem illa, eidem ſpectabilis facta, inuitauit ad cælum, mercedem promiſit, com-

pleuit lætitiâ, ac tandem munitum Sacramentis ad gloriam ſempiternam euexit.

Quo etiam tempore in Sicilia, iuxta Caſtellum B Bonum, ſub Marone monte ac gemellis collibus, Monaſterium *S. Mariæ à partu*, alij vocant, *de Burdunari*, fundatum eſt ab Vla Ioannis Graffæi Partamiæ Domini coniuge. Quod commemorat Loctius lib. 3. cap. 39. Mariæ Auguſtæ, ex Arnoldo Vvione, & in Anacephalæoſi, laudatiſſimum Vlæ in Deiparam opus poſteritati tradens. Aſt

## Anno mundi 5174. Chriſti 1191. Cæleſtinus tertius, ſublato de viuis Clemente, regimen Eccleſiæ ſuſcipit.

A AD quem etiam annum nonnulli Theutonicos Equites teuocate ſatagunt, quos certum eſt hoc ſaltem anno maximum feciſſe incrementum. Se verò illi, Beatæ Virginis milites, initiò diaerunt, atque in Sacello ſiue Hoſpitali Diuæ Mariæ dedicato in Palæſtina coaluêre primùm, donec ad eos ſe ſe coniunxetunt hoc anno quidam ciues Bremenſes ac Lubecenſes opulenti, qui magnifico Accone in honorem Diuæ Virginis Hoſpitali conſtructo, ſe ſe ibidem vocarunt Equites Theutonicos, ſiue fratres Hoſpitalis Diuæ Mariæ Theutonicorum in Ieruſalem; primúmque ſibi Præceptorem optarunt Henricum a Valpot nobilem ac genetoſum Equitem, ſub quo vſi ſunt regulâ S. Auguſtini, & habitu albo, ac cruce nigra cum fimbriis albis ad pectus. Nonnullis placet pòſt additum fuiſſe circa crucem roſarium in ſignum ſuæ erga Deiparam deuotionis. Quinto deinde Cæleſtini anno, iterum confirmati & approbati, ſuſceperunt pariter onus recitandi ducentas orationes Dominicas & ſalutationes Angelicas de die, totidémque de nocte cum Symbolo Apoſtolorum. Succeſſu temporis à Turcis ex Syria eiecti venerunt in Pruſſiam, quam in hæreſim ruentem in officio ſeruauerunt. Denique, in memoriam acceptorum tot à Deo beneficiorum, in eadem Pruſſia condiderunt vrbem, quam à Diua Maria Mariemburgum vocauêre. De bis nonnulla habet Baronius ad annum Chriſti 1196. n. 2. & Spondanus ad annum 1199. quibus annis hic ordo videtur confirmatus. Sed pleniùs loquuntur de illis Andreas Fauinus in Theatro honoris lib. 7. & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 1. cap. 12. §. 6. n. 6.

B At Poſſeuinus in appendice ad tomum primum Apparatûs, de Balduino, alij Baldonidum nominant, Archiepiſcopo Cantuarienſi loquens, ait ſcripſiſſe eum varios libros: inter quos vnus eſt de Angeli nuncio multa in Virginis laudem complectens. Vixiſſe verò Balduinum dicit tantùm ad annum 1190. quem Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana vixiſſe aſſerit ad annum 1191. & obijſſe Accone in Syria, fuiſſéque ex Ordine Ciſtercienſi aſſumptum ad Archiepiſcopi dignitatem. Marraccius obijſſe ait anno 1193. Sed

## Anno mundi 5175. Chriſti 1192.

A IN partibus Thuringiæ accidit, vt Euchariſtia conuerteretur in viſibilem carnem & in digitum cruentum, de quo factus certior Archiepiſcopus Moguntinus Conradus, iuſſit vt omnes conuenirent in feſto Annunciationis Diuæ Virginis: tum completâ cum ſumma reuerentia ſolemni ſupplicatione, ac deuotiſſimè celebratis Miſſis, ventum eſt ad Eccleſiam B. Virginis Mariæ, vbi precibus ad Deum effuſis, rediit Eucharistia ad priſtinam panis formam atque figuram, ſpecies videlicet iterum recipiens Sacramentales. Rem hanc fuſè exponit Baronius hoc anno.

## Anno autem mundi 5176. Chriſti 1193.

A MIgrauit ex hac vita Petrus Abbas, primùm Cellenſis apud Trecas, deinde S. Remigij apud Remos, ac denique Epiſcopus Carnutenſis, vt patet ea Catalogo Epiſcoporum Carnotenſium in Gallia Chriſtiana. Fuit vir eruditus, ac S. Bernardo olim familiaris. Inter cætera, quæ de Virgine ſcripſit, habet hæc libro de panibus cap. 21. *Virgo Virginum clibanus eſt ad panem ſuſcipiendum, vel concipiendum, non conſumendum, vel vrendum: ignem enim vrentem nunquam admiſit, quæ carnis concupiſcentiam non ſenſit: ignem fumantem non nouit, quæ non concepit iniquitatem: ignem conſumentem non ſuſcepit, quæ rorem de cælis in corde & in ventre pleniſſimè accepit.* Et paulò poſt: *Oportuit hunc priùs clibanum non vili ſtemmate, neque more conſuetudinario fabricari, &c.* Ea quibus verbis; ſicut & ea iſtis quæ ſubſequuntur ibidem: *Mater arca eſt fæderis continens in ſe quicquid eſt ſanctificationis vel creaturæ vel creantis*; colligit Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 12. Petrum Cellenſem patrocinari immaculatæ Diuæ Virginis Conceptioni. Verùm

## Anno mundi 5177. Chriſti 1194.

A SAnctius Vaſconum Rex eo nomine Octauus, cui Fortis cognomen animi magnitudo fecit & multa in bello præclarè geſta, conſtituit Fiterij & Oliuæ Ciſtercienſia Monaſteria, & de ſuo illa fundauit. Престереà ad Roſcidam vallem templum S. Mariæ nomine erexit ſuæ & poſterorum ſepulturæ deſtinatum. Ita Mariana de rebus Hiſpanicis lib. 11. cap. 18. vbi etiam addit Sanctij filium Ferdinandum, quem, ſuperſtite patre, in venatione equi caſus afflixit ad terram peremitque, fuiſſe Tudelæ in Diuæ Mariæ templo ſepulturæ mandatum.

B Sed & Attebati quidam Clericus & ſoror eius propter homicidium igni adjudicati fuerunt. Verùm hæc validè B. Deiparam inuocans manſit illæſa ab igne, qui iſtum confeſtim deuorauit. Proinde reducitur hæc ad templum Dei genitricis, & ab ea atque à populo gratiæ Deo Virginíque redduntur. Hæc Balinghem aſſerit in Calendario initio Maij, ex Chronico Aquicinctino. Et deinde Gononus in Deiparæ Chronico, ac Vincentius Charron 15. Maij. Poſt hæc

## Anno mundi 5178. Chriſti 1195.

A DEſijt viuere B. Aſcelina conſanguinea Diui Bernardi, quæ quotidie ad honorem Bea-

tiſſimæ Chriſti matris trecentas Salutationes Angelicas recitabat, & Sabbato mille. Item in ſolemnitatibus B. Mariæ, & quotidie per octauas, mille: & ſepties pſalterium Sanctiſſimæ Virginis. Apparuit verò ipſi, cùm eſſet in monaſterio Polongeyo in Diœceſi Liogonenſi, Beata Dei Mater cum S. Ioanne Baptiſta, indixitque vt Bullencuriam rediret: quò & rediјt. Sed magnum prorſus beneficium Aſcelina contulit Moniali cuidam Ciſtercienſis Ordinis in cœnobio, quod Vallis vocatur, dum dedit ipſi conſilium, vt ſe ſigno crucis muniret, & clarà voce recitaret *Aue Maria*, ſtatim atque dæmon incubus, quo infeſtabatur, accederet ad eam; ſic enim effectum eſt, vt velut ſagittâ transfixus, confeſtim dæmon aufugeret. Hæc colligit Henriques Chryſoſtomus in vita B. Aſcelinæ cap. 28. vbi quid intelligat per pſalterium Sanctiſſimæ Virginis, quod illa ſepties recitabat, non ſatis mihi liquet, fortè ſunt illi quinque pſalmi, quos in honorem nominis B. Mariæ plerique recitabant, neque enim adhuc Sanctus Dominicus Roſarium quod & pſalterium vocauit in vſum induxerat. Adhuc de Aſcelina ſcripſit in Annalibus Trecenſibus Nicolaus Deſguerrois ad annum 1195. Primus autem vitam illius compoſuit B. Goſvvinus monachus Bullencurianus. Habitatio porrò Monachorum adhuc Bullencuriæ durat, ſicut celebrabatur tempore S. Aſcelinæ, at Monialium non item, quæ quandonam deſtructa fuerit, non ſcitur.

Obiјt prætereà Balduinus quartus Hannoniæ Comes, cognomento Audax, qui Valencenis ingentes fori porticus atque aulas conuertit in pulchram ædem ac verè magnificam *S. Mariæ ab Aula*, in qua quadraginta duo Canonici deſeruiunt, quibus ſingulis quadraginta duos tritici modios aſſignauit. Ita Chronicon Hannoniæ apud Loctium, & apud Balinghem ac Vincentium Charrno in Calendario 16. Decembris; qui etiam addunt iſtum Comitem multas alias Eccleſias in honorem *S.* Virginis conſtruxiſſe. B

Addit his Mariana hoc eodem anno pugnatum fuiſſe Mauros inter atque Alphonſum Caſtellæ Regem, ſed infœliciter: ſiquidem Mauri victoriâ læti non modo Alarcum oppidum continuò ex deditione cœperunt, ſed vlteriùs in veteria regni fines ferro penetrarunt. Quin etiam prædictum oppidum ſic ſolo æquauêre, vt hoc tempore Alarci parietinæ tantùm extent, & B. Mariæ peruetuſtum templum præcipuâ finitimorum religione excultum. Sic ille lib. 11. cap. 18. de rebus Hiſpanicis. In quibus oſtendit etiam ipſis Mauris venerationi eſſe Marianas ædes. C

## Anno autem mundi 5179. Chriſti 1196.

ALphonſo Rege Aragonum ſublato de vita, ſucceſſit in locum illius Petrus natu maximus inter filios eius, vt libro 11. de rebus Hiſpanicis cap. 19. aduertit Mariana. De quo quidem Petro, ſapienter aduertit in Annalibus Ciſtercij Angelus Manrique anno Chriſti 1153. cap. 18. n. 8. quia cum Albigenſibus hæreticis contra Virginem ſtetit, eidem iuſtiſſimè repenſum, vt in Populetano Cœnobio Diuæ Virgini ſacro, & A deſtinato Regum ſepulturis; ipſe ex Regibus Aragonum vnus, eo loco velut indignus, non ſepeliretur.

B Aduertit quoque Demochares paginâ 31. literâ D. & Paulus Merula parte 3. ſuæ Coſmographiæ libro 3. cap. 21. Philippum Auguſtum Regem Galliæ, ſtructuram templi Diuæ Mariæ Pariſienſis longè magnificentiorem effeciſſe, cuius conſecratio facta eſt per Mauritium de Soliaco Epiſcopum Pariſienſem, qui hoc anno obiit, vt conſtat ex Gallia Chriſtiana Roberti. Vide autem quæ de hoc templo dicta ſunt ad annum Chriſti 522. De quo adhuc fusè loquitur Vincentius Charron in Calendario 11. Septembris n. 3. ac Spinellus tractatu de templis n. 65.

## Anno mundi 5181. Chriſti 1198. Innocentius tertius collocatur in ſede S. Petri, Cæleſtino Papâ mortuo.

A FVit autem Cæleſtinus, vt notat Baronius hoc anno, propenſo ſtudio erga cultum venerandæ imaginis Dei genitricis Mariæ, quæ fuerat Gallæ Placidiæ, collocatæ in antiquo foro Romano, in Eccleſia dicta S. Maria in Porticu: ædificauit iuxta ipſam Hoſpitalem domum infirmorum, quam & redditibus locupletauit. De Innocentio Papa dicetur meliùs anno 1216.

B Hoc verò anno fundatum putat Claudius Robertus, in Gallia Chriſtiana, Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis, ſiue de Redemptione Captiuorum, de quo Nicolaus Crulenius in Monaſtico Auguſtiniano parte 2. cap. 23. Gononus, Zecchius & alij: qui aiunt datum huic Ordini initium per Ioannem Mattham nobilem Gallum & Fœlicem Valeſianum ambos Anachoretas: quorum generoſum conſilium atque inſtitutum approbatum deinde fuit ab Innocentio tertio, qui eos Romæ ſtabiliuit, & facultatem etiam præbuit per varias orbis oras ſe propagandi. Fuiſſe autem Ordinem eiuſmodi præcipuâ pietate in Deiparam, vel ex hoc patet, quod ſicut ſingulis diebus Iouis Officium de S. Trinitate; ſic ſingulis Sabbatis Officium de Sancta Maria dicere ſub ritu duplici ſtatuerunt. Deinde quòd in ſingulis arculis, quæ pro redimendis captiuis in templis exponuntur ad pecuniam colligendam & habendum lytrum, depicta eſt imago Virginis filiolum geſtantis, ad cuius pedes ex vna parte genuflectunt captiui quidam, onerati ferro atque catenis; ex alia aliquis Religioſus huius Ordinis, manu alterâ ſubleuans oram veſtis Matris Miſericordiæ, alterâ oſtendens captiuos, effundit ex ore piiſſimam hanc precem: *Solue vincla captiuis*. Horum itaque Religioſorum proprium officium eſt, eleemoſynas colligere, & cum Mauris, Turcis, aliiſque Barbaris de lytro captiuorum conuenire, atque captiuos Chriſtianos redimere. Gerunt veſtem albam cum cruce cærulea rubro intermixta ante pectus.

C Et hoc rurſus anno Bzouius n. 21. de quodam Sacerdote agit, cui Volco nomen erat; quem floruiſſe hoc tempore teſtatur, & à *B.* Virgine excitatum ad prædicandum verbum Dei, qua in re miraculis illuſtris emicabat. At Marraccius in Bibliotheca mentionem facit de Amkenbaldo, quem hoc anno vitam exuiſſe aſſerit ex

Thoma

Digitized by Google

Thoma Dempſtero. Erat ille Scotus, Abbas Benedictinæ familiæ, ſpectatiſſimæ in Deiparam venerationis: vnde & librum ſcripſit, de Beata Matre Domini.

D Nec longè hinc pertinere videtur, quod Cæſarius habet lib. 7. cap. 59. de latrone famoſiſſimo quodam, qui aliquamdiu Sabbatis ieiunans in honorem S. Virginis, & bonâ morte vitam collo ſectus finiuit, & iuſſu Deiparæ honorificè ſepultus eſt ab Epiſcopo, Clero, populóque Tridentino. Additque præcitatus author, ab illo tempore ieiunium Sabbato in honorem Diuæ Virginis fuiſſe in illa regione admodùm frequentatum.

E Sed & prope Genuam, quidam in Deiparam blaſphemi, à dæmonum illa legione poſſeſſi ditéque vexati ſunt, quam Chriſtus ab homine expellens intrare permiſit in porcos: Quæ legio, ſicut ipſa faſſa eſt Abbati Luceyenſi ſanctiſſimo viro Ciſtercienſis Ordinis, qui eam tunc eiurabat, non eſt permiſſa à Chriſti diebus vllos alios diuexare, præter ſolos blaſphemos in S. Dei Matrem. Sic addiſcimus ex Rogero ab Houedeo parte 2. Annalium Anglorum in Richardo primo; & ex Balinghem in Calendario 21. Iunij, necnon ex Poirxo Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9. §. 10. n. 3.

## Anno autem mundi 5182. Chriſti 1199.

A ALbigenſium ſiue Albianorum aut Albiorum hæreticorum horrendæ fuerunt in Chriſtum & in Matrem eius Virginem blaſphemiæ, quam etiam fœdo certè & Orco digno vocabulo, meretriculam appellabant. Habes eorum ſpurciſſimos errores apud Bzouium hoc anno, & Bernardum Lutzemburgicum in Catalogo hæreticorum, Iacobum Gualterum in Chronographia. Talium, inquit Genebrardus, protectores erant Rex Aragonum, Comes S. Ægidij, Princeps Fuxi, & Raymundus Comes Toloſanus. In oppoſitum certauit, promotore Sancto Dominico, Simon Montifortenſis Comes, à Philippo Auguſto Rege Francorum miſſus, quos & denique proſtrauit, vt habet idem Genebrardus, & alij huius temporis Chronologi.

B Hoc deinde anno confirmatos Spondanus affirmat Ordines militares Theutonicorum & Calatrauenſium; nam antè incepiſſe dubium eſſe non poteſt. Et de Theutonicis quidem iam ſuprà dictum eſt anno Chriſti 1191. Calatrauenſes autem, Mariana lib. 11. cap. 6. de rebus Hiſpanicis, putat initium ſumpſiſſe anno 1164. Alij, vt Angelus Manrique in Annalibus Ciſtercienbus, anno 1158. Quicquid ſit non dubium, quin hi gemini Ordines ſint deuotiſſimi erga Deiparam: nec opus hîc eſt de Theutonico quicquam repetere. De Calatrauenſi, cùm ortum habuerit à duobus ſanctis Monachis Ciſtercienſibus, B. Raymundo Fiterij Abbate, & Raymundi ſocio Diego Velaſquio, olim ſtrenuo milite, iam monacho; cùm item Calatrauæ principatus cum ſubiecto agro dono datus ſit à Sanctio tertio Rege Hiſpaniæ Beatæ Mariæ Ordinis Ciſtercienſis, ſatis inde apparet addictiſſimum fuiſſe cultui B. Matris Dei. Vide, ſi lubet, quæ habet prædictus Manrique anno 1158. cap. 1. & 2. & anno 1164. cap. 7. vbi milites Calatrauenſes, & eorum Magiſtros legibus ſtatutiſque Ciſtercij ſubiectos pulcherrimè oſtendit, & ſimul ibidem explicat quomodo Beatus Raymundus & ſocius eius, inſtituêre hancce militiam, cùm magno fortique animo Calatrauenſem tractum & finitimas regiones penè deſperatas, ab incurſibus Maurorum & ſimilium hoſtium ſuſcepêre tuendas.

C Ad hunc etiam annum nonnulli reuocarunt inſtaurationem, vel certè confirmationem, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Hoc nempe certum eſt; iſto tempore floruiſſe B. Ioannem Bonum, vt habes in ipſius vita apud Gononum: qui Beatus Ioannes, ſicut teſtatur Croſenius in Monaſtico Auguſtiniano parte 2. cap. 24. Mantuæ natus, diu Anachoreta, inſignis in auſteritate, aliiſque virtutibus Ordinem Eremiticum Diui Auguſtini reſtituit; cùm ille Ordo, vt habet Sabellicus Enneade 9. lib. 5. temporum iniuriâ penè ad interitum perductus eſſet. Mirabile in eo exemplum caſtitatis refert Antoninus parte 3. hiſtoriæ, titulo 24. cap. 13. & Bergomenſis, & alij, quam Marianam virtutem vt in ſe conſeruaret, fixis ſub vngulis manuum aut ſubulis aut ſpinis, ſenſum voluptatis magno doloris ſenſu compeſcuit, comploſis etiam, ſic armatis digitis, & in petram impulſis. Eandem haud dubiè virtutem non ſegni curâ inſpirauit venientibus ad ſeſe, pro quibus & pro ſe apud Budriolum, Cæſenatis Diœceſis, Eccleſiam in laudem B. Virginis deuotam conſtruait: & qui in Ordinem recipiebantur, profiteri ſolebant ſub iſtis terminis: *Ego N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Fratrum Eremitarum S. Mariæ de Cæſena, &c.* Vide Cruſenium ſuprà citatum capite 27.

D Sed & ad hoc circiter tempus, hoc eſt circa finem huius ſæculi vel initium ſequentis, illuſtris fuit ciuitas Meſſana imagine B. Virginis, cui *à ſcala* nomen eſt, ob depictum ad latus eius alicuius ſcalæ ſymbolum. Hanc furto ſublatam ex quadam Syriæ ciuitate vectores naue Meſſanam detulerunt, allatam nunquam potuerunt inde auehere, remanente ſemper immobili eorum nauigio, quamdiu eiuſmodi pignore prægrauatum fuit. Quare de hoc portento monitus Archiepiſcopus honorificè ſuſceptam illam imaginem imponi præcepit triumphali currui, quo deinde inuecta, in ea æde Monialium S. Benedicti demum poſita eſt, ad quam, occultiore quodam inſtinctu, quadrigæ eam deportarunt. Poſtmodùm hæc eadem imago deducta per vrbem, peſtis infortunio eandem liberauit; quin & crebris terræ motibus ſæpè eripuit, imò & contra hoſtes plures victorias contulit. Quæ omnia patent ex Atlante Mariano libro ſecundo imagine 19. Iam verò ineunte ſæculo decimo tertio, hoc eſt,

## Anno mundi 5183. Chriſti 1200.

A DIuerſis in locis clareſcere cœpit deuotio populi in B. Virginem excitata varijs miraculis

& morborum curationibus. Et quidem, vt Trithemius habet lib. 1. cap. 8. opuſculi de S. Maria prope Dittelbach, & ex eo Spinellus tractatu de exemplis n. 23. In ſuburbio Vormatienſi Eccleſia quædam *Diuæ Mariæ*, infinitis propemodùm vſque in præſentem diem, vt tunc cœpit, ita coruſcat miraculis, pluréſque habet præbendarios Sacerdotes. In Hiſpania verò & reperta eſſe, & prodigijs plurimis reſplenduiſſe dicitur ſub Alphonſo nono Rege Caſtellæ, Imago *B. Virginis de Guadalupa*, de qua quædam dicta ſunt ſuprà anno Chriſti 594. Ita ſentit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 26. & Spinellus tractatu de feſtis ac miraculis Deiparæ n. 59. Sed vterque deceptus videtur, errore fortaſſe librarij, & Alphonſum nonum pro vndecimo acceperunt, facilè inuerſis literis XI. in IX. vt apparet ex ipſorummet narratione, in qua dicunt imaginem occultatam fuiſſe per ſexcentos annos initio ducto ab irruptione Maurorum in Hiſpaniam, qui poſt annum Chriſti 700. obtinuerunt illam: vnde & *Regnum Vuiſigothorum finitum eſt*, inquit Sigebertus, *anno* 710. Reijcienda ergo eſt hæc inuentio in remotius tempus, nempe in annum 1313. *Domini*, vt ibidem dicetur.

B Interim huc referri poteſt, quod habet Cæſarius lib. 7. cap. 24. de quodam Sacerdote, cui, cùm Sacrificium Miſſæ Deo offerret, fortè deprehenſo, Albigenſes deteſtati cultum Virginis, cuius tunc Miſſam ſacerdos ille recitabat, linguam impiè radicitus abſciderunt. Hunc Chriſtipara Cluniaci in die Epiphaniæ viſitans, & viſibiliter apparens ac loquens, perfectè ſanauit, aliáque linguâ carneâ donauit, quam detinebat, priuſquàm ille ſanaretur, in virginea manu ſua. Sanatus autem ille multoties erupit in voces laudis ac cantici, ſæpéque repetijt *Aue Maria*, &c.

C Moritur quoque hoc præſente anno B. Balduinus de Boëla, Eremita ex Ordine S. Benedicti, vt habet Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium pagina 241. & 389. part. 2. diſtinctione 40. cap. 6. & parte 1. diſtinctione 15. cap. 5. Huic ter Beatiſſima Virgo apparuit præcipiens vti conderet Monaſterium de Bodeloo, ſuámque ad hoc opus opem prolixè pollicetur.

D Circa hunc quoque annum, vt ait Atlas Marianus libro 2. imagine 21. data eſt à B. Virgine cuidam nobili, dum preces ad cælum funderet, ſtatua lignea B. Deiparæ, quæ quia Vvarthæ in Bohemia colitur, vocata eſt *Vvarthenſis*. Hanc multis claruiſſe miraculis habetur ibidem. Inter alia reſtitiſſe Tartaris, hoſtium flammas repuliſſe, neglexiſſe furorem hæreticorum, & multa multis ſanitatum contuliſſe beneficia.

E Nec verò hoc loco omittendi ſunt duo de *B.* Matre Dei deuoti Scriptores: quorum prior eſt Gilbertus de Hoyllandia, ex Ordine Ciſtercienſi, cœnobijque Suinſetenſis in Anglia monachus, qui ſtilo & ſpiritu *S.* Bernardi, Sermones de Conceptione & Aſſumptione Virginis edidit, mortuúſque eſt hoc anno die 25. Maij. Alter eſt Ioannes Cantipratenſis, cognomento Bonus Valetus, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, qui glorioſam Deiparam miro feruore complectens, inter cætera, quæ de ea compoſuit, duos iſtos famoſos verſiculos edidit:

*Fælix Mater Aue, quâ mundus ſoluitur à væ.*
*Quæ genitricis Euæ, væ facis eſſe breue.*

De vtroque iſto authore Ioanne & Gilberto mentionem honorificam Marraccius facit in Bibliotheca.

## Anno deinde mundi 5184. Chriſti 1201. vel certè non longè hinc.

A FLoruit quidam author Anonymus dictus, cuius præclariſſimus ſimul ac pijſſimus rhythmus in Virginis ac Virginitatis laudem compoſitus, habetur poſt D. Aelredi ſcripta, tomo 13. Bibliothecæ Patrum paginâ 154. Ex quo hæc pauca delibare placet de virgineo S. Mariæ téplo:

*Eſt conſtructa miris lapidibus,*
*Et depicta multis coloribus,*
*Sancta Virginitas.*
*Huius templi poliuit marmora,*
*Quæ diſtinxit annos & tempora*
*Verbi diuinitas.*
B *Pretioſo fundatur lapide,*
*Amethyſto, Sapphiro, Iaſpide*
*Mixto Chryſolitis.*
*Cum Smaragdis atque Topaſio,*
*Hyacinthis & Calcedonio*
*Mirè compoſitis.*
*De Chryſtallo ſplendoris regij*
*Sunt columnæ huius Palatij*
*Plenæ Carbunculis.*
*Pauimenta ſunt de Porphyrio*
*Tranſlucente templi Sacrario*
*Diuerſis calculis.*
*Non eſt lapis ſub Solis orbita,*
C *De quo non ſit domus compoſita*
*Templi Virginei.*
*Spiritalis eſt iſta fabrica,*
*Facta ſed non arte mechanica,*
*Nec ictu mallei.*
*Eſt exemplum Pater ingenitus,*
*Verbum Patris & Sanctus Spiritus*
*Artifex operis.*
*In quo non eſt ruga vel macula*
D *Nec diſcurrit vmbra vel nebula*
*Peccati veteris*, &c.

## Anno mundi 5185. Chriſti 1202.

A PIctauum, ſicut referunt Annales Aquitanici Ioannis Boucheti parte 3. cap. 6. & ex ijs Poiræus Triplicis coronæ tract. 3. cap. 7. §. 3. n. 10. præſentiſſimũ experitur S. Dei genitricis auxiliũ. Corruptus auro Maioris ſeruus moliebatur Anglis prodere ciuitatem, clauéſque in conclaui E Heri ſui quæſitas, quibus portas vrbis panderet, cùm non reperiret, ſuſpicionem hero mouit. Sed nec herus illas, quamuis quæritans, reperit; quo portento turbatus currit ad fanum Virginis, & ad pedes eius ſtatuæ demiſsè ſe abiicit; tunc, quod mirum eſt, in Virginis manibus inuenit claues, quas cum gratiarum actione recipiens, & ad aggeris portam rectà tendens, videt Anglos terro-

re panico correptos mutuis ſe ſe concidere armis; in quos Equites immittit, & ſimul addiſcit, à B. Virgine viſibiliter apparente, itémque à S. Hilario & S. Radegunde ingentes ſupra mœnia ductantibus copias, propugnatam fuiſſe vrbem, & hoſtes euerſos. Hoc quia accidit nocte antecedente diem Paſchæ, quotannis Vrbs Pictauienſis ſupplicationem celebrem pridie Paſchæ facit, in memoriam tanti beneficij à Virgine ſuſcepti.

## Anno mundi 5186. Chriſti 1203. vel ſaltem proximè.

A Eueniſſe putat Bzouius, quod Cæſarius habet de Beatrice Moniali lib. 7. cap. 35. Erat verò Beatrix in obſequio Dei genitricis feruentiſſima; quam, cùm portæ Monaſterij præpoſita eſſet, Clericus quidam deperiit, & ita libidinum flammis incendit, vt victa furore, claues Oratorij ad altare Virginis detulerit, Virgini commendarit, Clericum ſecretò ſecuta ſit; à quo corrupta abiecta eſt, & coacta meretricem agere per quindecim annos. Demum rediens ad Monaſterium, ſed in habitu ſæculari, mirum dictu! reperit Deiparam, quæ per quindecim annos & ore & habitu Beatricis, Beatricis fecerat officium, à qua Beatrix blandiſſimè correpta, monita eſt de exceſſu pœnitentiam agere, & magnâ fiduciâ ſub tutela Virginis in dies proficere, & ſuum anteà relictum officium diligenter obire, quod & reipſa gnauiter præſtitit.

B Ad hunc quoque annum idem Bzouius & deinde Spondanus reuocant prodigia quædam prope Damaſcum facta ope Diuæ Virginis. Cùm enim eſſet ibi Imago dicta Nicopion, ex qua iugiter liquor balſami ſtillabat: Sultanus Damaſci factus cæcus, oleo illo ſeu balſamo oculos inungens, viſum recuperauit: quod beneficium eum permouit, vt argenteam lampadem dono daret, &, ad eam perpetuò lucentem coram prædicta imagine ſeruandam, certos redditus ſtatueret.

## Anno autem mundi 5187. Chriſti 1204.

A Res multò magis miranda in illa prædicta Imagine, dicta Nicopion, accidit; vnde & apud Saracenos Chriſtianæ fidei non mediocriter gloria amplificata eſt: ſiquidem circa feſtum Natiuitatis B. Virginis, balſamum iſtud, quod anteà in vas ſubiectum defluebat, inuentum eſt in illo ipſo vaſe conuerſum in carnem: quod prodigium ab omni populo notatum eſt, præſertim defluente tabo ex ipſa carne cultello percuſſa. Totum hoc prodigium recenſet idem author Spondanus anno Chriſti 1204. & Gononus anno 1202. ex Matthæo Paris in hiſtoria Anglorum.

B Atque hoc eodem anno, Cortraci in honorem Virginis inchoatum eſt Canonicorum Collegium: quod initium referunt ad tempora Balduini Conſtantinopolitani Imperatoris & Flandriæ Comitis, Iacobus Marchantius in Flandriæ deſcriptione, & Miræus libello de Canonicorum Collegijs.

## Anno autem mundi 5188. Chriſti 1205.

A Nonnulli, vt Nouarinus in vmbra Virginea, & Vincentius Charron in Calendario 26. Aprilis accidiſſe æſtimant, quod habet Cæſarius lib. 12. cap. 50. de quodam ciue Colonienſi, qui cùm ſæpiſſimè, tum eundo ad Eccleſiam, tum ab ea redeundo, tum deambulando, tum quieſcendo ſalutationem Angelicam recitaret, defunctus poſteà apparuit veſte inſperſâ ſalutationibus Angelicis.

B Sub idem quoque tempus, vt idem Cæſarius habet lib. 7. cap. 27. Quædam mulier à dæmone illoſa, liberata eſt ab hac illuſione recitatione Angelicæ ſalutationis: cùm enim Confeſſario ſuo declaraſſet, ſibi frequenter Angelum Dei ſpectabilem fieri; iuſſit ille, vt peteret ab Angelo iſto vti Deiparam ſibi oſtenderet, quam ſi oſtenderet flexis genibus *Aue Maria* recitaret. Venit Angelus, petit illa quod iuſſa fuerat: ſimulachro Diuæ Virginis apparente ſalutationem Angelicam deuote recitat: ad quam recitationem fugit tartareum phantaſma: ſed tanto miſeram terrore compleuit, vt vix poſt ſeſquiannum mentis compos fuerit, & reddita ſibi.

C Item accidiſſe videtur, quod idem author ait, ibidem cap. 51. de adoleſcente Religioſo in Monaſterio Hiſpaniæ Pumanne dicto, cui, quòd deuotiſſimus erat in recitando Officio Virginis, ipſa Beatiſſima Virgo ægrotanti apparuit, & amico ſtringens amplexu pacis oſculum dedit, monénſque prædixit poſt ſeptem dies ad gaudia tranſiturum illum æterna.

D Similiter, vt habet idem author cap. 52. apparuit eadem Beata Deipara cuidam Conuerſo, cuius nomen erat Hermannus, pro quo, quoniam luculenter fatigatus erat, Horam Officij Mariani, quam ex obliuione ille omiſerat, & quamuis fatigatus tentabat perſoluere, recitando abſoluit: Quin etiam paulò ante mortem iterum apparuit, atque adhibito verè materno ſolatio, & horam obitûs eidem prædixit, & quæ gaudia in cælo ſuſcepturus eſſet, humaniſſimè reuelauit.

E Habet rurſus alia permulta exempla idem Cæſarius; ſed quoto anno euenerint, difficile admodùm eſt, ne dicam impoſſibile coniectando aſſequi. Veriſimile eſt ad hoc quoque tempus pertinere, quod refert cap. 53. de iuniore Conuerſo Paulo nomine, natione Friſio, cui animam propemodùm agenti viſa B. Virgo tantùm conſolationis attulit, vt etiam in riſum ille erumperet; vnde interrogatus de cauſa ſui riſus. *Cur non rideam?* inquit, *Ecce Domina noſtra præſens eſt, & iam animam meam ſuſcipiet.* Poſt hæc

## Anno mundi 5189. Chriſti 1206.

A Quidam ruſticus, Guillelmus nomine, in pago Sorſenſi Diœceſis Carnotenſis, opera ſeruilia die feſto ſine vrgente ratione exercens, punitus eſt à Deo contractione neruorum in manibus, ita vt nec falcem à dextra poſſet dimittere, nec à læua faſciculum auenæ. Deductus ad Carnotenſem Deiparam, & precibus fuſis, necnon etiam adhibitis, tum ad eam manum cui falx adhærebat, tum ad aliam, reliquiis, coram multis de Clero & populo priſtinæ ſanitati fœliciter reſtitutus eſt. Ita Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carnotenſis cap. 9. n. 26.

B Idem inſuper author eodem loco n. 23. De

Scholaſtico Anglo mentionem facit, qui cùm, licet ægrè, dono dediſſet in Virginis honorem torquem aureum poſtulantibus Eleemoſynarum Collectoribus Carnotenſibus, qui tunc Sueſſione populorum munera colligebant: poſtmodùm, cùm non longè abeſſet à Caleto, de nocte Deiparam ſibi apparentem aſpexit ornatam illo torque, & ſibi viam virtutis commendantem, pollicentémque peculiare ſubſidium; quâ inuitatione ille animatus in ſolitaria inſula totom ſe Dei Virginiſque cultui dedidit. Quin & fama huius benignitatis per Angliam Galliámque multos excivit, & ipſum potiſſimùm Galliarum Regem Philippum, vt ſe Virgini Carnotenſi accuratiùs conſecrarent.

C Circa hoc etiam tempus, Miles quidam nomine Vvaleuuanus, conuerſus ad Chriſtum, cuius veſtigia ſequi in Religione volebat, venit ad Monaſterium Hemmenrode armis militaribus indutus, ſicque armatus ſuper altare B. Virginis ſe obtulit, & armis depoſitis Religionis habitum ſuſcepit. De eo meminit fusè Cæſarius lib. 1. cap. 37.

D At verò Bibliotheca Marraccij, obijſſe hoc anno teſtatur Guidonem de Pore, ex Ciſtercienſi Abbate ad Cardinalatûs dignitatem euectum, & inſignem deuotione Marianâ. Quippe in honorem Diuæ Virginis, Conſtitutionem edidit anno 1194. de Officio B. Mariæ Virginis, quod hactenus à ſingulis ſeparatim monachis iam ab initio Ciſtercij recitabatur, in Choro à cunctis ſimul congregatis deuotè recitando.

## Anno autem mundi 5190. Chriſti 1207.

A Migravit ex hac vita S. Hugo, Epiſcopus Lincolnienſis in Anglia, olim Prior Carthuſianus, ſemper deuotiſſimus erga B. Deiparam. Eius vitæ Acta apud Surium 17. Nouembris mortem eius reponunt circa annum milleſimum ducenteſimum; & ſexto poſt die deportatum aiunt à Regibus Angliæ & Scotiæ ſuper humeros, & innumerâ Procerum ac multitudinis coronâ, ad tumulum: quam delationem Rotgerus in Annalibus Carthuſienſium, factam eſſe ait anno Chriſti 1207. & Spinellus tractatu de templis n. 70. diſertè ait mortuum anno 1207. vt proinde dicendus ſit aut ſexagenario maior deceſſiſſe, aut natus eſſe poſt annum Chriſti 1140. contrà quàm dicunt Acta eius. Fuiſſe autem deuotiſſimum erga Dominam Noſtram, patet, tum quia eius auxilio liberatus eſt à difficillima tentatione carnis, tum quia iura Eccleſiæ S. Mariæ, & libertatem Eccleſiaſticam, contra auſus Regis Angliæ ita defendebat, vt ſoleret dicere: *Mihi verò non contingat, vt timore poteſtatis alicuius, aut formidine difficultatis quantacunque ius Eccleſiæ Dominæ meæ S. Mariæ, quantum in me eſt deperire ſinam*; tum quia Lincolniæ alteram ædem Deiparæ condidit, & conſecrauit, in qua poſteà eius corpus honorificè conditum eſt. Adde quòd ſæpè filius Virginis, ei inter Miſſarum ſolemnia, in infantili forma iucundiſſimi puſionis apparebat. Quæ omnia conſtant ex vita eius.

Hoc vlteriùs anno, *Ædes B. Virginis de Portiuncula* data eſt Sancto Franciſco Aſſiſinati, inquit Spondanus ad hunc annum, à Patribus Benedictinis: quod quidem factum Vvaddingus, in Annalibus Minorum, attribuit anno 1210. hoc verò anno putat Beatiſſimum illum Patrem aggreſſum eſſe reſtaurare ædem illam prædictam, quæ ſexcentis circiter paſſibus ab Aſſiſio remota eſt, & à loco quidem vbi erat, de Portiuncula dicta eſt, nam prætereà vocabatur *S. Maria de Angelis*, quia olim in ea auditi ſunt concentus Angelici, & creberrimæ viſæ Beatorum illorum ſpirituum apparitiones. Hæc Vvaddingus in apparatu ad Annales Minorum, vbi etiam ex Bonauentura adijcit: *Sentiens vir Dei iuxta agnomen prædictum ipſius Eccleſiæ Angelicarum viſitationum frequentiam, pedem fixit ibidem propter reuerentiam Angelorum, amorémque præcipuum Matris Chriſti. Hunc locum vir ſanctus amauit præ cæteris mundi locis. Hîc etenim humiliter cœpit, hîc virtuosè profecit, hîc fœliciter conſummauit, hunc in morte fratribus tanquam Virgini chariſſimum commendauit.* Recurrent adhuc poſteà aliqua de hoc S. Mariæ loco ac templo.

C Nunc autem præter iſta addit Bzouius hoc anno n. 7. Imaginem B. Virginis à S. Luca depictam, haud dubiè Nicopoiam dictam, fuiſſe à Venetis vi ſublatam è ſacrario Baſilicæ S. Sophiæ, & Conſtantinopoli Venetias delatam. Quam reſtitui, inquit, iuſſit Innocentius Papa, & omninò voluit Thomas Maurocenus Patriarcha Conſtantinopolitanus. Sed an facta ſit eiuſmodi reſtitutio non liquet: imò contrarium aſſerendum videtur, cùm, vt ſuprà annis Chriſti 971. & 1123. dictum eſt ex Atlante Mariano libro 2. imagine 4. adhuc nunc temporis, quo hæc ſcribimus, Venetijs ſeruetur, nec alio quàm hoc tempore eò allatam conſtet. Impetrata igitur fuit & optata reſtitutio, ſed non facta: Tanti eſt res diuinas ſollicitè ſeruare.

D Rurſum ſæuiente Albigenſium peſte hæreticáque væſaniâ, vt vult adhuc Bzouius n. 5. & antè refert Thomas Cantipratanus in vita B. Lutgardis, quæ eſt apud Surium 16. Iunij. Sanctiſſima Virgo Diuæ Lutgardi apparuit vultu lugubri & lachrimis oppleto: Cur compatiens Lutgardis, & interrogans quidrei tandem eſſet? audijt quàm dira eſſent hæreticorum facinora, quibus iterum cruci Chriſtus affigeretur. Conſilio ergo D. Virginis ſeptenne Lutgardis ſibi indixit ieiunium, quò pane tantùm & ceruiſiâ veſcens, tantam hæreſis peſtem, quomodo poſſet abſcinderet. Intereà

## Anno mundi 5191. Chriſti 1208.

A Crucem & arma Chriſtiani ſuſcipiunt contra furentes Albigenſium copias, qui Petro Rege Aragonio freti, mirum in modum vexabant Eccleſiam; & Deiparam matrem, ſtupenda & ſtupida rabie, nunc monoculam pingebant, nunc velut ſcortum ignominiosè planè atque inuerecundè carpebant. Quod patet ex Luca Tudenſi lib. 2. cap. 9. & Guillelmo Nangio, & aliis, quos recitat Bzouius anno 1199. n. 34. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §.6. n. 18. & Vincentius Charron in Calendario 25. Iunij n. 2.

Sed & Ordo Sancti Antonij, obtenta facultate à Sede Apoſtolica de templo conſtruendo, conſtruxit ſub titulo Diuæ Mariæ Matris Dei, paruum illud quidem, ſed diuerſum à parochiali, quod nunc incluſum eſt intra Baſilicam maiorem Sancti Antonij. Habet id Aymarus Falco parte 3. hiſtoriæ Antonianæ cap. 11. & parte 4. cap. 38. Hoc autem prætereà anno, imò & ſequente

## Anno mundi 5192. Chriſti 1209.

SIcut notat Bzouius, & colligit ex Cæſario; A
peculiari cura Beatiſſima Virgo declarauit ſe protegere Ordinem Ciſtercienſem. In primis enim, vt Cæſarius habet libro 7. cap. 6. Cùm Innocentius Papa, datis ad hunc Ordinem literis, iuſſiſſet, vt quadrageſimam partem omnium ſuorum bonorum mobilium in ſubſidium terræ Sanctæ tranſmitteret: inuocata per vniuerſum Ordinem Beatiſſima Virgo, cui à quolibet huius familiæ Religioſo, exiſtente nudis pedibus, ſeptem pſalmi & litaniæ ipſo tempore Quadrageſimæ offerebantur; apparuit Reinero Innocentij Confeſſori, præcepitque Innocentium Pontificem moneret, quòd ſi non abſtineret à prædicta exactione, fore vt breui perderetur. Quâ Reineri, viri vt pote grauis ac pij, Innocentius permotus admonitione, mutauit propoſitum; & deinceps Ciſtercienſem Ordinem præcipuâ cura coluit, & colendum omnibus commendauit.

Idem prætereà Cæſarius ibidem cap. 42. B
Quemdam adoleſcentem ait, de nocte à Virgine fuiſſe caſtigatum, quòd Ciſtercienſibus detraxiſſet: in quo corrigendo Dei genitrix eſt his verbis vſa: *Male puer, optimis amicis meis, quos habeo in toto mundo, maledicis ac detrahis.* Idem etiam author eodem libro cap. 40. commemorat de Henrico Abbate Hemmenrodenſi, quem ad honorem baculi Abbatialis ac muneris, Beatiſſima Virgo prouehendum declarauit cuidam Sifrido monacho Sacerdoti prouectæ ætatis, apparens eidem Sacerdoti, & virgam paſtoralem prædictæ Abbatiæ porrigens ſuprà nominato Henrico in illa Sifridi viſione. Quin & eadem Sancta Dei Mater, Hermanno Decano Bonnenſi declarauit, Theodoricum Comitem de Monte futurum Colonienſem Epiſcopum, vt habet ibidem Cæſarius cap. 41. hoc autem modo declarauit: In viſu Hermanno apparens, iuſſit vt librum aureis literis inſcriptum, in quo nihil inerat præter Salutationes Angelicas, deferret ad Epiſcopum, indicans Theodoricum; ſimúlque adiecit: *Quòd ſi in Epiſcopatu non ſe bene habueris, ſicut per me illum adeptus eſt, ita per me illo priuabitur.* Quod & contigit, cùm ob malos mores, &, vt colligere ex Cæſario eſt, ob vexatos Ciſtercienſes, aliáque eiuſmodi, à Moguntino Archiepiſcopo depoſitus eſt, alio in eius locum per electionem ſubſtituto.

Vlteriùs prædictus Cæſarius ibidem cap. 43. C
ſubijcit pœnas per Vvalramum Comitem à prædone quodam, quem Sybodonem appellabant, ſuſceptas; quòd ſacrilegum quoddam facinus in Deiparam commiſiſſet: Quæ S. Deipara viſa eſt cuidam militi, ex comitibus Sybodonis, ſupplex ad Chriſtum accedere, & vindictam petere de Sybodone, quòd ipſe ſpoliaret homines ad Eccleſiam ſuam, Ciſtercienſis videlicet Ordinis, confluentes, & diem Natiuitatis ſuæ latrocinijs infamibus violaret.

D Denique idem Cæſarius cap. 7. præcitati libri, varias ſigillatim pœnas enarrat per Virginem illatas inuaſoribus temporalium bonorum Ciſtercienſis familiæ ſiue Ordinis: quas vel ſic vno cumulo breuiter indicaſſe, noſtræ breuitati omninò ſatis, & pluſquàm ſatis fortaſſe eſt. Itaque vt properemus ad alia.

## Anno mundi 5193. Chriſti 1210.

A BEato Franciſco Aſſiſinati, cùm nocte oraret in æde B. Virginis de Portiuncula, apparuit cum Chriſto S. Deipara & multi Cælites: Tuncque Chriſtus Dominus hunc locum de Portiuncula, ſibi admodùm charum, piè tum Franciſco, tum ſocijs eius, quos ille iam aliquos ſecum collegerat, deſponſauit & commendauit. Quod habet Vvaddingus in Annalibus Minorum hoc anno n. 29. De hoc autem loco iam quædam dicta ſunt anno Chriſti 1207.

B Sed & præſenti anno, vt Bzouius aduertit n. 8. Cruces variæ ſpectatæ ſunt in Eccleſia B. Virginis ciuitatis Toloſæ. De quibus Crucibus mentionem facit Petrus Monachus in hiſtoria Albigenſium, & Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis diſtinctione 23. cap. 1. vbi habes vitam B. Fulconis Epiſcopi Toloſani. Erant illæ cruces quaſi argenteæ, & in modum fulguris coruſcantes, aliæ magnæ, aliæ exiguæ, aliæ mediocres, & ſpatio quindecim dierum apparebant, nunc immotæ, nunc è templo egredientes, &c. His crucibus repræſentari creditum eſt, vel merita eorum, qui iam, cruce ſignati contra Albigenſes hæreticos, glorioſè certarant; vel merita eorum, qui certaturi erant, quos ſubſidium Virginis, in cuius æde videbantur, non deſerebat, nec deſerturum erat.

C Glorioſum autem ac magnificum miraculum hoc fuit, quod S. Raymundus de Penniaforto literis mandare voluit, & refert Diegus libro 2. hiſtoriæ Aragoniæ, & Bzouius ex eo ad hunc annum, & alij; de quodam iuuene, quem, cùm iret ad S. Mariam Delbeſa, & tremente, atque inuita matre, imò & ſuſpicante quod accidit, ne videlicet incurreret in manus hoſtium, hoſtes immaniſſimè tractauerunt, euellentes radicitus oculos & manus præcidentes. Quod cùm audiſſet Mater, quæ illum eſſlictim S. Virgini commendarat, fuſis largiter per genas lachrimis à Deipara filium ſuum repetijt. Reddidit pia Virgo, priùs tamen redditis atque reſtitutis tum alijs oculis minoribus illis quidem ſed bonis & acutis, tum alijs manibus enaſcentibus atque creſcentibus, ſigno tamen lineali relicto, vbi antiquæ manus abſciſſæ fuerant. Morabatur iſte iuuenis Brigantij, à quo non multùm diſtat Eccleſia S. Mariæ *Delbeſa*.

D Hoc inſuper anno Eccleſia Metropolitana Ambianenſis Dei genitrici dicata, ornata fuit pretioſis reliquiis S. Ioannis Baptiſtæ, cuius ſinciput Conſtantinopoli hùc allatum eſt, Epiſcopo Richardo de Gerboredo tunc ſedente & componente Officium decollationis S. Ioannis. Hoc refert Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, & Vincentius Charron in Calendario 29. Auguſti n. 1.

E Denique & diem ſuum obit B. Martinus olim à matre ſua Sanctia coosecratus *Diuæ Mariæ de Cantauos*, & deinde ſactus Abbas Hortenſis in Caſtilia, ac denique Epiſcopus Seguntinus: qui & ſepelitur ante altare B. Virginis; vt videre eſt apud Chryſoſtomum Henriquez primâ parte faſciculi Sanctorum Ciſtercienſium paginâ 187. & 192. ſiue diſtinctione 7. Bibliotheca verò Mariana disertè teſtatur Gualterum Mapum, natione Anglum, & Archidiaconum Oxonienſem, De Beata Virgine ſcripſiſſe librum vnum, atque hoc anno claruiſſe.

## Anno autem mundi 5194. Chriſti 1211.

A FLoruiſſe dicitor Vvalterus de Birbach, conſanguineus Henrici Ducis Louanij, erga Virginem excellenter affectus. De hoc agit Bzouius anno Chriſti 1211. agit Cæſarius lib. 7. cap. 39. & poſt eum Spinellus cap. 36. n. 4. & cap. 38. n. 7. Item Poiræus Triplicis coronæ diuerſis locis. Menologium Ciſtercienſe 22. Ianuarij, &c. Teneritudinem affectûs Deiparæ erga Vvalterum ſatis mirari quis poteſt? pro quo, cùm miles eſſet, & ad torneamentum ludere ſtatuiſſet, nec maturè ſatis adeſſe ludo poſſet Sacro de B. Virgine audiendo intentus, ſuppleuit pia Virgo per Angelum, quem miſit, qui Vvalterum facie referret & victorem faceret. Rurſus cùm aliquando Miſſæ ille intereſſet, & Sacerdos calicem eleuaret, ſub pede calicis crux aurea viſa eſt cum chartula; in qua hæc ſcripta erant: Crucem hanc defer ex parte Mariæ matris Chriſti amico Vvaltero de Birbacb Miſſâ completâ; quod & fecit Sacerdos. Hanc crucem poſteà Vvalterus ſactus Conuerſus in cœnobio Hemmenrodenſi, Abbati reſignauit. Adhuc autem in ſæculo poſitus ardens amore Deiparæ, in quadam paupere Eccleſia in Dei genitricis honorem dedicata, conſcio Sacerdote, fune collo ſuo iniecto, ſeruum glebæ (ſic Cæſarius loquitur) hoc eſt mancipium, ſe illi ſuper altare offert, ſoluens ſingulis annis cenſum de capite ſuo, qualem ſerui originarij ſoluere conſueuerunt. Hanc ſerui ſui humilitatem luculenter B. Virgo compenſauit, & externâ gloria, & interna ſanctitudine, & in morte vocans ad filij regnum, & poſt mortem conſpicuum miraculis faciens.

B Huc quoque non incommodè poſſe referri puto, quod habet idem Cæſarius lib. 7. cap. 25. de Adam Sacerdote & monacho in Lucka: quem adhuc iuuenem, ſibi tamen valde propenſum, Beatiſſima Virgo ſanauit, apparens ei comitata ſex pulcherrimis matronis, manúmque ſuper caput impoſuit, quod ſcabie oppletum erat, hæc addens: *Ab hac hora vſque ad diem mortis tuæ non dolebis capite.* Quod & reipſa factum eſt. De hoc autem Adamo adhuc ſermo aliquis erit anno Chriſti 1237. vide, ſi lubet dicenda ibi.

C Circa præſentem verò annum adhoc Olgis in Hiſpania, octauo ab vrbe Burgis lapide, Virginum Monaſterium ſub nomine B. Mariæ ædificatum eſt, Alphonſi Caſtellæ Regis ſumptu ampliſſimum, Xenodochio coniuncto, quod Regum ſepulchris olim deſtinatum fuit. Id habet Mariana de rebus Hiſpanicis lib. 11. cap. 22.

D Hoc quoque anoo natum aſſerunt Beatum Francum cognomento Grottenſem, qui iuſſu Deiparæ; quæ ei cum corona in vna manu apparuit, & in alia cum habitu Carmelitarum, relicta Eremitica vita quam duxerat, ingreſſus eſt Senis Carmelitarum Ordinem. Angelus ei habitum, cùm domi nullos eſſet qui dari poſſet ei, ingenti ſanè beneficio, detulit. Rem hanc pluribus enarrat in Chronico Gononus ad annum 1211, confirmátque tum ex Chronico Senenſi Georgij Lombardelli, tum ex Chronico Carmelitano Ioſephi Falconij. Addit inſuper Gononus ex Trithemio, Adalbertum quemdam in Germania rediuiuum palam dixiſſe, ſe ereptum à ſententia incurrendæ pœnæ æternæ interceſſione Deiparæ. Poſthæc

## Annus mundi 5195. Chriſti 1212.

A ILluſtriſſimus in Hiſpania fuit, victoria contra Mauros parta ope Virginis Mariæ & virtute Crucis. Hanc victoriam vberrimè Mariana narrat libro 11. cap. 23. & ſequentibus, ac reliqui rerum Hiſpanicarum Scriptores. Ribadeneira in vitis Sanctorum ad diem 16. Iulij. Spondanus anno 1212. n. 2. Spinellus, Poiræus, Calendarium Marianum, & fermè omnes, qui de S. Virgine locuti ſunt, qui aiunt: Mauros Mahomade Rege immenſo exercitu inundaſſe in Granatenſe regnum Chriſtianis vltimam cladem illaturos. Cui malo Alphonſus huius nominis nonus Caſtellæ Rex (nonnulli octauum appellant) obſiſtere nitens, ſuſceptis à Pontifice Innocentio indulgentiis, & communi repræſentato periculo Chriſtianæ rei, ad auxilium animauit Regem Aragoniæ Petrum, & Regem Nauarræ, qui cruce ſignati ad ſacrum hoc bellum cum ſuis conueniont, ac verſus Bæſam Bœticæ contra Mauros tenduot; duce ruſtico quodam (non pauci Angelum putauerunt) difficillima loca expediunt. Sacramentis rite perſuncti, & Miſſa peracta certamen ineunt, ancépſque diu victoria fuit, quin & cedere Chriſtiani viſi, donec præeunte ſigno Dominicæ crucis, & regio vexillo in quo erat imago B. Virginis filium ſuum in ſinu geſtantis, tantum in Mauros pauoris incidit, vt eo in loco pluſquam ducenta millia eorum perierint, vix è Chriſtianis, ad viginti aut triginta homines, è medio ſublatis. Huius & certaminis & victoriæ fuſam narrationem deſcripſit Rodericus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus, qui cum Rege, vt cum Hercule Atlas, certaminis promotor aderat: quam Alphonſus ad Pontificem Innocentium tertium miſit gratulationis gratia. Aluarus autem Gomeſius in ſuis fragmentis tradidit, regium illud vexillum, in quo expreſſa erat Dei genitricis effigies, qua viſa Mauri tam multi tamque bellicoſi in fugam dati ſunt, in Toletana Eccleſia conſeruatum eſſe. Nec quemquam commouere debet, quòd Alphonſus Rex aliíque Catholici fœdus inierunt cum Petro Rege Aragonum Albigenſi illo hæretico, quippe in infideles ſimul armati ſunt, & communem Chriſtianorum cauſam ſimili exteroo apparatu, non ſimili animo contra communem hoſtem propugnabant.

B Circa hoc autem tempus florebat inter Ciſtercienſes Moniales ſoror B. Caroli Abbatis

octaui Villarienſis in Brabantia, de qua in vita
illius apud Chryſoſtomum Henriquez lib. 2. di-
ſtinctione 24. cap. 5. habetur: quòd cùm eſſet
nubilis, & à pluribus in coniugium deſideraretur,
Beatiſſimam Virginem Mariam aſſiſtentem ſibi
vicinè conſpexit, quæ capiti eius pulcherrimam
coronam eámque florigeram impoſuit, ac dein-
de diſparuit. Pia fœmina tanta benignitate ſtu-
pefacta pium ineundæ Religionis conſilium con-
cepit, quare aduocato Abbate Monaſterij Vete-
ris Montis, cum eo de nocte, ne interciperere-
tur à ſuis, ad cœnobium de Duneuuarch ſe re-
cepit.

Sed hoc etiam tempore, vt docet Ferreolus C
Locrius in Maria Auguſta lib. 3. cap. 37. atque
in Anacephalæoſi; imò ante eum Faſolus in hi-
ſtoria Sicula: ædificari cœpit per Iſimbardum
Morengiam, & Caram eius coniugem, Mona-
ſterium *S. Mariæ ab arcu* in ciuitate Nea inſulæ
Siciliæ; quod Monaſterium etiam Ciſtercienſi-
bus commiſſum eſt. Vt verò hic annus illuſtriſ-
ſimus Hiſpaniæ fuit, ſicuti dictum eſt: ita ſe-
quens annus, hoc eſt

## Annus mundi 5196. Chriſti 1213.

FOelix, fauſtus, ac fortunatus Galliæ extitit, A
ob victoriam quam Philippus Auguſtus, A-
deodatus dictus, Rex Franciæ, contra Anglos,
Belgas, eorúmque confœderatos glorioſè retu-
lit. Nam vt referunt Franciæ Annales, & notat
Genebrardus, & alij: Viuente adhuc Ottone
Imperatore huius nominis quarto, quem Inno-
centius Pontifex Eccleſiæ iura ſacrilegè immi-
nuentem diris ſolemniter deuouit, & ante duos
annos iure Imperij priuauit, Principes Germa-
niæ, ſiue Electores, Fredericum ſecundum Siciliæ
Regem, Henrici ſexti filium, Imperatorem ele-
gerunt. Is cum Philippo Franco fœdus init,
quod cùm eſſet ſuſpectum Anglo, ipſe Anglus
Ottonem promiſſione auxilij cum multis copiis
in Belgium attraxit, pugnatúmque eſt ad Boui-
nas iuxta Tornacum. Ergo conſcius Philippus
periculi in quod ingrederetur, ſupplex Virgini
Matri ſe deuouet; ſimúlque Ottonem, Anglum,
Belgas, alióſque ipſis fœderatos profligans, glo-
rioſam cunctis retrò ſæculis victoriam conſecu-
tus eſt. In cuius rei memoriam, prope Siluane-
ctum fundauit Abbatiam in honorem *S. Mariæ
à Victoria*: cùm enim Diuæ Virginis auxilio, tam
opulentam victoriam reportaſſet triumphator
ac rector, voluit eidem Virgini eiuſdem victo-
riæ ſempiternum pendere protinus monimen-
tum.

Neque verò minùs hoc anno inſignis victoria B
fuit, quam eiuſdem Virginis auxilio contra Al-
bigenſes reportauêre Catholici; De qua Maria-
na lib. 12. cap. 1. & 2. Spondanus, Bzouius, &
innumeri alij rerum hiſtoricarum notatores. Al-
bigenſium ſiquidem ſecta à primis incunabulis
exortúque, non populi multitudine tantùm, ſed
fauore etiam Principum munita & armata fuit,
Comitum videlicet Toloſani, Fuxenſis, Biterra-
rum, Conuenarum, ac denique Petri Aragoniæ
Regis. Contra ſectæ furorem primùm agere
pacificè viſum eſt: Miſſus proinde, qui eos ad
frugem reuocaret Didacus Vxamenſis Epiſcopus,
miſſi duodecim Ciſtercienſes Abbates, miſſus de-
nique Sanctus Dominicus, qui Roſario à Diua
Matre diuinitus ſuſcepto, multos quidem redu-
cebat ad gregem Chriſti: ſed cùm violentior
morbus in maiori numero tam lenia non admit-
teret remedia, vtendum ferro fuit, & plures
tum ex Gallia tum ex Germania atque Italia cru-
ce ſignati Simonem Monfortium ſecuti ſunt. Is
Murellum, arcem ad Garumnæ fluminis ripam,
præſidio firmat contra hoſtium incurſus. Hanc
arcem oppugnant Albigenſium Duces Toloſâ
profecti. Simon Monfortius ad tuendum accur-
rit, & cum eo octingenti equites & pedites mille,
exigua pro hoſtium numero manus, ſed Virgi-
neo auxilio munita tanto ardore in hoſtes in-
currit, vt momento temporis Comites in fugam
compulſi fuerint, Rex ipſe Aragonum, paulò
ante, hoc eſt, ſuperiore anno de Mauris victor,
in mala cauſa obtruncatus, Populeti ſepulturâ
caruit ſicut dictum eſt anno Chriſti 1196. Laus
victoriæ cùm virtuti Simonis, tum maximè Di-
uæ Virginis Roſarijs, quibus cælum laceſſeba-
tur, adſcripta eſt.

C Et exinde certè maximè frequentata deuotio
Roſarij eſt, vt aduertit Spondanus, & Bzouius,
& alij: ſed nominatim Pius quintus diplomate
dato anno 1569. vbi ait Sanctum Dominicum
excogitaſſe modum facilem, & omnibus per-
uium, atque admodùm pium, orandi & pre-
candi Deum, *Roſarium ſeu Pſalterium B. Mariæ
Virginis nuncupatum*, quo eadem B. Virgo, ſa-
lutatione Angelicâ centies & quinquagies, ad
numerum Dauidici pſalterij, repetitâ, & oratio-
ne Dominicâ, ad quamlibet decimam, cum cer-
tis meditationibus, totam eiuſdem Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti vitam demonſtrantibus; inter-
poſitâ honoratur. Quo orandi modo per ſocios
Beati Dominici vulgato, atque à nonnullis li-
benter vſurpato cœperunt Chriſti fideles iis me-
ditationibus accenſi, iiſque precibus inflammati
in alios viros repentè mutari, hæreſum tenebræ
remitti, & lux catholicæ fidei aperiri, &c.

D His quoque temporibus, quidam ex Aquita-
nia diues, cùm voti cauſâ Carnutum peteret,
oleúmque ſecum deferret nutriendæ lampadi,
quæ coram Beatæ Virginis imagine ardet, inci-
dit in latrones, à quibus ſpoliatus, tum equo, tum
omni re ſuâ, traditur in carcerem cum multis
aliis, qui datâ pecuniâ liberationem redimebant.
Peregrinus hic a B. Virgine admonitus exiit cum
alijs, non tantùm cuſtode carceris eum non ad-
uertente; ſed, quod mirabilius eſt, equo & oleo
ad ianuam reperto: quibus occupatis alacer Car-
nutum contendit gratias Dei genitrici ex animo
acturus. Ita Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria
Virginis Carnutenſis cap. 9. n. 24. & Vincentius
Charron in Calendario 1. Auguſti n. 2.

E Sed & hoc demum anno moritur B. Maria vul-
gò dicta Oegniacenſis, deuotiſſima erga Domi-
ni Matrem, vt apparet ex Iacobo Victrisco in
vita ipſius apud Surium 23. Iunij, de qua Bzo-
uius agit anno 1215. & Spinellus cap. 33. n. 13.
Balinghem ac Vincentius Charron in Calenda-
rio 23. Iunij, & alij permulti in diuerſis locis.
Hæc in matrimonio cum viro ſuo virginitatem
conſeruauit exemplo Deiparæ. Quotannis au-
tem Oegniacum ibat ad Virginis templum, ora-
tionis cauſa milliaria minimùm duo conficiens,
ſed rigente hyeme, nudis pedibus, ieiuna,

Angelis ſemper comitantibus dextrâ læuâque recreata. Totas verò propemodùm noctes ſalutandæ Virgini, & corporis macerationibus dabat; Nam millies & ceoties oonounquam vnâ die Beatæ Deiparæ genu inflectebat, & ad ſanguinem vſque ſæpiùs percutiebat virgâ corpus. Noo longè aote mortem ſæpè viſirata eſt à Chriſto Domino, & a Chriſti marre, à qua etiam præmonita fuit, vt acciperet extremam Vnctionem: Quio & eidem extremæ Vnctiooi, dum eam ægra reciperet, interfuit Chriſtus, interfuêre & Apoſtoli omnes, nec Deiparæ præſentia defuit. Viciniſſima morti mſgno delibuta gaodio coocioere elatâ voce cœpit in Virginis honorem Canticum *Magnificat.* Miræus io ſaſtis Belgicis de ea mentionem facit, & mortuam hoc anno ſatetur, videlicet Chriſti 1213. Non longè autem ab

## Anno mundi 5197. Chriſti 1214.

A ACcidiſſe videtur quod refert Cæſarius libro 7. cap. 10. de duobus paopetibus mendicis, qui Pariſijs erant, de quibus Beatiſſima Virgo Xeoodochij miniſtrum admonuit, vt eorum curam haberet, breui morituros: eſſe tameo in læthali ſtatu animæ. Qua de re certiores illi redditi, Sacramentorum vſu ſeſe ad frugem recepetunt, & ad booum vitæ exitum præpararunt.

B Atque idem Cæſarius cap. 45. de quadam muliere mentionem ſacit, quæ quòd ſtulte locuta eſſet de B. Virgine, correpta ab eadem eſt, & admooira de miſeria in poſterum per reliquam vitam ſutura. Et certè breui redacta eſt ad mendicitatem. Non verò ſic cootigit matronæ cuidam nominatæ Iuttæ, de qua idem Cæſarius ibidem cap. 46. quæ cùm frequentiſſimâ prece Deiparam coleret, audiens raptam eſſe filiam ſuam à feroci lupo, ipſa correns ad ſtatuam Virginis, de ſinu illius Ieſum paruulum filiolum auulſit, hæc inſuper addens: *Non reſtituetur hic Dominæ meæ, donec Domina mea filiam meam mihi reſtituat.* Paulò poſt repetta eſt in ſiluis, ſed planè iocolumis, huiuſce matrooæ filia, qoæ reddita matri Matri Domini reſtitui ſecit & paruulum Ieſum.

C Facit etiam mentionem Meoologium Ciſterciense 27. Martij de monacho quodam nomine Euſtachio, in cuius mortui lingoa cunctis apparuit *Aue Maria* ſcriptum characteribus aureis. Hic adhuc viuens, quoties ante altare B. Mariæ pertranſibat, deuotè eandem ſalutabar dicens, *Aue Maria*: quam rem ſibi eſſe gratiſſimam ſic B. Virgo ſignificauit.

D Floruiſſe demum hoc anno Petrum de Parma, Ciſtercienſis Religioſum ſamiliæ, quique ob ioſignem doctrioam & præclarum in Deipatam animum, varios ſcripſit de glorioſa Dei Matre Sermones, colligitur ex Hippolyto Marraccio in Mariana Bibliotheca.

## Anno mundi 5198. Chriſti 1215.

A GRauiſſimâ peſte Tungros fuiſſe diuexatos ſcribit Bzouius ex Carolo Stengelio in Alexitrio. Quam peſtem potentia ſoa Beata Deipara mirabiliter compeſcuit: Omnes enim quotquot peregrinorum more ad Tungrenſem Virginem profecti ſunt, erepti ſunt ab illo morbo: Quam rem ſuſiùs proſequitur Ballnghem initio Auguſti ex Carolo ſupracitato, & ex Roberto Hausportio, addens peſtem illam maximè in oppido Atho diſtante milliario à Tungris debacchatam eſſe: ooo ſolos autem Athi oppidanos, ſed & Valenceuenſes, & Toroacenſes, & alios, ſupplicationibos inſtituris ad Virginem Tungrenſem, à peſtilencia fuiſſe mira celeritate liberaros.

B At Cæſarius libro 12. cap. 46. quid ſingulare refert, quod Viocentius Charron io Calendario 14. Maij ad hunc annum reuocat, & ſic ſe habet: In ciuitate Germaniæ Bonoenſi, quædam Iocluſa erat, cuius cellula obuerſa ad cæmeterium ab eodem cæmeterio vix paululùm diſtabat; quare de oocte per cellulæ rimas ſubintrantem ad ſe ſplendorem fortè conſpiciens ſtatim ſe de lecto eripuit, & Saoctiſſimam Deiparam ad caput ſepulchri conſiſtentem aſpexit, in quo Scholaris quidam ante aliquot dies tumulatus fuerat; ſtabat & columba niuea ſupra tumulum, quam B. Virgo rapiens miſit in ſinum ſuum hæc ad Incluſam loquens: *Ego ſum Mater Chriſti, & animam Scholaris huius, qui verè eſt martyr, tollere veni.*

## Anno mundi 5199. Chriſti 1216.
## Honorius tertius Innocentio ſuccedit.

A NAm Peruſij Innocentius Papa, cùm illac tranſiſſet ad extinguendas diſcordias, quæ erant inter Genuenſes atque Piſanos, obijt correptus primùm tertiana febre quæ breui tranſiit in acutam, deinde paralyſi, ac demum lethargo, cuios obitus accidit decimo ſexto Iulij, vt docet Spondanus, Vuaddingus, Onuphrius, Ciacconius, Platina, Bellarminus, & alij. Quàm verò fuerit Innoceotius deuotè affectus erga Beatam Deiparam, tot altè impreſſa produnt indicia, quot Sermones habemus ab eo in Deiparæ honorem compoſitos. Sed & oſtendit Xeoodochium illud, quod proprijs ſomptibus extruxit apud S. Mariam in Saxia, oſtendit quoque rhythmus ille quem compoſuit, & dignus eſt cuius partem ſaltem aliquam hîc interſeramus:

*Aue mundi Spes Maria,*
C *Aue mitis, Aue pia,*
*Aue charitate plena,*
*Virgo dulcis & ſerena.*
*Sancta parens Ieſu Chriſti,*
*Electa ſola fuiſti*
*Eſſe mater ſine viro,*
*Et lactare modo miro.*
*Angelorum Imperatrix,*
*Peccatorum Conſolatrix,*
D *Conſolare me lugentem,*
*In peccatis iam fœtentem.*
*Precor te, Regina cæli,*
*Me habeto excuſatum*
*Apud Chriſtum tuum natum, &c.*

Compoſuit prætereà pulcherrimam illam precatiooem, *Interueniat pro nobis quæſumus Domine Ieſu Chriſte, nunc & in hora mortis noſtræ, &c.* A quæ in Eccleſia frequentari ſolet tempore Paſſionis: & in hac mente eſt Caniſius libro 5. de Deipara cap. 27. Qood autem Gononus prætereà addit eundem Innoceotium fuiſſe authorem proſæ: *Stabat mater doloroſa*, non omnes admittunt, Nam S. Aotooinus 3. parte, titulo 22. cap. 5.

cap. 3. §. 32. Et Philippus Bergomas in ſupplemento hiſtoriæ ad annum 1299. & Poſtræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 9. §. 9. n. 5. huiuſmodi proſæ authorem faciunt S. Gregorium Magnum. Certius eſt, quod refert Iacobus de Vitriaco in vita S. Luthgardis lib. 2. Innocentium flammis cinctum poſt mortem apparuiſſe S. Luthgardi, & implorasse ſuffragia eius, vt à pœnis Purgatorij ſolueretur: *Tres*, inquit, *ob cauſas gratior, quæ me pœnis æternis iuſtiſſimè addixiſſent, niſi per interceſſionem Matris Dei, cui Monaſterium condidi, in extremis me pœnituiſſet: cuius etiam interuentu ad te ſuffragia petiturus venio.*

Honorius, vt primum Romam Peruſio aduenit; approbauit confirmauitque inclytum Ordinem Prædicatorum 22. Decembris, inſtante Sanctiſſimo Inſtitutore Dominico, qui ad hoc ipſum ex Galliis in Vrbem redierat. Dum autem confirmationem hanc exſpectaret, continuis & ardentiſſimis vacans orationibus, Apoſtolorum Principis corpus ſæpius viſitabat. In cuius Baſilica, dum noctu ſacris precibus incumberet, vidit Chriſtum ira ingenti ſuccenſum ob intoleranda hominum flagitia, à patris dextera exſurrexiſſe, tria manu iacula tenentem, vt vno eorum ſuperbos, auaros altero, tertio libidinoſos deleret: Virginum verò Principem ac mundi Reginam ad illius genua procumbentem interceſſiſſe, ac rogaſſe ne genus humanum tanta clade afficeret; habere ſe per quos emendari hominum flagitia poſſent; tumque illam obtuliſſe fideles ſuos ſeruos Dominicum atque Franciſcum: Quibus præſentatis Chriſtus demiſſus paratam ad feriendum manum continuit, ſententiam mutauit, iacula depoſuit, Matrem exaudiuit. Et hoc quidem ſpectaculo vir Dei animatus, ac minimè ambigens ſe voti compotem futurum; dum ex templo egrederetur, obuium habuit S. Franciſcum, quem necdum cognoſcebat, aut viderat; huncque intelligens ſibi datum eſſe ſocium ad inſtaurandam Eccleſiam, piè admodum & ingenti cum lætitia amplexus eſt narrans quæ viderat & addens: *Stemus ſimul, & nullus præualebit contra nos*; inter quos mutua & incredibilis deinceps charitas fuit. Rem hanc fuſius enarrant Humbertus lib. 1. de vitis Fratrum Prædicatorum: Antoninus 3. parte hiſtoriæ titulo 12. cap. 3. Caſtillonius lib. 1. cap. 18. Theodoricus ab Apoldia lib. 2. cap. 1. Canſius de Deipara lib. 5. cap. 27. Bzouius & VVaddingus hoc anno, & plurimi alij. Addit autem VVaddingus, idem quod Beato Dominico ſpectaculum, etiam fuiſſe Beato Franciſco communicatum diuinitus: quam in rem citat S. Vincentium Ferrerium, Ferdinandum Caſtillonium, & Ludouicum Robolledum.

Sed & Cæſarius, ad hunc circiter annum, accidiſſe quid ſimile refert, non omninò tamen ſimile, lib. 7. cap. 2. Cum enim, inquit, in quadam Eccleſia prouinciæ noſtræ populus ſtaret, & diuina ſacerdos celebraret: Imago Dei genitricis tam vehementer ſudare cœpit, vt aſtantes notarent & mirarentur, atque ipſæ ſudoris guttæ peplis matronarum exciperentur & extergerentur. Notu Dei obſeſſus eadem hora adiuuſ requiſitus de cauſa: Filius Mariæ, inquit, manum extenderat ad feriendum, quam ſi non ipſa tenuiſſet; mundus iam minimè ſubſiſteret. Ecce hæc eſt cauſa ſudoris. Ita ille.

Hoc igitur anno Ordo Prædicatorum publicè à Papa Honorio approbatus magnum in Eccleſiam ſplendorem inuexit, magnam etiam in S. Chriſtiparam venerationem: cuius videlicet ſanctiſſimus fundator totus Virginis fuit, à qua Roſarium contra hæreſim, imò contra omnia vitia accepit, à qua Domino oblatus mundum reparare aggreſſus eſt, à qua quicquid peteret confeſtim obtinuit; cuius præſidio ſe & ſuos tutiſſimos ſemper habuit. Hunc Beatum Ordinem rectè ſanè vocat Theodoricus ab Apoldia lib. 6. cap. 8. vitæ S. Dominici, *Florigerum hortum manu Virginis plantatum, in quo virginitatis palmam plurimi fratres Mariana protectione penitus illibatam ſeruauerint.* Et lib. 2. cap. 12. docet à Virgine habitum, quo ille Ordo vtitur, tributum fuiſſe, cùm priùs vſus eſſet Canonicorum Regularium Veſtibus. Addit præterea cap. 13. Sanctum Dominicum vidiſſe aliquando ſui Ordinis innumeram multitudinem ſub Virginis Sanctiſſimæ, cui Chriſtus Ordinem commiſiſſe dicebatur, tam amplo pallio, vt totam cæleſtem Ieruſalem ſuauiter complecti videretur. Addit inſuper libro 6. cap. 6. Omnes huius Ordinis Religioſos in cellulis ſuis imaginem Diuæ Virginis habuiſſe cuius intuitu in eiuſdem amorem, cultum, & confidentiam excitarentur: quod ipſum confirmat Antoninus 3. parte hiſtoriæ titulo 23. cap. 10. qui etiam fatetur eoſdem Religioſos ſolitos fuiſſe poſt Matutinas & Completorium ſe ſuumque Ordinem Diuæ Virgini quotidie commendare. Vide & cap. 3. docet, initio dictos eſſe fratres Virginis Mariæ, & poſtea Prædicatores. Plura de beneuolentia Dei genitricis in hunc Ordinem, & huius Ordinis in Sanctam Dei Matrem enarrari poſſent, ſed breuitas initio ſuſcepta eò diffluere non ſinit.

Sicut autem hoc anno Ordo Prædicatorum publico diplomate ab Honorio Papa approbatus fuit; ita etiam approbatus ſimul & confirmatus fuit Ordo Minorum, Ordo ſingularis in Deiparam pietatis. Nam præterquam quòd eius Inſtitutor, *indicibili*, ſicut loquitur Bonauentura in vita D. Franciſci cap. 9. *Matrem Domini complectebatur amore, eo quòd Dominum Maieſtatis fratrem nobis effecerit, & per eam ſimus miſericordiam conſecuti.* Quòd in eam poſt Chriſtum præcipuè fidens, ſui ac ſuorum eandem Aduocatam conſtituebat. Quòd in eius honorem à feſto Apoſtolorum Petri & Pauli vſque ad feſtum Aſſumptionis deuotiſſimè ieiunabat. Quòd viſionibus ferme quotidianis tum in Portiuncula, tum aliis in locis conuerſabatur cum ea, & perquam familiariter agebat; atque aliarum, quæ vel ab ea, vel per eam peteret, conſequebatur. Quòd, ſicut S. Dominicus, imò ſimul cum eo fuit à Sancta Deipara Chriſto Domino præſentatus, & innumeris ab ea donis cumulatus. Præterea hic Seraphicus Ordo, ſicut natus eſt in æde, ac velut in ſinu Beatiſſimæ Virginis, ita ineffabilem eiuſdem Virginis amorem concepit ac fouit. Teſtis eſt eiuſmodi amoris magnus ille ardor, quo Diui Franciſci filij, quà Concionibus, quà Scriptis, immaculatæ Conceptionis Deiparæ puritatem conſtantiſſimè propugnarunt. Teſtis feruor ille, quo per orbem terrarum Stellarum Mariæ, ſiue Coronam Virginis conſtantem ſeptem ora-

tionibus Dominicis, & ſexaginta tribus Salutationibus Angelicis ſtudioſiſſimè commendarunt, & commendatam innumeris Deus miraculis auxit & illuſtrauit. Teſtis denique innumera ſeries tot pulcherrimorum ac præſtantiſſimorum librorum in honorem Diuæ Mariæ compoſita ab alumnis huius Ordinis, quos inter deuotiſſimum illud Pſalterium, quod in ſimilitudinem Dauidicorum Canticorum ſiue Pſalmorum, Bonauentura condidit, ſingularem habet commendationem. Sed de his non pauca dabunt anni conſequentes. Vide interim Caniſium in Mariali libro 5. cap. 27. Spinellum de Deipara cap. 35. n. 8. Chronicon Minorum 3. parte lib. 1. cap. 35. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 12. & alios. Addo hîc ad coronidem huius anni & huius Ordinis, Fratrem Ægidium Socium S. Franciſci his temporibus floruiſſe, & eximio in Deiparam cultu conſpicuum fuiſſe, de cuius illibata tum ante partum, tum in partu, atque etiam poſt partum Virginitatis integritate, nobiliſſimum teſtimonium dedit cuidam Fratri Prædicatori dubitanti, cùm ter percuſſâ terrâ tria lilia candidiſſima eduxit, vt mirabili, ita ſubitaneâ ac planè perfectâ liliorum natiuitate: ſic Acta vitæ eius apud Surium 23. Aprilis n. 12. Verùm

Religio eſt non obiter ſaltem ſub hoc anni fine tangere, quod Ferreolus Locrius, & libro 3. Mariæ Auguſtæ cap. 99 & iterum in Anacephalæoſi, non dubitauit repetere de Beatrice Lenſienſi virgine, quæ Monaſterium Spinlocum, ſiue Spinæ locum, aut Spinoſum locum appellatum, ad Deiparæ laudem magnificè conſtruxit, interim Beatricis bonæ puellæ generoſos conatus Ioannâ Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſâ liberaliter promouente. His ſic breuiter tactis nunc vlteriùs dicamus quòd E

## Anno mundi 5200. Chriſti 1217.

CONtigit confirmatio Ordinis Carmelitarum ab Honorio tertio facta iubente Virgine; A
Hanc ad hunc annum reuocat Bzouius n. 12. necnon Palconydorus libro 3. antiquitatis Carmelitarum. Et certè erat quidem tunc Romæ S. Angelus Carmelita, de quo Acta vitæ eius, apud Benedictum Gononum libro 4. de vitis Patrum Occidentis, non modò teſtantur eum procuratione ac beneficio B. Matris *Dei* prodijſſe in mundum, ſed prætereà Romæ occurriſſe S. Franciſco, & S. Dominico: & Franciſcum quidem Angelo prædixiſſe futurum, vt martyrio pro Chriſto demum coronaretur; Angelum verò contra Franciſco prænunciaſſe fore vt Chriſti ſtigmata in corpore portaret. Quo proinde etiam tempore valde veriſimiliter putatur confirmationem ſui Ordinis Angelus accepiſſe ab Honorio Papa; nam dicunt Acta vitæ eius, *licentiâ impetratâ à Sanctiſſimo Papa, ex præcepto Ieſu Chriſti receſſit.* Ità ibi.

Circa hoc prætereà tempus accidiſſe videtur, B
quod de tentationibus ope *Deiparæ* fœliciter victis Cæſarius habet lib. 7. cap. 33. & 34. Quorum priore loco de milite quodam adoleſcente loquitur, qui de luxuria tentatus, ab Eremita accepit conſilium, vt centies quotidie offerret Deiparæ ſalutationem Angelicam: quod cùm ſedulò feciſſet, apparens ei Deipara & exoſculans eum, ad cæleſtes nuptias inuitauit. Poſteriore loco de quadam Moniali, cui tentatione dæmonis agitatæ, & ſæpiùs egreſſum quærenti, ſemper in omnibus ianuis Chriſtus cruci affixus occurrit, cúmque ante Virginis ſtatuam veniam petens ſeſe proſtrauiſſet; ſtatua illam alapâ percutiens, & admonens his verbis: *Quò vis ire fatua!* tentatione omni liberauit.

C Quod verò idem author libro 2. cap. 12. de quodam adoleſcente ſcribit, qui iuxta Floreffiam, quod eſt cœnobium Ordinis Præmonſtratenſis in Belgio, diſſipatis omnibus facultatibus ſuis, à mago quodam inductus eſt abiurare Chriſtum Dominum, & dein inuitatus vt eâdem impietate abiuraret & Matrem eius: Quo hoc poſtremum abnuente, ac deinde in Sacello remoto, & coram Deiparæ ſtatua veniam poſtulante, tandémque obtinente (ipſa quippe ſtatua puſionem ſuum deponens & ſuper altari collocans, ſupplex à Chriſto indulgeri petijt, imo & etiam euicit, vt honeſto matrimonio adoleſcens hic recuperaret bona ſua) hoc anno omninò videtur accidiſſe. Cùm enim dicat Cæſarius, qui, vt ipſe teſtatur ſcribebat anno Chriſti 1222. hanc hiſtoriam accidiſſe ante quinquennium, videtur neceſſe eueniſſe hoc anno 1217.

D Inſuper Ferreolus aſſerit lib. 3. Mariæ Auguſtæ c. 14. & in Anacephalæoſi, & ante eum Franciſcus Barus, extructam fuiſſe hoc anno Eccleſiam *S. Mariæ de monte ſciſſo* in diœceſi Biſuntinenſi.

E Vt autem ait Poſſeuinus in apparatu Sacro, viuebat hoc anno Radulphus Niger Anglus, qui de quatuor feſtis Beatiſſimæ Deiparæ nonnulla ſcripſit encomia. Obijt verò Teclanus Scotus, Benedictinus, Herbipoli: qui libro vno Hymnos in laudem S. Mariæ complexus eſt, ſuúmque in eam pium animum ſic probè declarauit.

F Circa quod etiam tempus mentio fit Eccleſiæ S. Mariæ à Siluis, quæ in Portuenſi Luſitaniæ ciuitate magno ornatu fulget, & viſitatur a frequentibus peregrinis; præſertim verò à Malfada Regina coniuge Alphonſi Caſtellæ, & ſorore Alphonſi Craſſi Luſitaniæ Regis. Cuius Reginæ deuotio tum ob pulchritudinem Imaginis B. Mariæ, quæ inibi colitur & venuſtate ac maieſtate micat; tum ob eam etiam cauſam quòd illam ipſa medijs in ſiluis repererat, vehementer accendebatur: creditum quippe eſt occultatam illam in eiuſmodi ſiluis delituiſſe, vt à rabie Maurorum Hiſpanias deuaſtantium ſubtraheretur. Eſt verò prædicta Portuenſis Eccleſia in altiſſimo ciuitatis poſita faſtigio, & eo loco in quo anteà agger quidam muniens vrbem ſpectabatur. Qui ſitus occaſionem ciuibus dedit, pro Gentilitiis ciuitatis armis accipiendi Virginem geminas inter turres mediam conſidentem. Rem hanc ex Ioanne Barrio libro de Rebus Interamnenſibus cap. 12. explicat Poiræus Triplicis coronæ tract. 1. cap. 12. §. 5. n. 21. mentionem verò de Malfada facit Mariana lib. 12. de rebus Hiſpanicis cap. 5. At

## Anno mundi 5201. Chriſti 1218.

A NOua Barcinone militaris Sodalitas inſtituta eſt, nomine *Diuæ Mariæ de mercede.* Ita Spondanus in Annalibus, & item Mariana de rebus Hiſpanicis libro 12. cap. 8. Poiræus Triplicis

coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 8. & alij. Iacobus Aragoniæ Rex præcipuus huius Ordinis author eſſe creditur, voti reus, quòd Montione, cùm captiui inſtar teneretur, Virgini Matri nuncupauit, vſu edoctus quantum captiuitatis eſſet malum. Poſt Regem Petrus Nolaſcus nobilis Gallus ac diues, ducem ſecuturis ſe præbuit, & optimis inſtitutis naſcentem familiam hanc temperauit. Ipſe inſignia huius Ordinis, veſtem nimirum candidam, & cucullum, ac ſimilia quæpiam in S. Crucis templo coram Rege & Proceribus de manu S. Raymundi, qui tunc Regi à Confeſſionibus erat, ſolemni ceremonia ſuſcepit, & ſe obligauit ad miſeros captiuos, quos Mauri detinebant, quâ ſtipendio dato, quà alia quacunque poſſet optima ratione vinculis liberare. Addunt aliqui Beatam Virginem apparuiſſe tum Regi Aragonum, tum Petro Nolaſco, tum B. Raymundo, quibus ſigillarim manifeſtauit, ſuam & filij ſui voluntatem eſſe, vt talis Ordo in Eccleſia ab ijs inſtitueretur. Vide præcitatos authores & Bzouium anno 1223. n. 10. qui id reijcit in illum annum; quod & faciunt alij: Itémque Bullam Canoniſationis B. Raymundi à Clemente octauo factam anno 1601. & alios.

Sed & hoc circiter anno, admirabilia nonnulla contigiſſe videntur, quæ Cæſarius refert diuerſis in locis. Nam libro 7. cap. 3. Diluuij; quod anno 1218. in partibus Friſiæ vehemens accidit, quo ad centum millia hominum ſubmerſa ſunt atque perdita; ait cauſam à Deipara fuiſſe declararam cuidam matronæ, ab eadémque præceptum, vt ibi templum poneretur, vbi Friſo quidam inſanus indigniſſimè Euchariſtiam tractarat & ſparſerat. At capitibus 16. 17. 18. 19. varias Diuæ Mariæ viſiones periucundè exponit. Capite autem 20. Monialem paralyticam dicit in extaſim raptam Purificationis ipſamet die, vidiſſe Chriſtum & Matrem eius, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines, cæteróſque Beatos procedentes binos & binos cum cereis accenſis, necnon etiam cantantes. Tum Chriſtum Dominum Miſſam celebraniſſe, S. Ioanne Euangeliſta Diacono, Subdiacono S. Stephano. Lecto Euangelio acceſſiſſe omnes; inter quos illa Monialis ſe videbat eſſe & cereum tenere; ac cereos ſuos ad aram deportaſſe. Verùm illa ſentiens ſe reuerſuram ad corpus, cereum ſuum offere noluit, quem cùm tenaciùs ſeruaret, Angelos diffregit rapta ſuperiore parte, partem inferiorem in manu Monialis relinquens, quam illa partem ad ſe reuerſa in ſua manu reperit, & per eam varia miracula patrauit. Addit idem author cap. 47. In monaſterio Ieſſe, iuxta ciuitatem Gruningem, candelam diuinitus fuiſſe accenſam; atque ſic diu perdurasse, magna ſpectantium admiratione, coram imagine Diuæ Virginis tenentis filium ſuum. Cúmque fieret Sacrum, quidam faber lignarius videbat imaginem Saluatoris, ſtatim atque recitari incipiebat Euangelium, tollentem de capite Matris coronam, quam ſuæ imponeret: Cùm verò ventum erat ad verba iſta: *Et homo factus eſt*, videbat eandem Chriſti imaginem materno capiti eandem coronam, quam acceperat, reſtituentem. Adfert adhuc alios fauorabiles viſus capitibus 21. & 22. tum ægroto factos, tum Sacerdoti celebranti, cui Diuæ Virginis imago reſpondens, vices miniſtri, qui fortè abierat, suppleuit. Iam verò

## Anno mundi 5202. Chriſti 1219.

A Beatus Conradus, Villarienſis olim Abbas, ac deinde Claræuallenſis, & Ciſtercienſis, ac demum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, & Albigenſium atque aliorum hæreticorum acerrimus perſecutor, venit in Germaniam tanquam Legatus à latere: vbi inter alia nouellum Ordinem Prædicatorum tuitus eſt atque promouit, quem iam aliquot antè annis Bononiæ approbauerat: in cuius beneuolentiæ compenſationem B. Virgo Angelis ſtipata ei apparuit, & quòd Ordinem ſibi dilectum ſtudio ſuo protexiſſet atque protegeret, gratulata eſt. Ita Chryſoſtomus Henriquez lib. 1. diſtinctione 26. cap. 3. & Annales Ciſtercienſes in Catalogo Abbatum Ciſtercij, atque Auctarium Sanctorum Belgij per Arnaldum de Raiſſe 30. Septembris, & alij.

B Quo eodem tempore, vt Bzouius putat, aliqui in ſequentem annum reijciunt, vt Vincentius Charron in Calendario 8. Iunij n. 2. Obijt Pariſijs Beatus Reginaldus, vnus ex ſociis S. Dominici, olim Aurelianenſis Eccleſiæ Decanus, & doctrina ac ſanctitate conſpicuus, de quo Antoninus in 3. parte titulo 23. cap. 4. §. 4. & Ferdinandus à Caſtillione in Chronicis Prædicatorum refert, quòd olim ſæcularis petens ingredi in Ordinem Diui Dominici incidit in morbum, à quo ſanatus eſt per B. Virginem eum oleo vel balſamo quodam cæleſti ſenſibiliter inungentem, ſimúlque habitum prædicti Ordinis oſtendentem, ac ſuadentem vti illum ſuſciperet. Hac porrò vnctione liberatus eſt ab incentiuo omni libidinis, non minùs quàm à morbo.

C Addit idem Bzouius n. 12. & 13. frequentatione Roſarij libidinoſum quemdam à ſtimulis carnis fuiſſe exemptum. Et n. 7. ac 19. tranſlatas fuiſſe cum magno deuotionis apparatu Imagines Diuæ Virginis in diuerſa loca. Et n. 24. Cracouiæ in honorem S. Mariæ auguſtiſſimum templum fuiſſe extructum.

D At Spondanus n. 9. Incepiſse ait Ordinem Vallis Scholarium. Conſentit propemodùm Cruſenius in Monachiſmo Auguſtiniano parte 2. cap. 27. ait enim circa annum 1218. fundatum eſse Ordinem Vallis Scholarium in Campania Galliæ. At Franciſcus Barus tomo 2. monumentorum, inſtitutionem huius Ordinis reuocat ad annum 1201. quem fundarunt Guillelmus, Richardus, & Euerardus, Theologiæ & aliarum diſciplinarum Profeſsores, natione Angli, rerum ſæculi contemptores. Natus eſt hic Ordo in Diœceſi Lingonenſi, & ſub regula S. Auguſtini, vt Cruſenius ſupradictus notat; ab Honorio Papa ritè confirmatus, peculiarem Diuæ Virginis amplexus eſt cultum, cuius proinde domus omnes & Abbatiæ Genitricis Dei fauſto nomine inſcribuntur: purà S. Maria Vallis Scholarium, S. Maria Bonæuallis, S. Maria Belli Regis, S. Maria à Silua, S. Maria ab Inſula Trecis, &c. quæ domicilia per Burgundiam paſſim & Campaniam, Belgium & Angliam diſperſa ſunt.

E Vt verò docet Antoninus parte 3. hiſtoriæ, titulo 24. cap. 7. §. 1. & poſt eum Vvaddingus

hoc anno in Annalibus Minorum, S. Franciſcus in Galliam miſit Fratrem Chriſtophorum columbinæ ſimplicitatis virum, & eximiæ in Chriſtiparam deuotionis, quæ ipſum iouiſit vnà cum S. Anna, & magoo gaudio repleuit, vt dicitur in Chronico Mioorum lib. 6. cap. 49. primæ partis.

Cæſarius autem libro 7. cap. 29. Quemdam aſſerit à captiuitate liberatum ope Sanctiſſimæ Matris Domini, cuius auxilium implorarat. Quod accidiſſe ait cùm Eogelbertum Colonienſis Epiſcopatus occupabat, occupabat autem hoc anno, vt patet ex Gallia Chriſtiana. Idem cap. 30. exemplum propooit, in quo apparet timorem tempeſtatum ac fulgurum ſedari, imò penitus tolli in aliquo, qui crebrò recitabat io honorem Virgiois aotiphonam, *Salue Regina*. Capitibus autem 56. & 27. dæmoues fugantur inuocatione Dei genitricis. Capite denique 28. inuocatio eiuſdem Sanctiſſimæ Matiæ mulierem quamdam eripit è manibus militis ad libidinem concitati. F

Ad hæc tempota Gononus in Chrooico anno 1218. refert ſiogularem familiaritatem Diuæ Virginis cum Ioanna Abbatiſſa Clari fontis Ordiois Ciſtercienſis, quam, vt babet Menologium Ciſterciense, Imago Deiparæ ſæpè ſalutare ſolebat, & eidem nutu capitis annuere. G

Omitti autem proculdubiò non debet, quod hoc adhuc anoo, quinto Nouembris, eueniſſe docet Iacobus de Vitriaco libro 3. de Hiſtoria Orieotali, vt neinpe à Catholicis, qui in Syria erant, Peluſium, ſiue Damiata diu obſeſſa, denique caperetur: cuius præcipuum templum, quod citatus author Machomeriam appellat, & erat forma quadra, mutatum eſt io Eccleſiam Beatæ Virginis. *Tanta eſt*, inqnit, *ferè eius latitudo, quanta longitudo: columnis ſuſtentatur marmoreis centum quinquaginta minùs vnâ, ſeptem porticus babens; & in medio babens aperturam longam & latam, in qua pyramis alta ſurſum aſcendit. Quatuor in ea principalia fundata ſunt altaria: titulatorium B. Virginis primum: Principis Apoſtolorum Petri ſecundum: Sanctæ Crucis tertium: Beati Bartholomæi, in cuius feſto, turris fluminis capta fuit, quartum.* Hæc ille. Sed vide quæ dicta ſuot ſuprà ad annum 1120. litera B. H

## Anno deinde mundi 5203. Chriſti 1220.

MArtyrium ſubijt S. Angelus Carmelita, natus & conceptus beneficio S. Virginis, cuius etiam auxilio & admonitione parentes eiuſdem à Iudaiſmo ad fidem conuerſi ſunt. Paulò antè hic Sanctus, ex mandato Chriſti, imaginem Diuæ Mariæ, quam S. Lucas depinxerat ad poſtulationem S. Theclæ, Alexandriâ io Italiam detulerat. Hæc babent Acta vitæ eius apud Gononum in vitis Patrum Occideotis lib. 4. & iam tetigimus aliqua anoo Chriſti 1517. A

Sed & Beatæ Claræ Religioſa Societas ab Honorio Papa hoc anno comprobata fuit, & ſuis regulis ac ſtatutis munita, ſed ſpeciali etiam ac prorſus ſingulari in Deiparam cultu venerationéque conſpicua; quod ipſa primùm Clara vel B io hoc manifeſtè oſtendit, qoòd ſæculi pompas in æde B. Mariæ de Portiuncula exuit, vel, quod veriùs poto, iam antè exuerat octo circiter ab hinc annis, vt videre eſt in illius vita apud Surium 12. Auguſti cap. 4.

C Præter hæc, Viterbienſe cœnobium Dominicanis erigitur in honorem D. Mariæ. Sic babet Bzouius ex Annalibus cœnobij Viterbienſis. Addit ex Flaminio, ope Diuæ Virginis, liberatos fuiſſe ooo tantùm ab bominum, ſed a dæmonum varijs moleſtijs Domioicanos tum Bononiæ, tum Pariſijs; qui iucundo etiam illius aſpectu recreati ſunt, cùm caoereot antiphonam *Salue Regina*.

D Inſigne verò ac penitus ſtupendum miraculum accidit io cœnobio Ciſonienſi *vulgò Chiſoin* diœceſeos Tornacenſis: quod fusè habetur in hiſtoria B. Mariæ apud Tungros, & refert Vincentius Charron in Caleodario 25. Aprilis, & Gononus aono 1220. & alij. Ibi quippe electus Abbas, paulò poſt ab ſuo ipſius ſeruo impiè interfectus, conſeruatus eſt io viuis S. Virginis mirabili virtute. Qua in re illud multo magis porteotoſum accidit, vt ſtrangulatus Abbas, dum corpore in prædicto cœnobio coram omnibus mortuus & fuoe ad collum ligatus, ſpectaretur; interim & Tungris viſus ſit, & reipsâ dederit ad altare D. Mariæ ſacrificium offerens incruentum; & funem, quo ligatus fuerat S. Virginis ſtatuæ anathema appendens, magnâ aoimi ſui io ſeruatricem ſuam teſtificatione.

E Quamplurima quoque his temporibus prodigia facta ſunt apud *S. Mariam de Sarranca* ſitam in Bearoia ad confinia Aragoniæ, inter præruptas præcipiteſque rupes, quarum horribilis aſpectus non deterruit Reges & Proceres, alióſque innumeros peregrioos, quo minùs ibi Virginem honorarent, & eius dona grato animo ſuſciperent. De hoc loco Poitæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 31.

F Addit bis Cæſarius lib. 7. cap. 49. hoc quoque circiter tempore, Monialem quamdam, quæ præ nimio feruore genu, flectendo, vulnerarat; mirabiliter inunctam à Virgine fragrantiſſimo vngueoto, & non tantùm ſanatam, ſed etiam edoctam, quomodo in poſterum genu, flectendo, non læderet.

G Addit Cantiprateoſis libro 2. Apom cap. 29. parte 14. & fuſiſſimè enarrat de puella Iudæa, quæ bis circiter diebus; cùm B. Virginem mirom in modum diligeret, & eiuſdem amore, quæ poſſet ſibi de cibo ſubtrahere, traderet pauperibus; ope Diuæ Virginis conuerſa eſt ad Chriſtum, & excitata de oocte ad cœnobium vocatum Pratum Dominarum confine Louanio deducta eſt, ac, ſicut eam appellauerat Virgo, vocata Catharina, anteà dicta Rachel, factáque Monialis ioſigois conſtantiæ fuit cootra parentes ſuos, qui eam adhuc ſeptennem & ab loci Epiſcopo, ac deinde ab Honorio tertio fruſtrà repetierunt. Quando à conſanguineis Moniales alias viſitari cernebat, ipſa ſupplex ad Deiparæ imaginem accurrebat, Virginem babens loco parentum & conſanguineorum.

H Addit & Spinellus tractato de templis n. 26. conſecratam eſſe ab Honorio Papa, extra Vrbis mœnia Eccleſiam *S. Mariæ Annunciatæ*, plurimis in eius altari reliquijs poſitis, compluribus

item indulgentijs cooceſſis eam viſitantibus, vt in lapide ibidem inſcriptum legitur.

I Addit etiam Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Poſſeuinus in Apparatu ſacro, hoc tempore floruiſſe Honorium Auguſtodunenſem Preſbyterum, virum multiplicis literaturæ: Qui inter varia opera, quæ compoſuit, Sigillum B. Mariæ edidit, in quo Canticum Canticorum pijſſimè ſimul & doctiſſimè in honorem Matris Domini exponit. Continetur hoc opus in prima parte tomi duodecimi Bibliothecæ Patrum paginâ 1168. Addit his Marraccius Ioannem Tyburtinum Ordinis D. Benedicti, Philippum Ostemburgenſem in Ciſtercienſi Religione Abbatem, & Abſalonem Regularem Canonicum S. Victoris Pariſienſis: qui omnes, ſcriptis varijs Sermonibus, Beatam Deiparam ornare conati ſunt.

K Addit denique Deſſelius in Bibliotheca Belgica, etiam vixiſſe tunc Iacobum Atrebatem, Doctorem Theologum, Abbatem Montis S. Martini Ordinis Præmonſtratenſis in Diœceſi Cameracenſi; qui fuit vir pius & doctrina celebris, ſcripſitque de laudibus B. Mariæ Virginis libros octo, & de Conceptione eiuſdem epiſtolam ad Præpoſitum, Decanum, & Capitulum Atrebatenſe. Iam verò

## Anno mundi 5204. Chriſti 1221.

A Migrauit ex hac vita magnus amator & cultor Deiparæ S. Dominicus, vt habent Acta vitæ eius libro 5. cap. 5. & Bzouius, & Spondanus, & alij, de quo cùm multa iam dicta ſint præcedentibus annis, hîc tamen addendum eſt ex libro 5. vitæ eius cap. 3. & ex Antonino 3. parte titulo 23. cap. 4. §. 14. ipſum viſum fuiſſe, à Chriſto & S. Chriſtipara, coniuncto nati matriſque præſidio, in cælum mortis tempore euectum. Qualis euectio fratri Gumalæ tunc Religioſo, poſteà autem Brixienſi Epiſcopo, reuelata eſt, myſticâ duarum oſtenſione ſcalarum, quarum vnam Chriſtus Dominus, alteram Chriſti Mater, vterque verò ſimul Dominicum in angulo conſiſtentem ſcalarum, ad cæleſtia euehebat; quia ſcilicet pari propemodùm affectu, proportionato tamen, Dominicus in Filium ferebatur & Matrem, & paris amoris obſequio vtrique ſeruiebat: atque, veluti alter Auguſtinus, hinc paſcebatur à filij vulneribus, hinc lactabatur à Matris vberibus.

B Antequam porrò Dominicus moreretur, hoc propemodùm anno; vel certè non longè hinc; non eſt dubium, quin acciderint mirabiles illæ rum conuerſiones peccatorum, tum dæmonum coniurationes, ex quibus ſublimem idem Sanctus, ac verè locupletem ſegetem honoris & gloriæ Beatiſſimæ Dei Matri collegit. Carcaſſone legionem quindecim millium dæmonum in Albigenſis hæretici corpore incluſam, non expulit tantùm: ſed apparente ipſi Cælorum ac Mundi Dominâ, eadémque virgam auream in mano geſtante, necnon, vt Dominico morem omnem gererent, imperante, iſti principes tenebrarum confeſſi ſunt, Beatæ Deiparæ ſtudio, momento temporis & facilitate mirabili, enernari infernales cuneos & cateruas, omniáque tartarea arma minùs quàm ſtraminea reputari.

Ita ad longum hanc hiſtoriam prodens Ioannes Martinus Valencenenſis, primâ parte vitæ B. Dominici, ex Iordano, Conſtantino, & alijs: & ex illis Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9. §. 3. n. 6. Romæ autem facta eſt inſignis illa conuerſio Catharinæ publicæ meretricis, quam hoc anno Bzouius n. 10. ad longum deſcribit, & in quam multum contuliſſe ait; tum S. Dominicum, cuius illa concionibus & Roſario afficiebatur; tum Chriſtum Saluatorem eidem meretrici cum ſua cruce apparentem; tum S. Deiparam, quæ cum Martyre S. Catharina ſe videndam obtulit modum pœnitentiæ præſcribens: Quam rurſus hiſtoriam Vincentius Charron fuſiſſimè exponit in Calendario 25. Nouembris n. 2. Denique Benedicta quædam ex Florentia, quam non animo ſolùm, verùm & nonnunquam corpore malignus dæmon poſſidebat, & impellebat ad omnem libidinem, ad meliorem frugem non vnâ tantùm vice, ſed vnâ & alterâ mutauit Dominicus; ita verò mutauit, vt operam ſuam Deipara adhibuerit & ſupplicibus votis filium deprecando, & iſti Benedictæ viſibiliter auxilium ſpondendo; vt pluribus dicitur ab Alano de Rupe libro de Roſario, & à Poiræo Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6. §. 4. n. 12. Nunc

## Anno mundi 5205. Chriſti 1222.

A Oxonienſe Concilium celebratum eſt apud Anglos, vt conſtat ex Matthæo VVeſtmonaſterienſi, & Spondano anno 1222. In quo Concilio canone primo, commemoratio fit feſti Conceptionis, cùm dicitur: *Statuimus quod feſta ſubſcripta ſub omni veneratione ſeruentur: videlicet omnes dies Dominici, & omnia feſta B. Mariæ, præter feſtum Conceptionis, cuius celebrationis non imponitur neceſſitas, &c.* Quæ verba, vt notat Salazarius de Conceptione cap. 42. ſæculo 13. intelligenda ſunt de ceſſatione ſeu feriatione à ſeruilibus; nam quod ad alia omnia ſpectat, feſtum hoc iam olim præceptum fuerat à Diuo Anſelmo, & vulgò celebre erat apud Anglicanas Eccleſias.

B Trecis autem hoc quidem anno, vt ſcribit Ferreolus Locrius libro 3. Mariæ Auguſtæ cap. 14. & in Anacephalæoſi, inchoatur Monaſterium *S. Mariæ de Inſula*, & fœliciter conſummatur. Eſt verò Monaſterium iſtud Ordinis Vallis Scholarium. Quo etiam anno apud Namurcum ædificatum eſt, eiuſdem Ordinis monaſterium dictum *S. Mariæ de Gerondiſarto*: ambo hæc monaſteria & augendæ & nutriendæ deuotioni Marianæ Chriſtianorum aptiſſima ſine dubio exiſtunt.

C Vlteriùs hoc anno Cæſarius Heiſterbachcenſis, Ordinis Ciſtercienſis Religioſus, euulgat Libros duodecim hiſtoriarum memorabilium, vt conſtat ex iiſdem libris, nempe ex libro 10. cap. 48. & ex Poſſeuino in Apparatu. Inter has autem hiſtorias quampluri mæ ſunt, præſertim libro ſeptimo, quæ ſicut Sanctam Deiparam attingunt, ita oſtendunt pietatem Cæſarij & Ordinis eius in ipſam Sanctam Deiparam. Cautè tamen eſt in pleriſque legendus, cùm aliquot reuelationes adducat non ſtatim admittendas, imò reijciendas velut commentitias, qualis mihi potiſſimùm illa videtur de Bertramo libro 7. cap. 38. vbi Bertramo à Beata Virgine reuelatum

dicitur, Deiparæ ſuſcitationem non niſi quadrageſimo à morte eius die tandem contigiſſe: quam reuelationem iam ſuprà anno Chriſti 56. literâ I. reijciendam aſſetuimus. Plures alios Cæſarij partus io bonoiem Diuæ Virginis enomerat Bibliotheca Mariana, præſertim Sermones viginti & duos de Muliere forti, Homilias diuerſas, Expoſitiones, & ſimilia: in quibus recenſendis non vacat immorari. Satius eſt obiter hoc loco attingere, quod eadem refert Bibliotheca de Theodoro Leſcaro Imperatore Otientis: ſic illum hoc anno vitam terminaſſe, vt ſe fecerit immortalem ſcripto Canone Deprecatorio, ſiue Poëmate Græco in Sanctiſſimam Deiparam. Vide Appendicem prædictæ Bibliothecæ.

## Anno verò Mundi 5206. Chriſti 1223.

A AD meliorem vitam, fœlicem videlicet, vt ſpes eſt, tranſijt Philippus Auguſtus, Rex Franciæ, dictus Adeodatus: quod mottis eius tempus commemoiant omnes Annales Galliæ & Chronologi. Fuiſſe autem hunc Monarcham prolixe inclinatum in cultum Deipatæ Matris, non tantùm oſtendit Abbatia, quam S. Matiæ à Victotia prope Siluanectum poſuit, vt dictum eſt anno 1213. Sed prætereà cuta illa quam habuit, vt inſigne & ampliſſimum ſanè templum abſolueretur, quod Diuæ Matiæ conſecratum eſt Lutetiæ, & de cuius magoificentia nonnulla delibata ſunt anno Chriſti 522. atque ex diuerſis authoribus indicata. Item duæ illæ argenteæ lampades, quas petpetuò ardere voluit cotam ſtatua Sanctiſſimæ Mattis: ac deoique ſex, tum Capellæ, tum Capellani, quos in prædicta æde B. Mariæ Patiſienſis fundare aggreſſus eſt in ſolatium ſuum atque parentum ſuorum defunctorum, ac multò magis in gloriam Dei ac Deiparæ laudem. Adde quòd ipſe in loco Vicenarum prope Patiſios abſoluit ædem B. Deiparæ ſaceram, quam prædeceſſor eius Ludouicus ſeptimus dictus Iuniot inchoarat: & in qua proſpectantur duæ Vitginis Imagines tam affabre effictæ, vt cetnentium animos pia ſuauitate adimpleant. Vide ſi lubet Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 7. §. 2. n. 6. Et tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 47.

B Hoc eodem anno, Iuxta arcem oppidi Puchenſis viſæ ſunt à pluribus ſeptem ſtellæ micantea, & ad tertam vſque deciduæ, quæ locum oſtenderunt, in quo, terrâ altiùs effoſſa, Imago Deiparæ reperta multis claroit miraculis, & ſolatium fuit Frattum S. Mariæ à Mercede, quorum Equeſtris Sodalitas ante quinquennium exotdium habuerat, ſicut dictum eſt anno Chriſti 1218. literâ A. Rem vberiùs exponit Bzouius hoc anoo o. 11. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 25. & alij.

## Anno mundi 5208. Chriſti 1225.

A PRo libertate Eccleſiæ nefariè trucidatus eſt a Ftidetico, nepote ex fratre, S. Engelbertus Epiſcopus Colonienſis, vt notauit Miræus in faſtis Belgicis 7. Nouembris, & Gallia Chriſtiana Roberti, & Acta vitæ eius apud Surium. Quæ etiam addont, eundem in honotem Diuæ Virginis ſolitum fuiſſe, per aliquot annos ſingulis diebus Sabbati & Metcurij ieiunare, & eiuſdem ædem in Rupe Amatotis per duas vices viſitaſſe.

## Anno autem mundi 5209. Chriſti 1226.

A ANimam Crearori reddidit quarto Octobtis vir Seraphicus, Paupertatis amator, & exemplar Humilitatis S. Franciſcus, Minorum Inſtitutot. Ita Vvaddiogus cum Bonauentuta, Antonino, & alijs vitæ Fraociſci Scriptoribus. Cuius in Deiparam cultum, & Deiparæ in ipſum amotem, cum multa loquantut, tum maximè mutua illa familiaritas Virginis ad Franciſcum, & Fraociſci ad Virginem. *In æde Virginis Religioni natus, in Virginis æde moti voluit, & gloriæ cæleſti naſci.* Vitginem tenerè diligebat, Virgioem commendabat, per Virginis inuocationem miracula & viuus & mortuus patrabat. Nam mortuus prægnanti apparens eandem à doloris partu liberat, iubeodo vt recitet, *Salue Regina*: viuus frarrem Moricum ſanat vngens eum oleo lampadis coram Deipatæ ſimulachro lucentis. Sæpè Mariam ſalutauit, ſæpe Maria ipſum viſibiliter honorauit. Pet Mariam Indulgentiam populo Chriſtiano in æde Portiunculæ obtinuit. Pet Mariam ipſum Chriſtum ſibi porrigi promeruit, vt manifeſtum eſt ex eius vita. Quid mirum, ſi inter paucula illa, ſed pretioſa ſcripta, quæ mundo Franciſcus reliquit, geminam ad Virginem precationem direxit? In quarum altera hæc leguntur: *Sancta Maria Virgo, non eſt tibi ſimilis nata in mundo in mulieribus: filia & ancilla altiſſimi Regis Patris cæleſtis: mater Sanctiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſponſa Spiritus ſancti. Ora pro nobis, &c.* quæ videri poſſunt in tomo 13. Bibliothecæ Patrum paginâ 350.

B Migrarunt quoque hoc anno ex hac vita Ludouicus octauus Galliæ Rex, & Guillelmus Comes Satiſberienſis, vt notat Bzouius hoc anno n. 3. & 12. Petauius in Rationario temporum lib. 10. cap. 4. & communiter Scriptotes alij. Ac de Ludouico quidem memorat Brito libro 12. ſui poëmatis, eum Carnutenſi Virgini, cùm adhuc eſſet in vtero, à matre fuiſſe præſentatum; & io ſignum exauditæ à Deipara precis, ſubitò in Eccleſia Carnutenſi, & præſente Ludouici matre, quatuor cereos cæleſti deſcendente igne fuiſſe mirabiliter accenſos. Quam rem etiam Gononus aduertit in Chronico. Addit verò Petauius pium Regem ex Albigenſi expeditione, nimitum contra hæreticos illos Mariæ hoſtes, redeuntem, in Atuernis apud Montempenſerium ex morbo periiſſe die 8. Nouembris, quæ tum in Dominicam incidebat. De Guillelmo autem Comite, ait Bzouius fuiſſe ſeruatum à fœda tempeſtate, apparente in ſummo nauis malo accenſo cereo, eò quod in Virginis honorem dederat redditus pro eo cereo, qoi, tempore Miſſæ de B. Virgine, quotidie arderet in templo.

## Hoc mundi deinde anno 5210.

## Chriſti 1227. Romæ mortuus eſt Honorius tertius, in cuius locum ſuffe-ctus eſt Gregorius nonus.

QVo eodem tempore, Beata Iuetta Recluſa apud Huyum ditionis Leodienſis oppidum, A cuius vitam ſcripſit Hugo Floreffienſis, poſt triginta ſex annos reclußonis, pie obdormiuit in Domino, vt Miræus teſtatur in faſtis Belgicis 13. Ianuarij. Hæc autem, inter alia B. Virginis beneficia quæ abundè ſuſcepit, ſeruata eſt à petulante ac libidinoſo iouene, eius integritatem impugnante ac propemodùm vitiante: Nempe B. Virgo miris radiorum ſplendoribus Iuettæ cubiculum illuſtrauit, & petulcum adoleſcentem luminis ſui fulgore compeſcuit, ac Iuettam ſeruauit. Rurſus Iuetta in ſpiritu rapta, vidit Virginem pro ſe apud Chriſtum iudicem intercedentem: vidit eandem conquerentem apud eundem Chriſtum, tum de Decano quodam auaritiâ ſuâ ædem Diuæ Mariæ indigniſſimè tractante; tum de Clerico eandem ædem luxuriæ vitio turpiter polluente; tum de Sacerdote pœnitentiam mulieris, cum qua antea peccauerat, impie ac fraudulenter impediente. Qui omnes miſerabili exitu vitam hanc terminarunt.

Hoc item anno ad patriæ ſupernæ amœnas B delicias tranſiiſſe dicitur Alexandar Neckam, natione Anglus, & Canonicus Regularis, qui libros octo in Canticum Canticorum ſcripſit de Laudibus Virginis: & quinque alios de Puritate, Natiuitate, Deſponſatione, Annunciatione & Aſſumptione eiuſdem. Ita Bibliotheca Mariana Marraccij: quæ præterea de Petro Nombam addit, eum fuiſſe Religioſum ex Ordine S. Trinitatis de Redemptione Captiuorum; & tantâ arſiſſe his temporibus in Deiparam pietate, vt non ſolùm Conſtantinopoli Capellam in honorem Conceptionis eius fundarit atque erexerit; ſed etiam compoſuerit de eadem Conceptione pulcherrimum Tractatum.

## Anno autem mundi 5211. Chriſti 1228.

FOeliciter moritur Beatus Arnulphus, cognomento Cornibaurius, Conuerſus Villarienſis, A Ordinis Ciſtercienſis. Id habet Miræus in faſtis Belgicis 30. Iunij; quem ait fuiſſe virum dono prophetiæ clarum. Ciſterctienſe verò Menologium addit, familiari Diuæ Virginis colloquio non ſemel fuiſſe recreatum. Solemne autem ipſi erat, inter cæteras orationes, gaudia illa ſeptem, quibus B. Deipara, dum illic viueret, perfuſa olim fuit, quotidie in memoriam reuocare, & gratanter hanc memoriam S. Virgini offerre ad imitationem S. Thomæ martyris & Cantuarienſis Epiſcopi, de quo ſuprà actum eſt anno Chriſti 1162. Addit autem Menologium prædictum eidem Arnulpho idem quod S. Thomæ a Virgine fuiſſe imperatum, vt nempe, præter illa ſeptem huius vitæ gaudia, ſeptem alia vitæ glorioſæ gaudia, quibus continenter Virgo Beata perfruitur, pia mente verſaret.

Ad hunc quoque annum Gononus in Chro- B nico mentionem facit de Reinero monacho Villarienſi, quem, cùm puer adhuc ſtuderet Pariſijs, in aquis ſubmerſum extraxit Beatiſſima Virgo inter brachia complectens. Poſteà verò eadem Religioſum factum, & perijt a Chriſto, & verò obtinuit, vt, poſt mortem ipſius, ipſum flammæ Purgatorij nullatenus vexarent, ſed tantâ inſtrueretur munditiâ, quæ liberrimum acceſſum ad cælum permitteret. Hæc Gononus profert ex Chronico Villarienſi, & ex Menologio Ciſtercienſi Chryſoſtomi Henriquez. Addit autem Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij, eum non tantùm à Saluatore noſtro & eiuſdem matre fuiſſe ſæpè ſanctis conſolationibus aſperſum; ſed prætereà paulò ante mortem ab eadem S. Virgine, ac S. Ioanne Baptiſta fuiſſe viſitatum. Deinceps

## Anno mundi 5212. Chriſti 1229.

A QVidam Dominicanus, ſicut docet Cantipratenſis lib. 2. Apum cap. 29. n. 26. (probabile aliqui putant illum fuiſſe S. Raymundum à Penniaforte, ſiue rupe forti, cùm dicatur in Beatam Virginem ſingularis fuiſſe deuotionis) fidens in auxilio Sanctæ Deiparæ tranſiuit fluuium, ſiue potiùs fretum, quod eſt inter Maioricam & Barcinonem, in ſuo pallio expanſo. Hoc, ſine dubio, magnæ fuit virtutis miraculum, & dignum S. Raymundo prodigium, de quo tale quid habet Surius in Raymundi vita, 6. Ianuarij, & Bulla Canoniſationis eiuſdem Raymundi à Clemente VIII. facta anno 1601. die 19. Aprilis. Verùm aliud innuere videtur Cantipratenſis, cùm portentum de quo loquitur, dicat accidiſſe in Germania, cùm frater ille in Virginem deuotus miſſus eſſet concionaturus die Aſſumptionis in ſtatione quadam, ad quam per pontem, ob exundantes eâ die aquas, peruenire non potuit. Quandoquidem igitur Balearicum fretum ſuper cappa ſiue pallio ſuo Raymundus tranſiuit, & hic, de quo Cantipratanus, in Germania fluuium; probabilius eſt, illum eſſe alium à Raymundo. Et ita ſentire videntur Balinghem in Calendario 15. Auguſti n. 8. & Vincentius Charton eadem die n. 11. qui deinde 7. Ianuarij de S. Raymundo loquitur n. 2.

## Anno mundi 5213. Chriſti 1230.

A OBijſſe dicitur B. Abundus, ex Ordine Ciſtercienſi, vir eximiâ in Deiparam pietate, cuius manum oſculatus eſt, & ipſa viciſſim oſculata eſt eum magna teneritudine charitatis. Hunc Gononus in Chronico ex Menologio Ciſtercienſi, & Ioanne Daſſino obijſſe hoc anno tradit. Miræus in faſtis Belgicis 20. Auguſti vixiſſe ait circa annum 1250. prophetico ſpiritu conſpicuum. Menologium prædictum addit, & Virginem Matrem frequenter ei apparuiſſe, & ſæpe vicem eius in Choro ſuppleuiſſe.

B Sed & Miræus in Chronico ſuo Ciſtercienſi ad hunc annum reuocat Beatam Idam de Leuuis, Monialem Ordinis Ciſtercienſis, quæ non ſemel videre Beatiſſimam Dei Matrem meruit, & ab ea paruulum ſuum Ieſum cum magna amoris teſtificatione accipere & amplecti; præſertim verò in peruigilio Natiuitatis Chriſti, quo

Deipara Virgo puerulum ſuum ei exhibens; ſimul adiecit, tunc temporis eam eſſe ſimilem horam, qua olim Chriſtum peperiſſet. Videri de iſta re poteſt Miræus in prædicto loco pagina 211. Auctarium Arnoldi de Raiſſe 31. Decembris. Menologium Ciſtercienſe 29. Octobris; & Gonoons in Chronico anno Chriſti 1248.

C Circa hunc quoque annum iacta fundamenta ſunt ædis S. Mariæ Halſenburgenſis in Ducatu Brabantino per Beatam Elizabetham viduam relictam Langrauij Thuringiæ. hæc, admonitione diuina per Angelum facta, illam ædem didicit conſtruendam eſſe in quodam agro, in quo linum adhuc recens enatum viriditatem ſuam explicabat; quod tamen, dictu mirabile! ſequenti ſtatim die maturum & falce ſecandum apparuit; vt ſic mora omnis occupandi loci & templi ædificandi, quam tres ſorores ad quas ſpectabat hæreditas, & quas idem Angelus de re monuerat, iniicere poterant, plane remoueretur. Ergo magna cum lætitia Sacellum tunc Elizabetha quidem conſtruit. Aliquot verò labentibus annis Ioannes Brabantiæ Princeps, cùm eſſet in Syria captiuus, ibi conuerſus ad mundi Reginam, & voto emiſſo de adſtruenda poſtica templi parte, quam Chorum appellant, & liberatus ſe per Virginem vidit, & ſimul adn.... vt ea ſitus diſpoſitione ædificationem abſolueret, quamlum poſitum inuenit tecto tegum Sacello. Liberatus Ioannes immemor propoſiti fuit, & creſcentibus in Brabantia diuerſis motibus, donum impeditus omnino. Quare iterum non paucis euolutis annis, cùm multa inibi fierent miracula, & ſe proderent ... non modice, excitatus eſt populi ad S. Virginem ardor, qui templum abſoluit, in quo filum ſericum Ioanni Brabantiæ à Deipara oſtenſum, ſuſpenſum remanſit vſque ad annum 1580. quando ab hæreticis vna cum illa æde prophanatum fuit, ac plane dirutum. Ita Triſtanus Bitooul, Societatis Ieſu Sacerdos, in Triumpho Virginis 19. Aprilis.

Vlterius hoc etiam tempore viuebat Richar- D
dus à Sancto Laurentio, Pœnitentiarius Rothomagenſis, vir doctus & pius, ſtilo tamen ſimplici vtens; qui duodecim libros de laudibus B. Mariæ ſcripſit, eiſdémque complexus eſt omnes de Virgine figuras, & profundam myſteriorum eius ſcientiam, Opus vtiliſſimum concionatoribus, vtiliſſimum verò magis & magis dilectoribus Mariæ, vt cuiuis legenti manifeſtum facile erit.

Viuebat quoque, inquit Poſſeuinus in Appa- E
ratu ſacro, Ioannes Halgrinus Abbeuillæ in Gallia Abbas, atque deinceps Cardinalis, qui variae expoſitiones faciens in Canticum Canticorum, ſextam ſuperaddidit, Mariæ matris Chriſti, & Chriſti filij eius, mutua colloquia enarrantem; cuius enarrationis, ſiua expoſitionis initium ſic habet: *Ad honorem matris & filij, Cantica Canticorum expoſiturus, &c.*

Demum Helena ex Ordine Diui Francisci F
Monialis, poſt quindecim menſes febris & pleuretidis, hymnos in ſummis ſuis doloribus decantans, meruit ſpectabili aſpectu intueri Matrem Domini. Corpus eius Patauij quieſcit, & magno ſolet cum ſtrepitu imminentis vtcunque cladis præſtare indicia. Quod Balinghem in Calendario 4. Nouembris commemorat, ex hiſtoria Franciſcanorum, ſed de hac adhuc anno 1241. Nunc

## Anno mundi 5214. Chriſti 1231.

A EX eodem Ordine S. Franciſci moritur S. Antonius de Padua, vt habet Vvaddingus in Annalibus ad annum 1231. n. 32. & vita Antonij apud Surium 13. Iunij. Ex qua etiam habemus eum ſolitum ſæpè frequentare in honorem Diuæ Virginis orationem illam ſiue hymnum: *O glorioſa Domina*: cuius hymni beneficio expulit à ſe dæmonem, a quo ſerè ſtrangulabatur. Roſarium ſemper geſtabat, quod, ingruente & magno impetu decidente imbre, capiti circumpoſuit, & ita omnem à ſe pluuiam compeſcuit, quocunque Vicentiam ingrederetur. Scripſit plures Sermones, qui leguntur, de B. Virgine. Sequente autem

## Anno mundi 5215. Chriſti 1232.

A MIra cæleſti viſione exhilaratur frater Leo, Minorita. Videbat ſpeciem quandam poſtremi iudicij, & geminas ſcalas à terra ad cælum pertingentes; alteram purpureo, cui Chriſtus incumbebat; alteram candido colore, cui Maria Virgo Chriſti Mater innitebatur. Inuitabat
B S. Franciſcus Minoritas ſuos, vt per purpuream ad Chriſtum conſcenderent: ſed illi aliquantum aſpectu Chriſti deterriti, alius ex alio gradu retrorſum decidebant. Qua clade commotus Franciſcus ad candidam eos reuocat, vbi à Virgine blandiſſimè ſuſcepti ad vnum omnes in cælum euaſerunt. Rem habet Vvaddingus hoc anno n. 28. ex Chronico Minorum; refert Bzouius anno 1230. n. 12. & innumeri alij paſſim, vt multum facientem ad commendationem patrocinij Mariani.

## Anno autem mundi 5216. Chriſti 1233.

A ORtum Florentiæ habuit Ordo Seruitarum, ſiue Seruorum B. Mariæ, auctoribus ſeptem viris nobilibus ac locupletibus, Bonfilio de Monaldis, Bartholomæo de Amideis, Ioanne de Manettis, Benedicto de Antella, Gerardino de Soſtheneis, Ricouero de Vguiccionibus, & Alexio de Falconerijs; qui cæleſti vocatione, dum in die Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis, preces & laudes ei in Confraternitate Laudantium, quæ Florentiæ ante quinquaginta annos coaluerat, perſoluunt; admoniti in arduum proximum montem Senarium ſecedunt; & mutatis aliquantulùm nominibus, prima ibi æde ſacra ſtatuta, eadem ipſa Virgine apparente ipſis ſingulis ſigillatim, necnon præcipiente, nigrum habitum & Regulam S. Auguſtini ab Epiſcopo Florentino ſuſceperunt. Serui autem vocati ſunt, tum quia peculiari ſe ſeruitio Virginis manciparent, tum quia mandante Virgine regulam & habitum religioſum amplexi ſunt, tum quia, cùm ſtipem Florentiæ paupertatis modo colligerent, à lactentibus adhuc puellulis appellati ſunt Serui Beatiſſimæ Virginis. Hos nequo modo in initio ſuo Beatus Petrus Veronenſis

oenſis fidei Inquiſitor in Italia diuexaret, B. Virgo per viſionem admonuit. Quæ omoia habe. Archangelus Gianus in Annalibus eiuſdem Ordinis, necnon Bzouius anno 1231. n. 7. Qui etiam addunt in templo quod Seruitæ habent ad muros Florentiæ, vultum Diuæ Virginis Annunciatæ, non à pictore fuiſſe abſolutum, ſed, ipſo dormiente, fuiſſe perfectum ab Angelis, tota, non tantùm Florentia, ſed Italia ſtupente. Ortum huius Ordinis Spondanus reuocat ad annum 1232. alij ad alium. Sed non habeo meliorem authorem, quem ſequendum putem, ipſo Archangelo Giano, vt pote Florentino, & qui de his rebus ex induſtria ſcripſit, præſertim cum conueniat etiam cum Chronico Ordinis Michaëlis Seruitæ. Ferreolus autem Locrius in Anacephalæoſi & Maria Auguſta, longiùs aberrare videtur, cùm reijcit ad annum 1286. huius initia Ordinis, niſi fortè confundat Confraternitatem Laudantium cum hoc Ordine, & annum 1286. pro anno 1283. quæ confuſio tolerari non debet.

B Sed & alius Ordo in Italia natus eſt, verùm Militum Ordo, in eum finem inſtitutus, vt ciuitates in pace contineret, aut diſſidentes ad pacem reuocaret. Nominatus eſt *Ordo S. Mariæ glorioſæ*, authore Bartholomæo Vicentino Prædicatorū Ordinis. Huic Militiæ attributa eſt regula S. Auguſtini, necnon tunica alba cum toga ſubcineritia, crux purpurea in ſcuto albo duabus ſuprapoſitis ſtellis. Hæc Spondanus anno 1233. n. 7. & 8. aduertit: vbi etiam addit, iſtius militiæ fratres, quòd ſuis quique in ædibus cum vxoribus & liberis vitam agere permiſſi ſunt, Fratres Gaudentes vulgò eſſe vocatos.

## Anno circiter mundi 5217. Chriſti 1234.

A FLoruiſſe dicuntur Peregrinus, Tancredus, & Coloman. Fuit verò Peregrinus ex Ordine Seruitarum deuotiſſimus in B. Virginem, à qua cùm poſtulaſſet vt vias ſuas dirigeret, ei oeyùs Dei genitrix apparens, ad Ordinem Seruitarum direxit, ad quem ab Angelo deductus, Senis habitum iucundiſſimè accepit. Ita Gononus in vitis Sanctorum Occidentis, & in Chronico anno 1233. De Tancredo autem Bzouius anno 1233. n. 19. & poſt eum Gononus in Chronico anno 1234. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §.4. n.9. Vincentius Charron in Calendario 23. Nouembris n. 2. & alij, iſta iucundè commemorant. Ipſum in aula Friderici Imperatoris inter Palatinos eminuiſſe; fuiſſe in S. Deiparam prolixiſſimo affectu, & fiduciâ ſingulari: ab ea petiiſſe vt ſe ſe dirigeret in viam tutiſſimam ſalutis: apparuiſſe ipſam illi per ſomnium, & iuſſiſſe vt Ordinem ſuum intraret; & cùm Ordinem ſuum, quis eſſet, non adhuc declaraſſet; iterum Tancredo per ſomnium apparuiſſe Dominicanos duos, qui Ordinem illum, quem Virgo indixit, declarant ipſum ſuum eſſe. Cúmque demum Tancredo per vrbem eunti, illi ipſi obuiam fiunt; ille de mundo relinquendo penitus perſuaſus, Dominicanum ſtatim ſuſcipit inſtitutum, & vitam ſanctè in eo peragit. Reſtat de Colomane, de quo Bzouius anno 1234. n. 11. obiter iſta notat, eum Regem fuiſſe Haliciæ, in conuertendis Sclauoniæ perduellibus hæreticis ſtrenuiſſimum robuſtiſſimúmque, & raro exemplo, ad imitationem D. Virginis & S. Ioſephi, virginitatem in coniugio conſeruaſſe.

B Obijſſe verò aſſeritur Sanctius Vaſconum ſiue Nauarræ Rex, dictus Infirmus; quod patet in Gallia Chriſtiana Roberti ex Catalogo Regum Nauarræ. Hunc Miræus lib. de Canonicorum Collegijs cap. 100. docet extruxiſſe ſumptuoſum Deiparæ templum ac Collegium in loco Roſcida vallis nuncupato.

C Sed & Mauritius Rothomagenſis Archiepiſcopus hoc anno exceſſit è vita, vt itidem habet Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Rothomagenſium. Fuerat autem iſte Mauritius anteà Epiſcopus Cenomanenſis, & Trecenſis Archidiaconus; ſed tantâ ſanctitate morum, & deuotione in Deiparam, vt mortuo Cenomanenſi Epiſcopo, & Canonicis ad ſucceſſoris electionem faciendam laborantibus, Sanctimoniali cuidam viſa ſit Beatiſſima Virgo ſupplex à Chriſto poſtulare, vt Mauritium Sedis Cenomanenſis inſtitueret ſucceſſorem, quod & Chriſtus Matri annuit, vt refert Thomas Cantipratenſis lib. 1. Apum cap. 1. qui & cap. 8. deſcribit miram eius parſimoniam aduerſus ſe, & prolixiſſimam liberalitatem in pauperes: ex duodecim enim millibus librarum, quas redditus annui dabant, nouem millia iubebat egenis diſtribui. De eodem meminit Vincentius Charron in Calendario 15. Nouembris n. 2. Claudius verò Robertus ait obijſſe clarum miraculis. Rurſus autem

## Anno mundi 5219. Chriſti 1236

A SAnctiſſimè obiit in Steinfeldenſi monaſterio Ordinis Præmonſtratenſis Beatus Hermannus, ob morum admirabilem candorem, & ſingularem erga Deiparam affectum, dictus Ioſeph. Eius mortem ſic determinat Miræus in faſtis Belgicis, 7. Aprilis, & eadem die Surius in eius vita. *Bzouius* item hoc anno n. 1. & alij multi, qui omnes & ſtupendam Diuæ Virginis erga illum familiaritatem, & illius erga ipſam vehementer ſuſpiciunt. Etenim adhuc puerulus cum ſtatua Deiparæ & pueruli Ieſu, tanquam cum perſonis viuis, agebat: Et verò ſtatua munuſcula Hermanni magna comitate recipiebat. Quin & ludere cum puerulo Ieſu optima Dei mater aliquando conceſſit: prouidit & de pecunia pro calceis & alijs rebus neceſſarijs coëmendis: inſtruebat per ſe ſe, animabat, vocabat, colloquebatur, arguebat, nunc apparens ei pluchra ac decora facie, nunc fronte rugata; ſemper autem donis cæleſtibus augebat: Quas Virginis gratias viciſſim Hermannus compenſabat multis precationibus, genuflexionibus, officijs; tanto mentis ardore, vt eum Sanctiſſima Virgo vocarit Capellanum ſuum; imò deſponſauerit coram multitudine Angelorum; ac demum innumeris aliis beneficiis honorarit, quæ quiſque reperire poteſt in Actis vitæ eius.

B Hoc eodem anno Beatus Iordanus, alter à Sancto Dominico Generalis Ordinis Prædicatorum, ex hac vita diſceſſit. Sic habet Bzouius

anno 1236. n. 2. & Acta vitæ eius, & colligitur ex Gallia Chriſtiana Roberti in Catalogo Generalium. De eo autem Albertus Leander, de viris illuſtribus Ordinis, aduertit, eum deuotiſſimum fuiſſe erga B. Deiparam; in cuius honorem quotidie quinque pſalmos, *Magnificat*, *Ad* te leuaui, *Retribue* ſeruo tuo, *In* conuertendo, *Ad* te Domine leuaui, cum hymno *Aue maris ſtella*, præcipuo ſtudio recitabat. Inſuper ſæpè vidit Deiparam tum in dormitorio Religioſos aqua luſtrali aſpergentem, tum in Choro eoſdem manu pueri Ieſu lætè benedicentem. De quo etiam notat, diuerſas perſonas peccatis obnoxias miſſas fuiſſe à Deipara ad Iordanum, vt eius auxilio à vitijs & malis habitibus eriperentur atque ſanarentur: inter quas erat vna morbo corporis propter exhauſtum araneæ venenum penitus deſperata ac depoſita, quam Iordanus morte exemit.

Rurſus idem Leander, & poſt eum Bzouius anno præſente n. 3. vnanimiter aſſerunt Beatum Vlricum, Dominicani adhuc Ordinis Religioſum, ad meliorem vitam tranſijſſe; quem in tranſitu Chriſtus & Deipara, & SS. Baptiſta, Paulus, Agnes, Agatha, Catharina, aliique permulti Cælites viſitarunt, necnon honorifice ſuſceperunt.

Ex Scriptoribus deinde Marianis, fœlici ſomno beatæ mortis decubuit, Hildebertus Cenomanenſis primùm Epiſcopus, poſtmodùm Turonenſis Archiepiſcopus, qui, vt erat verſu proſâque inſignis, Proſam edidit de Partu Virginis, quæ Tomo 12. Bibliothecæ Patrum inſerta eſt. Hæc de illo Hippolytus Marraccius Bibliothecæ Marianæ parte prima.

## Anno autem mundi 5220. Chriſti 1237.

MArgaritam Iprenſem deſijſſe viuere teſtis eſt Miræus in Faſtis Belgij 20. Iulij, docétque fuiſſe virginem Ordinis S. Dominici Tertiariam, quam mors rapuit vnum & viginti annos tantùm habentem. Quo compendioſo vitæ ſpatio non leuia ſuſcepit optimæ Deiparæ beneficia. Aliquando enim deſperationis quadam tentatione vehementer pulſata, poſt trium dierum lachrimas atque ſuſpiria, meruit à B. Virgine ſenſibiliter in pectore tangi, cum hac verborum apoſtrophe: *Sano te in anima & corpore, & ſcito tibi à filio meo dimiſſa eſſe peccata.* Eadem viciniſſima morti, non antè exſpirauit, quàm viſibili Chriſti ac Deiparæ præſentia iucundè potiretur. Has gratias Margaritæ conceſſas ſcripto commendauit Thomas Cantipratanus in Margaritæ vita, & Hyacinthus Choquetius in Sanctis Belgij, necnon Auctarium Arnoldi de Raiſſe 20. Iulij, & eadem die Vincentius Charron in Calendario.

De Adamo Monacho Ordinis Ciſtercienſis, exiſtimat Gononus floruiſſe ipſum circa hoc tempus: nec verò improbabile eſt, cùm Cæſarius libro 7. cap. 17. eum adhuc eſſe ſatis iuuenem innuat, quando ſuas hiſtorias ſcribebat, nempe anno 1222. & cap. 25. eſſe aſſerat Sacerdotem. De eo autem & Menologium Ciſtercienſe, & Vincentius Charron 22. Decébris, & Cæſarius cap. citato 25. & nos ſuprà anno Chriſti 1211. commemorauimus ipſum fuiſſe deuotiſſimum in Matrem Dei, quam vt ſalutaret, vix bene balbutiens incredibili affectu ſalutationem Angelicam didicit ac frequentiùs recitauit. Huic Beata Virgo aliquot Beatis mulieribus comitata & ſplendore radians, adhuc pluſimùm iuueni ſcholaſque frequentanti benigne apparuit, ac ſuauiter conſolans modum capitis a ſcabie ſanandi edocuit, & tactu Virgineæ manus capitis dolores acutos non tantùm ſopiuit, ſed in poſterum penitus ſuſtulit.

Ait verò Bzouius hoc anno n. 11. Lanfranchinum, patriâ Ianuenſem, Dominicani Religioſum inſtituti, cùm iter ad terram Sanctam ſuſcepiſſet, & eam propè attingeret, miſerè extinctum obijſſe. Pro quo Mediolani cùm Beatus Robaldus eiuſdem Religionis ſocius Miſſæ ſacrificium offeret, Deiparam aſpexit, & in manibus eius animam Lanfranchini lucidiorem ſole, audiuitque hæc Virginis ſanctæ verba: *Ecce animam amici, pro quo tu ſollicitus ſactam hoſtiam obtuliſti.*

## Anno deinceps mundi 5221. Chriſti 1238.

AGathopoli in Gallijs (puto eſſe Agatham *vulgò Agde*) vitam clauſit extremam Beatus Leodatus inſtituti rurſum Dominicani, quo tum huius Ordinis Annales, tum ex ijs Bzouius hoc anno n. 12. aiunt, eum inuitatum à Deipara ad gloriam cæleſtem, &, impetratâ beneficio eiuſdem pleniſſimâ Indulgentiâ, immunem à purgantibus flammis euolaſſe in cælum. At

## Anno mundi 5222. Chriſti 1239.

GRegorius Pontifex contra Frederici Imperatoris inſidias diuinum implorans præſidium, decreto ſanxit, vt pulchra illa & admodùm ſuauis antiphona, *Salue Regina* diuini Officij certis horis immiſceretur: ac præthereà vt Deiparæ laudes ſpeciali oratione in matutinalibus ſemper celebrarentur. Quam rem in Annalibus hoc anno n. 12. commemorat Spondanus ex Nauclero, Crantzio, & alijs. Quo etiam tempore credibile eſt, aut cœptum pulſari, aut ſaltem diligentiùs pulſatum eſſe, manè, meridie, ac ſerò ad Angelicam ſalutationem Diuæ Virgini ter quaque vice offerendam. Quamquam alij id ad aliud tempus ſeriùs aut maturiùs reijciunt. Alij enim, vt Bzouius ad annum Chriſti 1227. reponunt: alij ad tempus, quo cruce ſignati in Palæſtina dimicabant, quod valde veriſimile eſt; pulſabatur enim, vt pro ijs communis fieret deprecatio, ſi non ter in die, ſaltem ſemel ac meridie; alij ad annum 1320. vt Polydorus Virgilius libro 6. de inuentoribus cap. 12. alij ad alia tempora. De quibus loquitur Poirœus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 9. §. 3. n. 5.

Anno prætereà eodem, Adolphus Comes Holſatiæ valedicens ſæculo, matura vir ætate, Ordinem Minorum ingreditur. Vt Vvaddingus habet hoc anno n. 14. & Spondanus n. 22. ex

Crantzio, & Alberto Stadio. Fuit verò Adolphus deuotus in Virginem, & poſt vitam piè ac religioſè traductam, vicinus morti meruit eam aſpicere multorum Angelorum comitatu ſtipatam, quæ trepidantem confirmauit: quod Platus ſuauiter enarrat lib. 1. cap. 31. de bono ſtatûs Religioſi; & Bzouius hoc anno n. 14. Deinde

## Anno mundi 5223. Chriſti 1240.

A BEatus Aroulphus fit Abbas Villarienſis, vt colligitur ex Chryſoſtomo Henriquea in faſciculo Sanctorum Ciſtercij pagina 115. 172. 351. Ex quo etiam, ſicut & ex Auctario Arnoldi de Raiſſe 2. Martij, idem Arnulphus cognoſcitur fuiſſe B. Deiparæ percharus, cuius iuſſu eſt in Ordinem admiſſus à Guilleloio decimo Abbate, ipſa eidem illum commendaote tanquam *Vas electionis*. Quo eodem tempore mortuus eſt in eodem Villarienſi cœnobio Hermannus Conuerſus, vir multarum virtutum, de quo prædictum Auctarium 7. Aprilis, & Menologium Ciſtercienſe tradunt, familiarem eum Dei genitrici fuiſſe, quam velut Ordinis patronam veneoienter dilexit: quæque etiam viciſſim non parum honorabilem efficiebat eum, & cui moribundo ita adfuit, vt ad gaudia æterna triumphabunduoi deduceret.

B In Traiecto autem ad Moſam, abſolutum eſt, vt ait Vvaddingus hoc anno n. 23. monaſterium Fratrum Minorum, quod inchoatum fuit anno 1234. In cuius templo ad dextram Sacellum eſt Diuæ Virgiois, & in eo eiuſdem Virginis Imago: quæ eò allata putatur ante Chriſti annum 1470. & miraculis claruiſſe, de qua libellum doctiſſimè ſcripſit Henricus Sedulius ex Ordine Mioorum anno 1609. In quo inter cætera docet, imaginem hanc paulò ampliùs longam eſſe quàm quatuor pedes, filiolom ſuum brachio ſiniſtro geſtare, ſupra altare collocatam, ante hominum memoriam celeberrimam eſſe miraculis: tunc autem inſigoius obtinuiſſe oomen, poſtquam ab hæretica tyraonide Traiectum Dux Parmenſis eruit, quod contigit anno 1581. non, vt vult Vvaddingus, anno 1571. cum Moſa-Traiectenſis ciuitas non fuerit ab hæreticis obſeſſa & capta, vt notat Sedulius cap. 5. niſi anoo 1579. ante quam obſidionem omninò noo potuit liberari. Sed quomodo eiuſmodi imago hæreticam rabiem euaſerit, coocurſus ad eam facti ſint populorum, & ſolemniſſimæ ſupplicationes, meliùs dicetur aono 1581.

C Ioterim Richardus Theologos Aoglus hoc tempore viuebat, inquit Poſſeuious in Apparatu, & librum voum de Conceptiooe B. Mariæ edidit. Viuebat quoque, vt habet idem ibidem Poſſeuinus. Thomas de Hales Anglus, Ordinis Minorum alumous, qui vitam ſcripſit B. Deiparæ. Et Tancredus Tancredi ex familia Prædicatorũ, de quo ſermo iam factus eſt anno Chriſti 1234. litera A. edidit Centuriam Coocionum Panegyricarum de Sanctiſſimæ Virginis Dei genitricis Encooiijs. Quod colligere licet ex Hyacintho Choquetio, libro de Viſceribus maternis, capite vltimo: & ex Bibliotheca Mariana Marraccij.

D Notat verò Balinghem in Calendario 13. Septembris n. 4. Tornaci hoc anno erectam fuiſſe Sodalitatem adoleſcentum ſub B. Virginis protectione. Hi ſingulis annis, die feſto Exaltationis Sanctæ Crucis, ſolemni pompa procedebant ad templum Cathedrale quod Deiparæ ſacrum eſt ibique dona ſua læto animo offerebant; quem ritum etiamnum hodie retinere dicuntur, & feſtina cum lætitia ſedulò exercere. Verùm

## Anno mundi 5224. Chriſti 1241. Sublatus è viuis eſt Gregorius nonus Pontifex, poſt cuius deinde obitum, in locum ipſius electus Cæleſtinus huius nominis quartus, in Apoſtolica ſede ſeptemdecim tantummodò dies permanſit.

A HVius diſceſſu ex hac vita, in perplexitate poſiti Cardinales, votum feciſſe dicuntur, ſi eis præſtaretur gratia vnitatis & concordiæ, decreturos ſe, vt Octaua Natiuitatis Virginis Mariæ celebraretur per vniuerſum orbem: quod poſt quadriennium decretum eſt ab Innocentio quarto in Concilio Lugdunenſi Ita Spondanus hoc anoo o. 20. Qui etiam addit, non carere ſuſpicione erroris, eiuſmodi Octauam reperiri ſcriptam in Martyrologio Bedæ, cùm nec reperiatur in antiquo Romano, nec meminerint eius, qui poſt Bedam ſcripſerunt, Vſuardus, Addo, & alij. Innocentio priores; nec deoique Beda ſatis honeſto loco, vt pote nouiſſimo, eam poſuerit. Sic ergo facto voto, ſede tamen adhuc biennio oacaote, poſteà communi concordia in Pootificem electus eſt Innocentius quartus.

B Intereà Toleti; vt obſeruat idem Spondanus anno 1241. n. 26. ex Martino Polono, Villanæo, & Roderico Sanctio; accidiſſe legitur vt cùm quidam Iudæus ad ampliandam vineam ſuam comminuiſſet rupem, in medio ſaxi ſit concauitas reperta, & in ea liber folia lignea habens, deſcriptus Hebraicè, Græcè, & Latinè; qui de triplici mundo diſſerens ab Adamo ad Noë, à Noë ad Chriſti tempora, & à Chriſto ad Antichriſtum, ſic de tertio mundo incipiebat loqui: *In tertio mundo filius Dei naſcetur ex Virgine Maria, & pro ſalute hominum patietur.* Tum ad calcem addebat ſe repertum iri tempore Regis Ferdinandi, qui tum Caſtellæ imperabat. Quæ conſiderans Iudæus, vnà cum familia ſua conuerſus eſt. Hanc porrò hiſtoriam nonnulli antè, nonnulli pòſt eueniſſe ponunt, quam certum eſt eueniſſe ſub Ferdinaudo, qui ab anoo 1217. vſque ad 1257. hoc eſt quadraginta annis, regnauit, ſed quoto anoo incertum eſt. Spinellus reponit ad annum 1220. libro de Deipara cap. 4. n. 19. Bzouius ad annum 1231. Poiſæus Triplicis corooæ tractatu 1. cap. 12. §. 2. n. 5. ad annum 1201. in quo aliquantùm à vero aberrauit.

C At Kijouiæ in Ruſſia, Sanctus Hyacinthus, Dominicani Religioſus inſtituti, cùm videret omnia funeſtè populari à Tartaris, quin & ipſam Kijouieoſem vrbem prope obſidione cingi, facto ad altare Virgiois ſacrificio Miſſæ, quaſi

valedicens Virgini exitum præparabat, Euchariſtiámque auferebat: cùm prægrandis ſtatua Deiparæ ipſum allocuta eſt, & quodammodo conqueſta iuſſit vt ſe auferret. Quibus vocibus admonitus, Sacerdotali ſicut erat ornatu indutus, prehenſauit dextrâ Eucharistiæ Sacramentum, ſiniſtrâ verò ſpecioſam illam ex alabaſtro D. Mariæ imaginem, & ita onuſtus aduerſam Boriſthenis ripam obambulans, verſúſque Senerienſem tractum traijcere diſponens, nec nauigium inueniens, ſe Boriſtheni commiſit, ſiccóque veſtigio profundiſſimum ſimul ac vaſtiſſimum flumen mirabiliter traiecit; ita Bzouius anno 1241. n. 3. ex Leandro Alberto in vita ipſius Hyacinthi.

D Obijſſe autem hoc eodem anno Patauij B. Helenam, quæ vulgò appellatur Paduana, exiſtimat Vvaddingus anno 1242. n. 4. quam ſub regula S. Franciſci & vixiſſe & multa paſſam eſſe, necnon in obitu à B. Virgine viſitatam fuiſſe, ibidem affirmat, ſicut & nos antè diximus anno Chriſti 1230. Diem enim obitus eius alij ad alium annum reuocant, vt idem Vvaddingus conſentit. Qui etiam addit, Corpus Helenæ poſt mortem perſeuerare integrum, & fragorem edere, quando Patauinæ vrbi vel agro communis quædam imminet calamitas; quod & nos anno citato aduertimus. Notabilis verò eſt, & inter alias, quas frequentes habuit viſiones, illa, quam paſſa eſt in peruigilio Sancti Michaelis, cùm Angelos aliquot audiuit de Deo loquentes & dicentes: Pondus, & Pondus, & ſuperpondus: Menſura, & menſura, & ſupermenſura; Finis, & finis, & ſine fine: Gloria, & Gloria, & ſuperglória: Principatus, & Principatus, & ſupraprincipatum. Quâ myſticâ locutione tres Angeli, quorum prior dicebat Pondus, alter repetebat Pondus, tertius adijciebat ſuperpondus, & ſic in alijs deinceps; ſignificare videbantur naturam humanam & Angelicam, quarum vtraque facta eſt in pondere, menſura, & certa gloria, atque principatu; tum naturam diuinam, quæ eſt ſuper omne pondus, & ſuper omnem menſuram, gloriam, atque principatum: vel certè in Chriſto corpus, animam & diuinitatem, quorum duo priora habent ſuum determinatum pondus, menſuram, gloriam, principatum; non diuinitas. Vel denique Ioſephum, Mariam, & Ieſum, quorum perfectio in Ieſu eſt ſuper omne pondus, omnem menſuram, gloriam atque principatum; in aliis non item; licet hi ſint magnum Pondus, magna Menſura, Gloria & Principatus; diſpar tamen: ſicut & Angelica diſpar eſt & humana natura. Sed his omiſſis.

## Anno mundi 5225. Chriſti 1242.

A LVtetiæ in Curia ipſa iudiciali, ſiue, vt aiunt, Parlamento, & in eo loco vbi olim erat exiguum Sacellum S. Mariæ à ſtella, ædificari iuſſit S. Ludouicus nobilem illam & magnificam Capellam, quam Sanctam appellant, ſiue Sacellum regium: in quem poſteà locum reliquias ſacras, ſcilicet Crucis Domini amplam portionem, coronam ſpineam, ferrum lanceæ quâ percuſſum eſt pectus mortui Saluatoris, aliáſque permultas, Conſtantinopoli & aliunde miſſas, ſummâ reuerentiâ intulit, & velut in ſinum Virginis amantiſſimè recondidit, cum lacte virgineo eiuſdem, quod ibidem ſeruatur. Ita Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 45. & ante eum Acta vitæ eiuſdem S. Ludouici apud Surium 25. Auguſti: ex quibus colligitur iſtiuſmodi reliquias in Sanctam illam ædem, non hoc ſed anno tantùm 1248. fuiſſe ſolemniter illatas 25. Aprilis, quia tali die dedicata fuit, in honorem Auguſtiſſimæ Matris Dei, ab Odone Caſtri Rodulphi, Cardinale, Epiſcopo Tuſculano Legato, & præſentibus viginti Epiſcopis, vt habet Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Pariſienſium ſub Gulielmo tertio.

## Anno autem mundi 5226. Chriſti 1243. Tandem quadriennio elapſo à morte Cæleſtini quarti, electus eſt in locum eius Innocentius quartus.

A QVi non tantùm decreuit, vt Octauæ dies Natiuitatis Virgineæ in vniuerſa Eccleſia piè celebrarentur; ſed prætereà quia Pontificalis electio eius gaudium attulit mundo, & iſtiua electionis fœlix cauſa fuit votum Virgini factum, vt dictum eſt anno 1241. ipſe cauſam agnoſcens tantæ iucunditatis, & attribuens illam Natiuitati atque meritis Deiparæ; inſtituit, vt iſta Antiphona, quam fortè compoſuit: *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annunciauit in vniuerſo mundo*, publicè in Officio diuino cantaretur. Ita ex Thoma de Trugillo tomo 2. Theſauri Concionatorum Gononus in Deiparæ Chronico ad annum 1243.

B Quo eodem anno migrauit ex hac vita S. Heduuigis filia Bertholdi Ducis Morauiæ, Carinthiæ atque Iſtriæ, coniux Henrici Ducis Sileſiæ & Poloniæ, quæ in honorem Dei genitricis Trebnicoſe monaſterium erexit, in quo, licet non eſſet Monialis, & ſanctiſſimè vixit & pijſſimè obijt. Solebat autem ſemper in manibus geſtare Iconculam Virginis, quam ne moriens, imò ne mortua quidem, dimittere voluit: vnde ſepulta cum theſauro iſto eſt. At, poſt viginti quinque annos, aperto ſepulchro, mirabile dictu! reperti ſunt prorſus incorrupti tres ſiniſtræ manus digiti, quibus Iconculam tenebat, odórque ſuauis exhalabat ex corrupto ac puluerofo corpore, ex cerebro autem quod erat planè incorruptum, liquor purus, & clarus, & ad inſtar olei oliuarum effluebat. Sic Acta vitæ eius apud Surium 15. Octobris.

C Moritur quoque B. Hermannus ex Ordine Prædicatorio, de quo Leander Albertus in eius vita, & Chronicon Prædicatorum, & Bzouius anno 1245. n. 14. & alij: qui hæc de Hermanno aduertunt magni animi ſenſa & ſigna pietatis expreſſiſſima in Deiparam Matrem. Solebat in dies illam ſalutare, nunc percurrens partes corporis eius, pectus, caput, manus, vterum, os, labia, genas, &c. Nunc animi virtutes, memoriam, intellectum, voluntatem, humilitatem, caſtitatem, charitatem, fidem, &c. Et in ſingulis illam ſpecialiter benedicebat, addens ad hæc omnia. *Ieſu ſuauiſſime, dignare me tuam meámque Matrem ſuper omnes ſpecioſam ore laudare, corde admirari, & imitatione ſubſequi.*

Pro immenſis gaodijs, quibus eum replebat Mater Sancta, petit, vt donum ſcientiæ atque prædicandi ab ea reciperet; quod obtinuit. Agit de hoc B. Hermanno Vincentius Chartoo, ſicut & Balinghem, vterque in Calendario 17. Aprilis, bic n. 6. ille n. 2.

D Addit his Bibliotheca Mariana Thomam de Capua Cardinalem, qui inter alia quæ dedit in vulgus, Antiphonam ad Beatiſſimam Virginem conſcripſit, cuius initium eſt: *Virgo parens gaude, &c.* Obiit Anagniæ, hoc anno 22. Auguſti, vt ex vitis Cardinalium habetur.

## Anno mundi 5227. Chriſti 1244.

A VIncentius Bellouacenſis cognomine, natione Burgundus, Dominicanus inſtituto, doctiſſimus eruditione, & ſcribendi copiâ ampliſſimus; inter ea quæ ſcripſit, edidit vnum librum de laudibus B. Virginis, ſiue de moribus & geſtis ipſius, vt Poſſeuinus in Apparatu ſacro notat, vbi vocat eum Epiſcopum Bellouaceoſem ſicut alii plerique; ſed nuſquam eſt in Catalogo Epiſcoporum Bellouaceoſium, vt patet ex Gallia Chriſtiana Roberti. Inſuper idem Viocentius in Speculo hiſtoriali quam plurima colligit, & diuerſas hiſtorias glomerat, quæ pietatem eius in Deiparam ampliſſimè loquuntur. Obiit anno 1244. inquit Vincentius Charton in Calendario 13. Decembris n. 2. quia vſque ad annom illum deduxit Speculum hiſtoriale. At Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, obiit, inquit, anno 1256. teſte Antonio Senenſi in Bibliotheca Prædicatorum, qui Vaſæum teſtem adducit. Bzouius anno 1250. n. 11. ad illum annum reponit. Trithemius in Chronico ad annum 1240. ad quem etiam annum claruiſſe eum aſſerit Sixtus Senenſis.

B Sed & claruiſſe certum eſt Ioannam Comitiſſam Flandrenſem, quæ boc anno ædificari fecit Abbatiam Marquettæ prope vrbem Inſulam in diœceſi Tornacenſi in honorem Diuæ Virginis, vt habetur ex Catalogo Tornacenſi Claudii Roberti in Gallia Chriſtiana, Meyero, Buſſelino, Gazeto, & Vincentio Charron in Calendario 5. Decembris n. 2. Qui etiam addunt eandem Ioannam, ad ampliorem cultum Sanctiſſimæ Mariæ, varia hoſpitalia erexiſſe Gandani, Ipris, Valeocenis, Brugis, Inſulis; necnon monaſteria tum Dominicanis, tum Franciſcanis, tam Valencenis quàm Montibus, omnia in Deiparæ venerationem. Adiecit demum eadem Comitiſſa Abbatiam S. Mariæ de Spinloco ſiue de Spinoſo loco, in qua Deigenitrix & delectari deprehenditur, & colitur. Mortuam hanc eſſe boc anno ſeribit Miræus in Chronico Belgico, & Vincentius Charton loco ſuprà citato, ſepultámque in Monaſterio Marquettano vterque pariter affirmat. Quod iterum repetit Miræus in Chronico Ciſtercienſi paginâ 227. vbi etiam addit ex Meyero, Marquettam fundatam fuiſſe anno 1230. qui annos diſtat 14. annis ab eo, quem Claudius Robertus aſſignat loco antè citato, quo fortè vult fuiſſe perfectam. Idem tamen Robertus in ſerie Abbatiarum Galliæ, Marquettam, quæ corruptè Margareta legitur, ait fundatam fuiſſe anno 1230. à Ioanna Comitiſſa Flandriæ, quæ haud dubiè hoc adhuc anno viua erat.

C Morte autem ſuâ nobilitauit adhuc præſentem hunc annum Iacobus de Vitriaco Epiſcopus Acconenſis & Cardinalis, qui ſarcinam corporis Romæ depoſuit 30. Aprilis pòſt multos exantlatos in Oriente & Occidente labores. Edidit, vt habet Marraccius in Bibliotheca, Tractatum vnum de domo B. Virginis Lauretanæ: dicerem potiùs Nazarethanæ, cùm nondum eſſet Lauretum tranſportata Genitricis Domini Domus, cùm id tantùm, vt dicetur poſteà, contigerit anno Domini 1295. vnde & valde mihi ſuſpectus eſt iſte Tractatus hactenus neque à me viſus, neque à Marraccio. Quicquid verò ſit, ſcripſit inſuper Iacobus Sermones de feriis ſolemnioribus Deiparæ Virginis. Fuerat ille olim Canonicus Regularis S. Auguſtini, vir vt doctrinâ, ita ſanctitudine conſpicuus & præcipua pietate in glorioſam Matrem Dei. Poſt hæc

## Anno Mundi 5228. Chriſti 1245.

A EX communi omnium conſenſu mortuus eſt Alexander Alenſis, natione Anglus, Ordinis S. Franciſci, vir doctiſſimus & Sanctorum Bonauenturæ ac Thomæ Aquinatis egregius Præceptor. Ita Vvaddingus anno 1222. n. 26. Spondanus anno 1245. n. 34. Bellarminus cum Petro Radulpho à Toſſiniano, & omnes alii. Quamuis autem doctrina Alenſis emineret, magis tamen excellebat tenero in Deiparam affectu, in quam eam conceperat deuotionem, vt ſtatuerit, aut etiam vouerit adhuc ſæcularis exiſtens, nihil eorum denegare, quæ Virginis interpoſito nomine poſtularetur; vnde à Franciſcano quodam per amorem B. Mariæ Virginis poſtulatus, vt Minorem ſe efficeret ingrediendo Sancti Franciſci Seraphicum Ordinem, ingreſſus illum eſt magno animi ſui ſolatio, Diuæ Virginis auxilio & protectione, ac totius Ordinis non modico ſplendore. Rem hanc fusè explicat Vvaddingus antè citatus. Antoninus 3. parte titulo 24. cap. 8. §. 1. Ioannes Pitſeus de Scriptoribus Anglicis. Vincentius Charron, & Balinghem, in Calendario 20. Octobris. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 6. §. 2. n. 3. & alii paſſim. Idem verò Alenſis cùm docere pararet Beatiſſimam Virginem conceptam fuiſſe in originali macula, à morbo correptus, ſtatuit contrarium docere; libellúmque edidit de immaculata Conceptione in hæc verba Canticorum cap. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Quin & ſolitus erat crebrò exclamare ac dicere: *Maria Domina mea tota pulchra es & formoſa, & macula originalis aut actualis in te nunquam fuit.* In hæc verba etiam animam exhalauit, vt habet Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 13. vbi tum huius miraculi, tum libri ab Alexandro compoſiti enumerat aſſertores Guillelmum Botillonum, Bernardinum de Buſto, Pelbartum, Mauritium de Villa probata, Antonium de Cucaro, & Ioannem de Celaia: ac proinde omninò eſt dicendus ſeſe Alenſis retractaſſe, de iis quæ dixerat in tertio, diſtinctione tertiâ, quæſt. 9. vbi perſpicuè docuit Beatam Deiparam fuiſſe in originali noxa conceptam.

B Hoc præterea anno Romæ templum ædificatum eſt *S. Maria in via.* Cuius rei occaſio fuit

lapidea imago Deiparæ iniecta in puteum, qui publicæ viæ expoſitus erat: excreſcentibus enim huius putei aquis inuenta eſt imago iiſdem ſupernatans. Quo portento commotus Innocentius Pontifex iuſſit templum ædificari in honorem Virginis, in quo & puteus includeretur, & prædicta imago religiosè ſeruaretur. Rem hanc habet Spinellus, tempúſque quo accidit aſſignat tractatu de templis n. 28.

In Anglia quoque ab Henrico Rege huius C
nominis tertio Vveſtmonaſterij egregium illud Deiparæ ac regium Sacellum ædificari cœpit, Rege ipſo primum lapidem in fundamentis iaciente. Quod teſtatur Bzouius in Annalibus hoc anno n. 15.

Habet idem Bzouius ibidem n. 19. ex Paleony- D
doro lib. 3. Hiſtoriæ Carmelitarum, quod & Gononus refert ad annum 1244. in Deiparæ Chronico. Ordines Mendicantes, ſed præſertim Carmelitanum, non leuiter fuiſſe ab inuidis Clericis, ſeruandæ hierarchiæ pretextu, atque aliis de cauſis, durè variéque vexatos. Sed horum cauſam tuita eſt benigniſſima Virgo, Prioremque Carmelitarum ipſa ad Papam miſit Innocentium quartum, qui Mendicantes, vt prædixerat Deipara, animosè defendit. Poſteà

## Anno mundi 5229. Chriſti 1246.

IN numerum Sanctorum relatus eſt ab Inno- A
centio Papa S. Edmundus Cantuarienſis in Anglia Epiſcopus. Sic habet Spondanus anno 1240. n. 6. qui ex Pariſio, Polydoro, & aliis hiſtoricis Anglicis, probat eum ſupremam diem obijſſe anno 1240. die 16. Nouembris: quod & habent Acta eiuſdem apud Surium, Vnde arguas erroris Miræum in faſtis Belgicis, Baronium in notis Martyrologij, Vincentium Charron in Calendario, qui eum affirmant anno 1246. obijſſe: Item Claudium Robertum, qui anno 1242. Sex autem poſt obitum annis, cum Sanctis annumeratus eſt, adeóque hoc anno. Fuiſſe autem deuotiſſimum Edmundum erga Beatiſſimam Deiparam probat; quòd Oxonij in Anglia ſtudens virginitatem vouit ſub præſidio Deiparæ; quòd S. Mariæ ſtatuæ digito immiſit annulum, cui inſcriptum erat *Aue Maria, &c.* quaſi Virginem deſponſans; quòd in Muſæo ſuo Iconculam Virginis perpetuò haberet, ad quam oculos & mentem identidem figeret; quòd in annulo Epiſcopali ſuo imprimi præceperit Salutationem Angelicam; quòd per ſingulos dies ſolitus fuerit recitare orationem ſatis notam, *O intemerata, &c.* quam ſemel aliquando ex obliuione omittens à S. Ioanne dilecto diſcipulo reprehenſus fuit; quòd in omnibus negotijs ſuis ad Beatam Domini Matrem cum fiducia recurrebat, & in omnibus præſentiſſimam ſentiebat, & innumera eiuſmodi, quæ habet vita eius, & Bzouius anno 1249. n. 8. & Vincentius Charron ac Balinghem in Calendario 16. Nouembris, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 4. §. 1. n. 4. & alij. Notat autem Vincentius Bellouacenſis lib. 7. cap. 87. Adoleſcentem quemdam donatum fuiſſe annulo à puella quadam quæ ipſum mundano amore diligebat, veritúmque ne pilæ plauſu quo ludere volebat eundem diſcerperet, immiſiſſe in digitum ſtatuæ Beatæ Virginis Mariæ cum voto ei ſe conſecrandi, & ſeruatâ caſtimoniâ eandem deſponſandi. Hoc dicto ſtatuæ digitus inflexus eſt & retinuit annulum, non ſine ſpectantium incredibili admiratione. Poſteà verò Adoleſcens, non immemor voti, ſed ſui officij contemptor, coniugem imprudenter ſanè, ac perfidè accepit: At prima nuptiarum nocte terribiliter à S. Dei Matre admonitus, in frugem ſe recepit, ſæculóque vale faciens eremiticam vitam profeſſus eſt. Hæc quamuis Edmundo nulla ex parte conueniant, quia tamen tempus quo aduenerint omninò ignoratur, non ineptè opinor, occaſione annuli quo Beatam Virginem Edmundus deſponſauit, eorum hîc aliqua conſeruabitur memoria.

B Sed & Sancta Luthgardis Virgo, in Monaſterio Aquiriæ Ordinis Ciſtercienſis in Brabantia puriſſimum animum ſuo Creatori reddidit, vt docet Thomas Cantipratanus vitæ eius ſcriptor, & Spondanus anno 1246. n. 16. & Miræus in faſtis Belgicis 16. Iunij, & alij. Cuius deuotionem in Virginem Matrem per ſe loquitur quotidiana penè ac ſtupenda familiaritas & eius ad Virginem & Virginis ad ipſam: quippe animabatur à Virgine & admonebatur, & replebatur conſolatione; &, nunc vt prò hæreticis oraret, nunc pro Eccleſia, nunc pro alio negotio, inuitabatur. Qui ſuauis conuictus perdurauit, donec à pia Matre ad cælum euocata, eundem longè ſuauiſſimum in beatitudine perennaret. Præter Cantipratanum de ea agit Iacobus Vitriacus, Bzouius anno 1246. n. 1. Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 16. Iunij. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 11. §. 3. n. 8. & alij.

C Obiit quoque, vt habet Bzouius n. 3. *Bernardus* Luſitanus Dominicanæ alumnus familiæ. De quo idem author ad longum refert, quomodo cum pueris, qui cum paruulo Ieſu ſculptilis Deiparæ ſtatuæ ſæpiùs luſitarant, ac ientaculum diuiſerant, inuitatus ad cæleſte conuiuium in diem Aſcenſionis fuerit. Quo die ſacris operatus ad eam aram cui illa Deiparæ ſtatua imminebat, vnà cum pueris ſine doloris ſenſu exſpirauit. Hæc etiam habet Antonius Luſitanus in Chronico Prædicatorum, & Vincentius Charron 5. Maij n. 3. Balinghem verò Maij initio. Sed Bzouius his addit viſionem quandam factam alicui Nouitio, cui Beata Deipara ſpectata eſt iratum Chriſtum ſuppliciter mitigans: quam quoque viſionem recenſet Antoninus parte 3. titulo 23. cap. 5. §. 3. quæ Nouitio communicata eſt, ex occaſione dubii, quod habuit in illa verba; *Mundum pugillo continens, &c.*

## Anno mundi 5230. Chriſti 1249.

A FLorebat in Anglia Sanctus Richardus Epiſcopus Ciceſtrenſis, quo vſus eſt adiutore S. Edmundus, neque enim niſi Edmundo mortuo factus eſt Richardus Epiſcopus, vt habetur in eius vita apud Surium 3. Aprilis, venitque Romam ad Innocentium Papam fugiens perſecutionem Henrici tertii Angliæ Regis. Hic Sanctus in extremis vitæ poſitus hanc orationem ſæpiùs iterabat: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe*: edixitque ſuis, vt ea verba ad eius aures perſonare non deſiſterent.

B Accidit verò miſerabilis in Sabaudia caſus circa Iacobum Boniuardum Secretarium Ducis Sabaudiæ, qui falſis allegatis cauſis Innocentio Papæ tunc Lugduni agenti, & Fridericum hoc nomine ſecundum Imperatorem excommunicanti (excommunicauit autem in Concilio Lugdunenſi, quod habitum eſt anno 1245. vt patet ex Petauio in Rationario temporis libro 10. cap. 1.) obtinuit Prioratum in vrbe S. Andreæ, ex quo & Priorem & Monachos violentiâ eiecit, & compulit diuertere in ſacellum Myaneoſis Virginis, & ibi voces & ſuſpiria ſua Deiparæ, dictæ *de Myanis*, ſuppliciter & cum lachrimis offerre: Exaudiuit hos Deus, atque vigeſimo octauo Nouembris, horâ poſt meridiem nonâ, Grenerius mons Prioratui proximus, magnâ ſui parte auulſus, in Iacobum & ſuos, qui tunc ibidem erant, improuisò irruit, Prioratúmque cum ſexdecim pagis latè oppreſſit, ſolâ Capellâ S. Mariæ de Myanis ab iſta tempeſtate ſaluâ, quam dæmones, licet inuiti, coacti ſunt cum reliqua parte montis Grenierij relinquere immunem ac penitus intactam, vociferantes Nigram id eſt, *S.* Virginem, cuius imago in Capella aliquantum nigra eſt, non permittere vlteriùs progredi. In ea Capella poſtea fundatus eſt conuentus Minimorum de Obſeruantia anno 1452. die 30. Auguſti. Hanc hiſtoriam refert Vincentius Charron in Calendario 16. Decembris n. 3. ex Iacobo Fodero. Et Gononus in Chronico ad annum 1251. quo tempore Innocentius in Italiam redibat. Atlas item Marianus libro. 1. imagine 13. vbi Secretarium prædictum appellat Ioannem Boncicardum, quem alij omnes Iacobum Boniuardum vocant. Sed & Vincentios Charron accidiſſe ruinam hanc putat anno 1249. quo S. Ludouicus iam Pelutium ſiue Damiatam obſidebat, & ſine dubio Ducem Sabaudum pacificum cum Innocentio reliquerat. Itaque probabilius videtur hoc anno accidiſſe, cùm ex hiſtorica narratione cognoſcatur tunc eueniſſe, cùm aut nondum aut vixdum Sabaudus pacem cum Innocentio fecit; nam qui Prioratum Iacobus obtinuit, nimis diligens fuit, vt obtentâ copiâ in eum inuaderet.

C Hoc eodem anno, Bibliotheca Præmonſtratenſis, & ex Miræo Gononus in Deiparæ Chronico, mentionem faciunt Beati Hroznatæ, quem abortiuum & mortuum B. Deipara vitæ reddidit. Deinde poſteà iam infantem ex curru decidnum ac rotis oppreſſum ſeruauit. Demum adoleſcentem, Ordiníſque Præmonſtratenſis Religioſum factum, in aquarum profundo ac Viſtula demerſum, incolumem ſanúmque eripuit.

## Anno mundi 5231. Chriſti 1248.

A Sanctus Ludouicus Galliæ Rex, cùm eſſet in procinctu expeditionis Orientalis, ſacris reliquiis augere deſiderans veneratiouem ac religionem Eccleſiæ Toletanæ: per Ioannem eius Archiepiſcopum miſit particulam ligni S. Crucis; vnam de ſpinis coronæ Dominicæ; de lacte B. Virginis; de tunica purpurea Domini; ac de pannis infantiæ eius: ſéque eiuſdem Eccleſiæ Cleri orationibus commendauit. Hæc habet Spondanus hoc anno n. 6. & Bzouius eodem n. 11. necnon Mariana lib. 13. cap. 8. quæ hic commemorare volui, occaſione Virginei lactis.

B Sed hoc eodem anno, Ordo de Monteſano, ſiue Siluestrinorum, à S. Siluestro Abbate & Inſtitutore ſic dictus, fuit approbatus ab Innocentio quarto: vt habetur ex vita Silueſtri apud Surium 26. Nouembris, & apud Gononum in vitis Patrum Occidentis, & in Chronico; necnon apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6. §. 3. n. 6. & cap. 8. §. 2. n. 5. & apud Vincentium Charron in Calendario 26. Nouembris. Apud quos fit mentio eiuſdem Silueſtri, tanquam famuli Deiparæ dilectiſſimi, & qui proinde ſuum illum Ordinem eiuſdem Virginis amore inflammauit, & conſpicuum Marianis virtutum ſtudiis exhibuit. Inter cætera, hæc notanda videntur: Beatiſſima Mater Silueſtrum aliquando à dæmone per ſcalas præcipitem actum, grauiter vulneratum, ſuorum ope deſtitutum, per ſeipſam benigniſſimè adiuuit, in cellam reſtituit, ſolis vulnerum relictis veſtigijs perfectè ſanauit. Aliâ vice ruſum ei apparens præbuit puriſſimâ ac virgineâ manu Sacramentum Euchariſtiæ, tantáque luce illuſtrauit, vt nihil in Sacris codicibus clauſum, nihil obſcurum Silueſter reperiret. Poſt vitam ſanctiſſime tranſactam mortuus eſt anno 1267.

C Sed hoc adhuc anno 1. Aprilis vitæ terminum fecit Guillelmus Aruernus, Epiſcopus Pariſienſis: cuius pietas in B. Virginem agnoſcitur ex Sermonibus variis, quos ſcripſit de Natiuitate, Annunciatione, Purificatione, & Aſſumptione. Tempus mortis eius conſtat ex Gallia Chriſtiana Roberti, & ex Bibliotheca Mariana, quæ etiam mentionem facit Sermonum prædictorum. Iam verò

## Anno mundi 5233. Chriſti 1250.

A Ferdinandus Diaz vir doctiſſimus ex Ordine *S. Dominici*, nec minùs deuotus in Dei genitricem, vitam temporalem exuit, vt habet Bzouius hoc anno n. 7. & Leander libro 5. de Viris illuſtribus. Qui etiam adducit eundem Ferdinandum à Deipara præmonitum fuiſſe de ſuo ex hac vita tranſitu. Aliàs item, ab eâdem S. Virgine, quam multiplici prece multiſque ſuſpiriis fatigarat, dicitur accepiſſe, Innocentij Pontificis excitatam a maleuolis contra Religioſos iram, tandem deferbuiſſe.

B Hoc pariter anno B. Simon Stock Anglus, factus eſt & renunciatus Generalis Carmelitarum: quod habet Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, vbi etiam addit inſtitutas fuiſſe Carmelitanas Moniales Simonis tempore. Sed hoc in Simone longè illuſtrius eſt ad noſtrum inſtitutum, quòd exoranti ac ſuppliciter poſtulanti à B. Virgine, vt aliquo ſingulari priuilegio Ordinem Carmelitarum communiret: apparens tunc eadem Virgo cum præclara multitudine Angelorum, Scapulare Carmelitanum Simoni obtulit, addens: *Hoc erit tibi & Carmelitis tuis priuilegium: In hoc quiſquis erit moriens ſaluabitur.* Edixitque ſimul vt Confraternitas fieret de Scapulari, ad quam ineundam cæleſti aliqua admonitione inuitati ſunt multi, etiam Principes, vt S. Ludouicus Rex Francorum, Eduardus Rex Angliæ, Henricus Comes Northombellanus, Angela Regis Bohemiæ filia, & alij multi. Cui Confraternitati Pontifices,

Ioannes vigeſimus ſecundus, Gregorius decimus tertius, Siatus quintus, Gregorius decimus quartus, & Clemens octauus, varias & magnas Apoſtolicæ ſedis gratias, benedictiones, & Indulgentias largiri ſunt, quas fusè explicant Faſti Carmelitarum, & non parom continent Trithemius libro de laude eiuſdem Ordinis. Gononus in viris Patrum Occidentis ad vitam Simonis, & in Chronico, Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 2. n. 5. Vincentius Charron in Calendario 16. Iulij n. 1. Verùm obiit Simon Stock anno 1259.

C Hoc verò loco ſemel notandum eſt, varias à Gonono Hiſtorias poni ad annos Chriſti 1250. 1259. 1310. 1311. 1312. de Euſtatio Abbate, de Beatrice Moniali, de Paulo Conuerſo de Lucka, de Abbate Hentico, de muliere filium ſuum à B. Virgine repetente, de Aodrea Monacho: qnas omnes babet Cæſarius Heiſterbachcenſis, qui ceſſauit ſcribere anno 1222. vt ipſe ſatetur Cæſarius libro 10. cap. 48. Quæ proinde hiſtoriæ ad ſuos annos congeſtæ à Gonono nou ſunt. Vide Cæſarium libro 7. eapitibus 21. 35. 53. 40. 45. 46. 51. in quibus ad verbum complectitur ea omnia, quæ Gononus prædictis annis aſſignauit. Verùm

## Anno mundi 5234. Chriſti 1251.

A IN boc vitæ ſalo fluctuare deſijt Carolus de Sancto Spiritu, ea Ordine Redemptionis Captiuorum, electus Cardinalis & Epiſcopus Syracuſanus. Scripſit pro immaculata Conceptione Beatæ Virginis libros duos, ſui indices in Virginem amoris ac venerationis. Ita ea Iſidoro de Luce Marraccius in parte prima Bibliothecæ Marianæ. Vbi etiam addit Bartholomæum paruum, Dominicanum, doctiſſimum ac piiſſimum, claruiſſe circa annum 1252. & in bonorem Deiparæ ſcripſiſſe Commentaria ſuper *Miſſus eſt*, & ſuper *Magnificat.* Nunc autem

## Anno mundi 5235. Chriſti 1252.

A INnocentius Papa, ſicut aſſerit Bzouius boc anno n. 5. inter alia multa, quæ authoritate Apoſtolicâ præcepit: iniunxit Epiſcopis Miſoiæ, vt in feſtiuitatibus Annunciationis & Purificationis B. Virginis; quocunque tempore celebrentur; *Gloria in excelſis Deo*, & *Ite Miſſa eſt* in ſacrificio incruento; ac *Te Deum laudamus* in matutinis laudibus, decantarent ſolemniter, ſicut in feſtis Diuæ Mariæ præcipuis.

B Præter hæc, inter non paucos Deiparæ famulos, qui hoc anno florebant, martyrij laureâ coronatus cælum conſcendit Beatus Petrus Veronenſis, ex Ordine Prædicatorum, vt conſtat ea Bulla Canonizationis eius, quam baber Bzouius anno 1251. n. 3. tum ea vita eius apud Surium 29. Aprilis, & ea Spondano hoc anno n. 8. & aliis. Ea vita eius vlteriùs habemus, Dæmonem in Deiparæ ſpecie ipſi aliiſque coram apparentem, oblatâ conſecratâ hoſtiâ, quam vera Dei Mater vtique adoraret, exploſum à Petro fuiſſe. Rurſus Virginem ſanctiſſimam, cùm Petrus ei hæreticorum coram & conuerſionem feruidè commendaret, ipſi reſpondiſſe idem quod olim Apoſtolorum Principi B. Petro Chriſtus: *Petre, rogaui pro te, vt non deficeret fides tua.* Denique, poſt effuſum pro Chriſto ſanguinem, apparuiſſe cum Virgine, fuiſſeque in eiuſmodi apparitione ab ea collaudatum, tanquam generoſum Chriſti athletam, propugnatorem Eccleſiæ, & hæreticæ prauitatis aduerſarium acerrimum.

C Obijt quoque Viterbij Sancta Roſa, vt aduertit Vvaddingus tomo 2. Annalium Minorum; quam Spondanus obijſſe putat anno Chriſti 1253. vt habet illo anno n. 11. Alij verò anno 1254. vt Bzouius itidem n. 11. Spinellus tractatu de Virginibus n. 68. Et Vincentius Charron atque Balingbem in Calendario 4. Septembris. De quo hæc notantur, quæ Deiparæ in eam affectum oſtendunt. Apparet ei Dei Mater cum multis Virginibus & moribundam ſanat; quæ viciſſim proſiliens de lecto genuflexa Deiparam ſalutat, a qua diuerſa ſpiritualia monita accipit, & nominatim vt domi paternæ ſeruiret, vt viſitaret templum S. Mariæ de Podio, vt habitum Tertiariarum S. Franciſci indueret, nec refugeret rudiores veſtes. Iterum apparente ipſi S. Virgine, eidem ſe obiecit quoque ſpecies Ieſu Chriſti, & dolorum illorum, quos pro peccatis noſtris perpeſſus eſt; quæ ſpecies mirum in Roſa pœnitentiæ ardorem, & auidiſſimum multa pro Chriſto patiendi deſiderium excitare viſa eſt.

D Hoc eodem anno moritur & Regina Blancha mater S. Ludouici Francorum Regis. Sic docet Pariſius, & poſt eum Spondanus hoc anno n. 10. & alij Franciscanum rerum Scriptores; quam obiiſſe tradunt Calendis Decembris, non verò, vt ait Vincentius Charron 11. Auguſti. Magna autem merces deuotionis eius in Virginem fuit ipſe Rex Sanctus Ludouicus, quam prolem ei promiſit S. Dominicus, ſi ipſa propagandæ inſtitutioni Sancti Roſarij ſeſe & opem ſuam vellet impendere. Educauit autem Ludouicum ſuum, tanto ſtudio fugiendi peccati, vt ſatis agnoſcere daretur, Ludouicum eſſe depoſitum Virginis, cui immaculatè conſeruando Blancha inuigilaret. Cœnobium nobile in honorem S. Virginis ædificari iuſſit vocatum Malumdunum, ſiue Maloduum, vulgò *Maubuyſſon* prope Pontiſaram, vbi & ipſa ſepulta eſt, & miraculis claruiſſe dicitur. Hæc patent tum ea vita Sancti Ludouici apud Surium 26. Auguſti, tum ea prætactis authoribus. Sed iam

## Anno mundi 5236. Chriſti 1253.

A ASſiſij in Vmbria vitam mortalem clauſit Beata Clara S. Franciſci Diſcipula, & in S. Virginem propenſiſſima ac deuotiſſima, à qua meruit non tantùm in vita multas gratias recipere, ſed potiſſimùm in morte non communiter honorari. Venit enim ad illam Deipara cum multiplici Beatarum Virginum comitatu, quarum quælibet ſertum aureum in capite geſtabat. Ægram illis circumdantibus, eandem ſuauiter amplexans ac deoſculans Virgo Mater mirâ conſolatione repleuit, & tali gaudio repletam paulò poſt euexit in cælum. Teſtatur id vita eiuſdem Claræ iuſſu Alexandri quarti edita; necnon Vvaddingus anno 1253. in Annalibus Minorum, & alij. Habet verò prætereà Vvaddin-

Vvaddingus varias Nouitiorum tentationes ope Diuæ Virginis ſuperatas.

Diem ſuum præterea obiit Robertus Capito, ſiue Groſſa teſta, natione Anglus & Epiſcopus Lincolnienſis, vir Latinè, Græcè & Hebraicè ſciens; qui de Laudibus Virginis ſcripſit Tractatum vnum, librum vnum ſuper *Miſſus eſt*, & libro vno Aſſertionem Virginitatis Mariæ Matris Dei. Ita Bibliotheca Mariana ex Pitſeo. Quæ ſimiliter ait, claruiſſe Guillelmum Romanum ex Prædicatorum familia, & in lucem dediſſe Sermones in præcipua feſta Beatæ Mariæ Virginis.

## Anno autem mundi 5237. Chriſti 1254. Alexander quartus mortuo Innocentio in Papatu ſuccedit.

FErunt verò Innocentium Pontificem, non multùm ante mortem, animoſiorem in Franciſcanos & Domioicános factum, priuilegia eorum impediuiſſe; quare illi ad preces ac præſertim ad Litanias fuſi, Romæ in Eccleſia Prædicatorum, dum eas deuotè recitant, vni ex ipſis contigit, vt Virginem videret, ſuper altare ſtantem vnà cum filio, hæc verba iterantem: *Fili exaudi eos*: quod & factum eſt, Innocentio paulò poſt ex viuis ſublato: vnde prouerbium in curia Romana: *A Litaniis Prædicatorum libera nos Domine*. Ita Bzouius hoc anno n. 1. & Platus lib. 1. de bono ſtatus Religioſi cap. 34.

Hoc deinde anno, Redeunte S. Lodouico ex Palæſtina, & inde afferente icunculam *Diuæ* Virginis, quam olim Propheta Ieremias ex ligno Setim fabricari fecerat, vt inſinuatum eſt anno mundi 3396. nunc dono datam à Sultano Ægypti; factum eſt, vt illa inferretur in templum S. Mariæ Anicienſis, ibique magnâ pompa ad augendam populi deuotionem collocaretur. Quam rem aſſerit Odo Giſſæus lib. 2. cap. 7. hiſtoriæ B. Virginis de Podio, & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 37. hoc facinus referens ad annum 1253. paulo citiùs quàm debeat.

Simul verò ac S. Ludouicus rediit Pariſios, Carmelitarum cœnobium ibidem conſtruxit in honorem Diuæ Virginis, quod iis Carmelitis addixit, quos è monte Carmelo deduxerat, licet alij iam in Gallia eſſent. Ita Spondanus hoc anno n. 11. Sed &

## Anno Mundi 5238. Chriſti 1255.

PEtrus Podienſis, Dominicanus, vitâ cum virtute tranſactâ, Diuam Virginem ad ſe venientem aſpexit, vocantem ſe audiuit, inflexo capite adorauit, adeſſe renunciauit, ac tum denique exſpirauit. Atque iiſdem diebus, Rudolphus Epiſcopus Erefordienſis per viſionem raptus à Virgine, ad contemplandos ſub Chriſti alis & cuſtodia Franciſcanos, ex hac occaſione D. Franciſci Religionem profeſſus eſt. De hoc agit B. Antoninus 3. parte, titulo 24. cap. 9. §. 1. De illo Leander Albertus lib. 5. & de vtroque Bzouius hoc anno n. 1. & 2.

Addit quoque Bibliotheca Mariana obiiſſe hoc anno Guillelmum Peraldum, ſiue Petraltum, aut de Petra alta, ex Ordine Prædicatorum; quem Claudius Robertus non Epiſcopum Lugdunenſem, ſicut ait iſta Bibliotheca, ſed Suffraganeum fuiſſe exiſtimat. Hic verò compoſuit Sermones diuerſos in præcipuas Diuæ Virginis feſtiuitates; & præterea de Celebratione Sabbati in honorem eiuſdem.

## Anno verò Mundi 5240. Chriſti 1257.

A INſignis ſeruus Deiparæ S. Hyacinthus, hâc miſerià relictâ, ad beatam vitam tranſiit, vt habet Leander Albertus in vita eius, & ex eo Bzouius hoc anno: Qui etiam addunt, Hyacinthum Romæ à S. Dominico ad ſtatum Religioſum fuiſſe aggregatum, à quo haud dubiè ſingularem in Matrem Dei concepit ardorem & venerationem: vnde & vigilias feſtorum eius ieiunio panis & aquæ celebrare ſolebat; ſolebat quoque ſe ſe frequentiſſimè ad obſequium eiuſdem deuouere: quo in mentis affectu cùm die quadam, Aſſumptionis illæ erat, prolixiùs ſanè & ardentiùs raperetur, venientem in nubè Deiparam ſpectauit, audiuitque dicentem: *Pete quod volueris, Fili Hyacinthe, & me interueniente, quicquid petieris à filio meo conſequeris*. Imaginem Deiparæ locutam ad ipſum, ab ipſo ſine pondere ſublatam, ſuprà dictum eſt anno Chriſti 1241. litera C. Sed hîc addendum à Deipara vocatum ad gaudia æterna ipſo die Aſſumptionis, quo & viſus eſt in cælum ab ipſa Dei Matre fœliciter deduci, concinente choro Virginum: *Ibo ad montem myrrhæ, & ad collem Libani cum Hyacintho*.

B Obiit & hoc anno Beata Iuliana Çornelienſis, ex Ordine Ciſtercienſi, vt vult Miræus in Faſtis Belgicis 5. Aprilis: vbi etiam addit impenſè fuiſſe addictam venerationi Euchariſtiæ: cauſam etiam dediſſe Vrbano quarto, & motiua, cùm ipſe Leodii ageret Archidiaconus, vt poſteà feſtum Corporis Chriſti inſtitueret; quod feſtum breui celebrandum ipſa diuinitus à Chriſto acceperát. Hæc, vt erat deuotionis ſingularis in filium, ita inflammabatur amore in Matrem; vnde ſalutationem Angelicam perpetuò in ore voluebat, & Deiparæ Canticum ſingulis diebus nouies iterabat in memoriam nouem menſium, quibus filium Dei in vtero geſtauit. Ac denique ad amorem eiuſdem Virginis omnes hortabatur. Vitam eius ſcripſit Ioannes Blætus Diſthemius, Prior cœnobii S. Iacobi Leodienſis, fuſiùs autem Guillelmus Ianius Canonicus S. Martini Leodienſis, vt habet Miræus in Chronico Ciſtercienſi pagina 131. Gononus meminit illius in Deiparæ Chronico ad annum 1230.

C Meminit item Vvaddingus hoc anno alicuius Nouitii, quem B. Virgo, cùm ab omnibus tanquam reiiciendus haberetur, recipiendum & fructuosè perſeueraturum iudicauit. Et Bzouius, alterius iam Profeſſi, qui & Virginem morituus vidit, & Iudicem Ieſum aſpexit, & examinatus horruit, ac tandem in pacè exſpirauit. Item cuiuſdam Incluſæ, quæ frequenti Deiparæ viſitatione meruit honorari. Ac denique Gononus, B. Franciſci Senenſis Carmelitæ, qui,

deuotione erga *Sanctam* Virginem, tentationem carnis non leuem ſuperauit. Videantur, ſi placet, hi omnes authores ad annum 1257. Interea fluentibus annis, & iam decurrente.

## Anno mundi 5241. Christi 1258.

A PEtrus Montius funeſtè in Belgio trucidatus eſt à Flaminio Hanninio fabro artifice; cuius cædes, neſcio quo caſu, imputata fuit duobus hominibus, Matthæo Nigro, & Ioanni Catnnio, qui propterea Cheruiæ in carcerem detruſi & morte condemnati, ſe D. Virgini Tungrenſi magno affectu commendarunt. Somnum poſteà in carcere concipiunt, &, mirum dictu! euigilantes ſe in æde Virginis conſtitutos Tungris conſpiciunt. Hanc eorum liberationem vxor alterutrius per nuntium quemdam fortè audiens, ſubitò præ gaudio exſpirat: cuius coniux vt adhuc præſens liberatricis ſuæ Diuæ Mariæ auxilium ſentiebat, animaduerſo ſuæ vxoris inſperato obitu, ad benefactricem ſuam Virginem confugit, qua implorata illicò mulier mortua excitatur. Flaminius paulò poſt addens ſcelera ſceleribus capitur à Iuſtitiæ miniſtris, & tormentis coactus fateri flagitia, inter alia cædem prædictam confeſſus eſt, veniamque petiit ab vxoribus & liberis Petri, Ioannis, & Matthæi, antequam iuſto punitus ſupplicio moreretur. Hæc patent ex libro de miraculis B. Virginis Tungrenſis. Et Gononus ad hunc idipſum annum refert in Deiparæ Chronico, quamuis Carthagena libro vltimo de Mirandis B. Mariæ, id accidiſſe dicat anno tantùm ſequente, ſcilicet 1259. vt manifeſtum eſt apud eum §. 153. libri citati.

B Habet autem Cantipratenſis libro 2. Apum cap. 29. parte 15. & ex eo Carthagena loco proximè allato §. 224. & Vincentius Charron in Calendario 21. Ianuarii n. 2. de Agnete pœnitente mirabilem hiſtoriam; quæ cùm ob belli miſerias cum aliis Monialibus ſuum deſeruiſſet monaſterium, à patre violata fœtum edidit, & ſuadente diabolo viſibiliter apparente coniecit in ſtagnum, in quod vt ſe ſe præcipitaret ipſa, ille importuniùs ſuadebat. Verùm inuocatâ Virgine fugatus eſt Dæmon, Agnéſque ad ſe ſe rediens coniunxit ſe contubernio mulieris Iudææ, à qua nutriebatur, & viciſſim illam ipſa inſtruebat de fide & myſteriis Chriſti. At impatiens tanti boni Iudæus, furore quo ebrius in Chriſtianos erat, aggreditur Agnetem, & gladio impacto interficit. Quam ſic interfectam Deipara viſibiliter apparens & excitat & ſanat. Quod prodigium ita manifeſtè diuulgatum eſt, vt venerit ad aures Conradi Colonienſis Epiſcopi, qui tunc quidem temporis viuebat, & obiit anno 1261. vt habet Gallia Chriſtiana Roberti in Catalogo Epiſcoporum Colonienſium: vnde perſpicuum eſt Agnetem non fuiſſe occiſam anno 1265. vt aiunt præcitati authores.

C Ad hæc tempora Bzouius anno 1258. in Annalibus, claruiſſe putat Accurſium Minoritam magnæ in obſequio infirmorum charitatis: de quo Antoninus 3. parte, titulo 24. cap. 9. §. 5. teſtatur, quòd cùm aliquando B. Virgo cum S. Antonio de Padua. & Fratre Placido ei apparuiſſet, & inter illam cæleſtem apparitionem, infirmus eius officium poſtulans inclamaſſet, Accurſius relicta Deipara ad infirmum accurrit, & hac charitatis diligentia meruit, ſecundò ſibi apparentem Genitricem Dei cum mirifico gaudio cernere.

## Anno autem mundi 5242. Christi 1259.

A ALbertus cognomento Magnus de Ordine Prædicatorum factus eſt in Bauaria Ratiſponenſis Epiſcopus. Sic habet hoc anno n. 16. in Annalibus Spondanus. De eo autem Chronicon Dominicanorum 1. parte lib. 5. cap. 45. & poſtmodùm alij communiter aduertunt, eum fuiſſe patria Sueuum, nobili genere ortum, vitæ probitate inſignem, & ob excellentem in omni diſciplina eruditionem cognomen Magni, etiam dum adhuc viueret, adeptum, atque apud Colonienſes ſacram Theologiam cum inſigni fama profeſſum. Tantæ eum fuiſſe doctrinæ ſcribit Bergomenſis lib. 13. vt non ſolùm nemo ei anteponendus ſit, ſed nec quidem æquiparandus. Nec mirum: cùm is ab ipſa S. Dei genitrice Maria; quam cultu præcipuo proſequebatur, & in qua requieſcunt omnes ſcientiarum atque gratiarum theſauri; dum hebetioris eſset ingenij, & in adoleſcentia exiſtens philoſophiam aſſequi deſperaret; dono ſcientiæ præditus ſit. Vt fuſiùs in citato Chronico enarratur, & apud Spinellum cap. 36. n. 43. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 4. §. 2. n. 4. Vincentium Charron, & Balinghem in Calendario 15. Nouembris, & innumeros alios. Qui etiam docent, cùm veniſſet ad prouectiorem ætatem & morti vicinam, quadam die Coloniæ publice profitentem defeciſſe memoria, oblitumque tot anteà tractatarum & à ſe explicatarum ſcientiarum, ſecundum quod ei prænunciarat Virgo, quando cæleſte ſcientiæ donum eidem contulit, vt ſic & verè diuinitus tot notitias ſe accepiſſe, ſciret, & vlteriùs valde fructuoſè proximi obitûs imminentíſque finis ſui admoneretur: idque tùnc auditoribus ſuis ipſum propalaſſe: videlicet ſibi, cùm, ob ingenij tarditatem, de deſerendo Religioſo inſtituto veniſſet in mentem, iámque de nocte ipſe ſcalas ſibi aſcendere ad tranſiliendum Monaſterij murum videretur; apparuiſse cum Deipara quatuor virgines, quæ ab abitu prohiberent; cauſantique ingenij tarditatem, conſilium dediſse, vt ad Matrem Domini refugium haberet: præuenit petitionem Virgo, & optionem tum Philoſophiæ tum alterius cuiuſlibet ſcientiæ votis obiecit Alberti: Ille eligens Philoſophiam naturalem, cui tunc iuuenis inſudabat, meruit ab eadem Virgine audire: *In extremo vitæ omnem tuam doctrinam inter docendum repentè amittes, quia naturalem ſcientiam potiùs quàm diuinam poſtulaſti.* Duos tantùm annos Epiſcopatum retinuit, quo deinde relicto, vixit ad annum 1280. morique ante ſe proinde conſpexit chariſſimum diſcipulum ſuum B. Thomam Aquinatem, qui anno Chriſti 1274. mortuus eſt, hoc eſt, ſexennio ante Albertum. Quid verò idem ipſe Alber-

tus ſenſerit de immaculata Conceptiooe Deiparæ, dubitare oon ſiount, quæ ſeueriùs pronuntiauit in tertium ſententiarum librum diſtinct. 3. Sed tamen, inquit Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 13. in ea ſeotentia Albertus minimè conſtans fuit: Nam in libro de Mariæ laudibus, à ſeipſo diſſentiens, immaculatam Virginis Conceptionem tradit his verbis: *Hæc enim Virgo ſola à communi illa regula excipitur: Omnes peccauerunt in Adam.* Quæ verba refert Caniſius libro 5. de B. Maria cap. 27. & à ſelecta Murciæ in Alberti prædicto libro affirmat prædictus in prædicto loco Salazarius. Verùm vt ingenuè fatear, nihil eiuſmodi reperire potui in libris Alberti Magni, quos anno 1651. viginti & vno tomis collegit, ac Lugduni excudit magno ſtudio Petrus Iammy ex Prædicatoria familia Doctor, & Conuentûs Gratianopolitani Religioſus ac Prior. Et verò illud Opus de laudibus Virgiois, quod Iammy repoſuit in vigeſimo tomo diſtinctum io duodecim libros, oon eſt Alberti Magni, ſed Richardi à Sancto Laurentio, qui paulò aotè Albertum floruit & de quo mentio facta à oobis eſt anno Domini 1230. litera D. Quod opus omnium manibus circumfertur atque legitur ſub Richardi nomine impreſſum, vt cuilibet videre licebit comparanti opus cum opere & libros cum libris: imo ab authoribus ſub hoc nomine citatur, vt maximè apparet in Vmbra virginea Nouatini. Quamuis ergo Albertus multa ſcripſerit de B. Virgine, præſertim Mariale iſtud oobile, quod eſt ſuper *Miſſus eſt*, & ducentas ac triginta quæſtiones continet: Item Biblia Mariana, in quibus ſacræ Scripturæ omnia fermè profert ordine teſtimonia, verſiculos, figuras, tropos, metaphoras, quæ aut Deiparam adumbrant, aut aliquo modo faciunt ad eiuſdem gloriam ac laudem: Et denique alia multa, tum Commentaria in *Magnificat* & Euangelia in quibus eſt ſermo de Virgine, tum Conciones, Proſas, Orationes, &c. vt Marraccius aduertit: non tamen oroaodus eſt, nec verò ornari indiget, ſpolijs aliorum, qui ſuis laboribus glorioſè ſanè & ſine menſura ſplendeſcit. Verùm eo omiſſo

Hoc eodem anno S. Ludouicus Galliæ Rex B fundauit in honorem S. Virginis Carthoſiam S. Mariæ de Valle viridi, vulgò *Vauuert*, io ſuburbio S. Germani Pariſijs, & in eo loco, in quo ſtabat antiquum palatium, quod dæmonibus infeſtum à nullis incoli poterat. Conſilium huius rei aggrediendæ dedit pia mulier, quæ, vt creditor, admonita de cælo fuit. Ergo vbi hunc locum incolere cœperunt Carthuſienſes viri Religioſi; dæmones, non tamen ſine lucta, recedere iuſſi ſunt ac tandem coacti, quod euenit anoo 1261. quando aliqoa demum in vſum Carthuſienſium ædificia ſurrexerunt. At Eccleſia tantùm anno 1325. per Epiſcopum Trecorenſem in honorem Diuæ Virginis conſecrata eſt. Ita Iacobus Breulius libro 2. antiquitatum Pariſienſium. Petrus Sutor lib. 1. de vita Carthuſiana tractatu 3. cap. 2. malè citatus à Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana, verbo Vallis viridis. Ex ijs autem Poiræus Triplicis cotooæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 45. & Vincentius Charron in Calendario 26. Iunij n. 1.

Inſuper Bzouius hoc anno n. 8. ex Ferdinando C Caſtilioneo mentionem facit Petri Fernandes, Conſalui Amaraothæ, Rudolphi Fauentini: quos ſingulares a *B.* Virgine gratiæ receptæ commendabiles faciunt. Nam Petros morti proximus Dei genitricem aſpexit cum S. Ioanoe Euangeliſta; & illa quidem voam, hic alteram coronam capiti eius impoſuit. Conſaluus Religionem *Diui Dominici* ingreſſus eſt monitu B. Virginis ſpectabiliter ſibi apparentis, iubentiſque vt illi Religioſo inſtituto ſeſe ocyùs daret, quod laudes diuinas & inciperet & finiret ſalutatione Angelicâ. Moribundus idem iterum Deiparam aſpexit comitatam copijs Angelicis, & audiuit vocantem ad gaudia æterna. Quin etiam plurimis tum viuus tum mortuus effulſit miraculis. De eo dicit aliqua Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 4. n. 12. Denique Rudolphus Fauentinus, qui fuit olim Confeſſor & conſcius omnium ſecretorum Diui Dominici, cùm eſſet anxius de diſceſſu quorumdam ab Ordine, apparuit illi Chriſtus cum B. Virgine, Sanctóque Nicolao, & diuinâ manu caput eius demulcens: *Ne turberis*, ait, *quamdiu Mater mea curam huius Ordinis gerit, non deerunt, qui iſtud Inſtitutum ſuſcipiant, &c.* Hos tres Bzouius aſſerit terram cum cælo commutaſſe.

## Anno deinde mundi 5243. Chriſti 1260.

A GVillelmus Vidius in Cantabrigenſi Academia adoleſcens, cum diſſolutiùs vioeret, raptus ad iudiciom Dei eſt, & dignus inuentus, qui pœnis æternis ob patrata crimina puniretur: dimiſſus eſt tamen ad agendam pœnitentiam, & dimiſſus impetratione B. Virginis, cui quotidie penſum aliquod ſanctæ venerationis perſoluere ſolebat. Rediens verò ex illo raptu ad ſe, chartam reperit in manu dextra ſua, in qua continebantur omoia peccata, quæ ſibi obiecta fuerant à dæmone, & exhomologeſi expiari debebant. Ita Bzouius hoc anno n. 19. ex manuſcripto Vaticaoo.

B Sed & in Italis latiùs ſe ſe effundere viſa eſt Confraternitas Diſciplinantium, quæ ad annum 1183. incboata, hoc anno Peroſij ab Eremita quodam nomine Reinerio fortiùs excitata, totam peruaſit Italiam, ita vt paſſim per vrbes & per agros occurrerent cateruæ ſe ſe flagellantium, & ſuis illis pœnis opem à Deipara & auxilium à Sanctis, cootra impendeotem corporum luem aliáſque de cælo minas, vrgentiſſimè petentium. De hac re agit Sigonius libro 19. de regno Italiæ, & libro 3. de Epiſcopis Bononienſibus. Spondanus item hoc anno n. 12. & Bzouius anno 1261. n. 12. atque anno 1262. n. 4. Qui flagellantes iſtos confundere videntur, cum militari illo Ordine S. Mariæ glorioſæ, de quo dictum eſt anno 1233.

C Moritur hoc etiam anno 19. Februarij, Beatus Bonifacius, Lauſanenſis, ſicut teſtatur Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium pagina 371. hoc eſt, parte 1. diſtinctione 32. cap. 7. Cuius & piiſſimum in Deiparam affectum, & tres viſiones, quibus hunc pia Virgo ſuauiſſimè recreauit, etiam poſito in vlnis eius infantulo Chriſto, iucundiſſimè deſ-

cribit. Hanc eius mortem Gononus reponit ad annum 1460. adeóque tardiorem ducentis annis facit, quam opus ſit. De hoc Bonifacio mentionem habet Miræus in faſtis Belgicis 17. Februarij, quem ait fuiſſe ciuem *Bruxellenſem*, *Doctorem Pariſienſem*, & per decem annos Epiſcopum Lauſanenſem, ſepultum in Camera *B.* Mariæ, cœnobio Virginum Ordinis Ciſtercienſis non procul à Bruxella.

D Hoc vlteriùs anno famam habuiſſe dicitur Ioannes Guallenſis, Minorita, ob inſignes fructus quos, tum religione, tum doctrinâ ferebat vulgò appellatus *Arbor vitæ*. Hic Sermones ſcripſit pro præcipuis Deiparæ feſtis. Quod fusè teſtatur Bibliotheca Marraccij. Deinceps

## Anno mundi 5244. Chriſti 1261. Alexandro Papæ mortuo ſuffectus eſt Vrbanus quartus, Trecenſis patriâ; natione Gallus, deuotione in auguſtam Euchariſtiam valde commendabilis.

A IPſe ſiquidem feſtum Sanctæ Euchariſtiæ, quod communiter appellant *Feſtum corporis Chriſti* ſolemne inſtituit, vt patet vel ex ipſo Officio feſti illius. Dicitur & dediſſe Indulgentiam triginta dierum deuotè recitantibus *Aue Maria*; ita Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 9. §. 3. n. 2. Id vnde babeat neſcio, cùm repetire non potuerim in Pontificum actis; ſed quid ſimile habetur de Vrbani ſucceſſore Clemente, vt dicetur anno Chriſti 1268. Si quis verò pulchereima velir babere de ſalutatione Angelica, legat Caniſium libro 3. cap. 3. de B. Maria.

B Hoc deinde anno Michaël Palæologus, in Oriente Imperator, auditâ Conſtantinopolis occupatione factâ per ſuos, ſtatim accurrens, eam vrbem pedes, præcedente ſacrâ Imagine Beatiſſimæ Virginis Hodegetriâ dictâ, quaſi viæ demonſtratrice, ingreſſus eſt. Sic Spondanus hoc anno n. 12.

C Beatus quoque Bonfilius, vnus & primus ex ſeptem Ordinis Seruitarum Conditoribus, migrauit è vita. Cùm enim interfuiſſet Matutinis horis, eſſétque cum fratribus, vox cælitus audita eſt dicens: *Bonfili, quia obediſti voci filij mei, veni & centuplum ac vitam æternam accipe.* Poſt quam vocem, iterum alia audita eſt, &, exſpirante illo, feſtiuus inſonuit canentium Angelicorum ſpirituum chorus: *Subuenite Sancti Dei, &c.* qui haud dubiè ſeruum Virginis ad æternam fœlicitatem deduxerunt. Corpus eius ſuauem odorem, & cæleſtem quemdam ſplendorem ſpirare viſum eſt. Quæ notauit Michaël Seruita in Chronico Seruitarum. Et poſt eum Bzouius anno præſente n. 13. Gononus in vitis Patrum Occidentis, Poiræus Triplicis coronæ tract. 3. cap. 13. §. 2. n. 5. Vincentius Charron in Calendario 17. Iunij n. 1.

D Obiit etiam hoc anno Beatus Romæus Dominicanus, tanto zelo flagrans in Deiparam, vt eam quotidie mille ſalutationibus, in genua flexus, ſalutaret. De myſterio Incarnationis creberrimè verba faciebat, & in omnibus anguſtiis ſuis ad B. Virginem, tanquam ad Matrem ſuam fidentiſſimè confugiebat. Vigeſimo quarto poſt mortem anno, corpus eius refoſſum integerrimum repertum eſt, & ante altare D. Virginis reconditum cum hac inſcriptione.

*Hac ſunt in foſſa fratris Venerabilis oſſa*
*Dicti Romæi, qui fuit arca Dei.*
*Hic leſum atque piam dilexit valde Mariam.*

Sic habet Chronicon Prædicatorum, & Bzouius hoc anno n. 9. & Spinellus cap. 38. n. 17. ac Vincentius Charron in Calendario 3. Nouembris n. 7.

## Anno autem mundi 5245. Chriſti 1262.

A HVgo de S. Caro ex Ordine Prædicatorum, natione Gallus; quem Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis Burgundum, Poſſeuinus in Apparatu Delphinatem, vterque, ſicut omnes alij, vocant Cardinalem S. Sabinæ. Marraccius primum ex ſuo Ordine Cardinalem; moritur, vt ait Poſſeuinus, & docet Miræus in Chronico Belgico; nam Bellarminus eius mortem reijcit ad annum 1264. ſicut, & Frizon: malè autem Marraccius ad annum 1460. Hic in illis commentariis, quæ in vniuerſum tum vetus, tum recens Teſtamentum ſcripſit, multa & in ſenſu literali, & in ſenſu morali, & in allegorico, in laudem B. Virginis immiſcuit. Inter alia bæc notat Salazarius lib. de Conceptione cap. 42. ſæculo 13. tanquam plurimùm valentia ad immunitatem ab labe originis in Maria, quæ habet Hugo in cap. 10. Lucæ: *Primum Mariæ priuilegium eſt immunitas à peccato.* Deinde in illa verba Lucæ 2. Inueniſti gratiam apud Deum: *Inueniſti*, inquit, *quicquid Eua amiſerat*: quæ videlicet amiſerat gratiam originalem, quam proinde Virgo inuenit. Notat verò Frizon in Gallia Purpurata, Hugonem, à loco Natiuitatis ſuæ, vocatum etiam fuiſſe Hugonem de S. Theodorico: & in eius ſepulchro, quod eſt Lugduni, præter notam temporis eius obitûs quæ eſt anni 1264. die 17. Martij, legi inter alios hos duos verſus:

*Iſte fuit, per quem patuit doctrina Sophiæ,*
*Præco Dei, Doctor fidei, Citbariſta Mariæ.*

B Fertilis adhuc admodùm fuit Ordo Prædicatorum in Scriptoribus Marianis: ad nouem enim Bibliotheca Mariana enumerat, qui florentes hoc anno Sermones ediderunt in præcipuas Beatæ Virginis Mariæ feſtiuitates. Horum nomina ſunt, Antonius de Nazario, Benedictus Vrbeuetanus ſiue de Vrbe veteri, Franciſcus Galuanus, Guillelmus Kingeshamenſis, Ioannes Lampugnanus, Ioannes de Oppreno, Matthæus de Gritis, Petrus Gallus, & Petrus de la Scala. Nunc autem

## Anno mundi 5246. Chriſti 1263.

A IN Hiſpania Mauri ab Alphonſo Rege Caſtellæ, & Iacobo Rege Aragoniæ validè contriti ſunt; vrbéſque & præſidia recepta, præter Murciam, quæ anno tantùm Chriſti 1266. recuperata eſt, vt habet Spondanus anno 1262. n. 6. poſt Marianam lib. 13. cap. 14. & 15. Gomeſium, Suritam, & alios Hiſpanicos Scriptores, Quo

Digitized by Google

etiam tempore Iacobus Aragnnum Iudæos ad fidem conuertere tentans, & certè conuertens, diuerſas ſanctiones in eam rem fecit, illámque præcipuè quâ ſummopere inſtabat, vt ſi qui Iudæi in Chriſtum aut in Matrem eius blaſphemi exiſterent, tum corporalibus, tum aliis pœnis conſtantiſſimè punirentur. Ita Bzouius habet anno 1263. n. 17. Sed &

## Anno mundi 5247. Chriſti 1264.

A Feſtum corporis Chriſti celebrari cœpit per vniuerſum Orbem, inſtituente ac mandante Vrbano Pontifice, & S. Thoma Aquinate Officium componente: cuius feſti lætitiam Beatiſſima Virgo non parua ex parte, tanquam ſibi communem cum filio, participat. Ille enim nobis eſt datus, nobis natus ex intacta Virgine; & ſicut Corporis Chriſti ſacramentum eſt quædam extenſio Incarnationis, ita feſtum Corporis Chriſti, eſt quædam ſolemnitas fœcunditatis Virgineæ per quam Verbum æternum ad nos ſe ſe extendit. Poſtmodùm

## Anno mundi 5248. Chriſti 1265. Clemens quartus Vrbano quarto ſubrogatur.

A Quo etiam anno, inquit Bzouius n. 8. Beatus Ægidius Poncellanus, Luſitanus genere, Religione Prædicator, è viuis ſubripitur. Hunc vocauerat idem Bzouius anno 1230. n. 9. Ægidium Valladarium, & inſignem in nequitijs, necnon in magia immerſum, dum in ſæculo viueret, deſcripſerat: quem miles armatus diuinitus apparens, vt ad frugem rediret, admonuit, & Sanctiſſima Virgo pientiſſimè adiuuit, vt ſyngrapham, quam cruore proprio ſcriptam dæmoni tradiderat, tandem recuperaret. Poſt triginta & quinque annos duræ & ſalubris & verè ſingularis pœnitentiæ, obijt clarus miraculis, tum ante, tum poſt mortem geſtis, atque à Luſitanis feſtum eius celebrari aſſolet.

B Hoc quoque tempore floruit, vt vult idem Bzouius n. 9. Sanctus Herthinodus, Gotbus, cui cùm apparuiſſet Chriſtus crucifixus, orauit vt ipſa quoque Sanctiſſima Virgo ſibi viſibiliter appareret: quod & factum eſt, dolorémque prioris viſionis, ſequentis ſuauitas non parùm temperauit.

## Anno deinde mundi 5249. Chriſti 1266.

A Alphonſus Caſtellæ Rex cognomento Sapiens, & Aſtrologus, vrbe Murcià à Mauris hoc anno receptâ, Deiparæ templum in ea architectatus eſt. Sic docet Spinellus tractatu de templis Deiparæ n. 63. qui eiuſmodi templum ædificatum dicit anno 1250. ſed omninò non rectè, cùm non ante hunc annum Murcia recepta ſit, vt patet ex Spondano in Annalibus Eccleſiaſticis anno Chriſti 1262. n. 6.

B Hoc verò adhuc anno, vt quidem putat Poſſeuinus in Apparatu, Simon Stokius, Anglus ex Cantiæ Comitatu, ſcripſit Antiphonas & Reſponſoria ad B. Virginem, quas Eccleſia recepit. Sic Poſſeuinus; ſed non explicat quænam ſint illæ Antiphonæ, quæ Reſponſoria; & difficilè eſt coniectari, cùm aliunde nec liber à Simone compoſitus venerit in manus meas, nec vllus alius author mihi lucem aliquam prætulerit. Similiter non conſtat vtrum Simon iſte Stokius ſit idem aut diuerſus à Simone Stock, de quo dictum eſt anno Chriſti 1250. quique obijt & Burdigalæ ſepultus eſt anno 1259. quique proinde aut prædictas Antiphonas & Reſponſoria non ſcripſit, aut citiùs quàm hoc anno ſcripſit, etto antea compoſitas fortè hic tantummodò annus in vulgus ediderit. Verùm

## Anno mundi 5250. Chriſti 1267.

A Sophia Sanctæ Elizabethæ Hungaricæ filia aliquot antè annis mortua Machtildem ſororem mariti ſui, quam ſuperſtitem reliquerat, & deuotionis ſuæ in Deiparam participem fecerat & hæredem, demum morte Machtildis interueniente, conſortem habuit immortalis in cælo gloriæ & lætitiæ. Eſt verò hîc de vtriſque notandum, quòd, cùm Sophia aliquot Diuæ Virginis ſtatuas à Matre ſua accepiſſet; eas, antequam moreretur, diſtribuit tum Monialibus Carmelitanis, tum etiam Machtildi: vnam ſcilicet dedit Monialibus prædictis commorantibus Viluordiæ non longè à *Bruxella*, quæ miraculis & olim & nuper effulgens *Diuæ Conſolatricis* nomen obtinuit; cui Iſabella Clara Eugenia anno 1622. coronam auream gemmis atque vnionibus diſtinctam aliáque munera obtulit. Tres alias conceſſit Machtildi, quas illa quamdiu vixit habuit in veneratione, & iam moritura, hoc anno 1267. diſpertiuit & locis ſuis quamlibet aſſignauit; vnam Graueſandæ, veteri Hollandiæ oppido, ſiue monaſterio Loſdunenſi, quod condidit; alteram Harlemi monaſterio Carmelitarum; tertiam denique Hallis in Hannonia collocari voluit, quæ vſque hodie prodigijs effulget, & Principum aliorúmque donarijs ac votiuis tabulis ornatur. De hac poſtrema egregium opus Iuſtus Lipſius compoſuit, Virgo Diua Hallenſis dictum, ex quo hæc decerpta ſunt; quæ etiam habet ea eo Miræus in faſtis Belgicis prima Dominica Septembris.

B Hoc quoque anno moritur Sanctus Silueſter, Inſtitutor Ordinis de Montefano, de cuius in Deiparam deuotione iam dictum eſt Chriſti anno 1248.

## Anno autem ſequente; mundi quidem 5251. Chriſti verò 1268.

A Clemens Pontifex, ad petitionem Sancti Ludouici Francorum Regis, conceſſit omnibus pronuntiantibus toties quoties ſequentem de B. Virgine orationem tres annos Indulgentiæ: *Benedictum ſit dulce nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Matris eius in æternum & vltra. Amen. Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.* Ita Spondanus hoc anno n. 14. ex authore faſciculi temporum.

Sed & Carolus Dux Andegauenſis, frater S. Ludouici prædicti, Conradinum Sueuiæ Ducem, contra ius & ſas inuadentem regnum Siciliæ, iuſto bello profligat; eúmque captum, ſimúlque Fridericum de Aſburg, ſiue Auſtrium, ambos, ſeueriore minúſque laudato conſilio, capite detruncari iubet. Ferunt Friderici reciſum caput, dum calorem extremum vitámque exſpiraret, Diuæ Virginis & ſemel & iterum diſertis verbis nomen pronuntiaſſe. Ferunt etiam, quòd prædictus Carolus non ante pugnam cum Conradino iniit, quàm votum emiſiſſet de condendo Monaſterio in honorem Virginis, quod deinde magnificum extulit, ſub titulo *Diuæ de Victoria*, & magnis redditibus dotatum concredidit S. Benedicti monachis, cum hoc onere, vt orarent pro ſe & ſuis, & eorum animis, qui in prælio contra Conradinum pugnato ceciderant. Hæc tum Baouius hoc anno n. 5. & 11. tum Spondanus n. 4. quorum prior addit corruiſſe poſt multos annos nobile huius monaſterij templum grauiſſimo terræmotu compulſum: quod antè notarat Faſelus in ſuo opere de rebus Siculis.

Addit Spinellus tractatu de templis n. 51. ab eodem Carolo Andegauenſi, qui primus fuit huius nominis Neapolitanus Rex, hoc eodem anno Neapoli conditum fuiſſe templum *S. Mariæ Nouæ* & Minoribus attributum. In cuius templi Sacello, quod eſt ad dexteram aræ maximæ, piiſſima imago *S. Mariæ* dictæ *à gratia* venerationem habet, & eſt miraculis illuſtris: In altero Sacello, nunc corpus aſſeruatur B. Iacobi à Marchia Anconitana dicti, quem aliquot deinde poſt ſæculis Deipara Virgo Laureti, inſanabilis morbi importunis æſtibus exemit. Id habet prætereà Chronicon Minorum parte 3. libro 6. cap. 3. vbi de Iacobo teſtatur, eum vitæ ſanctitudine & zelo animarum fuiſſe conſpicuum. Verùm

## Anno mundi 5252. Chriſti 1269.

SVblata eſt ex viuis Beata Iſabella Franciæ, ſoror optima optimi fratris S. Ludouici Regis Galliæ, quæ prope Pariſios ad fluuium Sequanam Monaſterium Longicampi fundauit in honorem Humilitatis Beatiſſimæ Virginis, illúdque tradidit S. Claræ Monialibus; in quo & ſepeliri voluit, vbi funus eius cohoneſtauit Ludouicus. Sic habet Iacobus Breulius libro 4. antiquitatum Pariſienſium, & Vincentius Charron in Calendario 23. Februarij n. 2. necnon Spondanus hoc anno n. 7. vbi etiam claruiſſe miraculis Iſabellam aſſerit, & in album relatam Beatorum. Cui conſentiunt Vvaddingus & Cantipratanus, quos ipſe citat.

Rurſum obijt apud Præmonſtratum B. Ioannes Præmonſtratenſis Abbas, ſingulariter à Deipara dilectus, à qua & viſitari, & pluribus ornari fauoribus meruit: cuius etiam cultum ipſe non mediocriter promouit, ſtatuendo publica ieiunia, variáſque orationes in eiuſdem honorem. Quæ omnia habet Ioannes le Paige in Bibliotheca Præmonſtratenſi.

Meminit quoque ad hunc annum Baonius n. 4. 5. 10. diuerſarum Deiparæ Imaginum, quas circa hoc tempus portentis effulſiſſe putat: item Reliquiarum ope Diuæ Virginis inuentarum in vrbe Patauina. Prior imago Neapoli fuit, quam aleator quidam iactura ſua demens pugione percuſſit, & fœdatam ſanguine ex vulnere in ipſa imagine exorto, triſti ſpectaculo reliquit. Altera emicuit Lucæ in Italia, vbi fundata Eccleſia eſt *S. Mariæ à Roſa*. Quæ ſic dicta eſt ob miraculum roſæ, quæ floruit menſe Ianuario ante ſtatuam Diuæ Virginis prope muros Lucenſis ciuitatis, quámque colligens & deferens ad patrem ſuum paſtor hactenus mutus, confeſtim locutus eſt. Huius inuentionem ad longum exponit Cæſar Franciotus in hiſtoria Lucenſi, & meminerunt Poiræus Triplicis coronæ, tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 102. & Vincentius Charron in Calendario 13. Februarij n. 2. Reliquiæ demum, quæ indicio S. Deiparæ repertæ ſunt, ſunt Patauinorum martyrum in quodam puteo iamdudum antè occultatæ; has enim vt inquireret Patauij in maiore templo, Iacobæ Veronenſi iterata vice præcepit Beatiſſima Virgo, ſplendidiſſima luce eidem ſe conſpiciendam præbens. Quod, præter Baouium, commemorat Iacobus Cauacius in hiſtoria Diuæ Iuſtinæ Patauinæ, & ex eo Balinghem initio Maij. Nunc autem

## Anno mundi 5253. Chriſti 1270.

HOnor Galliæ noſtræ S. Ludouicus Francorum Rex, gemma ſanctitatis, & Deiparæ cultor illuſtriſſimus, ex hac vita migrauit ad gaudia cæli. Fructus hic ipſe fuit incepturientis deuotionis Roſarij, obtentus à Deo per hanc deuotionem, quæ & ipſius curâ non paruum habuit in toto regno & mundo incrementum. Sed prætereà ipſe ſingulis diebus Officio Diuæ Virginis aut præſentem ſe exhibebat, aut in eodem perſoluendo, ſi negotia impediſſent, tempus debitum impendebat. Tribus pauperibus ſingulis diebus Sabbati in Virginis venerationem, & pedes abluebat, & cibum tribuebat. Profectus in Syriam Nazarethanam in eo loco domum reliquáque Chriſti Domini Matriſque eius veſtigia ineffabili quodam animi ſenſu tenerentiáque inuiſit. Eccleſias penè ſine numero in Deiparæ honorem aut auxit aut erexit: Inter quas hæ præcipuè eminent: Carthuſia viridis vallis Pariſijs, quæ locum occupat in quo antiquum erat Palatium Regum: deinde Sancta ſiue Regia Capella, in qua condidit præclaras tum Chriſti, tum B. Virginis reliquias; Abbatia Regalis montis in diœceſi Bellouacenſi, in qua Abbatia Ludouicus leproſo monacho cibum potúmque miniſtrauit, prorumpente in lachrimas ſpectante id Abbate; Eccleſiæ quatuor Mendicantium: Hoſpitalia: templa S. Mariæ de redemptione captiuorum, vulgò *des Mathurins*: Cæcorum ad trecentos; Filiarum Dei; Beguinarum; aliáque Vallis-Scholarium; necnon apud Pontiſaram, Compendium, Vernonem, & ſimilia, quæ habentur in eius vita. Mortuus eſt autem ore inuocans veneranda nomina *Ieſu* & Mariæ; & poſt exantlatos immenſos labores in profectione iterata terræ Sanctæ, demum obijt Tuneti in Africa. Quæ omnia manifeſta ſunt ex vita S. Ludouici ſcripta per Confeſſarium eius Gaufridum de Bello loco; & ex Ioninuilla in hiſtoria eiuſdem Regis. Item ex

Digitized by Google

omnibus huius temporis Galliæ Scriptoribus. Porrò

B Sanctum Ludouicum præceſſit aliquot huius anni menſibus S. Margarita filia Belæ Regis Hungariæ, quod teſtantur Acta vitæ eius apud Surium 28. Ianuarij. Ex quibus etiam habemus, quòd illa Sanctiſſima anima B. Virginem præcipuo venerabatur affectu. Nam vbi tres annos & ſex menſes attigit, ingreſſa Veſprimienſe Monaſterium, preces horarias Beatiſſimæ Deiparæ intra medium annum perfectè didicit, & cum alijs recitauit. Vbicunque videbat S. Mariæ imaginem, flexis genibus ſalutationem Angelicam proferebat. In vigiliis feſtorum B. Virginis non niſi pane & aquâ veſcebatur. Monaſterium Inſulæ Danubij, quod pater eius fundauerat, dedicari in honorem Matris Domini expetijt. Quoties audiebat quempiam pronunciantem nomen Mariæ, ſubijcere ſolebat, *Matris Dei & ſpei meæ.* In ſingulis quoque eiuſdem feſtiuitatibus, ac infra Octauas, offerebat eidem Sanctiſſimæ Matri mille ſalutationes Angelicas, ad ſingulas quaſque humi ſe proſternens: alia denique innumera patrabat in venerationem & gloriam eiuſdem Dei genitricis, de quibus Spinellus tractatu de Virginibus n. 63. paginâ 837. Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 28. Ianuarij. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 46. Gononus in Chronico, & alij.

C Hoc eodem anno Carolus Andegauenſis, Neapolitanorum Rex, hoc nomine primus, Neapoli ædificare cœpit Archiepiſcopalem Baſilicam dedicatam Deiparæ Aſſumptæ: quod notat Spinellus de templis n. 42. Scriptores verò Mariani floruerunt: ex Dominicana quidem familia Sifridus de Arena librum edens ſuper Canticum *Magnificat*: & Nicolaus Fortiguerra Conciones in præcipuas Diuæ Virginis feſtiuitates, quem factum Alerienſem in Corſica Epiſcopum, contigit hoc anno animam Creatori reddere. Ex Ordine Vallis Vmbroſæ Ioannes Cellenſis, ſiue de Cellis, qui librum ſcripſit prænotatum: Mores Beatæ Mariæ Virginis. Demum Richardus, ex Ordine Minorum, factus Archiepiſcopus Remenſis, à quo prodierunt Sermones feſtorum Dei genitricis Mariæ. Quæ omnia patent ex Marraccio in Mariana Bibliotheca.

D Sed & per Italiam ac Galliam; vt habet Bzouius ex directorio inquiſitionum; peruagati ſunt noui Manichæi, & hæretici Valdenſes. Manichæorum eiuſmodi, inter cæteros, error erat; Beatam Virginem non fuiſſe Dei matrem veram, non fuiſſe mulierem ex carne compoſitam, ſiue carnalem & aptam ad carnalem filium habendum; ſed quæ generaret filios Dei, prout ingrediuntur ad iſtorum Manichæorum ſectam. Valdenſium verò iſte alius error erat. Nec ſalutationem Angelicam, nec aliam vllam orationem, præter *Pater noſter*, vſurpandam eſſe; quia hæc ſola oratio per Chriſtum ordinata erat.

## Anno mundi 5254. Chriſti 1271. Gregorius decimus Clementi Pontifici ſuccedit.

A QVo eodem anno vt vult Bzouius, nam Spondanus reponit ad annum 1269. alij ad alium: Carolus Andegauenſis, Neapolis & Siciliæ Rex Luccrinam ciuitatem in Apulia a Saracenis, qui eam inuaſerant, tandem aliquando recepit: ſed, inquit Hiſtoria Sicula, ipſo die Aſſumptionis, cuius diei occaſione eam nomine Mariæ Carolus inſigniuit, iubens appellari *Ciuitatem Mariæ.*

## Anno deinde mundi 5255. Chriſti 1272.

A HEnricus tertius Angliæ Rex ſceptrum mortale hoc anno cum vita deſeruit, vt habet Claudius Robertus in Catalogo Regum Angliæ, & Spondanus hoc anno poſt Vvalſinghamum; Polydorum, & alios Anglicæ rei hiſtoricos. De Henrico autem tum ipſe Spondanus n. 5. tum Vincentius Charron & Balinghem 22. Nouembris ex Manuſcripto Vaticano commemorant, eum eximium fuiſſe in ſacris ædificijs atque donariis, & nominatim in regio Sacello B. Mariæ Vveſtmonaſterienſi, in quo lapidem angularem ipſe poſuit, & ſuæ magnificentiæ præſtantiſſimum reliquit monimentum, in quo demum hoc anno conditus eſt.

B Ad hæc tempora nonnulli referunt glorioſos ex hac vita diſceſſus nonnullorum Patrum, qui primi Seruitarum Ordinem in honorem Virginis condiderunt: videlicet Soſthenis, Vgncionis, ac Philippi etiam Tudertaui: quorum alij aut præmoniti a B. Virgine de hora mortis ſuæ, aut ab eadem ad cæli regnum inuitati, vitam hanc reliquerunt. De his vide, ſi lubet, Poiræum in Triplici corona tractatu 3. cap. 13. n. 8. 9. &c. Gononum item in vitis Patrum Occidentis. Philippum certè probabiliùs eſt tantùm mortuum eſſe anno Chriſti 1285. vt ibidem dicetur ex Bzouio & Archangelo Giano. Interim

## Anno mundi 5256. Chriſti 1273.

A APud Rodenburgum in Belgio miracula edi cœpta ſunt in Deiparæ laudem; quod non ſiluit Bzouius hoc anno n. 3. citans librum 9. Annalium Flandriæ.

B At Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij, fœlicem tranſitum ex hoc mundo B. Balduini de Axella, Dominicani, refert, qui accidit, vt ait, anno Domini 1273. Hunc Beatum ſanctiſſima Virgo, cum Ordinem tentatione agitatus deſerere pararet, & antè tamen ad Virginis altare orationem effunderet, dormiturientem inuiſit, & myſtico duorum ſcyphorum guſtatu admonuit perſeuerantiæ in Religioſo viuendi inſtituto, quam ab illo ipſa requirebat: inſipidus ſiquidem ſæcularis vitæ ſcyphus, gratus verò & ſapidus religioſæ vitæ videbatur: quo proinde diuerſo & contrario guſtatu perſuaſus eſt vitam Religioſam, quam bene cœperat, generoſè continuare.

C Scripſit quoque hoc anno, aut circiter, Laudes Diuæ Virginis Conradus à Mure, primus Cantor Eccleſiæ Tigurinæ & Canonicus, de quo loquitur Poſſeuinus in Apparatu, & vixiſſe hoc anno dicit. Claruiſſe etiam videtur Dauid ab

Auguſta, ex Ordine Minorum, cuius Scripta plena ſucco deuotionis vtiliter leguntur, præſertum Sermones io præcipuas Deiparæ feſtiuitates. De hoc Marraccius in ſua Bibliotheca, poſt Vvillothum & Vvimphelingum. Poſt hæc

## Annum mundi 5257. Chriſti 1274.

A

NObilitarunt Confirmatio Ordinis Cæleſtinorum, & geminus obitos duorum in Eccleſia Dei ſplendidiſſimorum ſyderum, ſcilicet S. Thomæ Aquinatis, atque Sancti Bonauenturæ: quæ omnia quoque non parum contulerunt ad Beatæ Virginis ſingularem gloriam. Nam quod ſpectat ad Cæleſtinorum Ordinem, Petrus de Alliaco, qui Epiſcopus fuit apud Cameracenſem vrbem, necnon etiam Cardinalis; Dionyſius Faber; Benedictus Gononus; & alij; in vita B. Petri Cæleſtini aduertunt, fuiſſe confirmatum in Concilio Lugdunenſi à Gregorio decimo: hoc autem anno celebratum eſt iſtud Concilium. Ex quo cùm rediret Petrus Cæleſtinus, & requieſceret iuxta vrbem Aquilam in loco Colliſmadij, ſcalam ſicut Iacob aſpexit, & Virginem in ſummitate eius ipſi Petro præcipientem, vt eo in loco Eccleſiam in ſui honorem ædificare vellet. Quod ſic Petrus abſoluit, vt tandem labentibus annis, veluti pro merita de Deipara mercede, illò habuerit corpus ſuum deferri, & ex finibus Campaniæ mirabiliter delatum ibidem poſt mortem conſeruari. Quæ res non parum oſtendit hunc Ordinem eſſe ſub clientela Matris Dei. Præter hæc verò ipſe Petrus, adhuc vix triennis, alterius oculi, quo priuatus morbo fuerat, fœliciter vſum recepit ope B. Virginis. Quin & ſæpiſſimè viſitatus ab ea eſt comitante S. Ioanne Apoſtolo. Et monaſticam vitam Fauentiæ edoctus, in Monaſterio B. Virginis à Monte Carmelo eius rudimenta percepit. Quæ omnia indicant, quo animo fuerit Petrus Cæleſtinus in Sanctam Deiparam; & quo in eandem eſſe debeant tanti Patris alumni. Interim

B Ad Concilium Lugdunenſe dum iuſſu Papæ properat S. Thomas Aquinas, diem extremum claudit in Monaſterio Foſſæ Nouæ Diœceſis Terracinenſis in Latio; vt habetur ex vita eius apud Surium 7. Martij. Ea qua etiam conſtat, eum adhuc lactentem, cùm à nutrice chartâ quadam, in qua inſcripta erat ſalutatio Angelica, priuaretur, à lachrimis & gemitibus non antè quieuiſſe, quàm reddita eſſet; quam redditam ſtatim deglutiuit, eo quaſi indicio præſignificans, quantùm ſibi vellet deuotionem erga Deiparam in præcordijs eſſe & quodammodo incorporari. Rurſus, cùm initio vitæ religioſæ ineundæ, caſtitas eius oppugnata eſſet, non habuit quò ſecuriùs poſt Deum recurreret, quàm ad Virginem Matrem, per quam & illam obtinuit, miſſis duobus cæleſtibus Ephebis qui lumbos eius conſtringerent. In ſuis ſcriptis, eruditis illis & doctiſſimis, cùm multa de B. Virgine, quando ſe præbet occaſio, magnificè dicat, tum illud maximè quòd eius Maternam dignitatem infinitam quodammodo aſſerit, primâ parte, quæſtione 25. articulo 6. ad quartum. Et quamuis in tertia parte, quæſtione 27. art. 2. aliiſque etiam in locis perſpicuè doceat Virginem Deiparam in peccato originali conceptam fuiſſe, ubi tamen in hac re contrarius fuit alijs in locis, & præſertim in primum librum ſententiarum, diſtinctione 44. quæſtione 1. art. 3. ad 3. vbi expreſsè docet, eam a peccato originali & actuali immunem fuiſſe his verbis: *Puritas intenditur per receſſum à contrario. Et ideo poteſt aliquod creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nulla contagione peccati inquinatum ſit: & talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit.* Hæc S. Thomas. Ex quibus vberrimè patet, ancipitem in hac materia fuiſſe Angelicum hunc S. Doctorem. Quod non impediuit, quò minùs in Domo conſecrata Deiparæ, & velut in eius Virgineo ſinu, hoc eſt, Foſſæ nouæ, Monaſterio videlicet Ordinis Ciſtercienſis S. Virgini ſacrato, animam Deo ſuo redderet, vnde poſteà Toloſam corpus eius tranſlatum eſt.

C Sanctus verò Bonauentura venit quidem iuſſu Pontificis ad Concilium Lugdunum; ſed in eo cùm eſſet, morte interueniente ſublatus eſt, vt habet Vvaddingus, & Spondanus hoc anno, & Acta vitæ eius apud Surium 14. Iulij, & innumeri alij. Ex vita verò eius, ſicut & ex ſcriptis, agnoſcimus eum prolixè amatorem & laudatorem Diuæ Virginis extitiſſe. Nam præterquàm quòd totus eſt ipſe in laudanda Virgine, in cuius honorem librum illum compoſuit, quem *Speculum B. Virginis Mariæ* inſcripſit, in quo perfectiones Deiparæ Seraphicè explicat: & præterea Pſalterium ex pſalmis, ad inſtar Dauidici Pſalterij, & Officium, & Litanias, & hymnos, aliáque innumera, in quibus ſe ſe effert teneriſſimus quidam affectus, atque ſuauiſſimus odor deuotionis in Deiparam. Inſuper in negotijs, quæ paſſim ipſi occurrebant, ad eam velut ad certum præſidium confugere ſolebat; ad eam item vt confugerent omnes frequenter incitabat; atque tum per ſe, tum per Ordinis ſui Concionatores egregios populum & ardenter & crebrò ad amorem illius commouebat; commonebat etiam vt per ſalutationem Angelicam, poſt Completorium pulſatâ campanâ, eam quilibet honorarent; vt Confraternitatem *Diuæ Mariæ de Confalone* ſuſcipientes, ſtatas in ea ad venerationem Diuæ Virginis preces effunderent non omitterent. Toto deinde ſuo in Ordine (Generalis etenim fuit) id vnum inſtituit, quod deinceps tota in Eccleſia ritè vſurpatum eſt, vt à Natiuitate Chriſti ad Epiphaniam in fine hymnorum diceretur, *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.* Denique pulcherrimè & magnificè ſemper de Virgine & loquitur & ſentit: In epiſtola, quam ipſe vocat 25. memorialium, in qua quædam ad piè viuendum tradit, de Deiparæ cultu ſic loquitur: *Glorioſam Reginam Domini noſtri matrem benedictam in ſummo habeas honore, & ad eam in cunctis tuis neceſſitatibus tanquam ad refugium tutiſſimum te conuertas, illam in tuam aſſumens aduocatam: deuotiſſimè ac ſecurè tuam ei cauſam committas, quia mater eſt miſericordiæ, quotidie ſtudens ei ſpecialem reuerentiam exhibere. Et vt tua deuotio ſit ei grata, eius puritatem mente & corpore in te ſeruando, toto conatu nitaris, humilitate & manſuetudine eius veſtigia imitari,* &c. In Speculo autem lectione 8.

lectione 8. circa duos trientes: *Ipſa eſt*, inquit, *quâ maiorem Deus facere non poſſet. Maiorem mundum poſſet facere Deus, maius cælum poſſet facere Deus; maiorem matrem, quàm matrem Dei non poſſet facere Deus.* Quamuis autem io tertium ſententiarom diſtioctione 3. & in Speculo oonnolla contra puram eius Conceptionem eloqui videatur, ipſe tamen poſteà à ſeſe diſſentiens cootrarium faſſus eſt, ac potiſſimùm ſermone de B. Maria ſecundo, vbi hæc io termiois habet: *Dico primò, quòd Domina noſtra fuit plena gratiâ præueniente in ſua ſanctificatione, gratiâ ſcilicet præſeruatiuâ contra fœditatem originalis culpæ, &c.* Vnde explodeoda eſt illa reuelatio, quæ io libro illo, qui appellatur, *Dormi ſecurè*, de Booauentura, quaſi anxio, & poſt mortem punito ob ſenſa quæ habuit de Conceptione, continetor: quam egregiè reijcit Salaaar, vt reijcieoda eſt, de Conceptiooe cap. 42. ſæculo 13.

D His Sanctis adiungit Bzouius n. 20. ex Annalibus Prædicatorum, B. Humbertum Generalem ſui Ordiois, qui ab aliis reijcitur io annum ſequentem. Hic adhuc Scholaſticus Pariſijs tantâ erat io Deiparam deuotione, vt quotidie ædem illius cum pietate frequentaret. Verùm glorioſior fuit, & coram hominibus illuſtrior, deuotio S. Raymuodi de Penniaforti, eiuſdem S. Dominici Ordinis, quem

## Anno mundi 5258. Chriſti 1275.

A EX his miſerijs, & vitæ huius quiſquilijs, Raymundum olim Generalem ſui Ordinis Magiſtrum, poſteà ſoâ ſponte priuatum, ſancta mors & coram Deo pretioſa ſubduxit; quod Spondanus hoc anoo docet n. 1, Surira, Mariaoa, Bzouius, aliique, ac demum Acta eius apud Surium 6. Ianuarij. Hic, præter ea quæ dicta ſunt anno Chriſti 1218, literâ A. de Ordine S. Mariæ à mercede, in quo inſtitueodo maxima ipſe pars cum Rege & Nolaſco fuit, proindéque eſt ea cauſa à B. Virgine admooitus: vlteriùs, ex inſigni in Deiparam affectu, cùm adhuc in ſæculo eſſet, & Canonicus Barcioonenſis cenſeretur, obtinuit ab Epiſcopo, vt feſtum Annunciationis maiore ritu Barcinone celebraretur; quam in rem cenſum annuum attribuit diſpertiendum Canonicis, qui tali die Officiis diuinis pro more intereſſent. Funus ipſius cohoneſtatum fuit Regum Alphonſi Caſtellæ, & Iacobi Aragoniæ, regiorúmque liberorum ac Principum, ingenti ſanè cum luctu, præſentiâ. De eodem Raymundo fretum ſine oaue tranſeunte dictum eſt anoo Chriſti 1229. Cum enim nautæ ſuas in oaues recipere eum & tranſmittere nullatenus vellent, ipſe fiduciâ pleous extenſo ſuper aquas pallio, palliíque orâ inſtar veli reductâ ad baculum, quo tanquam malo vteretor, ſigno crucis munitus mari ſeſe commiſit, ac centum ſexaginta milliaria ſex horis coofecit, pallio ne quidem aquâ tincto; quod pallium etiamnum hodie cootactu ſuo varias ægritudines tollit.

B Hoc rurſus anno templom *S. Mariæ Siculæ* ædificatum Neapoli eſt à Leone familiâ Siculâ nobili, Neapolitani Regis Caroli Protonotario, vt Spinellus habet tractatu de templis o. 45. Qui etiam addit Imaginem Diuæ Virginis, quæ io hoc templo honoratur, olim fulſiſſe miraculis, & Ladiſlaum Regem à ſciaticæ impedimentis liberaſſe.

C Sed & Pelagius Correa, Diui Iacobi Militiæ Magiſter, hoc anno extinctus eſt, qui ætate prouectus, bello quoque ac pace laudatiſſimus fuit. Corpus eius Tudiæ repoſitum dicitur, quam ipſe ædem ad montium radices, B. Mariæ cognomioe ſacram, à fundameotis extruxerat, ſuorum facinorum necnoo famoſiſſimæ illius victoriæ nobiliſſimum monimentum, quam ſuperioribus annis de Mauris pugnando retulit iſto loco, Sole etiam veluti ſpectatore fortitudinis ſuæ à diurno curſu, vt aiunt, diutiùs retento. Quam rem exprimit Mariana lib. 13. de rebus Hiſpanicis cap. 22.

D Ex Scriptoribus Marianis obiêre, Sanctius Aragoniæ Infans, Ioannes Houedenus, necnon Humbertus de Romanis. Et Sanctius quidem obijt occiſus à Mauris, cuius eximium in Deiparam affectum exhibent Litaniæ & Hymnis quos in laudem Virgiois concinnauit. Ioanoes verò Houedenus, Theologiæ Doctor, & patriâ Anglus, ſcripſit libro voo Quinquaginta Salutationes Mariæ: & libro altero Quindecim Mariæ Gaudia. Demum Humbertus de Romaois, natione Burguodus, & quintus Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter, edidit librum Sermonum de Fraternitate Roſarij B. Mariæ Virginis. Quæ omnia patent ex Marraccij Bibliotheca Mariana.

## Anno autem mundi 5259. Chriſti 1276. Gregorio decimo de viuis poſt quinquennium ſublato, Innocentius quintus deinde ſuffectus ſuccedit; tum Innocentio paucos dies viuenti Hadrianus huius appellationis quintus; Huic denique paulò poſt animam exſpiranti Ioannes ſufficitur, & eſt nomine etiam dictus vigeſimus primus.

A QVo eodem anno Iacobus Rex Aragoniæ, ob bella quæ contra Mauros egit dictus à ſuis Expugnator, ſiue Prœliator & Victor, vitâ defunctus eſt: ſic habet Spondanus hoc anno n. 11. ex Surira & Mariana. Cæterùm dicitur Iacobus, poſt erepta tria optima regna è Saracenorum manibus operâ Deiparæ, ad duo millia templa eáque in honorem eiuſdem Deiparæ ædificaſſe. Idem verò, vti dictum eſt anoo 1218. & docet Mariana lib. 12. cap. 8. cum B. Raymundo & Petro Nolaſco militarem Sodalitatem S. Mariæ de mercede, ipſa B. Deipara mooente, inſtituit. Idem etiam ne Iudæi vel ſcripto vel verbo quidquam iniurioſum in B. Virginem effutirent ſeueriſſimè ioterdixit, de quo dictum eſt anoo 1263. Idem denique cùm tres & ſexaginta anoos regnaſſet, ferè ſeptuaginta vixiſſet, Petro filio ſuo regnum tradens, ipſéque Ciſtercienſem veſtem indutus, Valentiæ obijt Iulij vigeſimo ſeptimo. Sed

## Anno mundi 5260. Chriſti 1277.

Nicolaus tertius, defuncto Ioanne Pontifice, Eccleſiæ regendæ propagandæque ac propugnandæ præpoſitus eſt.

ET Thomas de Lentino, Ordinis Prædicatorum, natione Siculus, atque ob mores optimos doctrinámque factus Patriarcha Ieroſolymitanus, Sermones edidit de feſtis Deiparæ Virginis, vitamque hoc anno terminauit; vt Alphonſus Fernandez & Marraccius teſtantur. A At

## Anno mundi 5261. Chriſti 1278.

VItæ fœlicioris particeps facta in cælo eſt B. Sita Virgo Herrulca: de qua Cæſar Franeotius libro de Sanctis Lucenſis Diœceſis, & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 3 n. 7. commemorat, eam cùm quadam die vehementer laſſa Lucam vix poſſet attingere, ſeneſcente iam die, & Sole propè occidente, a Beata Virgine fuiſſe confortatam, ſiníque comiter deductam ad portam ciuitatis, quæ vltrò aperta eſt eis, cùm antea apprimè clauſa eſſet. Sitâ autem inuitante Virginem, quam honeſtam eſſe matronam reputabat, ſubitò Virgo diſparuit, non niſi notabilem in Sita relinquens ergo Dominam noſtram pietatis & gratitudinis affectum. A

Hoc eodem anno in Aragonia, Monaſterium *Beatæ Mariæ de Caſuas*, ab Oria, Pallarienſi Comitiſſa, extructum fuiſſe docet ex Hieronymo Blanca Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 32. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi. Aſt B

## Anno mundi 5262. Chriſti 1279.

OBijt decimo Februarii Margarita Comitiſſa Flandriæ, ſoror Ioannæ olim defunctæ, de qua ſermo fuit anno Chriſti 1244. literâ *B.* Ioannæ enim ſine ſobole diſcedenti ſucceſſit Margarita, inquit Miræus in Chronico Belgico anno 1244. Et in Chronico Ciſtercienſi, paginâ 266. Margaritam ait optimè de religione orthodoxa meritam anno 1279. diem peregiſſe ſupremum. Fuit autem hæc Margarita non impar ſorori in Deiparæ cultu & affectu; multa ſiquidem & inſignia ædificia in honorem Virginis conſtruxit, qualia ſunt Doriſella, & Oiſſeloa in territorio Gandenſi; Item Refugium noſtræ Dominæ in Athenſi Hannonum oppido, Flinenſe Monaſterium in agro Doacenſi; Silua Nonnarum ſeu Monialium apud Gandauum, Haga apud Axellam Flandriæ oppidum, auxitque vehementer Marquettam, quam condiderat, & in qua condita eſt, Ioanna, ſicut ſuprà dictum eſt. Et hæc omnia patent, tum ex Miræo locis ſuperiùs citatis, tum ex Gazeto in Catalogo Abbatiarum Gandenſium, tum ex Balinghem & Vincentio Charron in Calendario 20. Februarij. Addit verò Balinghem eandem Margaritam fundaſſe præterea Montibus Monaſterium Ordinis Valliſcholarium, quod vocabatur Pratum Dominæ noſtræ, vel potiùs *Noſtra Domina de Prato*, in quo adhuc viſuntur quinque templi altaria Beatæ Deiparæ ſub variis eius titulis dicata. Viſitur item & magno populi affluxu miraculoſa eiuſdem Deiparæ imago, quæ à nautis tempeſtate ereptis, gratiiſque agendis excitatis, pedes habuit argenteos, indéque nomen ſortita eſt, vt à pedibus argenteis vulgò nuncupata ſit. *Noſtre Dame aux pieds d'argent.* Addit inſuper idemmet Balinghem, ab eadem etiam Comitiſſa inſtitutam fuiſſe publicam ſupplicationem in honorem Diuæ Virginis, quæ quotannis Dominicâ infra octauam Corporis Chriſti magna pompa perageretur. Et, quò vis mortalium maior eò confluat, ab ſummo Pontifice Indulgentias impetraſſe frequentantibus eiuſmodi ſupplicationis celebritatem.

B Præter Margaritam Flandrenſem, alius ad ſuperos ex hac vita Princeps migrauit, Boleſlaus pudicus Rex Poloniæ, qui cum coniuge Kunegunde, ſiue Kinga, virginitatem perpetuam in coniugio ſeruans, Marianum matrimonium tam excellenti facinore excellenter repræſentauit. De hoc Cromerus lib. 8. & 9. de Geſtis Polonorum, & poſt eum Spondanus præſenti anno n. 6. ac Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. § 5. n. 30.

C Vlteriùs tranſijt ad meliorem vitam Vieoniæ B. Iacobus, Nouitius Ordinis Præmonſtratenſis: ſic Miræus aſſerit in Chronico Præmonſtratenſi, & Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij 15. Maij ex veteri manuſcripto codice. Hic verò Nouitius paulò ante mortem in extaſim raptus, paratum ſibi inter Virginum Beatarum choros in cæleſti gloria locum fœliciſſimum aſpexit; rogauitque ſubinde Magiſtrum, vt canere ſecum dignaretur Antiphonam illam, quam ſæpè cum aliis ipſe in choro concinere conſueuerat; *Aue mundi ſpes Maria.* Corpus eius poſt triennium incorruptum repertum eſt.

D Circa hoc etiam tempus, prope Sueſſionas, quas tunc premebat *Interdictum*, in quodam Eremitorio celebratum eſt feſtum Aſſumptionis B. Deiparæ, & magno ſane animo celebratum; quippe auditi ſunt cæleſtes Angelorum Chori modulatè ac ſuauiter canentes: *Fœlix namque es Beata Virgo, &c.* Ita Cantipratanus libro 2. Apum cap. 40. aiens id accidiſſe ſuo tempore. Hunc autem multi aiunt obijſſe anno ſequenti; fuit enim condiſcipulus Sancti Thomæ Aquinatis ſub præceptore Alberto Magno. Iuſtus tamen Lipſius in ſuo Louanio lib. 1. cap. 2. dicit Thomam Cantipratenſem eſſe mortuum anno 1263. Quod ſi verum eſt, accidit hic cantus Angelicus paulo antè. Certum porrò eſt prædictum Thomam in libro Apum plurimas hiſtorias conſeruaſſe, quæ ad S. Virginis gloriam, & ad cultum eius vehementer faciunt. De Thoma agit Miræus in faſtis Belgicis, & Auctarium Arnoldi 15. Maij, vbi aſſeritur fuiſſe Suffraganeus Cameracenſis, Ordinis primùm S. Auguſtini, tum S. Dominici, feruidus, deuotus, ac peculiari ſtudio B. Dei genitrici addictus. De eodem agit Vincentius Charron in Calendario 15. Auguſti n. 7. & obiiſſe ait anno 1280. Ex quo patet varias eſſe de morte Thomæ ſententias. Non relinquit vero dubium Bibliotheca Mariana, quin hoc anno diem clauſerit extremum Mar-

tinus Polonus Gneſnenſis Archiepiſcopus, quem alij ex Ciſtercienſi, alij ex Dominicana faciunt extractum familia. Præclaros ille de B. Virgine Sermones in eiuſdem feſta compoſuit, teſſeram ſuæ in Deiparam deuotionis. Erat ex nobili in Polonia Strenorum proſapia.

## Anno verò mundi 5263. Chriſti 1280.

A Tiberis vſque adeo inundauit, vt quaterois pedibus aram maximam ſupergrederetur apud Pantheon templum Diuæ Virgini dedicatum. Quod notat Bzouius hoc anno n. 4.

B Ad hunc quoque annum referunt fundationem Collegij Pariſienſis dicti de Harcuria, quod Radulphus de Harcuria Canonicus Pariſienſis fundauit ſub titulo Conceptionis immaculatæ B. Virginis. Sic Iacobus Breullius libro 2. antiquitatum Pariſienſium; & Vincentius Charron in Calendario 8. Decembris n. 14. Qui etiam aduertit, non tantùm in ſacello Conceptæ Virginis, quod in Collegio eſt, quotidie Miſſam celebrari; ſed magno apparatu feſtum Conceptionis eo in loco peragi.

C Rurſus ad hæc tempora, vt notat Poſſeuinus in Sacro Apparatu, viuebat Georgius ſiue Gerardus Adæ, Archiepiſcopus Antibarienſis, Ordinis Prædicatorum, qui compoſuit Officium Sanctificationis B. Virginis.

D Quo itidem anno, die decimo quarto Augusti, videlicet ipſo peruigilio Aſſumptionis Deiparæ, fœlicem Deo reddidit ſpiritum B. Vvilhelmus Vvercinius, Ordinis Præmonſtratenſis, & Viconienſis cœnobij Abbas, qui iuxta deſignatam ſibi à Dei genitrice formam, monaſterij ſui Eccleſiam amplificauit, & propter liberalem in pauperes munificentiam Eleemoſynarij nomen promeruit, ſtaturâ puſillus, animo excelſus. Ita Ioannes le Paige in Bibliotheca Præmonſtratenſi. Nunc

## Anno mundi 5264. Chriſti 1281. Poſt Nicolaum Pontificem mortuum, in regimine Eccleſiæ ſubrogatus ſedit Martinus ſecundus, qui quartus dictus eſt.

## Anno autem mundi 5267. Chriſti 1284.

A Tullum, quæ ciuitas eſt ad Moſellam ſita, & Epiſcopatu iam olim nota & nobilis, cùm periculum eſſet ne in manus hoſtium impiè proderetur; ab eiuſmodi traditione ope Diuæ Virginis liberata eſt. Nam in principe S. Stephani templo, cùm quædam mulier coram Imagine Virginis orationem deuotè effunderet, admonita eſt de occultis in ciuitatem inſidijs, ſimúlque à Deipara iuſſa eſt edocere de ijs Magiſtratum: in cuius rei fidem dextrum pedem imago exporrexit, qui ſtatim argenteus factus eſt, vnde & imago vocatur Noſtra Domina à pede argenteo, vulgò *Noſtre Dame au pied d'argent*. Id habet Poiræus Triplicis coronæ tractatu 5. cap. 12. §. 5. n. 57. & ex eo Vincentius Charron in Calendario 20. Septembris, vterque autem ex Fœlice Aſtolpho libro de ſacris imaginibus B. Virginis. Non bene autem Gononus in Chronico ad annum 1294. ponit ex Poiræo Tullum à proditione ſeruatum per B. Virginem; cùm id accidiſſe anno 1284. doceat citatus ab eo Poiræus.

B Sed & hoc anno mortua eſt Margarita virgo Romana ex familia Columnenſi, cui, cùm proponeret virginitatem ſuam ſummo Numini conſecrare, B. Deipara ſemel, bis, ac tertiò in curru lucidiſſima apparuit, eámque animauit. Quam rem Vvaddingus notat in Annalibus Minorum tomo 2. & ex eo Gononus in *Deiparæ* Chronico.

C Vlteriùs Henricus Brabantinus Belga, Monachus & Abbas Monaſterij S. Ægidij Brunſuicenſis, ac deinde ibidem Epiſcopus, moriens hoc anno, vt docet Poſſeuinus, reliquit homiliam in Euangelium, *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius*, non parum facientem ad gloriam Virginis. Ad quam etiam gloriam facit cœnobium illud, quod Dominicanis in vrbe Sarabi, vulgò *Toro*, in Hiſpania condidit Maria Moneſia Alphonſi Caſtellæ Regis vxor. In quo, vt docet Lopez, & ex eo Miechouienſis diſcurſu 220. n. 40. extat Imago B. Deiparæ, quæ communiter dicitur *ſtatua Pacis*, eo quod ſeditionem ciuitatis aliquando miraculosè ſedauit, apparens media nocte inter ciues inter ſe confligentes.

D *D*enique Cellam, locus eſt ad Moraniam ſitus, iam antea celebrem, celebriorem hoc anno reddidit Henrici Marchionis Morauiæ, & coniugis eius Agnetis ex paralyſi decumbentium, ſubita per ſanctum Vvenceſlaum ſanatio, qui Henrico apparens iuſſit ad dictam Cellam gratias Deiparæ acturus ſe transferret, eius enim meritis iſtiuſmodi beneficium eſſe acceptum. Obediuit Henricus, & apud Cellam, vbi in ædicula lignea Virgo honorabatur, ex ſolido lapide templum famoſiſſimum extruxit, quod multò magis Beata Deipara famoſiſſimum prodigiis & reddidit & etiamnum reddit. Sic Marianus Atlas libro primo imagine 22. vbi Cellam appellat Auſtriacorum Archiducum & Imperatorum ſacrarium, & vltimum in rebus afflictis azylum. Sed

## Anno mundi 5268. Chriſti 1285. Honorius huius nominis quartus Martino defuncto ſuccedit.

A QVo tempore Tuderti diem vltimum obiit Sanctus Philippus Benicius, ex Ordine Seruorum Deiparæ, vulgò Seruitarum: quod aſſerit Bzouius hoc anno n. 18. ex Archangelo Giano in Philippi vita, in qua abundè deſcribitur mirabilis Philippi in Deiparam affectus, & Deiparæ in ipſum. Quippe vocatus ab ipſa eſt in Religioſum Seruitarum Ordinem ſingulari penitus modo. Nam Pariſijs Florentiam reuerſus, cùm Eccleſiam Seruitarum, quæ Virginis Annunciatæ nominatur, ob ſuam pietatem in S. Deiparam crebriùs viſitaret; factum eſt, vt die, quâ leguntur hæc verba: *Philippe, accede, & adiungere ad currum iſtum*; nempe in feſtis Paſchalibus; & raperetur in extaſim, & currum aureum videret, quem ouis & leo trahebant;

atque in eo S. Virginem comitantibus Angelis inſidentem, ac nigra ſibi indumenta tendentem, hoc eſt Seruitarum habitum porrigentem. Sequenti deinde nocte ab eadem S. Virgine Seruos ſuos adire iubetur: quod ille impigrè præſtitit, à quibus primùm quidem velut Laicus receptus, poſteà & Sacerdos factus eſt, & propter inſigne prædicationis donum, copioſúmque ex eadem fructum, cognominatus eſt *Apoſtolus S. Mariæ*, fuitque demum totius illius Ordinis quintus Generalis vnanimiter conſtitutus. Aretij videns neceſſitatem Fratrum, ad S. Virginem confugit, ad quam facta precatione, duo cophini candidiſſimorum panum cælitus allati ſunt. Die verò Aſſumptionis morbum vltimum contraxit, qui octauo poſt die, hoc eſt, 23. Augusti, in cælum traducendo eum, ſempiternæ gloriæ laurea cumulauit.

B Hoc adhuc anno in Seria ſiue Xera, quæ eſt ad fretum Gaditanum & vulgò appellatur *Xerez de la Frontera* Imago Deiparæ ab ipſa B. Deipara ſingulari beneficio Dominicanis donata eſt. Quod ſic contigiſſe inter alios Choquetius, & ex eo Miechouienſis Diſcurſu 220. n. 43. enarrat. Quendam Genuenſem, nomine Dominicum, è patria in Hiſpaniam tendentem, ſæua prope ſinum Rhodopes, vulgò *Golfe de Roſe*, excepit tempeſtas: inuocata Virgine, duæ in irato mari faculæ aduentare cernuntur, & fluctus ſerenare; queis appropinquans Dominicus deprehendit lintrem, & in littore ſtatuam Virginis cauſam talium fulgorum, quam in onerariam ſuam imponens nocte ſequenti vocem audit: *Ad Prædicatorū Ordinis viros deferri cupio.* Ergo ille Xerenſem vrbem ingrediens ſtatuam defert ad Minores, famoſum videlicet iſtius vrbis cœnobium: Sed ſtatua à Minoribus auferri non potuit immobilem ſe ſiſtens. Quo prodigio præſentes perculſi, iubent vt ex præſcripto delapſæ ex Virgine vocis, imaginem apud Dominicanos actutum deferant, quæ facilis auferri, ſine negotio apud illos delata, variis gratiarum prodigiis poſtmodùm coruſcauit. Poſt hæc

## Anno mundi 5269. Chriſti 1286.

A PHilippus Pulcher Galliæ Rex Beatæ Virgini deuotus Anicium venit opem à Deipara poſtulaturus, & gratias acturus de coniugio ſuo cum Ioanna Nauarræa. Sic affirmat Odo Giſſæus in hiſtoria Diuæ Virginis Anicienſis lib. 3. cap. 17. Idem verò Philippus, ſicut aſſerit Genonua, ipſe Cæleſtinus, in Chronico Deiparæ ad annum Chriſti 1281. Cæleſtinos in Gallias ex Italia euocauit; & Cruci Cæleſtinæ duo lilia adiunxit, quæ pro Gentilitio in Gallia ſtemmate Cæleſtinis vſui eſſent; ac denique iiſdem Ambertinenſe in ſilua Aurelianenſi Monaſterium Diuæ Virgini ſacrum munificè conceſſit.

B Quo eodem anno exceſſit ex hac vita Ambroſius Senenſis Dominicani Religioſus instituti: cuius ea fuit in Beatam Deiparam pietas, vt adhuc in Ephebis poſitus, ex patris ſui facultate ſuſceperit, in eiuſdem Deiparæ honorem, ſingulis Sabbatis quinque pauperes peregrinos; quibus ſerò cœnam, & ſequenti Dominica die prandium ſimul cum pecunia largiebatur. Quam pietatem compenſare voluit benigniſſima Dei Mater eiuſmodi gratificatione. Pro quinque pauperibus quinque Angelos Ambroſius ſuſcepit, qui eum læto cantu & hymnis in Deiparæ laudem prædicationémque compoſitis mirificè exhilararunt. Dicitur ante ætatis ſeptennium memoriter ſciuiſſe Officium Diuæ Virginis, atque deuotè recitaſſe: imò & adhuc in nutricis ſinu poſitus, tam affectus fuiſſe ad librum Orationum de Virgine, vt reiectis omnibus libris aliis, ſoli illi manus & oſcula figeret. Ita Chronicon Prædicatorum lib. 1. & Vincentius Charron in Calendario 20. Martij n. 4. qui tamen obitum Ambroſij reijcit ad annum 1288. remotiorem quam deceat.

C Rurſum eodem anno 1286. clarere cœpit miraculis imago B. Deiparæ dicta *de Schola* Venetiis; Hanc Arimini Paſtor quidam è ligno fabricare incepit, Angeli perfecerunt, iuſſeruntque naui imponi, quæ ſine remo & remige Arimino Venetias veniens, mutum cæcúmque ibidem primo ingreſſu confeſtim ſanauit, aliaque præſtitit, quibus populorum ad ſe vota & ſuſpiria attraheret. De hac Atlas Marianus iſta commemorat, & præſenti anno adſcribit, libro ſecundo imagine 6. At

## Anno mundi 5270. Chriſti 1287.

A ACcidit vt Vulnerus puer, deuotus erga ſanctiſſimam Virginem, cuius nomen moriens in cruce fixus inuocabat, à Iudæis crudeli ſupplicio interficeretur in pago Vvammeurato, qui à Bacaraco vnius diei itinere abeſt. Cúmque Iudex loci ipſum eripere à carnificina poſſet, atque auro à Iudæis corruptus nihilominus recuſaret: ipſum ſic compellauit Vvulnerus: *Opitulari mihi non vis, opem mihi feret benignus Deus, & ſanctiſſima mater eius.* Ita Bzouius hoc anno n. 8. Qui tamen non addit, quomodo deinceps Vvulneri cauſæ opitulatum ſit, aut quomodo tum Iudex tum Iudæi poſtmodùm puniti ſint à iuſtitia diuina. Non dubium verò eſt, quin præclarum Martyrem Beatiſſima Martyrum Regina adiuuerit, quæ tunc pleniùs & prolixiùs adiuuare ſolet, quando preſſura eſt grauior.

B Idem quoque Bzouius, ex Scriptoribus Polonis, ad hunc adhuc annum mortem reuocat B. Bogumili; qui ex Præſule & Archiepiſcopo Gneſnenſi factus Camaldulenſis Eremita, poſteà animam redditurus, viſitatus eſt à Diua Deipara Ieſum puerum geſtante, cingentibus multis Angelis ſanctiſque Cælitibus. In extremo halitu hæc verba profundebat: *Ieſu fili Dei & Virginis Mariæ ſuſceptor eſto animæ meæ.* Hîc obiter aduerto, poni hoc anno à Gonono in Chronico Diuæ Deiparæ, & ab eodem ex Miræo confirmari, Margaritam Flandrenſem perfeciſſe multa. Verùm hæc, vti docet Miræus, & dictum eſt ſupra, obijt anno 1279. adeóque hoc anno perfeciſſe multa non poteſt.

## Anno mundi 5271. Chriſti 1288.

Nicolaus quartus in locum Honorij electus eſt, cuius tempore

## Anno circiter mundi 5273. Chriſti 1290.

A INſigne miraculum accidit Pariſijs, circa Euchariſtiam fœdè à Iudæo percuſſam, & in ignem coniectam, ac cruore fluentem. Quod miraculum occaſionem dedit conuertendi domum Iudæi, in qua portentum hoc accidit, in templum, addito cœnobio fratrum Charitatis Beatæ Mariæ ſub Regula S. Auguſtini, quod vulgò Billetarum vocant, ab aqua bulliente in quam Euchariſtia coniecta eſt. Hanc rem habet Spondanus hoc anno 1290. n. 1. Et Nangius, ac Villanius, atque Antoninus apud ipſum: habet & Iacobus Breulius in antiquitatibus Pariſienſibus. Et Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 46. Balinghem item in Calendario 29. Nouembris n. 5. & Vincentius Charron eadem die n. 3. necnon 13. Maij n. 2. Qui vlteriùs addunt, Philippum Pulchrum tunc Regem Galliæ, hoc prodigio vehementer commotum, & iuſtum ſupplicium voluiſſe de Iudæo ſumi, & eius domum in puluerem aut cineres conuerti, Aſcerterio deinde ibidem *Billetarum* conſtructo, alij dicunt *Charitatis Diuæ Mariæ*, nonnulli autem *Humilitatis*: ſed nomen Charitatis retinendum videtur.

B Templum quoque hoc anno Oruieti in Tuſcia Angelorum Reginæ ædificauit Pontifex Nicolaus longè præſtantiſſimum, quod illuſtri marmoreis ſtatuis eiſdémque ſelectiſſimis menſe Nouembri conſecrauit, decimâ & tertiâ die. Sic aſſerit Balinghem in Calendario ad 4. Aprilis. Sic poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 102. Sic Vitæ Dominicanorum Seraphini Razij pagina 342. De quo etiam templo Bzouius hoc anno n. 3. omninò diſſerere videtur, cùm ait Nicolaum Papam magna pompa ædificaſſe in Vrbe veteri Baſilicam, motum illo prægrandi miraculo, quod ante ſex & viginti annos acciderat Vulſinijs in Euchariſtia, quæ dubitanti Sacerdoti ſanguinem cruentum reddidit, eumque adeò copioſum vt corporale infecerit.

C Ad hunc quoque annum idem Bzouius n. 11. hoc habet ex Crantzio in ſua Vandalia. In *Dania*, inquit, Rex Pribiſlaus, cum in clypeo imaginem D. Dei parentis Mariæ ſculptam contra hoſtes in prælio præferret, fœliciter hoc anno vincebat.

D Quin hoc quoque tempore mortua eſt B. Gertrudis natione Germana, filia Baronis Hakeborenſis, in cœnobio Rodardeſdorffienſi Ordinis S. Benedicti pia & ſancta Monialis. Cuius temporis nota manifeſta eſt tum ex Arnoldo Vvionio libro 5. ligni vitæ cap. 89. tum ex præfatione libri Reuelationum, quas illa habuit, tum ex Poſſeuion in Apparatu, Spinello in Admonitione ad lectorem, & aliis. In ijs quas è cœlo accepit Reuelationibus diuinis, quamplurima miſcuit de B. Virgine, cum qua familiariſſimè & ſuauiſſimè agebat, quámque in ſuis negotiis cum omni fiducia velut parentem conſulebat, & adiutricem præſentiſſimam ſentiebat. Eius cordi dicitur Chriſtus Dominus vulnerum ſuorum impreſſiſſe ſtigmata; quæ & corpori impreſſiſſe dicitur, hoc eſt, pedibus, manibus & lateri B. Gertrudis ab Ooſten, cuius vita habetur apud Surium 6. Ianuarij. Eſt & præter has duas alia etiamnum Gertrudis, quæ ad tempora Pipini pertinere dicitur: Sed hæc de qua loquimur mortua eſt hoc anno; tertia ab Ooſten, ceſſauit viuere ætate Caroli quarti Imperatoris Bohemi anno 1358. De hac, quam nunc tangimus vide adhuc, ſi lubet, Spinellum tractatu de Virginibus n. 63. & Vincentium Charton in Calendario 17. Nouembris n. 4. & Balinghem eadem die n. 3. & 8. Septembris n. 13. vbi inter alia aduertit; ſibi Gertrudem diuinitus oſtenſum dicere, quomodo benigniſſima Deipara peccatores omnes recipit, qui confugiunt ad ipſam; beſtiolas quippe omnis generis in viſu aſpexit, quæ ſub chlamydem Virgineam cum fiducia accurrerent, ab eâque blandè reciperentur: Eadem prætereà vidit, in die Natiuitatis Deiparæ, cùm hæc verba concinerentur. *Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*, benigniſſimam matrem blandiſſimo attactu vultum filij ſui & perdulces oculos ad terram conuertere cum his ſuauiſſimis verbis: *Iſti ſunt miſericordiſſimi oculi, quos ad omnes me inuocantes ſalubriter poſſum inclinare, vnde & vberrimum fructum conſequentur ſalutis æternæ.* Denique eidem morienti adfuit Sanctiſſima Virgo, cateruáſque cæleſtium militum, qui triumphantem cælo Gertrudem inferebant, ipſa exultans præcedebat. Sed plura de Gertrude omninò aperient, quos cælo hauſtos Inſinuationum diuinarum libros ad poſteros tranſmiſit.

E Vlteriùs hoc adhuc anno, vt patet ex Gazeto in hiſtoria Eccleſiaſtica Flandriæ pagina 334. ex hac vita per calumniam eiecta eſt B. Maria, cognomento Doloroſa, cuius corpus Vvoluæ quieſcit in agro Brabantino, haud procul à Bruxellis. Hæc Deo & Deiparæ cùm votum caſtitatis & paupertatis obtuliſſet, impius non defuit tanti theſauri deprædator; ſed fruſtrà: nihil enim potuit ſuis dolis & inſidijs. Ergo perditiſſima machinando, quam cognoſcebat innocentem, ſcyphi ſublati argentei audaciſſimè accuſat. Credita quin etiam res fuit; vnde & Maria in terram defoſſa, & præacuta ſude pium corpus tranſuerberata, animam expirauit. Sed occultum non manſit ſcelus. Quippe ſceleſtus accuſator correptus à dæmone longas ſeptem annorum ſui ſceleris dedit pœnas, & illis pœnis accuſatæ à ſe Mariæ innocentiam declarauit; à quibus certè non antè exemptus eſt, quàm & Mariæ Matris Domini benignitas, & Doloroſæ pia inuocatio ac demum & interceſſio miſero ſubueniret. De hac Maria Doloroſa meminit Miræus in Faſtis Belgicis 18. Iunij, & eadem die Vincentius Charron in Calendario, Molanus & alij.

F Demum hoc adhuc anno, vt docet Poſſeuinus in ſacro Apparatu, viuebat & florebat Richardus Mediauillanus, ſiue de media villa, Anglus, Ordinis Minorum, in Scripturis diuinis atque in iure Pontificio apprimè eruditus, qui librum ſcripſit de Conceptione Beatiſſimæ Virginis. Similiter viuebat, & finem vitæ inueniebat, Iacobus de Voragine ex Ordine Prædicatorum, Concionator eximius, & ob morum ſanctimoniam electus Archiepiſcopus Ianuenſis; qui ſuam apud poſteros in Deiparam pietatem teſtatam voluit ſcribendo: Mariale aureum de laudibus Virginis Alphabetico ordine digeſtum, & centum ac ſexaginta Sermonibus diſtinctum. Inſuper quamplurimos Sermones in præcipuis eiuſ-

dem feſtiuitatibus. Ac demum Legendas ſiue Hiſtorias, de Natiuitate, Præſentatione, Annunciatione, Purificatione, & Aſſumptione: necnon Conciones pro Sabbatis Quadrageſimæ. Ex eodem Ordine florebant Bernardus de Francouen, & Oliuerius Brito, quorum vterque ſcripſit Conciones in honorem Virginis: ſicut omnia hæc patent ex Bibliotheca Marracij.

## Anno autem mundi 5274. Chriſti 1291.

QVi annos fuit ſupremâ Palæſtinæ clade Chriſtianis luctuoſus; Deo dilecta domus, & Domini Ieſu Chriſti incarnatione ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ Sanctique Ioſephi habitatione illuſtris, e Syria pariter cum Religione diſceſſit, Angelorum miniſterio ea ciuitate Nazareth, & ex templo ab Helena Auguſta Conſtantini Imperatoris matre olim ſacræ domui circumdato auulſa, & in Dalmatiam ad monticulum quemdam, Transfactum inter ac Flumen (oppida ſunt Dalmatiæ) maximo miraculo tranſlata. Cui enim ad preces S. Gregorij Thaumaturgi non difficile fuit montem à ſede ſua in aliam transferre; eidem & facile fuit in gratiam Reginæ cæli, domum eiuſdem olim ab Apoſtolis dedicatam, & in formam templi redactam, piéque per tot ætates in Galilæa maximis honoribus cultam, Angelorum miniſterio per ingentes terrarum mariſque tractus, vna cum ipſa ſacra ara Chriſtique Crucifixi imagine ab iiſdem Apoſtolis ibidem collocata, necnon cedrina effigie ipſius Beatiſſimæ Virginis filium Ieſum manibus ſuſtinentis à Sancto Luca Euangeliſta expreſſa, tranſportare. Rem geſtam frequentibus miraculis teſtatam, ac relationibus virorum fide dignorum in Galilæam ad rem inquirendam miſſorum plenè confirmatam, pluribuſque omnis generis teſtimoniis & authoritatibus aſſertam, egregie deſcripſit Horatius Turſellinus e Societate Ieſu, & poſt eum Bzouius hoc anno n. 9. & 10. Spondanus item eodem anno n. 22. Richeomus in Peregrino Lauretano Caniſius lib. 5. de Beata Maria, cap. 25. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. § 5. n. 108. Gononus in Chronico, & innumeri alij. Nominatim autem prædictus Turſellinus habet eodem tempore Beatiſſimam Deiparam apparuiſſe Alexandro Terſactenſi Epiſcopo, & eum iam morbo depoſitum ſanaſſe, ac per ſingula edocuiſſe de ſua illa Domo, quâ poſt amiſſam Orientalium culpâ Palæſtinam, tanquam maximo præmio Occidentales expeditiones largè compenſatæ ſunt.

## Anno deinde Mundi 5275. Chriſti 1292.

A NIcolaus quartus Pontifex Romæ mortuus eſt, & ſepultus in æde S. Mariæ Maioris quam reſtituerat, non ſine ſpeciali in Deiparam affectu. Patet id ex Bzouio hoc anno n. 2. & ex Epitaphio eiuſdem Nicolai; in quo inter cæteros verſus hi quatuor leguntur:

*Quartus Papa fuit Nicolaus, Virginis ædem*
*Hanc lapſam reficit, perque vetuſta noua.*
*Petrus Apoſtolicus ſocium, Franciſcus alumnū*
*Protegat, Omnipotens Matre iuuante beet.*

B Sed & Florentiæ, in atrio horti S. Michaëlis, cœperunt varia patrari miracula per imaginem B. Deiparæ, vnde concurſus populorum ad eam plurimus factus eſt; quod hoc adhuc anno Bzouius n. 9. aduertit.

C Quo eodem anno moritur S. Albertus Carmelita, ſui Ordinis præſtantiſſimum ſanè decus, qui Deiparæ interceſſione in lucem editus eſt, parentes enim eius ſterilitate laborabant, & per annos ſex & viginti ſine ſobole conuixerant, donec facto ad B. Virginem voto Albertum ſuſceperunt. Quo adhuc degente in vtero, pater inter ſomnium prænuntius aſpexit à ſua coniuge cereum ardentem in vtero geſtari. Quod fuit indicium futuræ Alberti ſanctitatis, qui grandior effectus Ordinem Virgini conſecratum ingreſſus Virginis obſequio ſe ſe totum dedidit, Virginis ope miracula fecit, Virginique moriens ſe ſe bis commendauit. Quæ manifeſte patent ex Actis vitæ eius apud Surium 7. Auguſti. In quibus etiam legitur pœna cuidam aleatori in Caſtro Drepanenſi diuinitus immiſſa, qui Deiparæ & B. Alberti ſtatuas gladio diſſecuerat: cruore etenim ex illis ſtatuis erumpente, aleator ille fulmine tactus interiit, & in puluerem ſubitò redactus eſt. Quam pœnam commemorant etiam Spinellus cap. 35. n. 13. Bzouius hoc anno n. 7. Vincentius Charron 7. Auguſti, & alij. Verùm

## Anno mundi 5276. Chriſti 1293. S. Cæleſtinus, loco Nicolai præcedente anno mortui, factus eſt Romanus Pontifex.

A VIX autem ſex menſes ſedem Apoſtolicam tenuerat, cùm amore ſanctæ ſolitudinis captus, iterum rediit ad ſuos Cæleſtinos, cum quibus tamen in poſterum vix triennio vixit. De eo iam dictum eſt anno Chriſti 1274. Hic breuiter addendum, in more ipſi poſitum fuiſſe, vt in honorem Deiparæ Quadrageſimam ieiunaret, incipiendo à feſto Apoſtolorum Petri & Pauli vſque ad eiuſdem Virginis Deiparæ Aſſumptionem; quo potiſſimùm tempore corollas precatorias, quibus Virginis cultum promoueret, confluentibus ad ſe diuerſis perſonis tribuere ſolebat. Obiit anno 1296. Vide vitam eius apud Surium Maij 19. & apud Gononum in vitis Patrum Occidentis, & Bzouium anno 1294. n. 3. vnde hæc omnia conſtant.

B Hoc quoque anno migrauit ex hac vita Ioannes Pekan, ex Franciſcana familia ad Archiepiſcopatûs Cantuarienſis honorem ſublimiter euectus, vt teſtatur Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana. Fuit autem Ioannes ſanctæ conuerſationis & virtutis homo, omnes qua exemplo, qua verbo etiam inuitans ad B. Virginis ſedulum atque pium cultum, ac præſertim ad ieiunium quadraginta dierum ante Aſſumptionem. Quod notat Vvaddingus in Annalibus Minorum. At

## Anno mundi 5277. Chriſti 1294.

## Ceſſione factâ ſummi Pontificatûs à S. Cæleſtino, raro admodùm exemplo, Bonifacius octauus toti præfuit Eccleſiæ.

ANtequam verò idem Cæleſtinus, amore intimæ familiaritatis cum Deo, ſedem Apoſtolicam abdicaret, decorata Italia eſt ampliſſimo dono Nazarethanæ Diuæ Virginis Domûs; quam ex Dalmatia, vbi miniſterio Angelico anno 1291. repoſita fuerat, hoc deinde anno in oppoſitam Italiæ oram trans ſinum Adriaticum idem miniſterium Angelicum tranſtolit; primùm quidem in Ricinenſis, ſiue Recinetenſis, agri ſilua decimo Decembris die conſtitiſſe viſa eſt: quæ ſilua quia matronæ erat, cui Lauretæ nomen fuit, hinc illa Sancta Domus Lauretana dicta eſt, & dehinc hoc cognomine appellata. Sed non conſtitit in illa ſilua diu, in alium atque alium tranſportata eſt locum; ſiue vt iteratis eiuſmodi translationibus pleniſſimè conſtaret id diuinitus fieri, ſiue ob alias rationes, quæ ſequenti anno meliùs indicari poterunt. Vna tamen eſt, quæ propriè præſentem hunc annum reſpicit, quo, Dalmatiâ relictâ, conſtitit in ſolo Italico diuiniſſima hæc domus, nempe vt pretioſo ac verè præſtanti iſtius ædiculæ dono cæleſte Numen cauſatum Beati Cæleſtini abſentiâ mœrorem atque Italiæ luctum aliquo modo ſolaretur. De hac re legendus Turſellinus. A

Interim hoc eodem anno Ioanna Nauarræa coniux Philippi Pulchri Regis Francorum, ex conſenſu coniugis ſui obtulit B. Virgini Anicienſi homagium Comitatûs Bigerrenſis per Ægidium Archiepiſcopum Narbonenſem, admittente illud Guidone Anicienſi Epiſcopo. Qua de re amplè loquitur Odo Giſlæus lib. 3. cap. 17. hiſtoriæ B. Virginis Anicienſis. Quod etiam Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Podienſium non omiſit, ſed declarauit his verbis: *Guido de Noua villa, profeſſionem ſeu homagium de Comitatu Bigerronenſi à Ioanna Nauarræ Franciaque Regina per Ægidium Epiſcopum Narbonenſem anno 1294. recepit.* B

Sed & Ioannes, huius nominis primus Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Dux, diſceſſit ex hac vitæ mortalitate, vt Miræus notat in Chronico Belgico. Addunt verò Molanus in Additionibus ad Vſuardum, & libro de ſacra militia Ducum Brabantiæ cap. 63. ac Lipſius in Louanio lib. 2. cap. 9. Ioannem ope Virginis reportaſſe victoriam contra prædones, qui regionem Belgij prope Vveringiam, locus eſt ſub Archiepiſcopatu Colonienſi, infeſtiſſimè diuexabant: cuius victoriæ commemoratio fit quinto Iunij apud Bruxellam. Et de ea meminit Balinghem in Calendario eodem die o. 1. C

Vt hunc verò annum finiam in magno humilitatis portento atque ſpectaculo, & ſimul in magno famulo B. Deiparæ: hoc anno, 30. Ianuarij, diem extremum obijt Alanus Inſulenſis, inſignis Orator, Poëta, Philoſophus, ac Theologus, vulgóque nominatus Vniuerſalis Doctor, qui relicta moderatione Academiæ Pariſienſis, Ordinem Ciſtercienſem ingreſſus nunquam voluit a vili Conuerſorum ſorte, ad aliquem auelli ſuperiorem gradum. Sui porrò in Virginem amoris nobile reliquit monimentum, explicans Canticum Canticorum in laudem Deiparæ. Mors Alani patet ex ſepulchrali ipſius elogio: nec eam & ipſius opera tacuit Bibliotheca Mariana. Verſus verò iſti, quos reliquit nobis de Beata Deipara Alanus in Anticlaudiano ſuauiſſimi videntur: D

*Hæc eſt ſtella maris, vitæ via, porta ſalutis,*
*Regula iuſtitiæ, limes pietatis, origo*
*Virtutis, veniæ mater, thalamúſque pudoris,*
*Hortus concluſus, fons conſignatus, oliua*
*Fructificans, cedrus redolens, paradiſus amœnus,*
*Virgula pigmenti, vinaria cella liquore*
*Prædita diuino nectar cæleſte propinans,*
*Neſcia ſpineti, florens roſa, neſcia culpæ,*
*Sol radians, expers limi, lux nubila pellens,*
*Spes miſeris, medicina reis, tutela Beatis,*
*Proſcriptis reditus, erranti ſemita, cæcis*
*Lumen, deiectis requies, pauſatio feſſis.*

Poſtmodùm

## Anno Mundi 5278. Chriſti 1295.

A MEnſe circiter Iulio, hoc eſt, vt docet Turſellinus, octauo propemodùm menſe poſtquam in luco Lauretano Nazarethana Domus conſtiterat, iterum diuinitus tranſlata inde eſt ob latronum graſſationes in peregrinos; & in apertiorem atque tutiorem, nec multùm diſtantem traducta eſt locum, qui duorum fratrum communis erat: ſed paulò poſt inde etiam euecta eſt, ob fratrum illorum circa dona, quæ offerebantur, diſcordiam; & in proximum locum à diſcordiis ac latrociniis immunem traducta, quo hactenus firmam ac ſtabilem ſedem habuit. Rem teſtatiſſimam faciunt antiqua locorum veſtigia, certa Scriptorum monumenta, indubitata miracula, continua peregrinantium illûc venientium multitudo, de quibus Turſellinus ſcitè & copioſè, & Petrus Roëſtius, necnon Bzouius ac Spondanus annis 1294. & 1295. Ex quibus Spondanus hæc adhuc adijcit: *Cordi* autem fuiſſe Beatiſſimæ Virgini, diem ipſius Natalem, nempe octauam menſis Septembris, præcipuâ celebritate inibi coli, tam reuelatione factâ pio cuidam viro ſignificauit, quàm continuâ flammæ cæleſtis eâ nocte ſupra ſacram Domum incumbentis apparitione demonſtrauit. Quo factum eſt vt finitimi primùm, indéque etiam longinqui populi Septembri potiſſimùm menſe confluere Lauretum conſueuerint, ad celebrandam Natalem Virginis diem, quam & ſummi Pontifices Indulgentiis ampliſſimis cumularunt. Tenétque fama anniuerſarium hoc cæleſtis ignis ſpectaculum ad Pauli tertij Pontificis tempora duraſſe.

B Etiam hoc anno Andronicus ſenior Palæologus Græcorum Imperator à coniuratis eorúmque rabie liberatus eſt ope Beatiſſimæ Virginis. Hanc liberationem fusè Gregoras enarrat libro 6. & hoc anno Bzouius n. 22. vbi disertè docet Andronicum, quamuis ſchiſmaticus eſſet, & verè indignus auxilio Virginis, cùm tamen ad eam confugiſſet, & pœnitudinis propoſitum animo concepiſſet, non eſſe ab ea reiectum, ſed ſeruatum ac liberatum. Porrò licet id Poiræus habeat Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 4.

n. 15. multa tamen eidem attribuit, quæ Iuniori Andronico conueniunt, vt ſunt ea quæ pertinent ad aquam Chryſopêgem: qua de re poſteà dicendum eſt.

C Nunc adhuc hoc loco mentio facienda eſt de Andrea è Comitibus Signiæ Cardinali, quem Poſſeuinus in ſacro Apparatu dicit vixiſſe hoc anno, & ſcripſiſſe volumen de Partu B. Virginis. Intereà etiam claruit, vt notat Bibliotheca Mariana, Bartholomæus Falerius, patriâ Venetus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui de Meritis Sanctiſſimæ Immaculatæ Virginis edidit librum vnum.

## Anno mundi ſequente 5279. Chriſti 1296.

A VT notat Turſellinus in hiſtoria Lauretana, & Bzouius in Annalibus hoc anno n. 14. & alij diuerſi. Peregrini paſſim Lauretum adeuntes Virginem venerantur, offerunt donaria, miraculiſque crebreſcentibus fit circa cellam Deiparæ coaleſcitque pagus, & latiùs ac latiùs ſe ſe porrigit fama, quæ peregrinos eò aduocet, & aduocatos ſanctificet.

B Sed & Frater Moricus ex Ordine Franciſcanorum hoc anno diſceſſit è vita, cui morienti cùm obiecta eſſet cogitatio diuini iudicij, horror mentem inuaſit, clamórque ingens erupit ex faucibus; ſed Deipara Virgo hoc articulo temporis negotiíque apparens formidinem leniuit, iuſſitque vt nomen Ieſu centies inuocaret, certúſque ſalutis ſuæ eſſet. Ita Chronicon Minorum parte 4. lib. 10. cap. 16. & inde Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 5. n. 5. & ex vtroque Vincentius Charron in Calendario 29. Ianuarij.

C Denique hoc etiam anno, vt docet Miræus libello de Canonicorum Collegijs, Michaël Epiſcopus Tornacenſis inchoauit Collegium S. Mariæ Ardenburgenſe pro Canonicis aliquot, in templo longè pulcherrimo atque celeberrimo. Non bene autem Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Tornacenſium Michaëlis mortem aſſignat anno 1291. non tantùm quia hoc anno prædictum Collegium fundauit, ſed etiam quia prædeceſſor eius Philippus Meuzius non ante annum 1293. obiiſſe ponitur ab eodem Roberto. Sed iam

## Anno mundi 5280. Chriſti 1297.

A MArgarita de Cortona floruiſſe dicitur, de qua Bzouius mentionem facit, & Chronicon Minorum tomo 2. libro 5. Hæc verò à Chriſto petiit, imò etiam obtinuit, vt eos dolores in ſe tum pateretur, tum perſentiſceret, quos olim B. Dei Mater iuxta crucem poſita mœrens ſuſtinuerat. Quare immenſos propemodùm experta cruciatus, ſimul etiam experta eſt magnum animi ſui ſpiritualem fructum exinde profluxiſſe.

B Quin & idem Bzouius n. 8. ait Fratres Minores hoc anno fuiſſe admiſſos, ex iuſſu Pontificis, in cœnobium S. Mariæ Capitolinæ, quam vulgò *Ara cæli* cognomine nuncupant.

C At Spondanus eodem anno n. 7. mortem oppetiiſſe ait Fratrem Petrum Ioannem Oliuum de Serignano, Ordinis Minorum, qui inter cætera multa, quæ ſcripſit, quoſdam præterea tractatus edidit, quibus volens Virginis præconia vltra modum efferre, iuſſus eſt à Generali ſuo eos propria manu incendio tradere: quod & bono animo effecit; quamuis vt teſtatus eſt ipſe Generalis, qui poſteà factus eſt Pontifex Nicolaus quartus, in ijs Oliui ſcriptionibus non tam erronea, quàm noua & ſingularia contenta fuerint.

## Anno autem mundi circiter 5281. Chriſti 1298.

A IN humanis eſſe deſijt Petrus Podienſis, Ordinis vir Prædicatorij, quem circa hoc tempus deceſſiſſe ait Bzouius hoc anno n. 12. eique morienti Diuam Virginem apparuiſſe, quam ille deuotè coram fratribus ſalutauit, magnâ tum corporis, tum animi ſubmiſſione, ſtatimque exſpirauit. Hæc quidem Bzouius loco ſuprà citato, ſed immemor dictorum; nam anno 1255. iam dixerat Petrum Podienſem tranſacta vita exſpiraſſe. Quod & ex eo dictum à nobis eſt prædicto illo anno. Interim clauditur ſæculum à Chriſto nato decimum tertium, & conſequenter nouum aperitur noua Diuæ Virgini gloriæ tributa proferens. Et quidem

## Anno mundi 5283. Chriſti 1300.

A BOnifacius octauus theſaurum ſatisfactionum Chriſti ſanctorúmque omnium Chriſtianis fidelibus pandens, Iubilæum Romæ propoſuit: quo excitati multi, ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli in Vrbem perrexerunt, & magna ex parte, dum ſunt in via, Lauretanam domum, de qua immenſa fama erat, libenter viſitarunt, glorioſámque in ea Diuæ Virginis memoriam ſummo animi gaudio honorarunt. Qua de re Turſellinus libro de Hiſtoria Lauretana, & alij.

B Inter hæc autem ciues Recinetenſes veriti ne ſacra Dominæ noſtræ Domus tranſlata de Nazareth, atque Laureti conſtituta, iniuria temporum aut ipſa vetuſtate denique deficeret; parietes ipſi lateritios circumdare feſtinant, & quaſi fulcimentum propiùs circumponunt. Sed hos, inquit citatus Turſellinus, velut aſpernari viſa eſt beata illa Domus, & ita à ſe reijcere; vt inter illos adiectitios parietes, veteréſque ſacratæ Domús, facilè puer cum accenſa face intercurreret tranſiretque.

C Tempore verò illo prædicti Iubilæi, Beatiſſima Virgo dignata eſt tenens filium in vlnis, Clerico cuidam inter quietem apparere, háſque emittere voces: *Omnibus miſerans indulſit Deus.* Subijcienti autem, Nunquid & mihi? mora quadam temporis interiecta, hæc iterum effudit: *Omnibus miſerans indulſit Deus viuis & mortuis.* Cúmque ille proſtratus rurſus interrogaret, Nunquid & mihi? Tandem poſt aliquam moram ſubdidit: *Indulſit omnibus mortuis & viuis miſerans Deus, atque etiam tibi.* Túncque diſparuit. Ita Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 6. n. 9. Et Balinghem in Calendario 11. Octobris n. 3.

n. 3. & vterque ex Iacobo Cardina lib. de Iubilæo. Qui omnes etiam addunt, eo tempore auditos fuiſſe paſſim Energumenos moleſtiſſimè ferentes, omnes eo tempore ab purgatoriis ignibus eductas fuiſſe animas, & ad regnum cæleſte, per Dei miſericordiam, fœliciter traductas.

D Idem autem Poiræus tractatu 2. cap. 9. §. 10. n. 4. ad hæc tempora refert, quod Auenione accidit in blaſphemo aleatore, & charrarum luſoriarum tractatore, qui cùm amiſſa pecunia ſtatuam *B. Mariæ à ſpe*, ſic eam appellare ſolent, ſaxo coniecto iuxta mamillam vulneraſſet, & ſanguis effluxiſſet, ipſe in corpore cælitus primùm punitus eſt, ac deinde à Magiſtratu ad mortem condemnatus. Tam verò fuit miſer hic in orando potens, tamque ſupplici prece ad Deiparam coram vulnerata ſtatua orauit, vt miſerata Virgo ſanitatem reſtituerit; quam veriſimile certè eſt non fuiſſe à Iudicibus ſupplicio extortam.

E De Dominico Loſitano Ordinis Prædicatorij plerique confitentur hoc eum anno mortalem vitam exuiſſe. Ita Michaël Pius in vita eius, & Bzouius ex eo in Annalibus n. 29. Balinghem ſimiliter ac Vincentius Charroo 20. Aprilis. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 2. n. 17. Qui etiam aſſerunt, eidem morienti; in Comitio Prouinciali Patrum, à quibus poſtularat, vt officio Prioris ſe liberare vellent, & prædixerat à Paſtore Paſtorum & officio & vita breui ſe exſoluendum; Diuam Virginem adſtitiſſe complexam filiolum in vlnis, & è terra migrantem ad gaudia duxiſſe ſempiterna.

F Sed & Sancta Sura, ſeu Soter; de qua Miræus agit in faſtis Belgicis 10. Februarij, & claruiſſe dicit ad hunc circiter annum; de qua etiam commemorant Lindanus cap. 50. Apologetici ad Germanos, Gononus in Chronico anno 1286. & alij; Dordraci, quæ eſt vrbs Hollandiæ, Maiorem Eccleſiam, ſub nuncupatione B. Virginis, & ex directione Angeli ſtatuentis magnitudinem ac formam, deuotiſſimè erexit. Quin & ſingulari honore plurimùm complexa eſt Imaginem Virginis, quæ ad ripam fluminis Dordrechtani ex arbore pendebat. Interfecta à latronibus auidè peculio ipſius reculiſque inhiantibus, eo loco iacuit vbi nouus fons emanauit febre laborantibus ſalubris. Dicitur quin etiam poſt mortem ſe ſe Iudicum vrbis tribunali ſtitiſſe, & pro ſuis occiſoribus veniam exoraſſe, imò obtinuiſſe, eâ tamen conditione, vt à Virgine Matre Indulgentiam poſtularent & veniam à ſeſe. De eadem Sura meminit Molanus in Sanctis Belgij. Balinghem item atque Vincentius 10. Februarij. Ar ruſum

## Anno mundi 5284. Chriſti 1301.

A BEatus Iacobus Blancus Dominicani alumnus inſtituti hoc anno moritur; de quo Bzouius n. 11. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 2. n. 19. ex Leandro Alberto & Michaële Pio aiunt; eo naſcente apparuiſſe tres in cælo Lunas, & Dominicanum in medio ſingolarum: obiiſſe verò apud Menauiam in Hetruria, cui tanquam ſibi deuotiſſimo ſpectandam ſe Virgo præbuit octiduo ante mortem cum Sanctis Georgio ac Dominico, animauitque ad poſtremum certamen, apparitura adhuc die obitûs, qui contigit ipſo feſto Aſſumptionis.

B Sed & quidam Conuerſus liberatus eſt à dæmone ope Beatæ Deiparæ, vt meminit Bzouius n. 8. Scriptores autem glorioſæ Virginis claruerunt; ex Ciſtercienſi familia Ioannes Villarienſis librum ſcribens atque inſcribens, Pſalterium Virginis comprehendens Acta ipſius; ex Dominicana Guido de Cenodro; ex Franciſcana Guido Fulginas, & Ioannes Vverdana, qui tres poſtremi egregios Sermones de Beatæ Mariæ feſtiuitatibus dederunt. Hos commemorat laudatque ſui in Virginem affectùs Bibliotheca Mariana.

C Addit Claudius Perry in Hiſtoria Ciuitatis Cabilonenſis, his temporibus Eccleſiam B. Mariæ de Allereyo, ſitam in Epiſcopatu Cabilonenſi, nec longè à Virduno & loco vbi Dubis in Ararim influit, fulſiſſe miraculis. Quam ob cauſam, & propter alias etiam rationes, Guillelmus de Bellaueura Cabilonenſis Epiſcopus, amplioribus eam redditibus muniuit: imò cùm antè tantùm eſſet parochia in Collegiatam erexit, & ſeptem Canonicis auxit Officium diuinum rite facientibus. Verùm, vt idem author notat, ampliùs non ſubſiſtit prædicta Collegiata Eccleſia, ſed belli ruinâ in priſtinum redijt parochiæ ordinem.

## Anno autem mundi 5285. Chriſti 1302.

A IN cœnobio Monialium Sancti Roperti prope ciuitatem Bingam infra Moguntiam, accidit vt duo milites Alberti Cæſaris, aliquid ſurripiendum bellico more perſcrutantes, inciderint in imaginem Diuæ Virginis: quorum vnus auferre auſus coronæ gemmas, & tentans adhuc aliquot auferre de pectore; fruſtrà alio admonente ne id faceret, vidit prædictam imaginem toto corpore non ſudare tantùm, ſed præterea ex ſubtractæ gemmulæ cauitate non parum lactis & ſanguinis guttatim effundere. Obſtruere fontem hunc nequicquam ille tentat, ſemper vberiùs prorumpit. Quamobrem conterritus ſe proripit de templo. Sed, ò diuinum iudicium! confeſtim in ſublabente Naha fluuialibus vndis ſe ſe amens ſubmergit. Seruantur in prædicto loco & hactenus videntur, & ſanguis, & lac; & tabella illa, quæ tum rem geſtam commemorat, tum Albertum teſtatur tantæ rei indoluiſſe, plurimaque largitum dona illi cœnobio militum ſcelus exhorreſcentem. Hoc factum prolixè exponit Trithemius in Chronico Spanheimenſi, Bzouius n. 11. & 12. Spondanus n. 14. vterque iſto præſente anno. Contractè Serrarius de Moguntiacis lib. 5. Gononus in Chronico, & alii.

## Anno poſteà mundi 5286. Chriſti 1303. Factus eſt Romæ Papa Benedictus decimus, dictus vndecimus.

A NAm Bonifacius Pontifex vitam hoc anno cum meliore commutauit Romæ menſe Octobri, vt Villanius habet lib. 8. hiſtoriæ ſuæ, & poſt eum Maſſonus in Bonifacio octauo, ac

Spondanus hoc anno n. 13. & alij. Fuit autem Bonifacius tum reliqua in vita deuotus in Virginem, tum maximè in morte : In reliqua vita fuit deuotus, vtpote cuius Pontificatûs initio Lauretana domus famam per Italiam totámque Europam ſpargere, & omnium deuotionem ipſiuſque nominatim Pontificis ad ſe allicere incepit. In morte autem deuotiſſimus extitit, quippe qui ſepeliri voluit in linea veſte, in qua præcipua Deiparæ Virginis myſteria, Annunciatio, Viſitatio, Partus, Inuentio pueri Ieſu in templo, auro ſerico intertexto ſingulari artificio pingebantur : quaſi hac ſe Virginis clientela munitum ſatis exiſtimans. Quam deuotionem cælo placitam fuiſſè, demonſtrauit annus Chriſti 1605. quo corpus eius repertum eſt planè à putredine incorruptum, ſolis labiis ac naſo nonnihil labefactis, veſtimentis autem prædictis omni ex parte ſanis & integris, ſtupente ad hoc Roma, & B. Deiparam non ſine lætitia honorante. Qua de re fuſè loquitur hoc anno Bzouius, & Spondanus poſt eum n.16. necnon & Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 11. Octobris. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 6. n.7. Du Cheſne in eius vita. Hiſtoria Pontificum, &c.

## Anno deinde mundi 5287. Chriſti 1304.

PHilippus Pulcher Rex Francorum, inuadentibus Belgis fermè vndique cinctus, in tanto periculo Carnutenſem Virginem ad ſuum auxilium ſupplex inuocauit : tum coactis ſuis copiis, iiſque in Belgas immiſſis, ita eoſdem fudit ac fregit, vt ad triginta ſex millia interfecta ſint, vix mille & quingentis ex parte Philippi mortuis. In gratiarum actionem tantæ victoriæ ſtatim ſe ſe contulit Carnutum, & dominationem de Barris, cuius redditus annuus ſexcentarum eſt circiter librarum Gallicarum, in perpetuum Deiparæ dedit. Item fundauit annuum officium diuinum in recordationem tanti beneficij : Et ſpolia ex tam inſigni victoria detracta, arma & equum ſuum, Eccleſiæ donauit in ſignum æterni trophæi. Ita Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carnutenſis cap. 6. & ex eo Vincentius Charron 17. Auguſti n. 2. & eadem die Balinghem, & alij. Meminit huius quoque victoriæ Spondanus hoc anno n. 5. & Villanius ac Nangius, cæteríque rerum Gallicarum hiſtorici, qui Philippum apprimè laudant de gratitudine in S. Deiparam.

B Hoc quoque anno Neapoli à Carolo ſecundo Rege Siciliæ fundatum eſt templum *S. Mariæ Annunciatæ*, in quo plurimæ reconditæ ſunt Sanctorum reliquiæ, quas enumerat Spinellus de templis n. 49. vbi etiam addit, templo additum eſſe Prochotrophium, in quo & egentibus ſubſidia dantur, & octoginta circiter mulieres ſeparata in domo aluntur. Ac demum aſſerit fundationem huiuſmodi templi factam eſſe hoc anno. At

## Anno mundi 5288. Chriſti 1305. Benedicto Papâ de viuis ſublato, Clemens quintus Pontificatum gubernauit.

A QVo tempore migrauit à terris in cælum B. Ioachimus Seruita; de quo Bzouius hoc anno n. 6. Et Michael Seruita in Chronico Ordinis. Necnon Gononus in vitis Patrum Occidentis, & in Chronico Deiparæ. Vincentius Charron in Calendario 16. Aprilis. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 2. n. 10. Qui eius in Deiparam deuotionem in eo agnoſcunt, quòd ab ineunte ætate quotidie ter Eccleſiam viſitare & Annunciatæ Virginis effigiem ſalutare ſolebat : quòd etiamnum puer Sabbatis ieiunabat in pane & aqua : quòd à S. Virgine admonitus Seruitarum Ordinem ingreſſus omnia quæ habebat lubentiſſimo animo reliquit : quòd lætiſſimo eiuſdem Deiparæ aſpectu quater & magis fruitus ſit : quòd demùm eo moriente, & quidem in templo moriente, atque ipſo die Paraſceues; magna lux ſe ſe præſentium oculis ſpectandam præbuerit, index præſentiæ Virginis.

B Ad hoc etiam tempus videtur reuocari poſſe Idiota, qui Chriſtianæ humilitatis cauſa & nomen nobis eripuit ſuum, & tempus quoque ſuum incertiſſimum penè reliquit. Nam Genebrardus ad tempora Leonis Papæ quarti, qui ſedit Chriſti anno 847. Idiotam reponit. Alij cum Bibliotheca Patrum ad annum traducunt 902. Spinellus ad ætatem S. Bernardi, qui mortuus eſt anno 1153. Theophilus Raynaudus in coniecturis libri, qui inſcriptus eſt Idiota, refert ad annum circiter 1500. Bellarminus autem medium quodammodò ſecutus ad annum præſentem 1305. reuocat, cui adhæremus nihil certius habentes. Scripſit verò Idiota Contemplationem deuotiſſimam de B. Virgine, quæ habetur tomo 10. Bibliothecæ Patrum, & quæ tota quanta eſt cæleſtem fragrantiam ſpirat : ſic autem eius ſe pandit initium, vt vel ex ea hoc ſaltem obiter delibem : *O homo quicunque es probationem vitæ ingreſſus, miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti indiges, ſine qua ſaluari non potes. Accede igitur per deuotam mentis contemplationem ad glorioſiſſimam Virginem Mariam matrem eius; quia per ipſam, & in ipſa, & cum ipſa, & ab ipſa, habet mundus & habiturus eſt omne bonum, ſcilicet ſuperbenedictum filium eius, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt ſummè bonum, & omne bonum, & ſine quo nihil eſt bonum, cùm ſolus bonus ſit. Inuentâ itaque Virgine Mariâ, inuenitur omne bonum. Ipſa namque diligit diligentes ſe, imò ſibi ſeruientibus ſeruit. Ipſa &c.* Quantùm verò ſapientiſſimus Idiota fuerit Conceptioni illibatæ B. Virginis propitius atque propenſus, patet ex eadem prædicta Contemplatione cap 3. 4. 6. vbi diſertis verbis puritatem à labe originali in Virgine Maria deprædicat : *Tota pulchra es*, inquit, cap. 3. *Virgo glorioſiſſima, non in parte, ſed in toto, & macula peccati ſiue mortalis, ſiue venialis, ſiue originalis non eſt in te, nec vnquam fuit, nec erit.*

C Ad hoc quoque tempus, Poſſeuinus in Apparatu ait floruiſſe Thomam Anglicum ex Ordine Prædicatorum, poſteà S. Sabinæ Cardinalem;

qui librum ſcripſit de Conceptione B. Mariæ Virginis. Poſtmodùm Planctu Virginis in Paſſione filij; quartum de Aſſumptione eiuſdem: ſicut habet Bibliotheca Martaccij.

## Anno mundi 5289. Chriſti 1306.

A Fundata eſt Ædes *Diuæ Virginis de Sion* in Lotharingia ab Henrico tertio Comite illo Vademontano, cui cognomen Iuſti impoſitum eſt; & ab Elizabetha, coniuge eiuſdem Henrici, & filia Friderici ſecundi Ducis Lotharingiæ. Sic docet Vvaſſeburgius in hiſtoria Eccleſiaſtica Epiſcoporum Virdunenſium in Thoma de Blamont. Illuſtris autem hæc Eccleſia fuit poſtmodùm variis miraculis, peregrinationibus & donarijs, quæ in monte quem Sion vocant ædificata, à longè conſpicitur, & ſuo illo aſpectu intuentibus gaudium ingenerat. De hac S. Mariæ Eccleſia agit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 56. Hodie autem eam poſſident & procurant Tertiarij S. Franciſci.

B Prætereà hoc anno moritur decimo Septembris S. Nicolaus Tolentinas Eremitici Ordinis S. Auguſtini præſtantiſſimum decus atque columen, quod patet ex vita ipſius apud Surium contenta: ex qua etiam addiſcimus eum ſingulis diebus Sabbati ieiunare ſolitum & abſtinere ab omnibus, ſolis pane & aquâ exceptis, ad honorem & cultum Deiparæ. In morte autem viſitatum fuiſſe à Chriſto Domino innitente atque incumbente ſupra B. Matrem ſuam & S. Auguſtinum, ac ſuaui compellatione dicente: *Serue bone & fidelis intra in gaudium Domini tui.* Addit Gnnonus in Chronico, ex Bulla Canonizationis eius ab Eugenio quarto edita: Nicolao Tolentinati grauiſſimâ febri afflictato apparuiſſe Beatam Virginem ac monuiſſe, vt recentem panem à quadam religioſa muliere peteret, aquâ tingeret, atque comederet, indéque ſanitatem ſine dubio expectaret. Fecit, ſanitatem recuperauit, & reſiduo pane ſanitatem multis reddidit. Vnde orta eſt conſuetudo benedicendi panes in feſto S. Nicolai apud Patres Auguſtinianos.

C Adhuc præſente anno de hac vita diſceſſit Balduinus Comes Flandriæ. Ita docet Miræus in Chronico Belgij. Hunc autem Ioannes Buſelinus in Annalibus Galloflandricis lib. 2. & Vincentius Chatton atque Balinghem 30. Maij, fundatorem faciunt ſacelli *S. Mariæ Smelcenſis*, ſiue Smelcemmenſis prope Inſulas, in quo increat, imago multiplicibus miraculis coruſcans, quæ priùs pendens ab arbore, Balduinum ſanarat à difficili ſeptemdecim annorum ſanguinis profluuio; quæque adhuc antea, non viſitato prodigio, ſalutabatur ab omnibus illàc tranſeuntibus flexo poplite, ſuo quondam modo in eiuſmodi S. Virginis imaginem, cultum ab omni creatura Daiparæ debitum proteſtantibus, & Iconoclaſtas ſimiléſque hæreticos homines de ſuo errore carpentibus aut ſaltem monentibus. Porrò Balingbem 30. Maij mortem Balduini mendose reponit ad annum 1036.

D Denique ſub finem huius anni, nimirum in ſolemnitate Natalis Chriſti, migrauit ad Dominum Iacobonus Tudertinus, ſiue, vt vulgò dicitur, Iacoponus, Minorita, qui diuerſis Canticis ſuum in Deiparam teſtatus eſt amorem. Duo compoſuit de Virgine & Peccatore; tertium de

## Anno autem mundi 5290. Chriſti 1307.

A Mortem obijt, luctuoſo tamen funere, Eduardus Anglus. De quo quamuis Bzouius anno 1278. n. 23. hæc dicat: Magno & ſingulari quodam pietatis cultuſque affectu Eduardus in B. Mariam Virginem honorandam propendebat, adeo vt ſingulis Sabbatis auſterum & rigidum in ſolo pane & aqua in honorem illius ieiunandi morem obſeruaret perpetuò. Tamen non tantùm mortuum illum eſſe hoc anno, poſtquam triginta quatuor regnaſſet, habet Vvalſinganus, & Spondanus ex eo n. 19. Sed præterea Eduardi mortem repentinam deflent, nullis Sacramentis ſuſceptis, nullo dato pœnitentiæ vel doloris ſigno, luctuoſam atque ſuſpectam.

B Adhuc migrauit ad Dominum 21. Ianuarij Gualterus de Brugis, ex Ordine Minorum factus Pictauienſis Epiſcopus; cuius mortis diem & annum diligenter ex multis authoribus probat Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana. Bibliotheca autem Mariana addit coruſcum fuiſſe miraculis, & ſcripſiſſe Sermones in Feſta annua Deiparæ, indices ſuæ in Mariam venerationis & propenſionis.

## Anno mundi 5291. Chriſti 1308.

A Vità exiit demum Albertus Imperator familiâ Auſtrius, de cuius militibus iam ſuprà dictum eſt anno Chriſti 1302. Hic, vt ex Bruſchio notat Balinghem in Calendario, Maij 1. n 4. in Conſtantienſi Diœceſi cœnobium fundauit Ordinis Ciſtercienſis in honorem B. Mariæ Virginis in valle ſpatioſa ac cultiſſima.

B His quoque temporibus cœpit variis miraculorum prodigijs ſeſe prodere Peſquincurianus cereus, quem Peſquincuriæ offerens tibicen cognomento Pigmeus, atque alios ibidem in cultum Virginis venerationémque accendens, imò & Sodalitatem inſtituens, à morbo quo affictabatur conualuit. Quod idem alij quotannis facientes, hoc eſt, offerentes cereum certo anni menſe ac die, deuotionem propagarunt. Quæ hoc adhuc anno ſine dubio incrementum accepit, cùm ceræ aliqua pars ex Atrebatenſi cereo, de quo dictum eſt ſuprà anno Chriſti 1105. detracta, cereo Peſquincuriano admixta eſt. Quod quomodo factum ſit, & quomodo item exinde adhuc pluribus & clarioribus cœperit abundare miraculis, explicat Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij 1. Septembris. De aliis autem eiuſmodi cereis Brugenſi, Falcobergenſi, Bononienſi, Nigellano, Arkenſi, Blandecano, Ioſulenſi, obiter verba facit Miræus in faſtis Belgicis 30. Iunij, & eos eſſe ait prodigijs celebres.

C At hoc quoque anno S. Clara de Montefalcone vitam mortalem cum meliore commutauit, ſicut aſſerit Iſidorus Moſcouius in vita ipſius. Cuius in Deiparam affectum & mirabilem familiaritatem plurima quidem ſignificant,

ſed hæc ſeligo ex multis. Quatuor annos oata nudis genibus ad terram demiſſis ſalutationem Angelicam tanto ardore recitabat, vt ſpectantibus ſtuporem incuteret: Puerulum Ieſum vlnis contentum Deiparæ & vidit & amauit & complecti geſtijt, ſed euaneſceotem non potuit; miro amoris & doloris ſenſu. Morbo afflictata Angelo apparenti dixit: *Angele Dei nuntia ſanctiſſimæ Virgini, vt me in cæleſtes ſedes recipiat:* quod & paulò poſt effectum eſt. Sub mortis tempus vidit cælum apertum, & Sanctam Deiparam ſe cum ſummo gaudio exſpectantem & inuitantem. In eius corde poſt mortem reperta ſunt expreſſa veſtigia Dominicæ Paſſionis, & in eius felle tres globuli, repræſentatiui pondere ſuo auguſtiſſimi myſterij Trinitatis, vt in eius vita fuſiùs dicitur, vnde eam agnoſces Ordinis S. Auguſtini fuiſſe Monialem. De ea loquitur Balinghem in Calendario 17. Auguſti n. 2. & alij paſſim.

D Obiit adhuc Coloniæ, inquit Pelbartus libro 2. Stellarij parte 1. art. 3. & Poſſeuinus in Apparatu, quem mortuum Pariſijs Bellarminus dicit libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Ioannes Duns, cognomento Scotus, Ordinis Franciſcani, vulgò appellatus *Doctor Subtilis*, quem Vvaddingus, de eo anno 1304. verba faciens, hauſiſſe ait ſcientiam, in qua excellens fuit, à Deipara Virgine; in cuius honorem eam cumulatiſſimè rependit. Fuit enim, vt notat Salazar de Conceptione cap. 42. ſæculo 14. præcipuus ac maximus puræ Conceptionis vindex, qui tantam huic doctrinæ ſua authoritate fidem comparauit, quaotam nullus alius ante ipſum, aut poſt ipſum. Hic ergo in tertium ſententiarum librum diſtinctione 3. quæſt. 1. & alibi, Virginem Deiparam a peccato originali, & à debito illius contrahendi immunem fuiſſe non ſolùm aſſeruit, ſed & euicit; piámque ſententiam Pariſienſibus ita perſuaſit, vt omnem contrariam opinionem ac cenſuram planè reiecerint atque reſciderint. Pelbartus ait vocatum fuiſſe Pariſios, vt ſatisfaceret argumentis contra Conceptionis puritatem oppoſitis; quæ ad ducenta & memoria retinuit, & repetiit, & mira vbertate diſſoluit. Agit de eo Bzouius anno 1294. n. 1. Vincentius Charron in Calendario 8. Nouembris o. 3. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 33. aliíque paſſim plurimi. At

## Anno mundi 5292. Chriſti 1309.

A BEata Angela de Fulignio, Ordinis S. Claræ Monialis, relicta hac vita ad æternam ſeſe recepit, vt habet vita eius. Ex qua etiam agnoſcere licet, eam à B. Virgine tam viuam accepiſſe fidem, vt, præ illa, omnis quam antè habuerat, quaſi mortua cenſenda videretur: obtinuit ab eadem Virgine, vt nunquam in viſis ac reuelationibus falleretur: ac demum ab ea, poſt ſuſceptam Sanctam Euchariſtiam ſpecialis benedictionis priuilegio ſenſibiliter munita eſt. Præter prædictam vitam eius cap. 17. & 39. vide de ea Chronicon Minorum tomo 2. lib. 7. cap. 6. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6. §. 4. n. 10. Vincentium Charton & Balinghem 4. Ianuarij.

B Præterea obiiſſe hoc anno fertur Guillelmus Ludlinchton, Carthuſiani Ordinis Religioſus, vir ſanctus & pius, cuius egregium in Dei parentem animum ſatis loquuntur Sermones de B. Virgine, quos in annuas eius feſtiuitates compoſuit. Quod idem habeto de Remigio Claro, Dominicani Religioſo inſtituti, qui ita hoc anno fato ceſſit, vt deuotos Feſtorum Deiparæ priùs Sermones ediderit. Ita Bibliotheca Mariana. Sed

## Anno mundi 5293. Chriſti 1310.

A TAndem poſt emenſos ætatis ſuæ centum & decem annos, Religioſæ autem vitæ ſeptuaginta ſeptem migrauit ad Deum B. Alexis Falconerius, vnus ex ſeptem Inſtitutoribus Ordinis Seruitarum, cui ſicut cæteris olim initio inchoati Ordinis B. Virgo apparuit; in morte verò puerulus Ieſus viſus eſt exſpirantis capiti imponere coronam, velut innuens quâ morte & mercede excipiendi à Chriſto ſint, qui ex animi affectu B. Deiparæ ſeruierint. Habet hæc Chronicon Seruitarum, habet Bzouius hoc anno n. 2. & Vincentius Charron in Calendario 17. Iulij n. 1. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 2. n. 8. & Gononus in viris Patrum Occidentis, qui reponit hanc mortem ad annum Chriſti 1303. & ita B. ille Alexis non impendiſſet in Religione ſeptuaginta ſeptem annos.

B Ad hæc rurſum tempora reuocari poſſe videtur fœlix obitus S. Mecthildis Virginis, & ſororis non tantùm carne ſed & Religioſâ profeſſione Sanctæ Gertrudis, quarum vtraque in monaſterio Helſſiæ Ordinis S. Benedicti in Germania vixit. Hanc Poſſeuinus floruiſſe ait anno 1300. idem aſſerit Spinellus in admonitione ad Lectorem n. 16. Gononus autem in vitis Patrum Occidentis obiiſſe aſſerit anno 1303. quod ipſum habet in Chronico; vnde conſtat non longè ab his temporibus Mecthildem ad Chriſtum euolaſſe. Tantis porrò diuinarum reuelationum ſplendoribus illuſtrata fuit, vt cæleſtem vitæ ſpiritualis librum de ſpirituali gratia & reuelatione compoſuerit, in quo de B. Virgine nec ſemel nec demiſſè loquitur. Sed capite præſertim 53. deſcribit pulcherrimè quomodo edocta fuerit à S. Deipara ſalutationem Angelicam magno cum ſenſu recitare, eámque ſalutationem talem eſſe, quâ nullus hominum aut ſuauiorem aut honorificentiorem Virgini adinuenire poſſit. Mecthildem impensè commendauit Chriſtus B. Deiparæ, vt habetur in eius vita lib. 5. cap. 20. Fidelitatem verò Virginis incomparabilem, vt ſcopum ingentium laudum & congratulationum ſuarum Mecthildi propoſuit; atque edocuit vt Deiparam ſalutans, cor ipſius vt vas puriſſimum, humillimum, deuotiſſimum, feruentiſſimum, conſeruantiſſimum, patientiſſimum, fideliſſimum, in oratione ſollicitum, in contemplatione ſedulum collaudaret. Plura de Mecthildis in Dei genitricem cultu & affectu habet in Calendario Balinghem, habet & Vincentius Charron, 26. Februarij.

C Sed hoc adhuc anno Rhodus inſula à militibus Hoſpitalarijs è Syria eiectis, poſt biennalem bellicum laborem, tandem contra Turcas & Saracenos occupata eſt ipſo die feſto Aſſumptionis Beatæ Virginis, fortiſſimè æquè ac ſolertiſſimè rem agente Fulcone de Villareto Hoſpita-

lariorum Magiſtro. Et ab hac inſula deinde vocati ſunt Milites Rhodienſes, ſicut & poſt dicti ſunt à Melita Melitenſes milites. Vt verò ibi conſiſterent non parum adiuti ſunt ab Amedeo quarto Sabaudiæ Comite, qui inde Magni accepiſſe cognomen, & crucis albæ inſignia, & ænigmaticum ſymbolum quatuor harum literarum F. E. R. T. hoc eſt, *Fortitudo eius Rhodum tenuit*, ne ſcilicet in manus Turcarum iterum veniret, dicitur. Vnde & eius nepos Amedeus quintus anno Chriſti circiter 1384. in eius rei memoriam Ordinem Equitum Annunciationis Angelicæ apud Allobroges inſtituit. Hæc omnia ex Spondano hoc anno n. 10. decerpta ſunt, qui plurimos alios authores allegat.

D Claruiſſe denique fertur hoc eodem anno Laurentius Aquitanus, & tum vario genere metrorum, tum ſolutâ oratione ſcripſiſſe Enchiridion in laudem Beatiſſimæ Virginis. Sic Apparatus Poſſeuini. Bibliotheca verò Mariana facit memoriam de Ioanne à Sancto Geminiano, & de Echardo, vtroque Ordinis Prædicatorum, & deuoto in Deiparam, in cuius feſtiuitates Sermones compoſuit vterque.

## Anno autem mundi 5294. Chriſti 1311.

A Viennam Allobrogum Clemens Pontifex venit ad Concilium vniuerſale, in quo Ordo Templariorum abolitus eſt, quaſi compoſitus ex perſonis non ſatis receptæ in Eccleſia vitæ, imò quas conſtaret, quamplurima in Deum blaſphema, in Deiparam turpia, in bonos mores ſcandaloſa, tenere, docere, proferre; ac præſertim Chriſtum & Matrem eius in ingreſſu Ordinis abiurare: quæ omnia tum Spondanus refert anno Domini 1307. n. 5. ac ſequentibus, necnon etiam hoc anno n. 5. & item ſequentibus; tum Bzouius annis 1308. n. 3. & 1310. n. 10. & 1311. & ſequentibus; & apud eos innumeri propemodùm authores.

B Petrus quoque Remundus Eremita (exiſtimatur eſſe Remundus Lullus) hoc ipſo anno abſoluit quartum librum ſuum, & emiſit in lucem cum libro ſuo primo, qui eſt de laudibus B. Virginis, & Ars intentionum appellari poteſt. Quod habet Poſſeuinus in Apparatu. Sed & Bibliotheca Marraccij teſtatur claruiſſe Ioannem de Neapoli, ex Ordine Dominicanorum, qui ſcriptis Sermonibus in feſtiuitates Diuæ Virginis Virginem honorauit.

## Anno autem mundi 5295. Chriſti 1312.

A Eadem Marraccij Bibliotheca aſſerit, à Franciſco Grauano & Ioanne Ruffini, vtroque Dominicanæ familiæ; & à Philippo Florentino, familiæ Minorum, ſcriptos item eſſe Sermones in ſingulas Diuæ Virginis feſtiuitates. Quibus adiungi poſſunt, ob eandem cauſam Scriptores eiuſmodi Sermonum, Paganus de Bergomo, Gerardus Vilich, Guido Ebroicenſis, Dominicus Sinarra, Aldobrandinus de Toſcaneta, & Andreas de Piſtorio, omnes ex Ordine Prædicatorum; quorum de numero Andreas Epiſcopus fuit Piſtorienſis. Verùm

## Anno mundi 5296. Chriſti 1313.

A QVamuis plurimis magníſque miraculis longè latéque fulgeret Montiſſerrati Virgo, inſigne tamen illud fuit, quod 24. Auguſti die S. Bartholomæi contigit in puero Epiſcopatûs Gerundenſis; quem paralyticum, ſurdum, mutum, fatuum, Beatiſſima Deipara malis iſtis omnibus ſolutum, ſanum ac vegetum reddidit. Cuius portenti memoria conſeruata eſt in hiſtoria Montiſſerrati miraculo 25. & apud Vincentium Charron in Calendario 24. Auguſti.

B Sed longè hoc anno apud Guadalupenſes illuſtriſſima lætitia fuit, cùm Alphonſus Caſtellæ huius nominis vndecimus; ob repertam in Guadalupa imaginem Virginis, quam Diuus Gregorius ad B. Leandrum miſerat, vt dictum eſt anno Chriſti 594. & 1200. & quæ tunc plurimis miraculis ſe conſpicuam reddebat; iuſſit extrui magnificentiſſimum templum in honorem S. Virginis, quod & populos ad illius cultum, & Magnates ad venerationem, & omnes ad dilectionem plurimùm inuitaret. Reperta verò eſt imago prædicta, quæ ſexcentis circiter annis, hoc eſt, ab ipſo exordio tyrannicæ inuaſionis quâ Mauri occupauerunt Hiſpanias, huc vſque latuerat; & reperta eſt ipſa Virgine reuelante, & Boario cuidam per ſe præcipiente, vt admoneat Clerum, necnon populum Cacerenſem, (Caſtra Cæcilia olim dicebant, quæ nunc vulgò Caceres nuncupant) vt imaginem illam tali in loco quærant; & inuenturos probet ſuſcitando prolem mortuam quam domi redux inueniet. Iuit hic, admonuit, prolem ſuam mortuam coram omnibus ſuſcitauit, itum eſt ad locum deſignatum, imago reperta eſt, quæ fulgens prodigiis pium Regem commouit ad tam Auguſti templi magnificam ſtructuram. Hæc diffuſiùs tractant Ludouicus Nonnius de rebus Hiſpanicis. Alphonſus Cicconus in fragmentis rerum Hiſpanicarum. Bzouius hoc anno. Spinellus de templis Deiparæ n. 59. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 26. Vincentius Charron in Calendario 27. Februarij, & Balinghem 26. Martij. Gononus in Chronico Deiparæ hoc anno, & alij.

C Hoc quoque anno fœliciter ex hac vita migrauit Petrus Fauerius Carthuſiæ maioris monachus, ac deinde Ordinis ſui apud Apoſtolicam ſedem Procurator, quem cùm in extremis poſitum malignus dæmon ad deſperationem vrgeret, adfuit cum filio benigniſſima Dei mater, quæ Petrum conſolata momento diabolum effugauit. Sequenti nocte cùm litaniæ dicerentur, & ventum eſſet ad illa verba: *Omnes ſancti orate pro nobis*; ipſe eleuans dextram, eámque in aliquid quod ſpectabat intendens, exclamauit. *Omnes Sancti, qui modo hîc eſtis, orate pro me.* Et in his animam reddidit. Ita Petrus Sutor de vita Carthuſianorum Arnoldus Boſtius de Viris illuſtribus. Dorlandus in Chronico Carthuſienſi lib. 4. cap. 19. Gononus in Chronico. Bzouius hoc anno num. 32. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 4. num. 9. Vincentius Charron in

Calendario 8. Augusti n. 1.

Sed & apud Monſpelienſes hoc adhuc anno cùm ſiccitate omnia exareſcerent, & inde fames ac peſtifera lues iam iam expectaretur; implorata eſt B. Virgo Tabularum, & magnâ pompâ ad Lædum flumen ſtatua eius geſtata eſt; ibíque aquis; ruſticiore ſanè more; ſed & ſimpliciore; fluuialibus perfuſa; exorantibus tamen omnibus, vt huic ſuo ritui redderet Virgo vicem: ſimplicitate Virgo delectata rem petitam fusè præſtitit: Nam poſt paucas horas imber delapſus largiſſimus timorem famis atque peſtis longè longiùs depulit. Ita enarrat Marianus Atlas libro primo, imagine 12. Intereà dum hæc & ſimilia geruntur. D

## Anno mundi 5297. Chriſti 1314.

CLemens Pontifex, dum it Burdegalam natiuum aërem quæſiturus, tanquam morbis quibus agitabatur remedium, moritur apud Rupem-Mauram ſupra Rhodanum. Corpus eius poſt aliquot annos, nempe anno 1316. Vzeſtam delatum, anno demum 1359. ſepulchro conditum eſt magnificentiſſimè conſtructo. Eſt autem Vzeſta ignobilis & ſterilis Vaſatenſis diœceſis vicus; ſed nobilis miraculis Beatiſſimæ Virginis, in cuius honorem Clemens Eccleſiam ibi ædificauerat; & cõfinis loco de Villandrado auiti eius & natalis patrimonij, diœceſis Burdegalenſis, vbi etiam Eccleſiam conſtruxit, & in vtraque Canonicos ſæculares conſtituit. Ita Spondanus hoc anno, initio. A

Quo etiam anno in cæleſtem commigrauit patriam B. Iacobus Venetus è familia Prædicatorum, qui ab ineunte adoleſcentia ſolebat recitare quotidie Officium Virginis. Religioſus autem factus addebat quotidie Roſarium: poſt ſumptum item cibum ad gratiarum actionem adijciebat magno deuotionis ſenſu *Salue Regina*. In difficili præterea morbo, quo pectus eius cancer inſederat corrodebátque, nunquam aliud auditus eſt pro ſolatio dicere, niſi: *Laudetur Ieſus Chriſtus*, & *Maria mater gratiæ mater miſericordiæ*. Ita Chronicon Ordinis Prædicatorij parte 2. lib. 1. cap. 26. Leander de Viris illuſtribus eiuſdem Ordinis. Spinellus cap. 39. n. 2. Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 31. Maij. B

Præterea author eſt Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Bernonſem, Prædicatorij adhuc Ordinis, hoc anno collegiſſe gratiſſimam Antiphonam *Regina cæli quàm pulchra es*, è diuerſis partibus Antiphonarum, Reſponſoriorum, Hymnorum, retinentibus tamen proprium ſenſum cum proprijs melodijs; quæ finit his vocibus: *tuum precare filium*. Verùm C

## Anno Mundi 5298. Chriſti 1315.

IN Auſtria & circumuicinis regionibus, impia hæreſis authore Lolhardo quodam Vvaltero bacchata eſt, & inter diuerſa dogmata, quæ ſacrilegè ſpargebat, Beatiſſimam Matrem poſt partum non manſiſſe Virginem damnandâ blaſphemiâ vomebat. Id habet Trithemius in Chronico Hirſaugienſi. Et Spondanus hoc anno n. 5. Bzouius item n. 10. 11. & 12. A

B Ad hunc etiam annum idem Bzouius refert B. Andream Seruitam deuotiſſimum erga Beatiſſimam Dei genitricem; ex cuius ſepulchro viſa eſt erumpere palma vnà cum lilio: quæ duo, cùm fratrum vnus tentaret colligere, ſtatim euanuerunt. De Andrea mentionem facit Vincentius Charron in Calendario 30. Nouembris n. 3.

C Obijt quoque B. Henricus Eremita, oriundus ex pago *Bauſano* in Comitatu Tyrolenſi, qui in loco orans aprico ante imaginem *B.* Virginis, cadente imbre non fuit madefactus. Ita rurſum *Bzouius* hoc anno n. 15. & Vincentius Charron 17. Maij n. 2. *Bibliotheca* verò Marraccij Raimundum Lullum, ſiue Raimundum Eremitam introducit, qui de Laudibus Virginis librum vnum, & Opuſculum de Conceptione edidit, atque hoc deinde anno mortuus in Africa eſt. Introducit item Porchettum Seluaticum, Carthuſianum, ex antiqua Seluaticorum apud Genuenſes familia ortum, qui de Sanctiſſima Virgine Maria contra Hebræos ſcripſit, & hoc anno claruit. At de Raimundo vide, ſi lubet, quæ anno 1311. ex Poſſeuino allata ſunt ad literam *B*.

## Anno deinde Mundi 5299. Chriſti 1316. Ioannes vigeſimus primus, dictus vigeſimus ſecundus, poſt duos tandem annos à Clementis Pontificis morte, quo biennio ſedes vacauit, Papa conſtitutus eſt.

A DE quo Polydorus libro 6. de Inuentoribus rerum cap. 12. Et Richardus Cluniacenſis in Ioanne 22. Et poſt eos Vincentius Charron in Calendario, atque etiam *Balinghem* 4. Decembris, iſta commemorant. Statutum ab eo fuiſſe, vt ter in die, manè, meridie, veſpere ad Angelicam ſalutationem per vniuerſam Eccleſiam pulſaretur: Quod ſtatutum ſic accipio, vt fuerit id ampliùs inculcatum, quod iam ad annum 1239. aut etiam anteà vſurpatum eſt. Inſuper ædificare fecit Auenione Eccleſiam ſub titulo *S. Mariæ à miraculis*, eámque magnificè dotauit: voluit autem vt eo in loco ædificaretur, vbi duo de ſodomia accuſati, & propterea ad ignem condemnati ad palum ligati fuerant, quorum altero per flammas conſumpto, alter Deiparam inuocans illæſus ab igne, inſigni miraculo, ſeruatus eſt. Quod miraculum adhuc habet *Bzouius* anno 1320. n. 31.

B Eodem autem anno finem viuendi fecit Archiepiſcopus Veſuntionenſis Hugo iſto nomine quintus, de gente Chalonia, qui ædificauit & dotauit Eccleſiam *S. Mariæ de Bello-prato*. Quæ omnia docet Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana. Addit verò *S*implicianus Gody in Hiſtoria Diuæ Virginis Montis Rolandi cap. 3. In *B*ello-prato prædicto, qui eſt Prioratus Ordinis *S.* Benedicti, commonſtrari populo vnam ex Zonis Beatæ Deiparæ. Addit & Marraccius in *B*ibliotheca, Ægidium Columnam, ſiue Romanum, olim Eremitam Ordinis Auguſtiniani, poſteà *B*ituricenſem Archiepiſcopum & Cardinalem, deceſſiſſe ex vita, ſcripto Commentario

in ſalutationem Angelicam, certo teſtimonio ſui in Mariam affectus. Poſt hæc

## Anno mundi 5300. Chriſti 1317.

A INſtitutos eſt Equeſtris Ordo *Diuæ Virginis de Monteſia* cootra Mauros, cui bona donata ſunt, quæ Templarij obtinebant io tractu Valentioo. Veſtis militibus caodida eſt cuoi rubra cruce ſimplice planaque: leges Ciſtercienſes, ſicut Calatrauenſi: & proprius magiſter: Primarius ex illis fuit Guillelmus Erilius vir fortiſſimus: caſtitatem omnes milites profiteri debent. Hæc fusè habes apud Miræum in Chronico Ciſtercienſi paginâ 270. Et ex Mariana lib. 15. cap. 16. Spondano anoo præſente o. 3. Chryſoſtomo Henriquez in faſciculo parte primâ diſtinctiooe 18. cap. 4. Arnoldo Vvionio ligni vitæ lib. 1. cap. 88. Poiræo Triplicis coronæ tractatu 5. cap. 12. §. 6. o. 10.

B Ad hoc prætereà tempus Chryſoſtomus Heoriquez, paulò antè citatus, io faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium parte 2. paginâ 402. hoc eſt, diſtinctione 40. cap. 12. & 1. parte diſtioctione 16. cap. 1. ædificationem Iardineti, quod eſt cœnobium Moonialium Ciſtercienſium, apud Valcuriam oppidum Comitatûs Namurcenſis reuocat. Cuius ædificaodi occaſio fuit miraculum, quo B. Virginis imago erepta miniſterio Angelorum ex flagrante templo Valcurienſi, io ſublimi aëre ſtetit, nec aotè deſcendit, quam Theodoricus horruli ſubiecti Dominus votum concepiſſet de æde & mooaſterio ibi conſtrueodo. Io quo Monaſterio aliquamdiu moratæ ſuot Mooiales Ciſtercienſes, donec B. Ioannes Euſtachius eò miſſus, tres rantùm inibi reſiduas & liberiùs viuentes ocyùs amouit, atque earum loco Mooachos Ciſtercieoſes conſtituit, ipſeque primus Abbas fuit, & mortuus eſt anno 1481. Qua de re vide Miræum in faſtis Belgicis 20. Septembris, & eadem die Arooldum de Raiſſe. Item eiuſdem Miræi Chronicon Ciſtercienſe paginâ 284.

C Sanctus quoque Brinolphus Vaſtonius, Epiſcopus Scarenſis in Suecia, fœliciter ad Dominum tranſijt. De quo S. Brigitta lib. 2. reuelationum cap. 30. & libro Extrauagantium cap. 108. teſtatur B. Virginem ſibi reuelaſſe, eum olim fuiſſe ſibi addictiſſimum ſeruum; quod ipſa ſuauitas ex corpore eios demortui effluens & gratiſſimus odor ſatis oſteodebat. Addit prætereà eandem B. Deiparam conuerſam ad filium ei commendaſſe, vt vellet procurare corpus Brinolphi decentiùs reponi. Quod Chriſtus promiſit, & præſtitit octoginta anois poſt illam reuelationem Diuæ Brigittæ factam. De Brinolpho loquitur Bzouius hoc anno n. 39. & Poiræus Triplicis coronæ tractato 3. cap. 7. §. 6. n. 8. Vincentius Charron 7. Februarij, Balinghem 6. menſis eiuſdem.

D Obiit etiam B. Agnes de Monte Politiano, alumna Prædicatorij Ordinis, quæ iam ab ipſa infantia erat deuotiſſima in B. Virginem, io cuius honorem ſæpè tunc ſalutationem Angelicam ooo tam recitabat, quàm balbutiebat. Apparens ei Deipara tres lapillos dedit, & admoouit, vt io fide firma Trinitatis, certò ſciret non ante ſe morituram, quàm in honorem Matris Dei domum ædificaret: Quam poſteà Agnes ædificauit eo loco, io quo antè viderat dæmones ad impudicitiam miſeris hominibus faces admouentes; vt ibi laudaretur Deus, vbi antè offendebatur. Die Aſſumptionis oranti apparuit Virgo cum filiolo ſuo, a quo Agoes crucem de collo pendulam ſubripuit conſeruauitque, quæ crux adhuc hodie certo tempore anni populis ſpectantibus monſtratur. De Agoete loquitur Chronicon Prædicatorum part. 2. lib. 1. cap. 72. Bzouius anoo 1300. n. 33. & 1317. n. 1. Spinellus de virginibus n. 68. & Vincentius Charroo ac Balinghem, vterque in Caleodario 20. Aprilis.

E Vixit demum boc anno Arnoldus à Verza Cadurcenſis, Vaſco, Gallus; Ioannis Papæ ſororis filius, Cardinalis S. Euſtachij, qui in laudem B. Mariæ Virginis Eccleſiam Collegiatam prope Aueniooem conſtruxit & dotauit, inqoit Marraccius; Et inſuper ſcripſit pia quædam inquit Poſſeuinos in Apparatu. Vbi etiam addit vixiſſe, &, inter alia, ſcripſiſſe de Conceptiooe Virginis Petrum Aureolum, qui & Verberios ſiue de Verberia dictus eſt, Ordinis Minorum. & Doctor fuit arqoe Rector Academiæ Pariſienſis, ex Prouinciali Aquitaniæ factus Archiepiſcopus Aqueoſis, atque Cardinalis, necooo etiam vulgò Doctor facundus appellatus.

F Præter hunc ex Ordine Mioorum, rurſus ex eodem Ordine Auenione mortuus eſt Ioannes Vitalis à Furno, ſapientiâ ſimul & ſanctitate clarus, ob idque à Clemeote quioto Cardinalis creatus: pignus ſuæ in Deiparam deuotionis reliquit, librum de B. Virginis Conceptu. Ex Ordioe verò Carmelitarum Gerardus à Bononia, Generalis, item Auenione deceſſit: ſcripſit Sermones de Feſtis B. Mariæ; & obtinuit vt Officium Immaculatæ Conceptionis authoritate Apoſtolicâ celebraretur, ſimúlque vt daretur Bulla vocata Sabbatina Carmelitis, præcipieote iſtud Beata Virgine Ioanni vigeſimo ſecundo. Quio & Iacobus de Lauſania, Dominicanus, ac deinde pòſt Lauſanenſis Epiſcopus, laudem Diuæ Virginis promouit ſcribendo Sermones de ea pro eiuſdem feſtiuitatibus. Et hæc omnia patent ex Bibliotheca Marraccij.

G Addit bis Antonius Balinghem io Calendario 15. Ianuarij, ædificarum fuiſſe à Sanctis ſororibus Fauſtioa & Liberata Oratorium in honorem B. Virginis apod Inſubres, vicinum portæ Ciuitatis Nouocomenſis; in quo aſſidois orationibus, ieiuniis, atque vigiliis Dei maieſtatem laudabant. Ita ille ex monumeotis iſtius loci. Iam verò

## Anno mundi 5301. Chriſti 1318.

A ORdinem montis Oliueti initium duxiſſe, teſtatur Bzouius boc anno n. 14. & 15. Spoodanus ſequente, n. 10. Arnoldus Vvioonius
D libro 1. ligni vitæ cap. 67. ad annum 1320. Vincentius Charron in Calendario 22. Auguſti n. 2. reijcere videtur ad annum 1371. in quo fortè eſt Ordo vlteriùs probatus, quod etiam Spoodanus affirmat anno 1370. n. 2. & Vvionius loco ſuprà citato. De inſtitutiooe autem huius Ordinis ſub regula S. Benedicti mentionem facit Platus de bono ſtatûs Religioſi lib. 1.

cap. 34. & lib. 2. cap. 22. Spinellus cap. 34. n. 12. Vincentius Charroo & Balinghem 22. Auguſti, & hic adhuc 30. Decembris. Gononus io Chronico anno 1319. & in vitis Patrum Occidentis paginâ 385. Poiræus Triplicis corooæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 17. & alij. Qui omnes conueniunt fuiſſe initium & primam originem huius Ordinis Senis, & quidem à Bernardo Ptolomæi, ſiue Tolemæi nobili Senenſi, qui ex egregio legum Profeſſore, cùm lumen amiſſum oculorum ad inuocationem S. Virginis recepiſſet, relictis omnibus, in montem Oliueti prope Senas iuit cum duobus ſocijs, æquè nobilibus Seneoſibus, Ambroſio Picolomineo & Patricio Patricio, ibíque vitam aſperam & eremiticam ſimul ſuſceperunt. Paulò poſt ad Pontificem vocati, ab eo remiſſi ſunt ad Guidonem Epiſcopum Aretinum, vt ab eo regulam & habitum decentem reciperent. Hic, ex reuelatione Beatiſſimæ Virginis, Regulam S. Benedicti, & habitum album eiſdem aſſignauit. Ipſe verò Bernardus poſt vitam ſanctiſſimè traductam demum obôt Senis anno 1348. peſte laborantibus inſeruiens, non autem anno 1378. vt oonnulli aſſerunt. Vlteriùs

## Anno mundi circiter 5303. Chriſti 1320.

A MOrtuus eſt B. Ioanoes Baptiſta Tolomæus, Dominicanus, quem Beatiſſima Virgo, cui addictiſſimus erat, multis illuſtrabat gratiis, & coram quo viſa eſt ſtare tenens codicem apertum, io quo ille inter concionandum legens, & quæ diceoda erant depromeret, & hâc Marianâ doctrinâ populos ad Chriſtum alliceret. Hanc Tolomæi mortem & hos illi diſtributos à Deipara fauores, habet Bzouius hoc anno n 29. Gononus tameu refert anno 1232. in Chronico, & Vincentius Charron in Calendario 15. Iunij n. 2.

B Idem verò Bzouius eodem anno n. 30. obijſſe dicit Margaritam à Caſtello, eiuſdem Ordinis S. Dominici, cuius pius in Deiparam affectus ab ea exigebat, vt quotidie Officium S. Mariæ recitaret. Singularis autem erat eius meditatio de Virginis Matris fœcunditate ac Maieſtate, de Natiuitate Saluatoris, & de ſollicito ſtudio S. Ioſephi erga puerum Ieſum & matrem eius. Vode & poſt mortem in aperto ipſius corde tres lapilli reperti ſunt, in quorum vno depicta erat Regina cæli diademate aureo coronata; in altero Ieſus naſcens inter duo animalia; in tertio Ioſephus ad cuius pedes genibus flexa erat Monialis Ordinis S. Dominici. Hæc omnia leguntur in Chronico Prædicatorum parte 2. & apud Vincentium Charron ac Balinghem 13. Aprilis, quorum hic eam vocat Margaritam à Caſtro, & addit ſciuiſſe eam, dum viueret, quantus io viſceribus ſuis lateret theſaurus: vnde ſolebat dicere amicis, *O ſi ſciretis quantus in corde meo lateat theſaurus!* Hi porrò lapides etiamnum ſeruari hodie dicuntur in templo Dominicanorom.

C Claruiſſe prætereà Poſſeuinus in Apparatu dicit, Bonauenturam Patauioum, Auguſtinianum, & Cardinalem, qui ſcripſit Speculum S. Mariæ, quem deinde laborantem pro Eccleſiaſtica libertate impii ſicarij Romæ interfecerunt. Addit his Marraccius, etiam ſcripſiſſe Sermones de præcipuis eiuſdem Deiparæ feſtiuitatibus, & eximiâ morte decoratum fuiſſe anno Chriſti 1396.

D Circa hunc quoque annum, tempore videlicet Ioannis vigeſimi ſecundi Romani Pontificis florebat & ſcribebat Armandus de Bello viſu, Ordinis S. Dominici, qui in honorem S. Deiparæ varios Sermones collegit. Et quidem de Conceptione, collatione 4. 27. 34. 78. de Natiuitate Virginis, collatione 71. & 78. de Annuntiatione, collatione 6. 9. 16. 17. 23. 25. 28. 38. 45. 56. 57. De Purificatione, collatione 31. 32. 40. 78. 90. 95. De Aſſumptione collatione, 15. 20. 21. 41. Quæ omnia videre eſt ex eiuſdem Armaodi operibus, & ex Catalogo Richardi Gibboni, qui authores aliquos collegit tractantes de laudibus Virginis: qui Catalogus eſt ad calcem Homiliarum B. Amedei. In fine autem operum Armandi, ponitur eum floruiſſe Auenione io Curia Ioannis vigeſimi ſecundi Pontificis, & io ſacro Palatio Apoſtolico Magiſtrum extitiſſe.

E Floruit quoque, & illuſtris hoc anno fuit, Oſbertus Byckenham, Anglus, ex Lymnenſi Nordouolcarum cœnobio, Ordine Carmelita, quem ſcripſiſſe de Conceptione B. Virginis, teſtatur Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Floruerunt etiam, Ioannes Goldeſtonus, Carmelita; Petrus Paludanus & Ioannes Picardi, ambo Prædicatores, quorum prior etiam fuit Patriarcha Ieroſolymitaous. Petrus Saxo ex Ordine Minorum, & Radulphus Actonus, Anglus, omnes & doctrinâ inſignes & ſingulari in Deiparam pietate, in cuius honorem Sermones ediderunt pro feſtiuitatibus eiuſdem, ſicut teſtis eſt Marraccius in Bibliotheca, adiungens ad hoc circiter tempus Hugonem Prateoſem Dominicanum, qui ſimiles Sermones, & Franciſcum de Maironis ex Seraphica familia, qui præter ſimiles Sermones, etiam edidit libros duos, vnum in *Magnificat*, alterum in *Miſſus eſt*, ambos in laudem Deiparæ.

F Notabile verò eſt, qood idem Franciſcus de Maironis habet in Sermone de Conceptione Virginis; vbi ait de Theologo quodam, quòd; cùm ſuſcepiſſet animum prædicandi poſtridie manè *quòd Dei Mater concepta eſſet in peccato originali*; nocte præcedente, quando propter illud ipſum ſtudebat, ſpectabilem ſe fecit ei Beatiſſima Virgo comitatu ſtipata Sanctorum Angelorum atque Doctorum; & caſtigatum verbis flagellorúmque minis durè increpitum permouit ad mutaodam meotem, & ab Angelo Gabriele erudiri fecit de pulcherrimo ſermone quem ad populum haberet, & quo comprobaret Dei genitricem conceptam fuiſſe ſine labe origioali. Iſtud eueniſſe Pariſijs aſſerit: & ex illo refert Bernardinus de Buſto ſermooe 6. de Conceptione ſub finem.

G Denique in diſpari omninò materia, memorabile tamen eſt, quod habet Albertus Crantzius in ſua Saxonia libro nono cap. 10. de Gerardo Comite Holſatiæ: ſolebat, inquit, ille pugnaturus imaginem Sacratiſſimæ Virginis collo appenſam circumferre in omnia pericula: quam hoc anno geſtans contra Danos, ter fertur ceciniſſe:

ceciniſſe; *Nos hac die tibi, gregatos ſerua Virgo.* Pugnauit & vicit. Alteram tum manum in prælio imagini ferunt deciſam, quam nullus denuo poterat aptare artifex: hodieque monſtrant in Itzeho Moniales memoratam Virginis Icunculam. Eſt verò Itzeho, inquit idem Crantzius libro 7. cap. 22. Oppidum in Holſatia, in quo ante aliquot annos, videlicet circa annum 1202. die proximâ Deiparæ Natæ, viſa eſt ſublimis ſupra oppidum Diuæ Virginis imago, quam ſanctè, qui viderunt, venerati, ex illo die religioſiſſimè coluerunt. Perſeuerat in hodiernum memorandæ rei memoria, appellatúrque hodie Ciuium dies. Quippe illa die, quâ ſic Virgo apparuit, bis Stora fluuius in eam altitudinem excreuit, vt ponte deiecto tueretur ciues contra violentiam obſidentium & expugnationi inſtantium Danorum. Hactenus ex Crantzio. At

## Anno mundi 5304. Chriſti 1321.

A DVm Ioannes Papa Auenione in Gallia moratur, Adoleſcens quidam, filius Sultani Armeniæ, conſideraturus titus Chriſtianorum Auenionem venit, & licet magnificè receptus à Papa, & Chriſtianorum iam recipere ſacramenta meditaretur; offenſus tamen concione cuiuſdam receſſit, qui contra puritatem Conceptionis Deiparæ aliquot rationes depromere audebat; addens non ſimiliter dubitare Turcas de innocentia Matris Mahometis. Hæc refert Iacobus de Valentia, Epiſcopus Chryſopolitanus, commentatio in Canticum B. Mariæ, Gononus ex eo in Chronico ad annum 1321. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 3. n. 3.

## Anno verò mundi 5305. Chriſti 1322.

A IN Hannonia inſigne miraculum accidit. Quippe Iudæus in Camberonenſe Monaſterium ingreſſus, imaginem B. Virginis in pariete depictam fœdè lanceâ quinquies percuſſit, erumpente multo ſanguine, qui poſteà multis ægritudinibus medicina fuit. Accuſatus coram Magiſtratu, cùm rem pernegaret, & licet tormentis adhibitis fateretur nihil, iam propè erat vt euaderet. Sed Sanctiſſima Deipara paralyticum quemdam tertiò admonuit, ac demum præcepto impoſito compulit, vt quamuis ſenex & adhuc infirmus Iudæum prouocaret ad ſingulare certamen certus victoriæ. Vocauit, proſtrauit, & coëgit facinus agnoſcere ac palam confiteri. Vnde Iudæus & laqueo ſuſpenſus vitâ priuatus eſt, & canibus deuorandus obiectus. Rem fusè exponit Guillelmus Gazetus in hiſtoria Sanctorum Flandriæ pagina 94. Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij Aprilis 28. Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium pagina 204. hoc eſt prima parte diſtinctione 8. cap. 5. eſt ſiquidem Camberonenſe Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis. Spondanus anno 1326. n. 6. in quo anno conſentit cum Miræo in faſtis Belgicis 8. Decembris. Sed ipſe Miræus à ſeipſo diſſentit in Chronico Belgico, in quo id accidiſſe fatetur anno 1322. quod opus eſt alio poſterius & correctius. Rem adhuc habet Vincentius Charron in Calendario 8. Aprilis. Robertus de Hauport, & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 61. & paſſim alij.

B Hoc vlteriùs anno moritur B. Ioannes Firmanus, aliàs dictus Aluernicola, Ordinis Minorum: de quo Bzouius hoc anno n. 30. & Vvaddingus in Annalibus ſic aguut, vt eum depingant deuotiſſimum erga Deiparam, à qua pro voto ac deſiderio ſuo meruit viſitari, ipſa Diuâ Virgine illi ſe offerente non ea ſpecie qua iam regnat in cælo; ſed eâ quâ, olim conuerſata in terris, videbatur iuret orandum vti. Multa eidem ab eadem Virgine reuelata ſunt. At

## Anno mundi 5306. Chriſti 1323.

A SAnctus Eleazatus, ſiue Elzearius de Sabrano Comes Ariani è Prouincia Phocenſi mortuus eſt Pariſijs, vt in eius vita dicitur; cùm alij poſt biennium, rurſúmque alij poſt quadriennium id contigiſſe velint. Fuit hic in peculiari tutela B. Virginis, vt nutrici eius Garſendæ pientiſſimæ fœminæ diuinitus reuelatum eſt. Virgini certè initio orationum ſuarum ſemper & ſe & ſuas preces commendabat: Virgini commendabat familiam, commendabat virginitatem ſuam; quam in connubio ſeruauit cum *D*alphina nobiliſſima virgine, licet eodem ſemper thoro vtens. Sæpè viſitabatur à S. Deipara, præſertim illâ nocte, qua à ſabbato ad Dominicam tranſitur. Vita eius habetur apud *S*utium 27. Septembris. Bzouius de eo loquitur anno 1325. n. 23. & anno 1351. n. 14. quo anno relatus eſt in numerum *S*anctorum. *S*pondanus hoc anno n. 10. Vvaddingus annis 1316. 1319. 1323. Antoninus 3. parte, titulo 24. cap. 9. §. 15. Spinellus tractatu de Virginibus n. 75. Caniſius libro 2. de B. Maria cap. 11. Vincentius Charron 28. Septembris. Balinghem 27. eiuſdem menſis, & multi alij.

## Anno deinde mundi 5309. Chriſti 1326.

A COepit variis clatêre miraculis imago Ceruienſis Beatæ Deiparæ, de qua iam dictum à nobis eſt anno Chriſti 1100. Primus illius vim ac præſentem Virginis opitulationem expertus eſt Huatdus Piequauetius, ac deinceps alij innumeri. Ita Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij, Dominica vltima Maij.

B Cœpit etiam mori terris & viuere cælo, Beatus Franciſcus Senenſis ex Ordine Seruitarum; de quo prægnans Mater viſa ſibi eſt lilium parturire, ex quo & aliis ſubnaſcentibus liliolis coronam ipſi Deiparæ connecteret. In baptiſmatis lauacro exultarit auidis oculis in oppoſitam B. Virginis ſtatuam fixus. Adoleſcens quingenties quotidie eandem B. Virginem ſalutabat; à qua ad euitandas detractorum hominum importunas de alijs murmurationes, ſurditatem obtinuit. Lilium ex ore demortui confeſtim erupit, quod dono datum à Republica Senenſi fuiſſe Legato Regis Galliæ fama eſt. Ita Chronicon Seruitarum, & Bzouius hoc anno n. 21. Gononus in Chronico, ac Vincentius Charron 5. Maij n. 4.



Digitized by Google

## Anno Mundi 5310. Chriſti 1327.

A FOelicem Creatoti ſuo ſpiritum reddidit S. Rochus, natione Gallos; quem pareotes eius Ioanoes & Liberata continuis precibus à B. Virgioe impetrarunt. Quod Surius habet in vita S. Rochi, & Barooius io ootis ad Martyrologium 16. Auguſti. At

## Anno mundi 5311. Chriſti 1328.

A PHilippus Valeſius Francorum Rex, inſigoem contra Belgas retulit victoriam: ex qua regreſſus Patiſios, primò acceſſit ad S. Diooyſium, & repoſitâ ibi Autiflammâ, ſiue Labaro, poſteà progreſſus eſt ad Eccleſiam Beatæ Deiparæ Cathedralem, & in eam ingreſſus armatus & equo inſidens, obtulit eidem Deiparæ & equum & arma, quibus in prælio vſus fuerat. Extátque adhuc ibidem io pronao ſeu naui Eccleſiæ effigies eius lapidea equeſtris & armata iuxta columnam templi Meridionalem & ante altare Virginis, id repræſentans. Ita Spondanus boc anno o. 23. ex Ægidio de Roya, & alij rerum Francicarum Scriptores, necnon Sebaſtianus Roulliard hiſtoriæ Carnutenſis cap. 6. & Iacobus Breullius antiquitatum Patiſienſium lib. 1. cap. 18. & Poitæus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 7. §. 3. n. 8. Balinghem & Vincentius Charton 23. Auguſti. Hic Rex poſteà, quo teſtaretur ſuam in B. Virginem venerationem; & promoueret cultum, quem omnes ei debent, pœnas ſanciuit contra eos, qui blaſphemi coouicti eſſent in eandem Virginem: Et quidem, vt primò ad palum publicè ligareotur cum compede in collo ferrea, & hoc per menſem ſex quotidie circa meridiem horis: ſecundò, vt ſi reciderent mutilarentur ſuperiori labro: ſi tertiò, labro inferiori; ſi quartò, auelleretur lingua. Ita idem Iacobus Breullius lib. 4. cap. 34. Item Ordinationes Gallicæ, titulo de Maleficijs & blaſphemis. Et Poitæus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9. §. 10. n. 1. ac Balinghem 23. Auguſti, Vincentius verò Chartoo 28. Auguſti num. 3.

B Io Oriente autem, Androoicus ſeniot, Imperio pulſus ab Andronico iuoiore nepote ſuo, videns captam Conſtantinopolim, confugit ad ſacram imaginem Beatæ Virginis: quo refugio factum eſt, vt iunior ille humanè eum habuerit, & Collegam Imperij retinuerit. Vt notat Gregoras lib. 9. hiſtoriæ. Et Spondanus anno præſente 1328. n. 28. necnoo Bzouius eodem anno n. 42. Videtúrque hâc ſecundâ vice ſeruatus per B. Virginem, nam prima vice ſeruatus eſt olim per eam à coniuratis anoo 1295. vt ibidem dictum eſt.

C Adhuc ad hunc annum pertinet Auguſtinus Triumphus Anconitanus Ordinis Auguſtiniani Alumnus; hic enim cùm anno Chriſti 1243. ſit natus, & annos vixerit 85. neceſſe eſt vt fuerit mortuus hoc currente anno. Qood non ſiluit Poſſeuinus in Apparatu, ex quo etiam agooſcimus Auguſtinum fuiſſe oon tantùm pietate, ſed & eruditione inſignem, multáque ſcripſiſſe in Deiparæ honorem tum ſuprà caput primum Lucæ, *Miſſus eſt*, & *Aue Maria*; tum ſupra Canticum *Magnificat*. Marraccius tamen putat rebus humanis ſubductum anno 1326. ſecunda Aprilis, Neapoli.

## Anno autem mundi 5312. Chriſti 1329.

A ANdronicus iunior Græcorum Imperator io Oriente, grauiſſimum in morbum incidit; cúmque ſubitanea morte tollendus videretur, ſeruatus eſt ac plenè conualuit hauſtu, & facta per totum corpus ſuffuſione, aquæ è ſacro fonte Dei genitricis, quem Chryſopêgem vocant. Ita Gregoras lib. 9. hiſtoriæ, & Spondanus hoc anno n. 21. Quod Deiparæ beneficium multi ſeniori Androuico attribuunt, non iuniori, vt attribui debet. Seoiori attribuunt Gononus in Chronico, anno 1331. & Poitæus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 4. n. 15. Balinghem etiam in Calendario 12. Februarij. At iuoiori Spondanus ſupracitato loco, & Vincentius Chatton in Calendario 15. Iunij, alíique communiter. Sed &

## Anno mundi 5313. Chriſti 1330.

A SCriptores ex diuerſis Religioſis Ordinibus in honorem Diuæ Virginis laborarunt. Ex Carmelitis Guido de Terrena, ſiue Perpinianus, Generalis familiæ Carmeliticæ; & Petrus de Ceſis, Guidonis in Generalatu ſucceſſor, ediderunt, hic Sermones de præcipuis Mariæ feſtiuitatibus, ille Commentarium in *Magnificat*. Ex Carthuſianis Landulphos, ſiue Ludolphus, vitam Virginis literis commendauit. Ex Præmooſtratenſibus Petrus de Lutra. Ex Dominicanis Nicolutius Aſculanus. Et ex Minoribus Gerardus Odonis, Sermones de B. Virgine pro eius feſtiuitatibus ediderunt. De quibus authoribus ſermo eſt in Mariana Marraccij Bibliotheca. Verùm

## Anno mundi 5314. Chriſti 1331.

A VItam clauſit extremam frater Reginaldus Aggellus laicus in familia Diui Domioici, Qui millies quotidie in genua procidere ſolebat; & orationem Dominicam vnà cum ſalutatione Angelica toties recitare. Habet id Balinghem in Calendario 5. Februarij. Rurſus

## Anno mundi 5315. Chriſti 1332.

A ANdronicus ſenior Græcorum olim Imperator, poſteà cæcus & monachus, mortuus eſt, & quidem repentino obitu ex eſu conchyliorum & potu aquæ frigidæ; in cuius morte, quamuis luctuoſa, vt pote ſchiſmatici, & cui ob intempeſtam noctem, etiam ſacra myſteria conferri non potuerunt, hoc ſaltem vtcunque laodabile accidit, quod cum lachrimis & genuflexionibus ſacram Dei genitricis imaginem, quam in ſinu geſtabat, loco diuinorum myſteriorum, ſibi in os ioſeruit: vt hoc ſaltem externo cultu, interiorem ſui animi fiduciam affectúmque declararet. Quod notauit Gregoras libro 10. & Cantacuzenus libro 2. cap. 28.

Digitized by Google

& poſt eos Spondanus anno 1332. n. 1. Vixiſſe dicitur à Nicephoro ſeptuaginta annis, & Imperium tenuiſſe quinquaginta. Poſt hæc

## Anno mundi 5316. Chriſti 1333.

A MOrte interceptus eſt Pariſijs Albertus Patauinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Doctor Pariſienſis, eloquentia clarus & ſanctitudine, cui marmorea ſtatua aureis literis decorata meritò erecta eſt à Patauino Senatu. Commentaria ediderat ſuper Canticum *Magnificat*, & ſuper *Miſſus eſt*, Sermonéſque varios in præcipuis feſtiuitatibus glorioſæ Virginis. Cuiuſmodi etiam Sermones edidit ex Ordine Minorum Ioannes Blomendal, qui hoc anno in pretio erat. Quæ omnia patent in Bibliotheca Hippolyti Marraccij. Deinceps

## Anno mundi 5317. Chriſti 1334. Ioanne Pontifice mortuo, electus in locum eius eſt Benedictus vndecimus, duodecimus dictus.

A QVamuis autem iam ſuprà, anno Domini 1316. dictum ſit de Ioannis beneuola in Deiparam propenſione, hoc tamen loco addi debet: quòd iuſſu eiuſdem Virginis eidem apparentis, approbauit & Bullâ communiuit deuotionem & Confraternitatem Scapularis. Hanc habet Bullam Gononus in Chronico anno 1321. in qua exprimitur ipſa apparitio B. Mariæ facta Ioanni. Quæ Bulla quamuis à Ioanne exierit anno primo Pontificatûs eius, hoc eſt, anno 1316. tamen hoc ſaltem anno omittenda non fuit. De hac re ſic Balinghem in Calendario 16. Maij n. 3. *Eadem Virgo cupiens hunc Carmelitanum Ordinem illuſtrare, Ioanni vigeſimo ſecundo apparuit ei præcipiens, vt euulgaret, fratribus Carmelitis & omnibus cum illo ſcapulari ſepultis in purgatorio exiſtentibus, aſſiduis ſuis apud filium ſuum precibus & ſingulari ſuâ protectione, primo ſabbati die ab eorum obitu à Purgatoris liberandos.* Hæc ille. Nunc autem.

## Anno mundi 5318. Chriſti 1335. vel certè circa hæc tempora.

A VT notat Turſellinus in hiſtoria Lauretana libro 1. cap. 18. & poſt eum Bzouius anno 1322. n. 16. & 1335. n. 15. Sacræ Virginis Domunculæ circumdatum eſt templum a Recinetenſibus; & adiectæ templo ampliores ædes Sacerdotum miniſtrorúmque habitationi, & nobilium aduenarum hoſpitio deſtinatæ; quibus deinde diuerſorium pauperum peregrinorum acceſſit. Additæ etiam ſunt à Benedicto Pontifice Indulgentiæ; ſunt & noua vota exinde Recinetenſium & aliorum inflammata, qui quotidie à multis milliaribus aduentabant ad ſacram ædem: qui verò venire non poterant, vt pueri in cunabulis & alij, ſaltem docebantur conuerſi ad Virginis ædem Virginem ſalutare, aut alio ſigno deuotionis venerationem ac cultum eidem Deiparæ exhibere. Quæ Turſellinus habet loco ſuprà citato cap. 19. Vbi etiam addit, ſenes ac valetudinarios ſenio morbóue tardante, cùm de more ad Lauretanum templum itare non poſſent, Beatæ Mariæ Lauretanæ effigiem coloribus exprimendam curaſſe in foro, ibíque ſacello aráque excitatâ à ſupradicto Benedicto Pontifice aureis exaratum literis diploma impetraſſe, quo diplomate ad aram illam orantibus peccatorum venia impertiebatur. Hæc Turſellinus, qui adnectit alia de ludimagiſtris, quos decreto obſtrinxit, pueriles animos imbuere cognitione & amore Beatæ Virginis, præſertim Lauretanæ.

## Anno deinceps mundi 5319. Chriſti 1336.

A REbus humanis exemptus eſt B. Mauritius Hungarus, Ordinis Sancti Dominici, quem B. Virgo nondum è matre natum, iam famulum elegit. Apparens quippe illa matri eius prægnanti ac febre laboranti, iuſſit vt bono animo eſſet, & ſciret ſe fœtum geſtare, qui virtutibus olim eſſet præclariſſimus: addidítque, vt hora partûs ſe ſigno crucis communiret, & fœtum ſuum crebrò Virgini commendaret. Ita Michaël Piux in Mauritij vita, & Chronicon Prædicatorum, & Bzouius hoc anno n. 28. Meminit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. § 4. n. 10. Vincentius Charron 29 Martij n. 1. & alij.

B Quo eodem anno migrauit in cælum S. Elizabetha Luſitaniæ Regina, quæ poſt mortem Dionyſij Regis coniugis ſui, ſuſcepit habitum tertij Ordinis Sancti Franciſci. Hæc eâ deuotione in Deiparam fuit, vt quadraginta dies ante Virginis Aſſumptionem, & ſingulos dies Sabbati ieiunaret pane tantùm, & aquâ vtens. Quod idem factitabat in peruigilijs feſtorum ipſius. Quotidie verò poſt ſacrum Miſſæ ſacrificium auditum, euoluebat Roſarium, & Officium B Mariæ deuotè recitabat. Hinc meruit à Deipara viſitari in morte, cui ſe magno animi ſenſu commendauit dicens: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe.* De hac Vvaddingus anno 1336. Et eodem anno Bzouius n. 28. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 10. §. 2. n. 1. Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 4. Iulij. Vaſconcellus in Anacephalæoſi 8. & in oratione 5. in S. Elizabetham. Petrus Perpinianus, Ribadeneira, & alij.

C Ad hunc adhuc annum reponit Bibliotheca Mariana Guillelmum Gotingam, vel, vt alijs placet, Notingam, ex Ordine Minorum, Anglum, Theologum, & Doctum; qui reliquit Sermones in annua Euangelia feſtiuitatum Beatiſſimæ Mariæ Virginis. Viuebat verò Bernardus Ollerius Generalis Carmelitarum, qui ſcripto de immaculata Mariæ Conceptione libro, biennio poſt, hoc eſt anno 1338. mortuus eſt, vt habes ex eadem citata Mariana Bibliotheca. Poſteà

## Anno mundi 5321. Chriſti 1338.

A INcipit varijs prodigijs, miraculis, & ægrotum ſanationibus, fulgere imago B. *Mariæ à virtutibus* prope Pariſios, vt habet Iacobus

Breulius lib. 4. antiquitatum Pariſienſium, & Vincentius Charron in Calendario 14. Maij. Primum prodigium fuit ſudor quidam omnibus conſpicuus, quem emiſit ſtatua Virginis; cuios rei fama omnes aeciuit, ipſum etiam Regem Phibippum Valeſium, ac reliquos Proceres, qui deuotionis gratiâ eò ſe conferebant. Inter cæteros Toloſanus Mareſchallus, cùm irriſiſſet Peregrinos, & propterea diuinitus punitus eſſet tumore totius corporis, voto ad Deiparam facto ſanatus eſt, & locum ipſe cum prolixa gratiarum actione inuiſit, cereamque ſtatuam obtulit. Poſt hæc

## Anno mundi 5323. Chriſti 1340.

A TOrnacum obſeſſum ab Anglis alimoniis carebat, ita vt vix quatriduo poſſet hoſtibus reſiſtere: ſupplicatio ſolemnis instituta eſt, & claues vrbis in manus ſtatuæ S. Deiparæ commiſſæ atque commendatæ. Nec vana fuit ciuium fiducia: nam ante quatriduum obſidionem inimici ſoluerunt. Sic habet Archiuium Tornacenſe, & inde Vincentius Charron in Calendario 11. Aprilis n. 3. *Bzouius* hoc anno n. 11. & Spondanus n. 7. Nouarinus in vmbra virginea n. 639. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 3. n. 13.

B Ad hunc annum reuocat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 101. dedicationem cuiuſdam Eccleſiæ Romæ in honorem immaculatæ Conceptionis Deiparæ. Quod refert ex Octauio, libro de Eccleſijs Vrbis. Sed cùm dicat dedicationem hanc factam ſexto anno Pontificatûs Bonifacij noni, non poteſt iſta dedicatio conuenire huic anno, cum Bonifacius nonus non ante annum Chriſti 1389. Pontificatum inierit. Itaque ſi quem annum reſpicit huiuſmodi dedicatio, reſpicit 1394.

C Florebat verò, vt docet Poſſeuinus in Apparatu, Henricus de Vrimaria, Germanus, Ordinis Auguſtiniani, ſanctitate & doctrina inſignis, qui librum vnum ſuper *Aue Maria* ſcripſit. Viuebat quoque Hermannus de Schildis, ex Ordine eodem S. Auguſtini, qui in *Aue Maria* vnum librum compoſuit, & librum vnum de Conceptione S. Mariæ. Quod notat idem ibidem Poſſeuinus. Prætereà, quod notat Bibliotheca Marraccij, ex Ordine Redemptionis Captiuorum, Thomas Staucham librum edidit de ſalutatione Angelica. Ex Ordine Minorum, Nicolaus Lyranus gloſſa ſua in ſacros libros nominatiſſimus, præter Poſtillam ſuper *Miſſus eſt*, atque *Magnificat*, & nonnulla alia; ſcripſit Sermones de B. Virgine in eius præcipuis feſtiuitatibus. Cuiuſmodi Sermones ediderunt ex Ordine Prædicatorum, Guillelmus Suthampton, Hugo de Dictonia, Iacobus Romanus. Et ex Ordine Carmelitano, Hugo de Sancto Heſt, & Hugo de Sancto Noëto, quiſque librum ſcripſit de Conceptione Virginis; quibus, ex eodem Ordine Ioannes Campſcenus addidit Sermones in ſolemnioribus Deiparæ feſtiuitatibus.

D Inſignis demum fuit victoria, quam Deiparæ auxilio freti, ad Tariſſam vrbem, reportarunt Alphonſus Caſtellæ & Alphonſus Luſitaniæ Reges: in qua ſuprà ducenta Maurorum millia prælio fugaque cecidêre, captiuorum ingens numerus factus; Chriſtianis, quod prope miraculum ſit, non ampliùs viginti interfectis. Pompam, lætitiam, & totum honorem huius victoriæ fuſè deſcribit Mariana lib. 16. cap. 7. & 8. & Spondanus refert hoc anno n. 11. Et Villanius lib. 11. cap. 119. & alij.

## Anno verò mundi 5324. Chriſti 1341.

A MOritur Andronicus iunior Palæologus, de quo ſuprà anno 1329. dictum eſt. Moritur & B. Iuliana Falconetia, Monialis Ordinis Seruitarum deuotiſſima erga S. Virginem, in cuius honorem ſingulis diebus ſabbati non niſi aqua & pane veſcebatur. Sepulta eſt in æde Annunciatæ Florentiæ, ibique variis miraculis poſt mortem claruit. In eius pectore, è regione cordis, expreſſa Crucifixi imago, cùm ſepeliretur, reperta eſt, teſtis pietatis quam erga Chriſti paſſionem conceperat. Iſta continet Chronicon Ordinis Seruitarum, & Bzouius hoc anno n. 17. necnon Vincentius Charron ac Balinghem 19. Iunij n. 1.

B Sed & eodem anno 1341. datum eſt initium Sacello B. Virginis iuxta Vvinckenuertum non longè à Louanio, cuius conſtruendi datum eſt diuinitus ſignum, quod eiuſmodi fuit. Cùm Ioanni Van Crevvinkel mortuæ ſimul & vna die eſſent duæ piæ filiæ, & in S. Mariam vehementer deuotæ, earum cadauera ad ſepulturam cum pompa deferuntur. Pompam illam interturbauit immanis tempeſtas, quæ ſubitò exorta, cum pompa ſubſiſtere fecit, & ſub gemina derelinqui quercu, demortuarum cadauera, quæ Vvinckenuertum ferebantur. Ergo illa ibi ſic depoſita, cùm poſteà aut mouere vellent aut etiam efferre, nulla ampliùs aut facultas fuit, aut de cælo licentia. Quin potiùs conſequente nocte monitus Ioannes eſt de pio Sacello in honorem Virginis ibidem conſtruendo, in quo conderentur piæ illæ Virgines, vt quæ in vita Deiparæ deuotè ſeruierant, in eiuſdem poſt mortem ſacello non minùs piè fœliciterque quieſcerent. Dedit verò Ioannes huic initium ſacello hoc anno, vt teſtatur Auguſtinus Vvichmanus, & ex eo Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 20. Iulij. At

## Anno mundi 5225. Chriſti 1343. Clemens ſextus ſuccedit Benedicto.

A TVnc verò temporis abierunt ex hac vitæ palæſtra, Robertus Holchot, non ignobile lumen Prædicatorij Ordinis, qui Sermones ſcripſit in feſtiuitates Diuæ Virginis; & Ioannes de Alerio, Carmelita, qui librum compoſuit de Conceptione. Horum meminit ad hunc annum Bibliotheca Mariana: itémque Philippi Galterij, ſiue de monte Galerio, Minoritæ, qui Sermones edidit de Feſtis Marianis, & his temporibus florebat.

## Anno autem mundi 5326. Chriſti 1343.

A EXceſſit è vita Robertus Siciliæ Rex, vt aduertit Spondanus hoc anno n. 4. reijciens multos, qui obijſſe dicunt anno præcedente, vt Bzouius n. 9. Balinghem & Vincentius Charron 16. Ianuarij, & alij. Fuiſſe autem illum & doctrinâ & prudentiâ & virtute inſignem authores prædicti teſtantur; qui etiam addunt cum Colenutio in hiſtoria Neapolitana, eundem, tum Neapoli erexiſſe templum B. *Virginis à cruce*, tum Ieroſolymis in monte Sion aliud in honorem eiuſdem Virginis dedicatum.

B Præterea in oppido China diœceſis Dertuſanæ mortuus excitatur intereeſſione B. Mariæ de Monteſerrato. Ita Hiſtoria Montisſerrati miraculo 77. quod etiam refert Vinceotius Charron in Calendario 2. Nouembris n. 10. Dein

## Anno mundi 5327. Chriſti 1344.

A IN Hiſpania Alphonſus Rex Caſtellæ Algeairam, prope Tariffam ad fretum Gaditanum, demum poſt deditionem capit. Quod fusè narrat Mariana lib. 16. cap. 10. & 11. Breuiùs Villanius lib. 12. cap. 30. & Spoodanus hoc anno n. 3. Meminit quoque *Bzouius* n. 5. & 8. Qui præterea addunt, quòd ſequenti deditionis die Rea Alphonſus in vrbem ſolemni ſupplicatione ingreſſus, proximâ deinde ſubſequente die, templo maximo Mahumetanæ ſuperſtitionis ſordibus expiato, *S. Mariæ Palmæ* nomen indidit, quòd Dominica Palmarum dies eſſet; in quo ingenti omnium lætitiâ & gratulatione, ſacra peracta ſunt Chriſtiano ritu: illúdque Pontifex, poſt gratas Deo de tanta victoria actas, in Cathedralem Eccleſiam erexit.

B Rurſum hoc anno B. Maria Montiſſerrati merſum morte puerum & in aquis extinctum vitæ redonanit, id ſupplici prece poſtulantibus pueri parentibus, ſicut dicitur in hiſtoria Montiſſerrana miraculo 80. & apud Vincentium Charron in Calendario 1. Aprilis n. 2. At

## Anno mundi 5328. Chriſti 1345.

A MOrtem B. Peregrini Seruitæ accidiſſe putat Bzouius in Annalibus anno 1345. n. 17. & conſentit Balinghem 1. Ma[illegible] Philippo Ferrarienſi, fatentúrque nobiſcum [illegible]o oranti vt vias ſoas & vitæ rationes B. Virgo dirigeret, apparuiſſe Deiparam & præcepiſſe vt ad Ordinem Seruorum ſuorum ſe conferret: quod ille præſtitit comitatus Angelo & progreſſus Senas. Verùm quod de eo dictum eſt anno Chriſti 1234. impedit ne mortem ipſius huc vſque differamus; aut certè fatendum eſt non eum floruiſſe prædicto anno.

B Ad hæc autem propemodùm tempora accidiſſe videtur, quod refert S. Brigitta in Extrauagantibus cap. 55. de fratre Gertechino Religioſo Monaſterii Alnaſtri, qui tantæ ſanctitatis erat, vt per quadragiota annos de monaſterio nunquam egreſſus ſit, ſed continuè Deum orans quietus ibi permanſerit. Iuſſus autem ab Abbate ire ad piſtrinam vt ibi laboraret, conuerſus ad imaginem Virginis, ei repræſentauit ineptitudinem ſoam. Cui Virgo per imaginem reſpondens, *fac*, inquit, *quod huc vſque feciſti, & ego pro te ſeruiam in piſtrina*: & ſic factum eſt nullis id aduertentibus. Bzouius hoc anno n. 22. loquitur de Gertechino. Apparuit verò eidem S. Brigittæ Vlpho coniux eius defunctus, qui exemplo ſuæ vxoris erat in Deiparam valde ſtudioſus: inter cætera quæ à Brigitta petiit, hoc fuit; vt anno integro curaret pro eius anima continenter celebrari Miſſas de B. Maria. Habetur id Extrauagantium cap. 56.

C Præter hæc Liuinus Minorita hoc anno martyrium ſubiit in Cairo Babyloniæ. Quem ſæpiùs inuiſit S. Virgo filium deferens: ſed aliquando, cùm ille opuſculum, quod inceperat in honorem Chriſti & Matris, abſeciſſet; apparuit quidem ei Deipara, ſed ſine filio: quo facto ille admonitus reſumit laborem, præſertim iubente Virgine & martyrium promittente. Ita Vvaddingus in Annalibus Minorum hoc anno. At verò

## Anno mundi 5329. Chriſti 1346.

A FActum eſſe decretum Sorbonicum pro Conceptione immaculata B. Virginis ſcribit Poitæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 2. n. 53. ex Ioanne Baccono in tertium ſententiarum librum diſtinctione 3. quæſt. 4. art. 3. Quo non tantùm omnem poteſtatem reſcidit contrarium docendi; ſed, vt non ſine pœna eſſent, qui in oppoſitum quid molirentur, ſtatuit nobiliſſima Schola. An verò nouum tunc fecerit decretum Sorbona, an renouauerit tantùm decretum, quod fecerat in commendationem doctrinæ memorabilis & meritò laudabilis Scoti, de quo dictum eſt anno 1308. mihi incompertum eſt. Certum eſt verò ex Spondano, *Bzouio*, Vvaddingo, hoc anno Pontificem Clementem monuiſſe Doctores Scholæ Pariſienſis, ne vanis argutiis & inutilibus quæſtionibus, ac periculoſis captionibus tractandis intenderent, ſed ſolidam Catholicam veritatem ex ſenſu Patrum interpretarentur. Quâ fortè occaſione, renouatum eſt, & hoc de Conceptione, & alia Sorbonæ decreta.

B Inſuper eodem tempore captâ Terùanâ ſeu Morinorum vrbe, dum Angli victores omnia tentant diripere, & permulta flammis conſumere apparant; quidam inuolant in ſacrum Deiparæ templum. Iámque vnus ex iis ſagittam arcu vibrat in coronam ſtatoæ Diuæ Virginis argenteam: at fracto arcu & per eius fragmenta multis vtique vulneratis, intellectum eſt, vt non ſine crimine, ita nec ſine iuſto ſupplicio talia atteotari. Quare à prædatione non tantùm hi milites manus abſtinuerunt, ſed prætereà è contra donaria ſoluerunt, quibus Virgo honoraretur. Hæc Meyerus habet, & Bzouius ex eo hoc anno n. 12. Balinghem quoque & Vincentius Charron initio Septembris, & Gononus in Chronico.

C Obiit quoque hoc vlteriùs anno B. Venturinus, Ordinis S. Dominici, patria Bergomenſis, qui viſus eſt eleuato à terra corpore orans coram icone B. Virginis, & quidem viſus eſt à iuuene, qui hac viſione abſterritus eſt à grauiſſimis, quas Venturino moliebatur, texendis calumniis. Aliàs etiam viſus eſt à Florentina matrona in aëre genuflexus coram B. Dei genitrice, quam circulus collucens aureus vnà cum

filiolo circumdabat. Concionibus ſuis ſemper aliquid admiſcebat de B. Maria. Et diebus ſabbati tanto concurſu populorum de ea verba faciebat, vt nonnunquam ad quadragiuta & ampliùs millia auditorum numerus peruenirer, támque expeditè à remotis, quàm à vicinis, Deo quid diuinitus operante, audiebatur. Teſtatur iſtud Antonius Flamineus in vita ipſius, & exinde Bzouius hoc anno, Chronicon Prædicatorum, Leander, Seraphinus Razius, Vincentius Charton & Balinghem in Calendario 28. Martij.

Demum inter permulta quæ ſcripſit Ioannes de Baccone Anglus, Carmelita, & Doctor Theologus in Academia Pariſienſi, habentur libri tres de Conceptione B. Mariæ Virginis. Hunc verò obiiſſe hoc anno Poſſeuinus in Apparatu ait, & Trithemius, & alij. Bibliotheca verò Mariana addit Thomam Staueshanum etiam exceſſiſſe de vita, & ſcripſiſſe de ſalutatione Angelica librum vnum; erat hic ex familia Minorum. Sed anno præſente florebant, ex Ordine quidem Dominicanorum Bonauentura Ptolomæus, vir magnæ virtutis, cuius vitam ſcripſit Gregorius Lombardellus Senenſis: ipſe autem Sermones edidit de Feſtis Deiparæ. Ex Ordine verò Eremitarum S. Auguſtini, Simon de Caſſia, vir mirabili zelo inflammatus, librum de B. Maria conſcripſit, mortuúſque eſt biennio pòſt, hoc eſt anno 1348. ſicut & Bonauentura Ptolomæus. At ex Ordine Seruitarum, Nicolaus Senenſis, poſtquam itidem conſcripſit pulcherrimos Sermones, tandem in Chriſto obdormiuit anno 1349. D

## Anno deinde mundi 5330. Chriſti 1347.

CErtum eſt Ludouico Bauaro mortem funeſtam accidiſſe, & quidem decimo Octobris. A
Id docent Auentinus, Villanius, & alij apud Spondanum n. 6. Quem alij impœnitentem, alij excommunicatum obijſſe tradunt. Hunc tamen Gononus in Chronico, Vincentius Charron & Balinghem vterque in Calendario 11. Octobris collaudant tanquam S. Mariæ deuotum famulum, & ei adaptant, quæ Ludouico quarto conuenire diximus anno Chriſti 900. Difficile quippe exiſtimabamus, vt tam rebelli in Pontificem ingenio, támque inſolenti ac ſuperbo, conuenire poſſet tam ſuauis pietas in Virginem Matrem, præſertim cùm ipſe Caniſius, ex quo rem habebamus, Ludouico quarto Imperatori eandem aſſignet, non Ludouico quinto, qualis eſt hic Bauarus. Nam poſt Ludouicum Pium, Imperatores fuerunt, Ludouicus Iunior, Ludouicus Balbus, & Ludouicus Bozonis filius, tum Ludouicus Bauarus, qui à quibuſdam vocatur Ludouicus quartus, quia fuit Imperator poſt Ludouicum Bozonis filium Regem Italiæ huius nominis tertium, quem Berengarius Dux Forojulienſis & oculis & regno & Imperio priuauit. Nihilominus quia & ipſe Caniſius expreſsè ſic aſſerit: *Ludouicus quartus Bauarus, qualis qualis fuerit, &c.* adeóque Bauarum nominat; & Authores video in idem conſentire; nec habeo Crantzium, qui diſtinctè contrarium aſſerat; per me licet id attribuatur Ludouico quinto Bauaro, quod quarto dederamus. Et de Bauaro dicamus, quod olim anno Chriſti 526. de Theodorico diximus. Miſerè perijt, vt miſerè vixerat Ludouicus Bauarus. Poterat iſte Princeps Sanctæ Virginis experiri facilem pietatem, ſi vti ſe dederant aliqua eius bona facinora, in amore illius ſolidus perſtitiſſet. Dicitur enim pulchram Beatæ Deiparæ, quæ adhuc exſtat, imaginem ex Italia in Bauariam deportaſſe, ac deportatam magno cultu, in cœnobio Etalenſi, quod in medijs ſiluis ad eiuſdem Virginis in cælum Aſſumptæ laudem ipſe conſtruxit, poſuiſſe & reliquiſſe. Laudandus certè aliquatenus videtur, & de Monaſterio in laudem Deiparæ conſtructo, & de præclaro cultu imaginis eius: ſed plurimùm offuſcant qualemcunque hanc laudum ac meritorum lucem teterrimi mores, quibus & Imperium & Eccleſiam inquinauit.

B Hoc eodem anno Eduardum Regem Angliæ ope D. Virginis euaſiſſe naufragium ſcribit Bzouius n. 11. & eodem anno n. 20. exortam eſſe B. Catharinam Senenſem breui futuram deuotiſſimam erga Dei matrem, vt ſuo loco dicendum eſt.

C Inſignis verò fuit liberatio Godefridi de Charni, Gubernatoris Picardiæ, qui, cùm Philippo Franco Valeſio recuperare omni modo tentaret Caleſium ſiue Caletum, quam vrbem Angli ſuperiore anno occuparant; Anglis multitudine ſuperioribus cedere coactus eſt, & captus nec ob preces, nec ob pretium ex Angli manu redimi valuit. Quare votum fecit de ædificanda & dotanda æde in honorem B. Virginis. Quo facto adfuerunt ei duo Angeli ab Virgine miſſi, qui indutum armis bellicis & inſtructum equo, mixtum copiis Anglorum ex vrbe emiſerunt, admonentes, vt ſe deinde extra vrbem
A poſitus, Gallicis turmis, quæ breui occurſuræ erant, ſtrenuè admiſceret. Huius voti reus, poſteà anno 1353. condidit prope Trecas in ſuo pago Lireyo templum, illúdque non tantùm dotauit, ſed etiam ditauit eo Chriſti Domini ſudario, quod nunc eſt Taurini. Rem prolixè deſcribit Nicolaus Camuzatius in ſuo Promptuario Trecenſ[illegible] & Nicolaus Deſguerrois in ſuis An[illegible]recenſibus. Froiſſardus in Annalibus Franciæ cap. 150. 151. 152. ac Vincentius Charron in Calendario 20. Iunij num. 3. Poſt hæc

## Anno mundi 5331. Chriſti 1348.

A VT quidem exiſtimat Bzouius n. 37. accidit beata mors Iſraëlis fratris Sanctæ Brigittæ viduæ. De quo ipſa loquitur libro 6. reuelationum cap. 95. & ex reuelatione S. Virginis declarat eidem Beatiſſimæ Virgini Deiparæ eundem fuiſſe vehementer addictum. Certè dignitatem quandam à Rege Sueciæ tamdiu Iſraël oblatam ſibi recuſauit, donec monitus reuelatione Dei genitricis eam denique acceptauit. Profectus contra Infideles, in vrbe Rigenſi correptus eſt morbo, ſentiénſque ſe breui moriturum, aſcendit in templum dicatum Deiparæ, & digito imaginis eiuſdem annulum, quem valde pretioſum geſtabat, indidit ſic Deiparam

compellans: *Tu mihi Domina es ſempérque fuiſti chariſſima, ſuper quo te teſtem inuoco; ideo me & animam meam tuæ prouidentiæ relinquo.* Non dilexit me dimidio corde, ſed toto, inquiebat Deipara S. Brigittæ. De eodem Iſraele agit Spondanus hoc anno n. 18.

B Obiit quoque hoc prætereà anno B. Silueſter monachus ex Ordine Camaldulenſi, quem deuotio erga Deiparam à longo collecta roborauit, vt animoſè corriperet quemdam temerariè aſſerentem, quòd ſi B. Catharina Virgo & Martyr eo tempore vixiſſet, quo Verbum diuinum carnem ſumere ſtatuerat; fuiſſet ad concipiendum Verbum præ S. Maria electa: quam propoſitionem rectè oſtendit eſſe hæreticam, multas & doctiſſimas proferens rationes, quamuis aliàs idiota & indoctus eſſet. Hæc de eo conſeruat Chronicon Camaldulenſe, ex quo deſumpſerunt Balinghem & Vincentius Charton Iulij 5.

C Sed etiam hoc anno, Cardinalis Petrus Bertrandus, olim Niuernenſis, poſteà Æduenſis Epiſcopus, & mortuus eſt & ſepultus in Prioratu B. *Mariæ de Mortault*, quem fundauerat iuxta Auenionem; fundauit quoque Moniales Sanctæ Claræ Annonei, & Hoſpitale eiuſdem oppidi, quod appellant *S. Mariam Pulchram.* Item alia multa præſtitit, quæ pietatem eius in Deiparam non vulgarem declarant, De eo plura habet Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Æduenſium, & Iacobus Gualterus in tabulis Chronologicis ſectione 14. de Scriptoribus ſacris, & Vincentius Charron in Calendario 24. Iunij n. 7. Addit ex Corrozetio Scriptore Annalium Pariſienſium Ferreolus Locrius lib. 2. cap. 7. Mariæ Auguſtæ; ab eodem Petro Bertrando (qui etiam fuit Atrebatenſis Epiſcopus, quod non ſiluit Claudius Robertus in Gallia ſua Chriſtiana) tria inſuper Collegia in honorem Virginis erecta fuiſſe, aliud Rothomagi, aliud Arrebati, aliud ab *Aue Maria* nuncupatum.

D His omnibus Bzouius n. 35. adiungit fœlicem obitum B. Bartholomææ Senenſis valde in ſanctam Deiparam deuotæ, & n. 36. nonnulla refert de pio quodam admodùm ac ſtudioſo Nouitio in Virginem Matrem, quæ vel obiter hîc inſinnaſſe, ſatis eſt.

E Denique aſſerit Marianus Atlas libro primo, imagine 12. peſtem hoc anno infeſtam Monſpelienſibus, beneficio S. Mariæ Tabulatum, quæ Monſpelij colitur, fuiſſe compreſſam. Conſules quippe, vrbis mœnia cerato lino circumdantes, bis mille vlnarum longitudine Diuæ Virgini litauerunt. Tanti erter flammam non tulit peſtifera lues, quin imò ſtatim euanuit.

## Anno autem mundi 5333. Chriſti 1350.

A MOnachus quidam Cracouiæ in Polonia Paulus nomine, cùm auſus eſſet in ſacra ad popolum concione dicere, Deiparam Virginem conceptam fuiſſe in peccato originali, & ſubitò cecidit, & exſpirauit concionis tempore nondum finito. Quæ res alijs multis de eadem materia diſputantibus grauem incuſſit timorem Hæc Spondanus hoc anno refert n. 24. ex Henrico de Haſſia Carthuſiano, & ex Magno Chronico Belgico, Langio, Meyero, & alijs.

B Taulerum quoque, Ordinis Prædicatorij, nonnulli aiunt hoc anno obijſſe. Ait ſiquidem Vincentius Charron in Calendario 10. Decembris, cum Appendice ad Trithemium, & Coccio. Alij vixiſſe tantùm & floruiſſe aiunt, vt Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Miræus in Chronico Belgico. Omnes verò vno animo conſentiunt propenſiſſimum fuiſſe in Deiparam Matrem, de qua quotidie cogitabat, loquebatur agebat, colens & laudans eam, & ita faciendum omnibus eſſe dicens: *Nec quemquam tam negotioſum eſſe debere, quin temporis aliquantulum in iſto conſiderandæ, amandæ, colendæ Diuæ Virginis negotio ponat.* Scripſit Taulerus in præcipua Feſta B. Virginis deuotas Conciones. Cuiuſmodi etiam ſcripſerunt ex eodem Prædicatorio Ordine, Bonifacius Cremonenſis, Chriſtophorus Molhuſenſis, Iacobus de Beneuento, & Thomas Stubez, de quibus Marraccius.

C Viuebat ad hoc ipſum etiam tempus Ioannes Olney, Anglus, Carthuſianus, qui libros quinque ſcripſit de miraculis B. Virginis; quod atteſtatur Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Viuebat & Galfridus Boderieius, ſiue Vvatertonus ex familia S. Benedicti, & librum vnum ſcripſit in ſalutationem Angelicam. Item ex Carmelitis, Odonius Campanus, atque Ioannes Repingallus, Sermones de Virgine pro Feſtis eius ediderunt. Ex Minoribus Michaël Ceſenas, & Ioannes de Erfordia itidem Sermones: Ioannes verò Hondemius Hymnos quamplurimos mirâ ſuauitate defluentes. Hymnos item Guillelmus Kerhus, Scotus, Abbas in Murauia. Ac demum Nicephorus Calliſtus Xantopulus, qui notus ob Hiſtoriam Eccleſiaſticam eſt, edidit de miraculis fieri ſolitis in templo D. Mariæ ad fontem, à Leone Magno Imperatore iuxta mœnia Conſtantinopolis magnificentiſſimè excitato. Quæ omnia conſtant ex Mariana Marraccij Bibliotheca: ex qua etiam habetur Ioannem Dencock, ſiue Magirum, ſcripſiſſe Sermones de Beata Virgine, & tandem deceſſiſſe Pragæ anno 1352.

D Hoc item anno, cùm Iubilæum aperuiſſet Romæ Clemens ſextus, non ſolùm magna cum frequentia viſitata ſunt limina Beatorum Apoſtolorum; ſed prætereà Domus Virginis Lauretana in Piceno frequentata eſt à peregrinis, vel Romam euntibus, vel inde remeantibus ad ſua. Quod notat Turſellinus libro 1. cap. 20. in hiſtoria Lauretana.

E Demum circa hoc tempus, Inſulis in Belgio clarêre miraculis cœpit in æde Diui Petri imago B. Virginis, quæ, quia cancellis ferreis cingitur, appellatur *S. Maria Cancellata.* Sic habet Atlas Marianus libro primo imagine 15. Sub finem autem Clementis ſexti Pontificis, hoc eſt

## Anno mundi 5334. Chriſti 1351.

A IOannes Francorum Rex, vel reſtituit deſuetum Stellæ Ordinem à Roberto Rege olim anno Domini 1022. inſtitutum, vel certè nouum conſtituit in memoriam illius ſyderis, quod Magos ab Oriente ad Chriſtum recens natum

adorandum perduxit. Coius Ordinis Fratres, ſiue Milites, dicti ſunt Sodales *B. Virginis de nobili domo S. Audoeni*, eò quod in ea regia domo, vnâ ferè leuca à Pariſijs diſtante, creati primò hi Milites fueriot, eaque ſedes totius Ordinis primaria extitit. Geſtabant milites ſignum ſtellæ ex torque aureo pendens, aliúdque io veſte opere phrygio attextum cum hac præclara perigraphe: *Monſtrant Regibus aſtra viam.* De hac re Froiſſardus libro 1. cap. 101. & 153. Iacobus item Breullius antiquitatum Pariſienſium libro 1. cap. de S. Capella, & Spondanus hoc anno n. 4.

## Anno deinde mundi 5335. Chriſti 1352. Innocentius ſextus Clementis ſucceſſor eligitur, & altero anno Pontificatûs eius, hoc eſt

## Anno mundi 5336. Chriſti 1353.

A PRimâ anni die in Epiſcopatu Matiſconenſi reperta eſt à venatoribus in annoſæ quercûs profundo foramine imago *S. Mariæ* dictæ *de Gratia*, cùm in illud foramen Hippurus, vulgò *vn Eſcurieu*, venatores vitans ſeſe intromiſiſſet. Erat verò Imago geometrico pede paulò grandior, cui ſacellum iuſſit conſtrui Sauioiaci pagi Domina, in cuius territorio, & à cuius marito reperta fuerat. Quod ſacellum demum ſacrauit in honorem Virginis Ioannes tertius Matiſconenſis Epiſcopus dictus de Salagny, vel vt alij loquuntur de Sauigny; & multis crebreſcentibus miraculis à denſa plebe fuit viſitatum. Ita, ex Seuerto in Hagiologia, Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 1. Iannarij.

B Dedicatur & Eccleſia B. Virginis Carmelitarum Pariſienſium, & conſecratur per Guidonem Epiſcopum Bononienſem, Cardinalem; poſtulante id Ioannâ Regioâ viduâ Philippi quioti dicti Longi, Francorum Regis, quæ, in honorem B. Virginis, Eccleſiæ prædictæ dono dedit, grandem ac venuſtam ex argento ſtatuam B. Mariæ, tenentis in ſinu filium geſtantem vnâ manu lac Virginis incluſum cryſtallo, altera item incluſos in cryſtallo Saluatoris aliquot capillos. Ita Iacobus Breullius antiquitatum Pariſienſium lib. 2. folio 571. & Vincentius Charron in Calendario 16. Octobris n. 4. Verùm

## Anno mundi 5337. Chriſti 1354.

A DAtum eſt initium Sacello *B. Mariæ Caleuortenſis* in Brabantia, cui occaſionem dedit mercator quidam ex naufragio ope Virginis, quam inuocauerat, ereptus. In liberatricis enim ſuæ honorem, imaginem fieri curauit, & Caleuorti ad arborem defixit honorandam à tranſeuntibus. Honorarunt multi, & creſcente deuotione ſacellum erexerunt, quod miraculis illuſtre fuit vel in ipſa ſua ædificatione: ſiquidem Michaël quidam, cùm vellet, quod lignum in fabricam ſacelli dederat, aliò diuertere ad vſus ſuos: nunquam equis ſuis onuſtum hac ſarcina carrum mouere potuit. Poſt verò labentibus aonis, hoc eſt, anno Chriſti 1425. Nobilis mercator Bruxellenſis Ioannes Van Ofhuys, fanum integrum abſoluit & dotauit in honorem Virginis. Sic Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 4. Iulij.

B Addit Villanius libro 4. cap. 6. & ex eo Balinghem in Calendario die 5. Iulij. Florentinos, cùm feruens cælum ſterilitatem minaretur, & ſiti arua ſegetéſque areſcereot, facta ſupplicatione publica, & delata imagine B. Mariæ Virginis, quæ apud Prunetam in ſacello conſeruabatur, vtiliſſimum terræ fructibus imbrem obtinuiſſe. Hæc miſericordiæ Marianæ ſolita ſunt effecta: quæ ſequuntur vindictam præferunt. Ergo

## Anno mundi 5338. Chriſti 1355.

A BOnoniæ io Italia, quidam amiſſa per ludum pecunia efferatus, in blaſphemias aduerſus Deiparam ruit, & ante cuius Iconem luſerat, vt par erat, & pœnas dedit: cæcitate quippe correptus, membrorúmque omnium graui quodam tremore atque paralyſi, ac demum delatus ad Hoſpitale vulgò dictum Mortis, ſtatim animum exſpirauit. Hæc punitio blaſphemi reuocauit ad frugem quindecim iuueoes, qui ſuæ in B. Virginem irreuerentię conſcij, pœnitentiam cogitantes, repentè ſe rebus humanis magno animo abdicarunt, domúmque prope portam S. Mariæ ad balneum marinum, vbi alter iſte blaſphemus luſerat & punitus fuerat, comparaotes; ibi ſumpto habitu monaſtico, magna cum ædificatione ciuitatis, ſe Virgineo mancipauerunt obſequio. Hæc habet Carolus Sigonius libro 3. de Epiſcopis Bononienſibus, & Vincentius Charron ac Balinghem 29. Septembris, necnon Bzouius hoc anno n. 35.

B Idem verò *Bzouius* ibidem meminit magnæ illius ſiccitatis quæ Italiam vexauit, quámque Florentini ope Virginis expulerunt pluuia impetrata, vti dictum anno ſuperiore litera B. quo verius eſt illam contigiſſe.

C Demum hoc adhuc anno, vt Poſſeuinus docet in ſacro Apparatu, Henricus de Erfordia, alumnus Ordinis S. Dominici in Prouincia Saxoniæ, & Conuentûs Mindenſis Theologus; inter alia contexuit Tractatum de Conceptione Beatiſſimæ Virginis. Rurſus ex eodem Ordine Ioanoës Suilkilfrans, Sermones de præcipuis Feſtis B. Mariæ compoſuit; ſicut & Ioannes Paſcal, Carmelita, qui Landauiæ io Anglia Epiſcopus obiit anno 1356. Sic Marraccius in Bibliotheca. At

## Anno mundi 5349. Chriſti 1357.

A MAtthæus Cantacuzenus filius Ioannis Cantacuzeni Imperatoris Conſtantinopolitani edidit Commentaria in Cantica Canticorum in honorem Beatæ Deiparæ. Florebat certè his temporibus, & de eo loquuntur Spondanus hoc anno n. 6. Onuphrius item ab anno 1341. vſque ad annum 1357. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 4. n. 16. Bzouius anno 1361. n. 20. Vincentius Charron in Calendario 15. Martii n. 2. & alii.

## Anno deinde mundi 5341. Chriſti 1358.

Septembris

A SEptembris die 25. tam ſæua nubes trilibri grandine fœta, cum tonitru & fulminibus Monſpelienſem excepit ciuitatem, vt omnia obtereret, arbores, animalia, domos. Itum eſt ad Virginem Tabularum, ſolitum ciuitatis azylum; claues portarum vrbis ad pedes eius depoſitæ; fuſæ preces vti ſeruaret, quod iamdudum ſuum eſſe noſſet. Nec irritæ preces fuerunt: ſtatim enim iratæ nubes quieuêre, cæloque ac terris ſua rediit tranquillitas. Sic Atlas Marianus libro 1. Imagine 12.

B Quo etiam anno deceſſit Viennæ in Auſtria Gregorius Ariminenſis, Generalis olim in Ordine Auguſtiniano, multorum laudatus præconijs ob Scholaſticam in Theologia ſcientiam, nec laudabilis minùs ob illos Sermones, quos de Deiparæ Feſtis ſapienter elucubrauit. Ita *Bi*bliotheca Marraccij.

## Anno autem mundi 5342. Chriſti 1359.

A INter multas quæ mundum inficiebant hæreſes, inſaniſſima erat, quam paſſim in Germania & præſertim Herbipoli ſpargebat Regnardus Bertholdus de Rorbach, dicens: Chriſtum in cruce ſic fuiſſe à Patre derelictum, vt præ nimio dolore, dubitauerit de ſalute animæ ſuæ, maledixeritque *B.* Mariæ Virgini, necnon terræ, quæ ſuſcepit ſanguinem ſuum. Hæc & plura ſimilis dementiæ congerens flammis traditus eſt, vt ex Nauclero & Mutio Spondanus hoc anno n. 3. exſcripſit.

B Inter varia autem, quæ compoſuit Richardus Radulphus, Oxonienſis Gymnaſij in Anglia Cancellarius, & Armacanus deinde Archiepiſcopus, atque totius Hiberniæ Primas, edidit de Laudibus *Beatiſſimæ* Virginis, atque obiit hoc anno, vt docet Poſſeuinus in ſacro Apparatu. At ſequente anno, videlicet

## Anno mundi 5343. Chriſti 1360.

A EDuardus Rex Angliæ, poſt multa incendia & vaſtationes in Gallia commiſſas; territus clade cæleſti in eius exercitum diuinitus immiſſa dum depopulatur agrum Carnutenſem: grandine enim & fulmine tunc plura millia contrita ſunt; ipſe conuerſus ad Beatiſſimæ Virginis Carnutenſium præſidis ædem, quæ in edito loco poſita à longè conſpicitur, atque in terram proſtratus, veniam incendiorum atque ſanguinis effuſi popoſcit, æquámque pacem terræ hominibúſque daturum ſe voto concepto promiſit. Quod & adimpletum eſt, vt fuſiùs refert Spondanus hoc anno n. 1. & *B*zouius eodem n. 1. & 2. & Scriptores tam Franci, quàm Angli, Nangius, Froiſſardus, Vvalſinghamus, & alij. Qui etiam addunt Ioannem Francorum Regem, hâc conſtitutâ pace, poſt tranſactos in captiuitate Anglica annos quatuor, & triginta quinque dies, redeuntem in regnum ſuum, primò Boloniam veniſſe ſupplicaturum ad Deiparæ Virginis memoriam.

B Sed hoc etiam anno migrauit ex humanis S. Dalphina coniux Sancti Elzearij Comitis Ariani, de quo dictum eſt ſuprà anno 1325. Et hæc quidem non tantùm Virginis Deiparæ imitata eſt connubium virginitate ſuâ in matrimonio ſeruatâ; ſed prætereà ipſa prior ſuum coniugem ad hanc gloriam induxit animata voce & promiſſione ipſius Dei genitricis, quæ Dalphinæ pollicita eſt fore, vt virginitatem viro perſuaderet, ipſáque in connubio virgo integra illibatáque permaneret. Patent hæc ex vita eius per Bineium ſcripta, & ex vita Elzearij apud *Su*rium 27. Septembris; atque ex Vincentio Charron in Calendario 26. Septembris n. 4. & ex aliis paſſim.

C At Vrbeueti ſiue Oruieti aut vrbe veteri, euolauit ad cælum Beata Ioanna Dominicani fructus inſtituti: quæ quâdam die Aſſumptionis, cùm capere cogitatione non poſſet, quomodo cæli mundíque *D*omina eleuata corpore cælos ſuperaſſet, ipſa extra ſe rapta vidit corpus ſuum in ſublime ſublatum; & non modicâ horariâ morâ ſic pendula permanſit. De ea loquitur Bzouius anno 1306. & Gononus in Chronico anno 1360. & Vincentius Charron ac Balinghem 23. Iulij. Chronicon item Ordinis Prædicatorij, vbi mors eius dicitur eueniſſe anno 1360.

D Viuebat quoque hoc prætereà anno, inquit Poſſeuinus in Apparatu, Guillelmus de Conuentria Anglus ex Ordine Carmelitano, qui librum ſcripſit hoc illuſtrem titulo: Præconia Virginis glorioſæ. Nunc etiam uiuebant, Galfridus Hardebus, Eremita S. Auguſtini; atque Ioannes de Tambaco, *D*ominicanus, qui Sermones in Deiparæ laudem feſtáque, luculentos dederunt. Ita Bibliotheca Mariana. Poſt hæc

## Anno mundi 5344. Chriſti 1361.

A CArolus quartus in Occidente Imperator, cùm auctus eſſet primogenito ſuo, quem Venceſlaum nominauit, donum ad Deiparam Aquiſgranum miſit, auri marchas ſexdecim, puetuli videlicet pondus, quomodo ſe anteà vouerat ad Virginem miſſurum. Id refert Spondanus hoc anno n. 7. Sed prætereà aduertit Æneas Siluius libro de hiſtoria Bohemorum, & refert Vincentius Charron atque Balinghem 24. Februarij, eundem Carolum fundaſſe in honorem Diuæ Virginis plura Collegia Canonicorum & cœnobia Pragæ, & magnificam Collegiatam Eccleſiam fundaſſe & dotaſſe, in villa Terentij prope Parmam in Italia. Obijt autem anno Chriſti 1379. vt plerique volunt, & ſcribunt; Petauius tamen in Rationario temporum libro 10. cap. 5. *Mortuus eſt*, ait, *anno* 1378. *Nouembris* 29. *cùm biennio antè, Chriſti* 1376. *redemptis magnâ pecuniæ vi Septemuiralibus* (Electorum ſcilicet) *ſuffragiis, Venceſlaum filium Romanorum Regem creaſſet.* Sic ille ex Alberto Argeoticenſi. Verùm

## Anno mundi 5345. Chriſti 1362. Vrbanus quintus fit Romanus Pontifex moriente Innocentio ſexto Auenione.

A QVi Innocentius ſepultus primò eſt in Eccleſia maiori *B.* Mariæ de Donis, indéque, poſt



Digitized by Google

coronationem ſucceſſotis, ttanſlatus eſt ad monaſterium Carthuſianorum à ſe apud Villamnouam vltra flumeo Rhodani etectum, & amplis prouentibus dotatum, quod Vallem benedictionis nominauit.

## Anno autem mundi 5347. Chriſti 1364.

PEtrus Caſtellæ Rex, licet aliàs non admodùm pius, tamen cùm hoc anno in quadam expeditiooe nauali ſeruatus fuiſſet, & à ſupremo vitæ periculo ex ſæuiſſima tempeſtate ereptus, hanc piiſſimam actionem voti reus exercuit. Vicinum Beatiſſimæ Virginis templum, reliquis indumentis detractis, io linea tunica adiit, reſti etiam collum implicitus. Ita Mariana lib. 17. cap. 7. Spondanus item & Bzouius hoc anno, ille n. 9. hic n. 6. A

B Londioi autem Ioannes Francorum Rex, cùm eò ttaieciſſet, obſides ſuos quos Angliæ Regi dederat, viſurus ac liberaturus, incidens in motbum, diem vltimum denique obiit; princeps minùs omninò fortunatus, deuotus tamen in Virginem, cuius corpus ex Anglia delatum In Galiiam, ſolemni pompâ ad maiorem Eccleſiam Pariſienſem B. Vitginis deductum eſt, Iudicibus Senatûs Pariſienſis de more ſarcophagum baiulantibus. Quod obſeruat Spondanus hoc anno n. 2. ex Continuatore Nangij, & Philippo Villanio. Feruot de eo non tantùm, quod dictum eſt anno 1360. in egreſſu captiuitatis ſuæ, & ingreſſu in ſuum regnum contendiſſe rectà in Eccleſiam Diuæ Virginis Bononienſis tanquam in ſinum optati refugij: ſed prætereà dum bello captus Londini motaretut, Pariſienſes pro eo ad Deiparam confugiſſe, ſupplicationem ſolemnem in vigilia Aſſumptionis inſtituiſſe, conueniſſe in ædem maiorem Deiparæ ſacram, & cereum tam longum, quàm alta eſſet proceriſſima templi turris, circa tympanum rotauiſſe, & accendiſſe arſurum perpetuò ante Dei genitricis ſtatuam, donec Rex liberatus vota ſua per ſe ipſe redderet. Ita Maſſonus in Chronico, & Gononus anoo 1363.

C Succeſſit Ioanoi filius eius Carolus quintus, vocatus Sapiens, qui Beatam Vitginem Carnotenſem ſingulari affectu coluit, idemtidem eam viſitauit, res ſuas eidem prolixè commendauit, donis variis templum eios auxit, Miſſas varias fundauit, & præſertim eam, quæ poſt Primam quotidie dicitur, decretóque ſanxit, vt forenſia eiuſdem Carnutenſis Virginis oegotia, quæ vel Decanum, vel Caoonicos, vel Capitulom ſpectarent, omiſſis aliis inferioribus Iuſtitiæ foris, rectà ad Parlamentum Supremum Pariſios examinanda ſiſterentor. Id notat Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carnutenſis cap. 7. & Antiquitates S. Dionyſij lib. 4. cap. 36. necnon Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 5. & Vincentius Charron 16. Septembris, quo die mortuus Carolus eſt anno 1380. vt habet Spondanus illo anno o. 2. ex Continuatore Nangii, Froiſſardo, Æmilio, Gaguino, Belleforeſtio, & aliis.

D Demum vltimo menſis Ionii die, tranſiit ad meliorem vitam Ernestus Pragenſis Archiepiſcopus in B. Deiparam valde deuotus; à qua, cùm adhuc io Glatzenſi vrbe adoleſcens literis operam impenderet, admonitus eſt de ſua in eam ſocordia: ſcilicet imago ſanctiſſimæ Virginis, ante quam cum reliqua Scholaſticorum turba Sabbato effuodebat preces, viſa eſt cum indignatione oculos ab ipſo auertere; quos priùs noo reduxit, quàm melioris vitæ propoſitum firmiter Erneſtus concepiſſet. Solebat, factus Epiſcopus, præter Eccleſiaſticum, vt dicitur, Officium, Officium Virginis Virgini perſoluere: voluitque demum ſepulturæ mandari in eo ſacello, in quo Virginis correctione ad meliora vocatus eſt; quo etiam loco & Miſſam quotidie in hoocrem Diuæ Mariæ, & ſub finem eius Aotiphooam *Salue Regina*, annuo ſufficienti reddiru, pientiſſimè fundauit. Ita Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 31. Iunij. Iam verò

## Anno mundi 5348. Chriſti 1365.

A MEliorem in cælo inchoaſſe vitam Henricum Suzonem, Ordinis Prædicatorij oon exiguam lampadem, ſcribit Bzouius hoc anno n. 14. Cuius in Deiparam pietas his indiciis ſe prodebat. Singulis noctibus in gallicinio ſpecialiter eam innocabat & laudibus ornabat, qua in re non rarò ſeſe Angeli viſibiliter apparentes comites adiungebant. Primâ Ianuarij & primâ Maij die, totus erat in ſeſe offerendo B. Virginis cultui, ea animi inflammati propenſiooe, vt quicquid vellet tunc à Virgine obtineret. Cùm verò ob ieiunia & cæteras corporis afflictationes nonnunquam penè deficeret, ipſi vires Beatiſſima Virgo per ſemet ipſa ſuggerebat. Dæmonem horridâ ſpecie terrorem ingerentem ipſe ſubitò effugauit dicens: *Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.* Vide plura apud Ferdinandum Caſtellanum parte 2. Chronici S. Dominici lib. 2. Vincentium Charron & Balinghem in Calendario, tam primo, quam 15. Ianuarij, & primo Maij.

B Intereà in Aremoricis, Ioannes quartus locorum illorum Dux, fundauit Collegiatam Eccleſiam *S. Mariæ Folcoatenſis*, quam perfecit filius ac ſucceſſor eius Ioannes quintus, & perfectam ſacrauit Alanus Leonenſis Epiſcopus anno 1419. Occaſio autem fundandæ & ædificandæ huius Eccleſiæ fuit Salaunus puer ſimplex & pauper, qui toto vitæ tempore nihil potuit addiſcere, præter has duas Salutationis Marianæ principiantes voces *Aue Maria*, quibus verbatim vtebatur, ſiue oraret Deum, ſiue ſtipem peteret, ſiue aëris iniurias ſub humili frutice propter gelidum fontem ferret, nonnunquam in eo immerſus collo tenus. Nam à demortui tumulo, qui apud fontem illum erat, candidiſſimi lilij flos nobiliſſimos ſurrexit, in cuius virentibus foliis, aureis inſcripta literis legebantur ſolemnia Salauni verba, *Aue Maria*. Quod miraculum acciuit omnes, & excitauit in cultum Marianum, vnde & confeſtim ædificatum eſt ibidem Sacellum, & paulò poſt, hoc demum anno, iacta ſunt fundamenta à Ioanne prædicto Duce ſupradictæ Collegiatæ *S. Mariæ de Folcoat*, hoc eſt, de ligno ſtulti. Hanc rem prolixiùs deſcribunt, Renatus Gauthier in vitis Sanctorum. Matthæus Raderus io Viridario San-

Digitized by Google

ctorum parte 2. cap. 5. de Simplicitate. Vincentius Charton in Calendario 12. Septembris n. 1. Gononus in Chronico anno 1350. & Manuſcripta Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Folcoatenſis.

C Adhuc præſente anno Florentia ciuitas decorata eſt Cathedrali templo *S. Mariæ Floridæ* nuncupato, cuius Architectus Philippus Brunelleſcus Florentinus, ob admirandam in tanto opere poſitam induſtriam, ab hiſtoricis magnas laudes meruit. Quod non filuit Ferreolus Locrius libro 4. cap. 33. Mariæ Auguſtæ, & in Anacephalæoſi.

D Quin & Nanneti merſus in puteo puer ac penitus extinctus, poſitus ſuper altari B. Virginis apud Carmelitas, & eidem prece ſupplici commendatus reuocatur ad vitam. De quo miraculo quidam ſutor impie loquens, ipſe ſibi inopinato quodam, ſed vindice de cælo modo, ſubula ſua manum confodit, nec ante ferrum extrahi indidem potuit, quàm poſt viginti quatuor horas, ad templum Virginis apud Carmelitas delatus, de garrulitate ac blaſphemia ſua veniam poſtulauit. Sic Vincentius Charton 22. Septembris n. 6. & 7. ex Archiuio Carmelitarum Nannetenſium.

E Demum hoc anno prætereà, floruiſſe Poſſeuinus in Apparatu docet, Dominicum Leonem Venetum, qui duo volumina ſcripſit de Vexillo B. Virginis: & deinde Dilucidationes de Matris Domini ortu. Floruit quoque, vt habet Bibliotheca Mariana, Gualterus Viburnus, Minorita, qui verſu heroico multa cecinit Chriſti parentis Encomia. Humbertus item Senenſis Seruita; & Henricus Dorlendorpius, Carmelita, Sermones ediderunt: Sed hic mortuus eſt anno 1366. Februarij 13. ille inauguratus eſt Sebaſtæ in Armenia Epiſcopus.

## Anno autem mundi 5349. Chriſti 1366.

A ILluſtris mors fuit Beati Tacleemanorh inſtituti Prædicatorij, quem fuiſſe Indum & ex nobili proſapia, natúmque in vrbe Sceua teſtatur Chronicon Dominicanorum in vita ipſius. Vbi etiam additur eundem fuiſſe deuotiſſimum erga Deiparam, quæ eidem cum Chriſto apparuit, quando poſt multos perpeſſos labores, & conſtructum ſanctéque regulatum Monaſterium nomine Blnremanos dictum, agebat animam, quam Creatori ſuo reddidiſſe hoc anno patet ex eius vita.

B Patet verò ex Paleonydoro libro 3. Antiquitatum Ordinis Carmelitani cap. 12. & ex Gonono in Chronico hoc anno, martyrio cælum conſcendiſſe B. Petrum Thomam, qui primò Carmelita, tum Epiſcopus Pacenſis, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus ac denique legatus Apoſtolicus Alexandriæ fuit, quam ſuperiore anno Petrus Rex Cypri ex manibus Turcarum eripuerat, vt conſtat ex Petrarcha, Vvalſinghamo, Continuatore Belli ſacri, & aliis, quos Spondanus citat anno 1365. n. 4. Non tantùm autem Petrus Thomas filialem in Deiparam affectum habuit, ortum ex diuerſis reuelationibus, quibus ei ſe propitium Beata Virgo exhibuit, & propitium futurum promiſit. Sed præterea ope eiuſdem ſe recuperaſſe beneficium loquelæ, quod itinerum difficultate amiſerat, ipſe palam faſſus eſt in Concione, quam fecit in æde B. Virginis Anicienſis, vt refert Odo Giſſæus in hiſtoria S. Mariæ de Podio lib. 3. cap. 22. Addit Gononus ex Ioſepho Falconio in Chronico Carmelitarum, poſt huius ſancti viri mortem, inuentum fuiſſe in corde eius inſcriptum ſanctiſſimum nomen Mariæ. Addit Poſſeuinus in Apparatu, ſcriptos ab eo quatuor pulcherrimos libros de Puriſſima Conceptione Beatæ Mariæ Virginis. Marraccius ſcripſiſſe tantùm vnum putat.

C Sed & hoc adhuc anno, Albertus Bauarus, Hollandiæ Zelandiæque Comes, excitauit Collegium Dordracenſe S. Mariæ, duodecim Canonicorum. Quod Miræus notat libello de Canonicorum Collegijs cap. 105. Et cap. 108. ibidem affirmat, duobus poſt annis ab eodem Alberto in palatio Hagenſi inſtitutum fuiſſe S. Mariæ Collegium Hagenſe.

## Anno deinde mundi 5350. Chriſti 1367.

A BEatum Hemmingum Aboënſem in Suedia Epiſcopum ex hac vita migraſſe exiſtimat Bzouius n. 19. anni 1367. in Annalibus. Sancta verò Brigitta in Reuelationibus Extrauagantibus cap. 104. de eodem teſtatur; Gratiſſimam Virgini fuiſſe illius conſuetudinem, quâ conciones ſuas ſemper incipiebat a laudibus Deiparæ. Quod ipſum Deipara S. Brigittæ reuelauit his verbis: *Dic illi Epiſcopo, quia omnes prædicationes ſuas inchoare ſoles à laude mea, quòd volo ei eſſe in Matrem, & eius animam præſentare Deo.* At

## Anno mundi 5351. Chriſti 1368.

A ROmæ in Eccleſia S. Mariæ maioris depoſitum eſt corpus Nicolai Capocij Cardinalis, doctiſſimi æquè ac ſanctiſſimi viri, & pauperum ſuſtentatoris munifici, quod miraculis ibidem coruſcauit, in æde videlicet eius quam medullitus dilexerat. Quod notauit Spondanus anno 1368. n. 4.

B Sed & Beata Paula, inſtituti Camaldulenſis, hoc anno euolauit ad cæleſtem patriam. Tam inſignem verò, inter alias, gratiam à Diua Deipara recepit, vt ab ea Ieſum lactentem ſuſcipiens & oſculans, defluum quoque ab ore Ieſu lac hauſerit immenſo quodam cum gaudio. Audiit quoque tunc à Virgine vt adiret Silueſtrum in proximo Angelorum Monaſterio Camaldulenſem Religioſum, à quo viam ſalutis addiſceret. De ea agunt, & eam vehementer laudant, Auguſtinus Feſulinus in eiuſdem, quam ſcripſit, vita. Bzouius hoc anno n. 13. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 4. n. 18. Vincentius Charron 9. Auguſti n. 1. Gononus in Chronico anno 1367. Poſt hæc

## Anno mundi 5353. Chriſti 1370.

A COnfirmatus eſt ab Vrbano ſexto, antequam ille moreretur, qui breui moriturus erat,

Ordo Religioſus Sancti Saluatoris, paulò antè à S. Brigitta vidua inſtitutus. Conſtat id ex Spondano, hoc anno n. 3. Ex Polydoro Virgilio libro 7. de inuentoribus rerum cap. 4. Nauclero in Chronologia volumine 2. generatione 46. In multis autem hic Ordo conſentit cum Ordine Fontis Ebraldi. Nam ab ipſa eius inſtitutione tam viri quàm fœminæ Abbatiſſæ ſubſunt, iunctimque commorantur, in diuerſis tamen habitaculis. Viri tredecim tantùm eſſe debent, in memoriam tredecim Apoſtolorum. Appellatur Ordo S. Saluatoris, quia Saluator noſter eum condidit, & regulas dictauit in honorem Diuæ Virginis Matris ſuæ, vt patet ex cap. 1. Regulæ, quæ habetur ſtatim poſt librum octauum Reuelationum: In reliquis autem regulis notare licet peculiarem ineſſe eis vim, rationem, atque aptitudinem procurandi ſpecialem Deiparæ cultum, ad quem ſunt omninò ordinatæ. De hoc Ordine videri adhuc poteſt Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 25.

Sed & in Gallia, Ludouicus ſecundus Dux B Borbonius cognomento Bonus, Ordinem Equeſtrem *Cardui B. Mariæ* inſtituit. Cùm enim videret Galliam ab Anglis vehementer vexatam, & quaſi redactam ad tribulos atque carduos; recruduerat bellum ſiquidem præcedente anno Gallos inter & Anglos, vt notat Philippus Labbe in Concordia Chronologiæ: iudicauit conueniens eſſe, vt ſaltem quicquid eſſet reliqui offerretur B. Deiparæ velut carduus quidam in deſolato agro reſiduus, ſpem in ea ponens melioris ſtatûs & ſortis. Ergo voluit vt Ordo conſtaret viginti & ſex Equitibus præſtantiſſimis in toto regno & inculpatiſſimis. Geſtabant in cingulo ex ſerico villoſo ac cæruleo hanc Epigraphem phrygia acu ex auro depictam, *Spes*. In feſto Conceptionis B. Mariæ, quod erat primarium huius Ordinis feſtum, procedebant magno apparatu, pendente in extremo torque aureo imagine Virginis Conceptionem eius exhibentis, nempe mulierem amictam Sole, coronatam ſtellis argenteis duodecim, & Luna falcata ſub pedibus eius. Fuſiùs totum amictum deſcribit Andreas Fauinus libro 8. hiſtoriæ Nauarræ, & Theatri honoris libro 3. Necnon Sammarthani in Genealogica hiſtoria domûs Franciæ tomo 2. lib. 15. pagina 35. Et Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 12. ex quo deinde Vincentius Charron in Calendario 8. Decembris n. 13. Sed vterque plurimùm in eo à vero aberrat, quòd tem præſente anno accidiſſe cum aliis dicat, & ſimul dicat eueniſſe regnante in Gallia Carolo ſexto Rege, qui tantummodò regnare occœpit anno Chriſti 1380. vt patet ex omnibus Gallicis Scriptoribus, & nominatim ex Petauij Rationario temporum lib. 10. cap. 6.

Porrò non retinuit Romæ Vrbanum Ponti- C ficem reuelatio S. Brigittæ facta per Deiparam Matrem, & eidem Vrbano per ſuum Confeſſarium ſignificata; ſcilicet, quòd ſi remearet in Galliam, ſtatim in ea moreretur: ſed precibus Cardinalium cedens Auenionem venit, ibique mortuus eſt. Quæ omnia Spondanus commemorat hoc anno n. 4. Addit verò Ciacconus in vita Vrbani, eius impenſis inſtauratam, & vaſis, tum aureis, tum argenteis ornatam ædem Epiſcopalem Diuæ Mariæ Mimatenſis. In vico Queſaco (Griſacum appellat in ſua Gallia Purpurata Petrus Frizon Canonicus Remenſis) Collegium Canonicorum in honorem Virginis dicauit atque inſtituit. Baſilicam Diuæ Virgini fundauit in Montepeſſulano. Præter feriam quartam & ſextam, ad ſingulos dies Sabbati in Deiparæ venerationem ſolebat ieiunare. Et Roma in Galliam profectus, ſecum, amoris cauſa, capillum Dei genitricis Mariæ non ſine cordis deliciis ſollicitè detulit. Hæc habet Ciacconus in vita eius, & inde Balinghem ac Vincentius Charron in Calendario 19. Decembris, ac Gononus in Chronico Deiparæ anno 1371.

D Præter hæc autem, ſcribebat hoc circiter anno Conradus, ex Altreia oppido Palatinatûs Moguntinæ Diœceſeos, trium itinere leucarum diſtante à Vvormatia, Germanus, qui cecinit carmine Opus de Puriſſima Dei genitrice Maria; præter alia multa, quæ ad alias materias pertinent. Sic habet Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Sed & Sermones de B. Maria, pro ipſius Feſtis, ſcripſerunt, Hugolinus Vrbeuetanus, ex Auguſtiniana Eremitarum familia, factus primùm Epiſcopus Ariminenſis, tum Conſtantinopolitanus Patriarcha: Guillelmus Calisfordius, Anglus, Theologia ornatus; & Ioannes Hildesbemius, item Theologus, qui poſtremi duo fuerunt Carmelitæ. Et de his agit Marraccius.

E At Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Pariſienſium, qui continetur in Gallia Chriſtiana. Sedente, inquit, Pariſijs Stephano Poiſſiaco Cardinale, dedicata fuit Eccleſia Cæleſtinorum decimo quinto Septembris anno 1370. in honorem Annunciationis Deiparæ à Guillelmo octuageſimo ſeptimo Archiepiſcopo Senonenſi, inſtante Carolo quinto Rege.

Anno conſequente, mundi quidem 5354. & Chriſti 1371. Gregorius vndecimus Vrbano quinto in ſede Romana ſucceſſit. Deinde

Anno mundi 5355. Chriſti 1372.

A PHilippus de Maceriis, Picardiæ miles, & regni Cypri ſub Rege Petro Cancellarius, attulit ex Oriente Officium Præſentationis *B.* Virginis Mariæ; quod oblatum Gregorius Pontifex læto animo ſuſcepit, & examinandum Cardinalibus ac Doctoribus dedit; poſteàque permiſit, vt ſolemnitas Præſentationis B. Mariæ deinceps fieret publicè in Eccleſijs; quæ tunc primò celebrata eſt grandi ſplendore & magnificentia Auenione coram Pontifice, in templo Fratrum Minorum die Dominica 21. Nouembris huius anni 1372. indictione 10. vt notat eo anno Spondanus n. 9. ex codice S. Victoris Pariſienſis.

B Obijt verò hoc prætereà anno Guilleſmus de Sancta fide, Ordinis Carmelitani, qui, vti docet Poſſeuinus in Apparatu, libro vno ſcripſit de Beatæ Virginis Conceptione. Et Nicolaus Ritxonis eiuſdem familiæ, ſcripſit, inquit Bibliotheca Mariana, Sermones elegantes de B. Virgine pro præcipuis eius feſtiuitatibus.

Anne

## Anno poſteà mundi 5356. Chriſti 1373.

A Inſtrumento publico permiſſum hoc anno fuit pueris ſymphoniacis ſiue Choriſtis Eccleſiæ *B.* Virginis Anicienſis, vt ſi quos in Podio repe- rirent Iudæos eos malè duréque exciperent. Huius rei occaſio fuit nequitia Iudæorum, qui paulò antè, puerum ſymphoniacum in eorum vico clamantem & cantantem : *Erubeſcat Iudæus infœlix, qui Chriſtum natum dicit de viri ſemine*, & nonnulla alia in honorem Diuæ Virginis; interfecerunt. Hunc tamen poſteà Diua Dei genitrix inuocata vitæ reſtituit. Rem hanc ad longum habet Odo Giſſæus in hiſtoria Diuæ Virginis Anicienſis, lib. 3. cap. 20.

B Sextâ autem die Ianuarij, migrauit è vita S. Andreas Epiſcopus Feſulanus, olim Carmelita, quem voto ad Deiparam concepto parentes eius habuêre, & educauêre in Deiparæ amorem. Hunc fuſum in preces pro ſtatu vitæ deligendo Beatiſſima Virgo adiuuit, perſuaſitque ſuſcipere Ordinem Carmelitarum. Eidem primitias ſacerdotij ſui offerenti in conuentu quodam ſemoto à turbis, per ſeſe dignata eſt apparere, & hæc ei dicere : *Seruus meus es tu, quem elegi, & in quo glorìabor*. Quin & rurſum eidem, ipſâ nocte Natalis Chriſti, reuelauit, poſt paucos dies, id eſt, die Epiphaniæ, quæ eſt ſextá Ianuarij, ipſum è vita migraturum. Tot beneficia, præter multa quæ latent, quibus ardoribus complebant Andreæ animum? qui exercitio virtutum ſtudebat dignè reſpondere, & B. Virginem, quantùm poterat, honorare. Leguntur hæc in vita ipſius Andreæ apud Surium 6. Ianuarij. Et apud Spondanum hoc anno n. 4. Bzouium n. 7. Spinellum cap. 35. n. 14. Ribadeneiram in Floribus Sanctorum. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 4. §. 2. n. 4. Balinghem & Vincentium Charron in Calendario 6. Ianuarij n. 7. & 25. Decembris, & alios, qui præterea notant, eum appellari Andream Corſinum, quia de familia Corſinorum erat.

C Eodem item anno Romæ obiit, celebris quidem miraculis, ſed longè celebrior reuelationibus ac familiaritate cum Beatiſſima Virgine, Sancta illa vidua Brigitta Sueca; cuius tota familia, vt erat in Deiparam ſingularis affectûs, ita erat in ſingulari Deiparæ cura & auxilio. In primis, ipſa Brigitta cùm nata eſt, viſa eſt Beatiſſima Virgo ſedens ſuper nubem lucidam ac dicens : *Nata eſt Brigitta filia, cuius admirabili voce mundus perſonabit*. Et vt indicaret, quâ potiſſimùm voce; librum explicatum tenebat, inſinuans Reuelationum librum. Hac in ſpecie ſe ſpectandam præbuit Beata Deipara Hemmingo, vt conſtat ex vita Brigittæ apud Surium 23. Iulij. De Hemmingo autem paulò ante locuti ſumus anno Chriſti 1367. Iterum ex Brigittæ vita hæc illuſtria conſtant. Septenni Brigittæ impoſitam fuiſſe pretioſam coronam à B. Virgine. Brigittam in partu à Deipara fuiſſe adiutam. Brigittæ liberos fuiſſe ab ea ſummâ benignitate adoptatos : vnde inter alios, Carolum Brigittæ filium in morte mirabiliter à dæmonum inuaſione liberauit, vt patet tum ex prædicta vita, tum ex libro 7. Reuelationum cap. 13. Explicari autem non ſatis vnquam poteſt, quanta fuerit Mariam inter & Brigittam familiaritas; totus Reuelationum liber id loquitur. Maria reuelante audiuit arcana Virgineæ Conceptionis lib. 6. Reuelationum cap. 55. Didicit gaudia Dominicæ Incarnationis, ibidem cap. 88. Nouit myſteria paſſionis Chriſti. Nouit mortem & bonum ſtatum Iſrachis fratris ſui, aliorumque amicorum ſuorum. De inſtituto à ſe Ordine monita quamplurima accepit beneficio Deiparæ, accepit intelligentiam Scripturarum, & innumera alia bona, pro quibus ingrata non extitit, nec in vita, nec in morte. Votum eius habetur honorificum Dei Matri cap. 63. Reuelationum Extrauagantium his verbis : *Ieſus Chriſtus nouit, quòd Maria filia Ioachim eſt mihi charior, quàm liberi Vlphonis & Brigittæ. Et magis vellem, quòd Brigitta filia Birgeri nunquam fuiſſet nata, quàm quòd Maria filia Ioachim non eſſet progenita. Et leuiùs eligerem, quòd Brigitta eſſet in Inferno, quàm quòd Maria filia Ioachim non eſſet Mater Dei in cælo*. Cui voto reſpondit Beata Virgo : *Filia ſcias pro certo, quòd illa Maria filia Ioachim, erit tibi vtilior, quàm tu Brigitta filia Birgeri es tibi ipſi. Et eadem filia Ioachim, quæ eſt Mater Dei, vult eſſe pro Matre liberis Vlphonis & Brigittæ*. Præter Reuelationum libros octo, in quibus ſunt continuæ collocutiones Mariæ & Chriſti cum Brigitta; præterea Romæ excepit ab Angelo ſermonem, de Excellentia B. Mariæ Virginis, qui legitur ſub calcem operum eius. Porrò quamuis S. Brigitta pingi ſoleat vt Monialis, non tamen ſumpſit Monialium habitum de facto, ſed voto, vt habetur in eius vita. Ex qua demum etiam habemus viſitatam fuiſſe à Chriſto in morte, & obijſſe anno Domini 1373.

D Adhuc hoc anno menſe Octobri confirmatus eſt Ordo Eremitarum S. Hieronymi, ante a nonnullis eximiæ ſanctitatis viris Italis, non procul à Toleto in Hiſpania, inſtitutus. Ita Spondanus hoc anno n. 2. ex quo corrigas Poiræum, qui Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 18. eius initium reijcit ad annum Chriſti 1405. cùm Mariana lib. 17. cap. 18. de hac confirmatione mentionem faciat, & dicat factam eſſe hoc anno; & Onuphrius primam eius inſtitutionem reuocet ad annum 1365. Fuiſſe autem huius Ordinis monachos diu numero pauciores, & propter paucitatem velut deſperabundos cogitaſſe de eo diſſoluendo Ordine, conſtat ex Plato libro 1. de Bono ſtatûs Religioſi cap. 34. Qui etiam addit eoſdem in primo propoſito à Deipara eiſdem apparente confirmatos fuiſſe, & certiores factos de futuro breui in tali Ordine perſonarum magno numero : quod eſt paulò pòſt factum. In cuius beneficij memoriam, & acceptæ à Deipara gratiæ generalem per totum Ordinem conſeruationem; ſinguli Monachi albam tunicam interiùs induunt, exteriore toga nigriore ſuperiniecta : qualem habitum eorum deſcribit Arnoldus Vvionius libro 1. ligni vitæ, capite 71.

## Anno autem mundi 5357. Chriſti 1374.

A DEtectum fuit in valle Ioſaphat quoddam monumentum ſub terra, continens cadauer miræ proceritatis, integrum, cum barba prolixa, & capillis promiſſis, ac tabula literis Hebraicis id ſcriptum habente: *Ego Seth tertiogenitus filius Adæ, credo in Ieſum Chriſtum filium Dei, & in Mariam Virginem matrem eius, de lumbis meis venturos.* Hæc habet Nouarinus in vmbra virginea n. 1160. & Spondanus anno 1374. n. 6. refert id ex Ioanne à Leidis, & quodam Doctore, qui ei detectioni ſe interfuiſſe ſcripſit in Belgium; rectéque ſubdit, huius rei fides ſit penes authorem: ſuperat enim omnem fidem Seth fuiſſe tertium filiorum Adam; niſi fortè dicamus tertium, de quo ſacra Scriptura expreſsè loquatur; cùm natus tantùm Adamo ſit anno mundi, & ſui coniugij 130. qui tamen Adam, ex Patrum & Interpretum ſenſu, habendis liberis, iiſque permultis, ſtatim ab initio mundi operam dedit. Sed his, vt parum probabilibus, obiter tactis.

B Interim moritur 19. Iulij Franciſcus Petrarcha, Florentinus, Archidiaconus Parmenſis, & Poëta ſui temporis celeberrimus, qui de Virginis laudibus poëma Italicum edidit, cuius initium eſt: *Vergine bella, che di Sol veſtita.* In eius marmoreo, quod rubrum eſt, ſepulchro, hoc inciſum adhuc ſpectatur Elogium, quod ſpirat deuotionem in Dei parentem:

*Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchæ;*
*Suſcipe Virgo parens animam, Sate Virgine parce,*
*Feſſáque iam terris, cæli requieſcat in arce.*

De Petrarcha hæc notat Bibliotheca Mariana; quæ etiam addit, claruiſſe hoc anno ex Ordine Prædicatorum Ioannem Bregenſem, Polonum, ac poſteà Epiſcopum primò Culmenſem, deinde Hildeſemenſem, qui Conciones ſcripſit in præcipua S. Virginis feſta. Ex Ordine autem Carmelitarum, Ioannem à Sancta Fide, & Ioannem Fuſt, qui ſimiliter Conciones ſcripſerunt: ac demum Ioannem Hornebium, qui inter alios literarios fructus poſteris dedit librum Hiſtoriæ Viſitationis B. Mariæ, & Opuſculum de Miſericordia Virginis. Ioannes verò Marcheleius, Minorita, librum vnum edidit de Conceptione Beatæ Dei genitricis, ac biennio pòſt, anno ſcilicet 1376. ſpiritum Deo reddidit. Iam ergo

## Anno mundi 5359. Chriſti 1376.

A PEtrus Darbois Canonicus Trecenſis in Deiparam valde deuotus, qui ſuis impenſis fundauit ſolemniora Officia Purificationis, Annunciationis, Natiuitatis, & Conceptionis, in Eccleſia Cathedrali, quæ eſt Diui Petri; voluit etiam in eadem Eccleſia in ſacello Beatæ Virginis mortuus ſepeliri. Quæ omnia conſtant ex Calendario prædictæ Trecenſis Eccleſiæ, & leguntur ſecundâ Februarij: Eáque etiam habet Nicolaus Deſguerrois in ſuis Trecenſibus Annalibus ad hunc annum n. 4. At

## Anno mundi 5360. Chriſti 1377.

A GRegorius Pontifex cùm eſſet Anagniæ, ſtatuit vt Natiuitas B. Virginis celebraretur cum vigilia & ieiunio ac Miſſa propria Vigiliæ, vt notat hoc anno Spondanus n. 16. Qui etiam n. 10. tangit varios errores Vviclephi tunc in Anglia bacchantis; & aliorum qui impiè iactabant Chriſtum & Beatam Mariam omnéſque Sanctos, adhuc veraciter eſſe mortales; B. Virginem adhuc eſſe peccabilem, & damnabilem pro peccato, ſicuti & ſunt omnes Beati, tam homines quam Angeli, excepto Chriſto; & è contra omnes damnatos ipſóſque dæmones reparabiles & beatificabiles.

B Hoc verò adhuc anno, ex Claudio Roberto, quem ſecutus eſt Marraccius in Bibliotheca, florebat in Gallia Nicolaus Oreſmius, Epiſcopus Lexouienſis, & magnâ pietate in Deiparam accenſus librum ſcripſit pro defenſione Conceptionis eiuſdem. Raphaël autem Mapheus, Seruita; & Ioannes Gluelus, Carmelita, ediderunt Sermones in Feſta Mariæ præcipua. Vt habet citatus Marraccius.

## Anno deinde mundi 5361. Chriſti 1378. Vrbanus ſextus Pontificatum init & ſuccedit Gregorio mortuo.

A QVo eodem anno Arnoldus Herueus ex Vltraiectenſi fit Leodienſis Epiſcopus, vt conſtat ex Catalogo Epiſcoporum Leodenſium apud Claudium Robertum in Gallia Chriſtiana. Hic deinde Villarienſe cœnobium viſitans, Abbatem & Monachos inter ſe diſſidentes reperit; atque incarceratis aliquot Monachis qui inſurrexerant, & ſe oppoſuerant, quamuis non malè, in malum Abbatem: poſteà triſtem videre tragœdiam eſt ipſe compulſus. Abbas enim, Martinus nomine, vir vanus & bona Chriſti ſtultè dilapidans, quaſi triumphum agens de Monachis ſuis, Virginem Dei Matrem ſanctúmque Nicolaum inuocans, deprecatus eſt, vt ſigno aliquo demonſtraretur, quis cui iniuriam, an Monachi Abbati, an Abbas Monachis inferret. Vix verba finierat, cùm illicò in amentiam verſus, ore ad terga conuerſo, inſtar bouis mugiens, miſerâ morte extinctus eſt. *Id* habet Gononus hoc anno in Deiparæ Chronico.

B At iuxta Catanam Siciliæ vrbem hoc præſente anno eſt à fundamentis erectum Monaſterium *S. Mariæ à Noua luce*, per Artalum Alagonam Miſtretæ Comitem ac Siciliæ Proiuſtitiarium. Quod eius opus ſatis oſtendit deuotum eius pectus amore in Deiparam arſiſſe. Hæc commemorat Thomas Faſelius in hiſtoria Siciliæ, decade primâ libro 3. cap. 1. ſub finem, & ex eo Ferreolus Locrius lib. 3. cap. 56. Mariæ Auguſtæ. Poſt hæc

## Anno mundi 5363. Chriſti 1380.

A FOeliciſſimè Romæ mortua eſt S. Catharina Senenſis, tertium Ordinem S. Dominici religiosè Profeſſa, vt conſtat ex vita ipſius, quam ſcripſit Raymundus Capuanus, & abbreuiauit Surius 29. Aprilis, & S. Antoninus 3. parte titulo 23. cap. 14. & alij. Ex quibus etiamnum manifeſtum eſt, propenſiſſimum fuiſſe erga S. Virginem animum Catharinæ Senenſis. Vix quinquennium adepta ſalutationem Angelicam frequentiſſimè ore voluebat: diuino impulſu erudita cœpit tum aſcendendo gradus tum deſ-

cendendo illos, ad ſingulos flexis genibus ſiogulas ſalutationes Angelicas fundere. Septeonium aſſecuta virginitatem ſuam Diuæ Virgini commendauit, & Chriſto ſacratam Matti Chriſti obtulit, ingenti ſanè fructu: quippe poſteà cum Matre Dei ipſe Chriſtus apparens ſtipatus Beatorum cæleſti turbâ, & ſponſauit illam, & annulum dedit, & Maria fuit pronuba. Sacrum ſanè ac mirabile connubium! Maria quoque ſæpè illam iouiſit, ſæpè horas cum illa recirauit, & panem in vſum pauperum pinſenti auxilio adfuit, manum operi admouit, panem fecit. Plura alia teneræ dilectionis vtrinique ac deuotionis teſtimonia videri poſſunt apud præcitatos authores, & innumeros alios qui de Carharina & eius prodigijs atque virtutibus amplè quidem, ſed ſemper infra rei exigentiam loquuntur. Catharinæ mortem compenſaſſe Deus videtur natiuitate Bernardini Senenſis, Coletæ, Liduuinæ, & Thomæ à Kempis; qui omnes & hoc anno nati ſunt, & inſignes pietare fuerunt in Virginem Matrem, vt poſtmodùm dicetur. Sed &

## Anno mundi 5364. Chriſti 1381.

A ALiam Carbatinam, nimirum Suecam, & filiam S. Brigittæ ea miſeriis noſtris ad immortales delicias traxit diuinum Numen. Hoc habet vita eius apud Surium 22. Martij; quæ nos etiam docet, eximij eam fuiſſe affectûs in Sanctiſſimam Dei Matrem, ad cuius imitationem ſeruauit in coniugio virginitatem, & coniuge mortuo Religioſam vitam profeſſa eſt: Ante tamen longam & difficilem peregrinationem cum matre ſua Romam vſque ſuſcepit, & cum ea ibidem, quamdiu moraretur, tamdiu commorari propoſuit: in quo nihilominus propoſito poſtmodùm Catharina langueſcens, & à matre in Suediam ſecedere cogitans, reprehenſa à Diua Visgine eſt, & ad maiorem conſtantiam ſuauiſſimè ſimul ac fortiſſimè animata. Solebat in conſiliis omnibus & negotiis confugere ad Dei genitricem, cui ſalutationem Angelicam offereos lumen tum ſibi, tum aliis protinus obtinebat. Quin & incubum à quadam moleſtiſſimum auertit precibus ad Deiparam aliquot iniunctis. Et propter Catharinam, Diua Virgo apparens coniugi fratris Catharinæ, compeſcuit luxum veſtium quo nimis diffluebat. Vide reliqua apud Surium in eius vita, apud Balinghem & Vincentium Charron in Caleodario 22. Martij n. 1. & 2. apud Caniſium libro 2. Marialis cap. 11. & multos Scriptores alios.

B Prærer Catharinam Suecam vocauit ad ſe Deus Ioannem Ruſbrochium, primò Eremitam, poſteà in Viridi valle, non procul à Bruxella, Canonicum Regularem S. Auguſtioi: de quo multi ſcripſerunt. Marcus Maſtilinus vitam eius compoſuit, compoſuit & Thomas à Ieſu Carmelita excalceatus. Habet & illam Nouale Sanctorum Brabantiæ. Miræus de illo loquitur in faſtis Belgicis 2. Decembris, & eodem die Arnoldus de Raiſſe in Auctario. Qui præterquam quòd eius mortem ad hunc annum aſſignant: inſuper hæc aduertunt, quæ ad cultum Deiparæ faciunt: Præſentiâ, inquiunt, Chriſti Domini, Beatæ Virgiois Mariæ, ac Sanctorum frui meruit. Chriſtus talia fertur illi dixiſſe: *Tu es filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui;* & amplexans eum, ait Matri & Choris adſtantibus: *Ecce puer meus electus.*

C Hoc adhuc anno Romæ ab Vrbano Papa ædificatum eſt templum *S. Mariæ Montiſſerrati nationis Aragonicæ*, à celeberrimo Deiparæ templo in Monteſerrato Hiſpaniæ ſic nomen mutuatum, & Purificationi Diuæ Virginis dicatum: quo in templo magno cum animarum fructu Hiſpanico ſermone olim concionatus eſt ſequentibus annis S. Ignatius de Loyola Societatis Ieſu fuodator, & patens noſter in Chriſto. Id teſtatur Spinellus tractatu de templis n. 35.

D Demum Scriptores Mariaoi floruerunt Ioannes Tompſonus, & Ioannes Condatus, Carmelitæ: Iordanus item de Saxonia, Auguſtinianus Eremita, qui tres pro Feſtis Deiparæ varios edidêre Sermones. Richardus verò Lauinghamus, Carmelita, conſcripſit Quæſtiones ſuper *Magnificat:* Et Bartholomæus Albici, Minorita, miraculis clarus, ſex libros euulgauit, De vita & laudibus Beatæ Dei genitricis; librum item Conformitatum B. Visginis cum Chriſto: quem obijſſe Marraccius ait 4. Nouembris anni 1380. Qui prærereà aſſerit de Dominico Bolano, Veneto, ſcripſiſſe eum librum integrum de Conceptione, & vixiſſe ſecundum quoſdam anno 1381. & ſecundum alios anno 1484. De his vide eundem Marraccium.

## Anno poſtmodùm ſequente mundi 5365. Chriſti 1382.

A HVgo de la Sale Sabandus ciuili iudicio ad ſuſpendium condemnatus, Lucæ in Italia, ac de facto ſuſpenſus, inuocatâ priùs B. Virgine Aniciensi, ſeruatus illæſus eſt, ipſâ eum ne ſtrangularetur ſubtus ſuſtinente: vnde ille voce clamoſâ prætereuntem militem monuit, vt Iudices de re faceret certiores, & ad ſe liberandum aduocaset. Quod vtique factum eſt. Proinde ille voti reus ad *B.* Virginem Podienſem venit, dimidium bonorum ſuorum ei dono dedit, & decem florenos quotannis. Ita Odo Giſſæus in hiſtoria Virginis Anicienſis cap. 23.

B Prætereà Brugenſes hoc anno reconciliati ſunt Comiti Flandriæ: atque ob pacem tam facilè adeptam, in B. Virginem grati, ad eam velum nouum Roſebecam detulerunt. Quem veli deferendi morem etiamnum menſe Iulio quotannis obſeruant. Ita ex Meyero Balinghem initio Iulij.

C Idem verò Balinghem 13. Septembris, & Bonfinius in hiſtoria Hungarorum, finiiſſe hoc anno viuendi palæſtram aſſerunt Ludouicum Regem Hungariæ, qui pius in Diuam Virginem duas illi ædiculas regio ſumptu exſtruxit, & magnificis donis excoluit, Aquiſgrani alteram, alteram in Cellis.

## Anno verò mundi 5366. Chriſti 1383.

Digitized by Google

A IN Germania prope Moguntiam, ſcilicet in ſuburbio eius, homo quidam ſceleratus, cùm ludendo pecuniam perdidiſſet, furorem vertens in res ſacras, ingreſſus in Eccleſiam, Crucifixi ſtatuæ caput à ceruice reſecuit, & ſanctiſſimæ Virginis Ioanniſque Apoſtoli imaginibus illîc aſtantibus cæſim punctímque ictus inflixit, móxque ex illis vulneribus copioſus ſanguis effluere viſus eſt. Ad quod miraculum ſceleratus ille attonitus, pedem inde efferre non valens, à ſuperuenientibus captus igne viuus combuſtus interiit. Rem fuſiùs refert, & tempus rei aſſignat rei Nicolaus Serarius lib. 4. rerum Moguntinatum, in Adolpho primo, & inter Moguntinos Archiepiſcopos octuageſimo quarto. Et Spondanus hoc anno n. 7.

B Quo eodem anno, aliquid propemodùm ſimile Bzouius habet ex Archiuis Buburgi oppidi in Flandria, de milite Britone Gallo, qui in Caroli Francorum Regis exercitu in Belgium perueniens, Imaginem Deiparæ, quam auream exiſtimauerat, bracteis tantùm quibuſdam incruſtatam cùm reperiſſet, pugione confodit; quæ inde fluere ſanguine viſa eſt. Sacrilegus autem in humum deorſum furibundus cadens medius crepuit. Quam tragœdiam prædictus Bzouius fuſiùs deſcribit, & ex eo Gononus in Chronico hoc anno; at breuiùs tangit Spondanus ſuprà citatus, Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 63. Balinghem & Vincentius Charton 26. Septembris. Qui ambo rurſum 19. Septembris ex Meyero atque Froiſſardo, aut aliam ſimilem referunt hiſtoriam eodem anno ibidem accidiſſe, aut certè eandem hiſtoriam paulò aliter referunt: ſic enim aiunt. Ciuitate Buburcanâ à Gallis captâ, miles quidam in templo B. Mariæ Virginis imagini pretioſum margaritum conatur detrahere: At imago conuerſa tergum illi oſtendit: deinde cadit miles ac ſibi collum frangit. Tentans idem ibidem alius miles, audiit ſtatim omnes ſimul campanas ſuâ ſponte ſonare. Ob quæ miracula Rex & Proceres attoniti templum Deiparæ religioſè inuiſerunt, & ſummam pecuniæ trecentorum & ampliùs francorum erogarunt. Sic illi, ex quibus dubium eſt, an ſit eadem, an verò diuerſa hiſtoria. Vt vt ſit, certum eſt, tam in hoc, quàm in præcedenti portento, imagines illas ſacras cum effuſo cruore, & linteis cruore illo tinctis, conſeruatas fuiſſe, ac deinde variis coruſcauiſſe miraculis.

C Rurſus eodem anno, vt habet ſuprà citatus Bzouius n. 20. ex Authore libelli de miraculis Marianis. Imago B. Virginis à S. Luca depicta, & ab Helena Auguſta Ieroſolymis Conſtantinopolim tranſlata, quam Nicephorus Imperator Carolo Magno, is autem Leoni Principi Ruſſiæ dedit, Ruſſiâ in prouinciam Poloniæ redactâ: ab Vladiſlao Oppolienſi traducebatur in Oppoliam. Verùm in itinere cùm eſſet apud Cæſtocouiam; latinè Claromontum redditur, qui locus à Cracouia decem leucis diſtat; ita ſubſtitit imago, vt ea moueri nullo modo potuerit. Quo ſigno Vladiſlaus agnouit voluntatem eſſe Diuæ Virginis, vt hæc Imago ibi reponeretur, cui ædificatum eſt pulcherrimum templum, in quo diuerſis huc vſque claret miraculis, quorum ad viginti quinque enumerat præcitatus Bzouius. Habet adhuc præſentem hiſtoriam Spinellus cap. 20. n. 30. eamque dicit accidiſſe anno 1383. quo etiam anno Poiræus Triplicis coronæ cap. 12. §. 5. n. 71. Chatton in Calendario 27. Auguſti n. 2. cum Bzouio aiunt accidiſſe. Gononus autem in Chronico anno 1385. At Marianus Atlas rem fuſiſſimè proſecutus libro 2. imagine 23. traductionem hanc aſcribit anno 1382. Fieri fortaſſe potuit, vt eiuſmodi traductio inceperit ſuperiore anno, & hoc abſoluta ſit.

D Notat denique Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi, prætereà hoc anno Sacellum B. Virginis in foro Cameracenſi fuiſſe conditum, vt nempe, omnibus in foro verſantibus, facilè proſtaret, ad quod adirent, refugium in ſuis negotiis, litibus, ac neceſſitatibus.

## Anno autem mundi 5367. Chriſti 1384.

A AMedeus Sabaudiæ Comes magnæ virtutis & conſilij Princeps, Viridis cognomine à ſuis dictus, ob coloris in veſtitu complacentiam, & ob vernantes tum animi tum corporis vires, vitam hanc deſeruit. Hunc iam diximus anno 1310. fuiſſe Ordinis Annunciationis Angelicæ inſtitutorem, quem inſtituit in honorem Beatiſſimæ Virginis, & quindecim myſteriorum eius, atque in memoriam egregiæ operæ ab ipſius auo apud Rhodum contra Turcas poſitæ; quam inſtitutionem nonnulli referunt ad annum Chriſti 1356. vt Poiræus in Triplici corona tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 11. & Vincentius Charton in Calendario 25. Martij n. 11. At Belleforeſtius in Ludouico XI. cap. 131. ad annum 1351. Gononus in Chronico ad annum 1357. & alij ad alium annum. Aiunt autem Equites ferre crucis inſignia cum ſymbolo literarum F. E. R. T. id eſt *Fortitudo eius Rhodum tenuit*, & torquem intermixtum nodis, quos amatorios appellant, vulgo *nœuds d'amour*: Eſſe verò numero quindecim tantùm, in myſteriorum quindecim, vt dictum eſt, venerationem. Addidit Amedeus quindecim etiam Carthuſianos in arce Petræ, vbi ſedem eiuſdem militiæ conſtituit, qui pro militibus, & pro conſeruatione ſuæ ditionis augmentóque Deum orarent.

## Anno deinde mundi 5368. Chriſti 1385.

A INſignem planè victoriam retulit Ioannes Rex Luſitaniæ contra Caſtellanos ad Algibarrotam, vbi non tantùm fuſi fugatíque ſunt cum ingenti dedecore Caſtellani magno numero à paucis Luſitanis: ſed Rex ipſe Hiſpanus conſcenſo equo, continuata tota nocte fuga euadere Scalabim coactus eſt, magno ſuo mœrore & vniuerſo luctu gentis. Hanc ſtragem prolixè deſcribit Mariana lib. 18. cap. 9. & accidiſſe dicit anno 1385. Similiter Spondanus ex eo n. 10. Vaſconcellius verò in Ioanne, accidiſſe aſſerit in peruigilio Aſſumptionis anni 1386. & poſt eum Vincentius Chatton in Calendario 14. Auguſti, Balinghem autem eadem die in appendice, hallucinatur

lucinatur in nota temporis. Tantam verò cladem ideo euenisſe Caſtellanis fatentur, quòd Virginis Matris Guadalupæum templum, quod tunc temporis & diues & celeberrimum erat, Rex Caſtellæ in ſtipendium ſuorum militum ſpoliaſſet. Hâc autem victoriâ obtentâ Ioannes Luſitanus intra paucos dies miſit inſigniora vexilla quatuor, pluráque minora: Eſtque ad *B. Virginis ab Scala* Eccleſiam ſolemnis pompa gratiarum agendarum causâ inſtituta, quam omnes tam ſacri, quàm prophani homines nudis pedibus obierunt. Quo etiam tempore Magiſter Equitum Nonius Aluarus Pererius Olyſippone, in templo S. Mariæ Carmelitano, crucem aurcam, inter ſpolia eleganti ſub theca inuentam, repoſuit, quæ altera facie pretioſas gemmas quatuor oſtentabat, altera non exiguum ſacri ligni Crucis Chriſti Domini fruſtum. Idem etiam Villæ-vicoſæ; quæ ſedes eſt aulæ Brigantinæ; templum extulit impollutæ Virginis a Conceptione, quod poſteà cæleſtibus portentis ampliùs clareſcens, amplitudinem quoque maiorem habuit. Vide Vaſconcellum in Ioanne primo Luſitaniæ, & in deſcriptione Regni Luſitani, pagina 537. & quæ dicentur anno 1434.

B Hoc etiam tempore, Vareſij, Eccleſia B. Virginis varijs miraculis & claruit & frequentata eſt. Quod non ſiluit Spondanus n. 13. anni 1385.

C Sicut nec Ferreolus Locrius libro 3. cap. 99. Mariæ Auguſtæ ſilendum putauit, quod ex Marchantio & Meyero retulit, de Neoportu Flandriæ Oppido, quod hoc anno ornatum fuit templo Parochiali Beatiſſimæ Virginis, authore Philippo Audace Burgundiæ Duce, & Flandriæ Comite.

## Anno verò ſequente mundi 5369. Chriſti 1386.

A SI credimus Gonono in Chronico Deiparæ; Ciuitas Iprenſis obſeſſa ab Anglis, liberata fuit adueniente Francorum auxilio, quod poſt multas ad Deiparam fuſas lachrimas obtinuerunt tandem Iprenſes, vt refert Meyerus in Annalibus Flandriæ, & Vincentius Charron ac Balinghem in Calendario 8. Auguſti: Verùm hi liberationem eiuſmodi reponunt ad annum 1383. quod veriſſimilius eſt.

B Sed & Collegium S. Mariæ Molinenſis in Borbonia hoc anno fundauit Ludouicus Dux Borboniæ, ſi fidem Miræo adhibemus iſtud aſſerenti libello de Canonicorum Collegiis cap. 109. Nec diſſentit vita Ludouici, qui obiit anno Chriſti 1410. vt patet ex Genealogica hiſtoria Franciæ Sammarthanica tomo 2. lib. 15. At verò

## Anno mundi 5370. Chriſti 1387.

A GRauis diſſenſio orta eſt Pariſiis inter Vniuerſitatem & Ordinem Prædicatorum, occaſione quarumdam propoſitionum Ioannis de Monteſono eiuſdem Ordinis Religioſi & Doctoris; qui habito conſilio cum cæteris ſui Ordinis Magiſtris, poſitiones multas Theologicas de Beatiſſimæ Virginis Conceptione in peccato originali, protulit contra communem Vniuerſitatis opinionem, quas, iuſſus à Magiſtris Vniuerſitatis, cùm retractare renuiſſet publicè damnatus eſt: Prouocans verò ad Sedem Apoſtolicam, miſſis eò Doctoribus Sorbonicis, iuſſus eſt à Papa redire Pariſios & Vniuerſitatis correctioni ſe ſubmittere. Sed ille in Aragoniam fugit; & quia ex ſuo Ordine ferè omnes conſentientes habebat, hinc totus ille Ordo abſciſſus tunc eſt ab Vniuerſitate, perſuaſuſque Rex ſtatuit nunquam ex hoc Ordine ſibi Confeſſarium eligere. Ita habet Spondanus fusè hoc anno n. 7. vocans Papam Clementem, qui tunc contra Vrbanum ſedebat Antipapa. Addit verò n. 8. Dominicanos Rothomagi fuiſſe vocatos Huëtos, (quod vocabulum dæmonem ſignificat) quòd ſic quidam Dominicanus ſe vocari velle dixiſſet, niſi dilucidè monſtraret B. Deiparam conceptam eſſe in peccato. Putaturque à nonnullis hac occaſione inſtitutum ibidem Rothomagi fuiſſe annuum præmium verſuum ſeu poëmatum, quæ fieri conſueuerunt in honorem Conceptionis Beatiſſimæ Deiparæ. De Monteſono & Huëtis adhuc loquitur Gaguinus in Hiſtoria Francorum ſub Carolo ſexto, & Salazarius de Conceptione cap. 4. ſæculo 15. Rurſum.

## Anno mundi 5371. Chriſti 1388.

A PAriſiis quidam Thomas Apulus carceri perpetuo addictus eſt, & liber eius publicè per ſententiam Iudicis combuſtus, quo Beatiſſimam Dei genitricem vilipendebat, & Sanctos omnes vocabat hæreticos, aliáque multa impia in Deum, & in homines nefaria conglomerabat. Ita poſt Iuuenalem & monachum Dionyſianum Spondanus hoc anno n. 7.

B At contra Ioannes Galeatus, Comes Virtutum in honorem Diuæ Virginis magnificum extulit Mediolani templum, cruſtis marmoreis obduxit, ſtatuis pulcherrimis ornauit, atque omnis artis induſtria locupletiſſimum effecit. Quod enarrat Philippus Bergomenſis in Supplemento ſupplementi. Et ex eo Vincentius Charron, & Antonius Balinghem in Calendario 16. Octobris: atque etiam Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 110. Qui vnanimiter addunt hoc templum à Martino Papa redeunte de Concilio Conſtantienſi conſecratum fuiſſe anno 1400. in eóque ineſſe clauum, quo Chriſtus in cruce pependit.

## Anno deinceps mundi 5372. Chriſti 1389. Contigit mori Vrbanum Pontificem, cuius loco ſubſtitutus eſt Bonifacius nonus.

A COntigit quoque in Eccleſia celebrari Viſitationis Diuæ Virginis feſtum, quando ſcilicet ad S. Elizabeth Ioannis Præcurſoris Matrem inuiſendam ſe ſe Beata Deipara contulit. Hoc feſtum ex ſancto Antonino 4. parte titulo 15. cap. 24. §. 3. inſtitutum eſt circa annum 1385. ab Vrbano ſexto: ſed hoc anno eſt à Bonifacio nono & confirmatum & promulgatum, vt ſeruaretur ſub ritu duplici, & cum vigilia, ieiunio &



Digitized by Google

Octaua, additis etiam indulgentijs. Fuit autem hæc à Pontificibus inſtituta ſancta celebritas ad implorandam impenſiùs Deiparæ opem aduerſus grauiſſimum, & maximè moleſtum ſchiſma illud, quod Eccleſiam Dei ab Gregorii decimi morte ad vſque Martinum miſerè lacerauit. Patet id tum ex diplomate Bonifacii noni, quod habet Bzouius anno 1390. tum ex Baronio in notis Martyrologij 2. Iulij. Spondano hoc anno n. 1. & aliis. Spinellus tractatu de feſtis 0. 6. addit, huius feſti Octauam ab Vrbano ſexto indictam, ſeruari adhuc in aliquibus Religioſis familijs, quales ſunt Cluniacenſes, Præmonſtratenſes, Ciſtercienſes, Dominicani, Auguſtiniani, Carmelitani & Cæleſtini. Vide Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 7. n. 7. & Vincentium Chatton in Calendario 2. Iulii n. 2. Interim

## Anno mundi 5373. Chriſti 1390.

A AMpliùs clarere prodigijs cœpit Diua Hallenſis: Et quidem inſignè omninò exercuit in Paſtino quodam mediocris fortunæ viro, qui cùm in aliquo Hannoniæ oppido, quod Angianum vocant, ſubito aquarum diluuio intra proprias ædes & cellam penuariam ſuam opprimeretur, inuocauit Virginem Hallenſem: ſed creſcente ſemper periculo, & iam mentum & caput aquis ſuperantibus, iterum inuocantem Virgo radiis illuſtrauit, atque ſeruauit. Habet id floridiùs in Hallenſi Virgine Lipſius cap. 9.

B Hoc quoque anno florebat, vt notat Poſſeuinus in Apparatu, Franciſcus Martinus, Catalanus genere, Religione Carmelita cœnobij *Barcinonenſis*, qui de Conceptione *Beatæ Mariæ* Virginis eruditum & doctum compendium ſcripſit. Quo adhuc ex Ordine, Guillelmus Beufu librum edidit de miraculis S. Mariæ. Et Bernardus de Anibaſra, Sermones de feſtis. Ex Ordine Prædicatorum iterum Sermones Henricus de Francouar, & Thomaſinus Ferrarienſis. Ioannes verò Bromiardus, Summam de B. Virgine. Ex Ordine Redemptionis Captiuorum, Thomas Vinternon rurſus Conciones pro præcipuis Deiparæ feſtis. Quibus addi poſſunt ex Ordine Eremitarum *S.* Auguſtini, Aldebrandinus Caualcantes; & Rogerius de Sancta Victoria, qui circa hoc tempus viuebant & ſcribebant Sermones. Ioannes denique de Hiſdinio ex Ordine Fratrum de Hoſpitali *S.* Ioannis Ieroſolymitani, qui librum elimauit de Annunciatione B. Virginis, de quibus omnibus Authoribus mentionem facit Bibliotheca Mariana, ſicut & Poſſeuinus in Apparatu, vbi potiſſimùm commendat Martinii compendium de Conceptione.

C Scripſit quoque de eadem S. Virginis Conceptione, vt idem ibidem Poſſeuinus aſſerit, Henricus Euta, ſiue Oyta aut Hoyta, Germanus, Gymnaſii Viennenſis in Auſtria fundator: Item pulchros Sermones de B. Mariæ Natiuitate, Purificatione, Annunciatione. Quo circiter tempore Hordonius Hirſaugienſis, *S.* Benedicti monachus, edebat Cantus pulcherrimos in honorem S. Virginis. Et Ioannes Vvaldeby, Eremita Auguſtinianus, librum in ſalutationem Angelicam. Philippus item à Ferraria, olim Carmelita, demum Epiſcopus Pacenſis in Hiſpania & Cardinalis, Sermones compoſuit in feſtiuitate Mariæ.

## Anno autem mundi 5374. Chriſti 1391.

A FEſto S. Mariæ ad niues, quod accidit quinto Auguſti, Barcinone in Catalonia Iudæorum Synagoga à Chriſtiano populo direpta eſt. Eóque ipſo die, quaſi ſigno dato, in celeberrimis Hiſpaniæ vrbibus & oppidis id ipſum eſt præſtitum, & ingens eorum multitudo occiſa. Quod hoc anno tali die *Diuæ* Virgini ſacro, fuiſſe geſtum Surita ponit & Spondanus poſt eum n. 5. Mariana verò libro 18. cap. 15. ſequenti anno. Quo anno, videlicet

## Anno mundi 5375. Chriſti 1392.

A CArolus ſextus Francorum Rex in Ducem Cenomanum plurimùm acerbatus viam carpens in inſaniam incidit, & vix bene ad plenum ſanari potuit. Nihilominus cùm primum vſum ſenſuum recepit, veniam humiliter patratorum petijt, conſcientiam confeſſione purgauit, inter Miſſarum ſolemnia Corpus Domini deuotiſſimè ſuſcepit, de Beatiſſimæ Virginis & S. Dionyſii viſitandis Eccleſiis votum emiſit, idque poſtmodùm adimpleuit. Sic habet Spondanus hoc anno n. 2, ex monacho Dionyſiano.

B In Lithuania verò accidit, vt pictor quidam inſignis nomine Iacobus Væzyk, ex continuo pingẽdi vſu viſu ipſo orbatus ſit: Sed voto facto ad Czeſtocouienſem Diuam, oculorum ſanitatem recepit; cuius beneficij cauſa promiſit ſe picturum, & ad Virginis gloriam in aliquo templo collocaturum, imaginem ſimilem Czeſtocouienſi imagini. Id dum bis et ter aggreditur, & in hunc finem iterum atque iterum Czeſtocouiam properat, vt meliùs & expreſſiùs, formam, lineamenta, colores, obſeruet & annotet: poſteà domum ſuam reuerſus, ſemper experitur, nec mente poſſe concipere ideam, & ea non concepta nec poſſe in tabula formare imaginem, quam depingere promiſit. Verùm, en rarum miraculum, tertia vice regrediens, & conclaue penetrans, in quo tabulam nudam & imagini pingendæ præparatam concluſerat, non tantùm illud inſolito lumine totum fulgere intuetur, ſed prætereà eleganter depictam *Diuæ* Virginis imaginem in tabula conſpicit, & ante eam collucentem candelam: voceſque has diuinitus excipit. *Tuum ſtudium Matris Dei honorandæ Deo placuit, quare imaginem eius quam tanto deſiderio depingere curaſti, Angelica manu depictam accipe, & in Socal oppido, quod eſt in Ruſſia, in templo ſtatue.* Patuit Iacobus, imaginem ſumma cum reuerentia Socalium detulit, Ruſſis Sacerdotibus aſſeruandam dedit, vbi ipſe fixo domicilio vſque ad mortem vixit: Imagine interim pluribus fulgente miraculis, manuſque Tartarorum atque incendium Socalenſe non ſine prodigio euadente. Rem prolixè deſcribit Iuſtinus Miechouienſis Diſcurſu 220. n. 64. vbi etiam addit nunc Socalij magnificum exſtare templum, in quo Imago collata, à Minoribus de obſeruantia ſollicito ſtudio colitur. Sed iam

C

## Anno mundi 5376. Chriſti 1393.

A IDem Spondanus illn annn n. 3. ex eodem Monacho, & ex Iuuenale ait, contigiſſe Pariſiis, vt cùm mulier quædam puellulam furtiuè conceptam, & ſuffocatam à ſe io ſterquilinio abſcondiſſet; detecta iufantula olfactu canis venatici, & à pia quadam fœmina ad proximam Eccleſiam ſancti Martini altaréque Beatiſſimæ Virginis, firma ſpe ſuſcitationis ad Baptiſmum recipieodam, delata; poſt feruentes eius & circuuſtantium preces, vitæ reſtituta ſit, & ſuſcepto Baptiſmo ſub nomine Mariæ, poſt tres horas occubuerit.

B Et eodem anno, inſtaurauit Eccleſiam B. *Mariæ de Creiſ ker*, hoc eſt, de media villa, in vrbe Leonio apud Oceannm Britannicum, Ioannes Expugnator Dux Britonum; quam longè antè S. Geurochus, ſiue Gueurochus Leonienſis Canonicus ibidem ædificauerat. De hac re videri poteſt Vincentius Cbarton in Calendario 2. Iulij n. 4. & 1. Nouembris n. 10. & Vitæ Sanctorum Britanniæ.

C Rurſus hoc adhnc anno, Confraternitas B. Mariæ de Sion in Lotbaringia menſe Nouembri erecta eſt, per Federicum a Lotharingia Comitem Vademontanum, & Margaritam de Ioninuilla cooiugem eius. In eam qui recipiebantur, nobiles eſſe debebant; multique recepti ſunt. Singulis verò annis itidem debebant conuenire in die Aſſumptiooìs ad ædem B. Virginis de Sion: & octn diebus antè, atque octo poſt feſtum eiuſdem Aſſumptionis, palam geſtare teoebantur imaginem aliquam Deiparæ, alioqui multa aliqua plectendi. Plures alias regulas obſeruabant, quæ ad Dei honorem & ad Virginis cultum non parum pertinebant. Videri hæc poſſunt apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12 §. 5. n. 56. Interim autem flectemur ad alia. Itaque

## Anno mundi 5377. Chriſti 1394.

A IOannes primus Aragooiæ Rex Conſtitutionem edidit pro immaculata puriſſimæ Dei genitricis Conceptinne, ſui erga Deiparam ſtudij præclarum teſtimnnium. In ea ergn poſtquàm præcipuas rationes, quibns eiuſdem Virginis immunitas à labe originis probatur, complexus eſt: ſtatim perpetuum oppoſitæ ſententiæ in ſuis regnis ſilentium indicit, & in hnmines qni eam vel in concionibus vel in diſputationibus in dubium vocauerint, ſeueriſſimas exilii & proſcriptionis booorum omnium pœnas interminat. Ita Salazarius de Cnnceptinne cap. 42. ſæculo 14. Qui etiam addit in illam Cnnſtitutionem factas eſſe Lucubrationes à Ioanne Pineda. De hac quoque mentionem facit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 35.

B Præter hæc, referunt Commentarii rerum Moſcouitarum Sigiſmundi Liberi, annn Chriſti 1394. & mundi ſecundum Moſcos 6903. quòd cùm Themiraſſach Tartarus in Retzam Ciuitatem maximum exercitum duxiſſet ad populandam Moſcouiam, Mnſci periculo territi ad Imaginem Diuæ Virginis, quæ in Vuoldimeria celebris miraculis fulgebat, confugerunt; eámque in Moſcouiam indidem aduexerunt. Cui, cùm adduceretur, Princeps honorifica cum pompa multóque comitatu proceſſit obniam: & rogans Deiparam vt hoſtem arceret, magna veneratione pietatiſque ſenſu in vrbem intulit: ſicque impetratum eſt, vt Tartari nnn vltra Retzam progrederentur. Atque in perpetuam rei memoriam, eo loci, vbi Imago excepta eſt, templnm eſt ædificatum, & dies vigeſima ſexta Auguſti, quâ itum obuiam fuit, quotannis ſolemniter celebratur. Deinceps

## Anno mundi 5379. Chriſti 1396.

A BEatus Conradus Offidanus, Picens, Ordinis Minorum, obijſſe ponitur à Bznuin n. 9. Quem ferunt aliquando ſemotum in ſilua, & orationi intentum, diu vidiſſe Deiparam, & ab ea accepiſſe paruulum Ieſum in vlnis atque intimo animi ſenſu adoraſſe; perfuſúmque fuiſſe, quod à Sancta Virgine petierat, eo gaudio, quo Beatus ſenex Simeon Ieſum vlnis complexus. Iſta explicatiùs refert Chronicon Ordinis Minorum tomo 2. lib. 6. cap. 27. Et Balinghem ac Vincentius Charron 2. Februarij in Calendario. Gononus etiam anno 1306. qun Conradum reddidiſſe animam affirmat.

B Obijt quoque hoc prætereà annn mirabilis illa B. Clara ex Ordine S. Dominici, quæ cùm eſſet filia Regis Indorum, contempſit buius ſæculi diuitias, ut cæleſtes aſſequeretur: in quo ita profecit, vt digna iudicata ſit, quæ à Chriſtn Dominn & ſanctiſſima Matre eius pretioſa veſte indueretur, & raperetur ſæpè per extaſim in Deum. De hac agit Chronicon Ordinis, primâ parte complectens vitam eius, in qua dicitur eandem obijſſe triginta annis poſt Beatum Tacleemannth.

C Hoc eodem anno ceſſit è viuis Ailesfordiæ Richardus Maidſtoous, Ordinis Carmelitarum, Anglus, Doctor Theologiæ, & omni ſapientiâ inſtructiſſimus, qui Sermones de Feſtis Deiparæ in Deiparam valde deuotus diligenter conſcripſit. Ita Bibliotheca Mariana. Sed & ex eadem

## Anno mundi 5380. Chriſti 1397.

A ADam Eſtnn, Ordinis Diui Benedicti, natione Anglus, patria Herfordienſis, Londnnienſis Epiſcopus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, mortuus Romæ eſt; qui magno deuotionis in Virginem ſenſu, compoſuit Officinm Viſitatioois eiuſdem. Florebant verò Nicolaus Eymericus, Dnminicanns; & Antonius Porquetus, Cæleſtinus: qunrum hic Tractatus quoſdam de Conceptinne compoſuit, & obijt ſequente anno 1398. Ille autem Sermnnes Deiparæ, & Commentaria in *Magnificat*, & in *Miſſus eſt*, poſteáque diſceſſit ſæculi annn vltimn. Quibus breuiter libatis

## Anno mundi 5382. Chriſti 1399.

A AC proinde ſub finem huius decimi quarti ſæculi, excepit ingens corruentem mundum Deiparæ miſericordia, quam Antnninus 4. parte ſummæ ſuæ, titulo 15. cap. 2. eximiè deſ-

cribit aiens, Chriſtum Dominum, propter hominum ſcelera, vniuerſum terrarum orbem in tres partes diſſectum, quaſi delere voluiſſe: in cuius rei ſignum iuſſerat quemdam ruſticum tres panes quos habebat in fontem demergere: verùm interceſſiſſe Dei Beatiſſimam Matrem, & cum ruſticus vnum ex ijs demeriſſet, iuſſiſſe vt reliquos ſeruaret, ſimul inſinuando, quid iſtis rebus deſignaretur prodigij: vnde addidit, imò etiam illi ruſticano præcepit, vt ad Chriſti Domini iuſtum mitigandum furorem non deſiſteret ſedulò admonere, vt cum candidis veſtibus lineis vbique ſupplicationes inſtituerentur, pœnitentia ageretur, orationes ad cælum funderentur. Quod cùm ille vulgaſſet, tantus animorum conſecutus eſt motus, tanta morum vitæque mutatio, vt idem Antoninus 3. parte, titulo 22. cap. 3. §. 32. aſſerat, omnes tum mares tum fœminas, tum laicos, Clericos, Religioſos, Epiſcopos, huiuſmodi albatas ſupplicationes inſtituiſſe, ieiunijs atque precibus per eos dies vacaſſe, Sacramenta vſurpauiſſe, & ſimilia peregiſſe, quæ ipſe Antoninus oculis ipſis conſpexiſſe manifeſte aſſirmat. Hanc Albatorum mirabilem deuotionem præter Antoninum alij Authores repræſentant: Valſinghamus in Henrico quarto Rege Angliæ, Aretinus lib. 12. Boninſegnius libro 4. Platina in Bonifacio nono. Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus lib. 3. & alij. Qui addunt extitiſſe diuerſa ſigna in ſudantibus tum *Deiparæ*, tum Chriſti crucifixi imaginibus, quibus homines mouerentur ad turmas viginti, triginta, & quadraginta millium inſtituendas, qui peregrinando nec lacticinia, nec carnes comederent, ſabbato ieiunarent, & certis ſe locis acriter flagellarent. Non defuerunt tamen, qui hæc plurimùm improbarent, & à falſis Prophetis excitari homines aſſererent, ſicut inter cæteros Theodoricus Niemus lib. 2. de Schiſmate cap. 26. Dubitari certè non poteſt, quin Deus eiuſmodi pœnitentiâ, & alijs bonis actionibus homines præparauerit, vt ſubſequentis peſtis, quæ paulò poſt & Italiam & totum orbem grauiſſime vexauit, mitiùs & vtiliùs flagellum exciperent. Vide de his omnibus Spondanum hoc anno n. 5. & 6. Spinellum cap. 16. n. 22. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 11. §. 3. n. 8.

Hoc vlteriùs anno euolauit in cœlum B. Dorothea Prutena vidua, quæ ab anno ſeptimo vſque ad mortem, quouis ſabbato die ieiunabat ſolùm panem & aquam guſtans, quod in honorem Diuæ Virginis faciebat: pedes quoque peregrinata Aquiſgranum eſt, atque imaginem *B. Deiparæ* ibi coluit: ſed & aliquoties uiſitata fuit à S. Matre Dei, præſertim in Feſto S. Agathæ, quando quinque ſagittis cor eius à Chriſto tranſuerberatum fuit cum mira dolorum ſuauitate, & in exitu vitæ, quando etiam à Chriſto viatico corporis ſui refecta eſt. Patent hæc ex vita eius Cracouiæ edita, & ex Poiræo Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 5. n. 26. ex Balinghem item ac Vincentio Charron in Calendario 15. Septembris. B

Præter hæc Raymondus Capuanus Ordinis Prædicatorum, qui S. Catharinæ Senenſi fuit à confeſſionibus, & Magiſter Generalis Ordinis ſui ſanctitate & doctrinâ celebris, obijt hoc anno Norimbergæ, vt notat Poſſeuinus in Apparatu. C

Ex quo etiam patet ab eodem Raymundo ſcriptum fuiſſe tractatum lectu dignum in Canticum Beatiſſimæ Virginis, & compoſitum Officium Viſitationis eiuſdem.

D Similiter hoc anno viuebat, vt Poſſeuinus ibidem aſſerit, Bartholomæus de Piſis Ordinis Minorum Conuentualium, qui ſcripſit de vita & laudibus B. Virginis, vt manifeſtum eſt ex Catalogo Richardi Gibboni, qui eſt ad calcem homiliarum B. Amedei. Initio autem decurrentis ſæculi decimi quinti, hoc eſt

## Anno mundi 5383. Chriſti 1400.

A In Vaccæis, quæ eſt Regio Hiſpaniæ, atque veteris Caſtellæ pars, ad oppidum Nieuam, Virginis Matris Imago reperta eſt: ibique conſtitutum Dominicanorum Cœnobium impenſâ Reginæ Catharinæ, Diua Virgine ibidem coruſcante diuerſis miraculis. Quam rem teſtatus Mariana lib. 19. cap. 10. fuſiſſime autem extendit Miechouienſis diſcurſu 210. n. 39.

B *S*ed & ciuitas Leſina in Campania Romana, ad hoc tempus conſecrata ac donata fuit Diuæ Virgini, per Margaritam Reginam Poloniæ Ladiſlai Regis parentem. Quod notat *Bozius* libro 9. de ſignis Eccleſiæ, & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 95.

C Sub hæc quoque tempora mortuus eſt B. Elſas Indus, Ordinis Dominicani, vt colligitur ex vita eius, in qua dicitur ad annos vixiſſe 74. & ad Religionem admiſſus fuiſſe à B. Tacleemanoth. Quæ vita habetur in Chronico Ordinis parte prima, & apud Michaëlem Pium, de viris illuſtribus Ordinis S. Dominici. Hunc autem Beatum fuiſſe inſignem in amore S. *Deiparæ*, patet ex eo, quòd propter eius amorem reſtitit Neſtorianis hæreticis, & per medios leones inceſſit, à quorum furore intactum eum *B.* Virgo eripuit; quem quoque ereptum de hac vita die Aſſumptionis in cœlo triumphantem excepit.

D Inter Scriptores Marianos floruerunt, ex Auguſtiniana Eremitarum familia, Henricus de Langeſtein, dictus de Haſſia, qui Librum vnum ſuper *Aue Maria* & Sermones varios in Feſta Deiparæ ſcripſit: deinde Auguſtinus Leo, qui ſuper *Aue Maria* viginti octo Sermones compoſuit. Ex Dominicano autem Ordine, Nicolaus Gorranus Commentaria ſuper *Miſſus eſt* atque *Magnificat*, & Sermones in Deiparæ Feſta. Ioannes autem Herolt, Promptuarium de miraculis B. Virginis, in quo per exempla nonaginta nouem oſtendit glorioſam Virginem miſericorditer ſubuenire Viris, Mulieribus, Pueris, in vita, in morte, poſt mortem, in omnibus neceſſitatibus & anguſtijs: addidit Sermones de Conceptione, Purificatione, & alijs Deiparæ Feſtis. Quæ omnia ex Marraccio conſtant in Bibliotheca.

## Anno mundi 5384. Chriſti 1401.

A BOnoniæ in Italia emicare cœpit miraculis quædam imago Deiparæ, à qua viſitanda, quia non longè erat à porta Ciuitatis, cùm vellet amouere Bentes Bentiuolius, lateritium parietem ſatis craſſum obiecit; qui nocte ſequente corruens operam eius reliquit inutilem, & occaſio-

nem dedit feruentiùs ac religioſiùs refugiendi ad ſanctam Dei Matrem, quæ ibi etiam fulget prodigijs. Ita Gononus io Chrooico ad hunc annum, quod ex Baouio deſumpſit.

B Bibliotheca autem Marraccij mentionem facit de Guillelmo de Agrifolio, Cardinali Presbytero, & Iuris Pontificij Doctore, qui hoc anno mortem obijt 13. die Ianuatij, & in laudem Vitginis Setmones egregios edidit.

## Anno autem mundi 5385. Chriſti 1402.

A IAcobus Rencbera, Epiſcopus Limburgenſis io Polonia, vt populum ſibi creditum in viam ſalutis efficaciùs promoueret, varias preces inſtituit in honorem S. Virginis, ad quas ſinguli ære campano admoniti confluere ſolebant magno omnino fructu. Quod tam ſanctum exercirium poſt mortem eius intermiſſum eſt, donec anno Chriſti 1619. inuento eius corpore planè integro & velut ſpirante, atque induto Pontificijs veſtibus illibatis, hoc ipſo ſpectaculo ſenſit ſe Limburgenſis Ciuitas efficaciter inflammari ad intermiſſam in Deiparam pietatem & ſuſceptam olioi à tam deuuto Epiſcopo conſuetudinem poſtliminiò teuocandam. Sic Touſſanus Bridoul io Triumpho Virginis 27. Iunij. Poſtcà

## Anno mundi 5387. Chriſti 1404. Innocentius ſeptimus poſt Bonifacium vniuerſæ regimen Eccleſiæ ſuſcipit.

A QVo præterea anno, Thomas Maldon, Anglus, Carmelita, extremum diem clauſit, poſtquam ſcripſiſſet Seroones triginta quatuor de Beatiſſima Virgine. Quod notat Poſſeuinus in ſacro Apparatu. At ex Mariana Bibliotheca Gualterus Dyſſe, iterum Carmelita & Anglus, conſcripſit Sermones varios in Feſta B. Virginis. Et conſimili labore ſe exercuit Antonius de Azario, Dominicanus. Petrus verò de Canalibus, item Doominicanus, Tractatum valdè eruditum conſcripſit ſuper *Salue Regina*.

## Anno ſequente mundi 5388. Chriſti 1405.

A NOuo, non tamen inuſitato miraculo, Bononia famam habuit, eſt quippe illud miraculum ſimillimum et quod accidiſſe Auenione aote centum annos, hoc eſt anno Chriſti 1300. dictum eſt. Nam ſicut Sigonius refert libro 3. de Epiſcopis Bononienſibus & poſt eum Spondanus hoc anno n. 9. quidam miles amiſſâ luſu pecuoiâ dolens, veſanæ iræ impetu raptus, ferrum in imaginem Virgiois cum verbis contumelioſiſſimis ſtrinxit, & puerulum Ieſum gremio eius conſidentem indigniſſimè percuſſit; vnde ſubitò quaſi neruis exſectis, ſceleratus ille, debilitatus procubuit. Cúmque præterea propter hoc ſcelus ad ſupplicium raperetur, ioplotatâ cum lachrimis Matre miſericordiæ, factóque voto de præſtanda ipſi quadrieooali operâ, repentè ſanitatem recuperauit; & à Prætore dimiſſus ſactam illam Imagioem in *Baſilicam S. Petrooij* traduxit, atque vna cum vxore ac liberis per quadriennium, cilicio tectus, promiſſum obſequium præbuit. Et io hunc vſque diem prædicta Imago religione eximiâ colitur, ac *Pacis Domina* nuncupatur.

B Eodem autem anno, Hallis in Hannooia, nonnulla miracula Diua Virgo præſtitit. Duo toemotat Iuſtus Lipſius cap. 13. & 22. Alterum tredecim hominum præſentiſſimo naufragio ad ipſius inuocationem ereptorum: Alterum cuiuſdam peregrini, falsò de furti participatione accuſati, ac propterea ſuſpendio iniuſtè damnati, ab ipſa cruce & laqueo, quo per horam pependit, incolumis educti. Vocabatur is Ioannes Sampenoius ex oppido Aſperoaco in Campania. Poſt hæc

## Anno mundi 5389. Chriſti 1406. Mortuo Papâ Innocentio ſeptimo, in locum eius ſufficitur Gregorius duodecimus.

A CVius tempore, vt vult Poſſeuinus in Apparatu, vixit Ioaones Vvrotham, quem Sixtus Senenſis cognominat Voreran, Londinenſis, Anglus, Carmelita, qui ſcripſit Sermones duodecim de Beata Virgine Maria. Rurſum.

## Anno Mundi 5390. Chriſti 1407.

A AD ſuſpenſos redimos operâ Deiparæ ereptos, non quidem à morte, quam iuſtè ſubieraot; ſed ſaltem illa infamia, quâ iniuſti erant ob præcipitatum ſuſpendinm & præproperè irrogatum à Præpoſito vrbis Pariſienſis Guillelmo Tignonuillio. Hic quippe iuſſus eſt à Rege duos reſtituere Scholaſticos, quos morte condemnarat, & verò præcipitanter affecerat, & curare deferri, comitantibus Miniſtris Iuſtitiæ, ad Propylæum ſeu Porticum Eccleſiæ maioris Beatiſſimæ Virginis; atque Epiſcopo & Vniuerſitatis Rectori reſtitui, taoquam extra ordinem morte à ſe affectos. Quamois ergo illi non omoinò ſine crimine erant, hoc tamen habuerunt, vt & Virgini quodammodo repræſentarentur, & ſolenni deinde funere deportarentur in Eccleſiam S. Maturioi, vt diffuſiùs dicitur à Spondano hoc anno Chriſti n. 9. ex Iuuenale, Monſtreleto, & Mooacho Sandionyſiano.

B Ad hoc tempus Gononus refert fundationem Cæleſtinorum Lugdunenſium per Amedeum Sabaudiæ Ducem hoc oomine primum; qui modicam ſanè fundationem Cæleſtinis Patribus attribuit: de qua cùm verba ſpargerentur, & fieret non inhoneſta expoſtulatio, feſtiuè adiecit, ſe relinquere illis perquamoptimam Dominam, videlicet Sanctam Virginem Mariam, quæ, inquit, *Nunquam vobis deerit, ſi ſincerè dilexeritis eam.* Et verò non defuit: cùm enim aliquando neceſſaria ad vitam non adeſſent; pulſatum ad ianuam eſt, & repertus ſaccus panibus plenus, & duo vaſa vini, nec vllatenus repertus qui ea attuliſſet. Poſteà

## Anno mundi 5391. Chriſti 1408.

FActus eſt Epiſcopus Veſuntionenſis Theobaldus de Rubeo monte, vel certè ſub finem præcedentis anni, vt patet ex Claudio Roberto. Hic verò Theobaldus templum exſtrui curauit *S. Mariæ Fontis*, ſiue *Liſontis*, vt vulgus appellat: in quo egregio opere manifeſtè prodidit deuotum ſuum in mundi Reginam animum. Ita teſtatum habes apud Simplicianum Gody in ſua hiſtoria Diuæ Montis Rolandi cap. 3. A

Hoc etiam anno exceſſit è viuis Henricus Kalkarienſis, ex Ordine Carthuſiano, vir ſanctitatis eximiæ, & raræ doctrinæ, qui pro gloria Matris Dei, edidit Pſalterium, ſiue potiùs Roſarium centum quinquaginta conſtans dictionibus. Ita Bibliotheca Mariana. Hinc B

## Anno mundi 5392. Chriſti 1409.

Alexander quintus ſubrogatur Gregorio, ipſo adhuc Gregorio viuente. Similiter

## Anno mundi 5393. Chriſti 1410.

Ioannes dictus vigeſimus tertius ſuccedit Alexandro, viuente adhuc Gregorio duodecimo.

QVo item anno, Ferdinandus Princeps Caſtellæ, cognominatus Infans Antequeræ; quòd poteſtate magnâ vrbem illam de Maurorum manibus hoc anno eripuiſſet, vt Mariana notat lib. 19. cap. 22. occidit enim pluſquam quindecim Maurorum millia; ad tantæ victoriæ, Deiparæ auxilio reportatæ, perpetuam memoriam, inſtituit Ordinem equeſtrem *Vaſis B. Virginis*, in quo torques conſtabat ex multis liliorum vaſis habentibus Gryphes intermixtos. Quod aduertit Andreas Fauinus Theatri Honoris libro 6. Poiræus Triplicis coronæ Tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 13. & Gononus in Chronico hoc anno. A

Sed & quidam Rhodienſis miles captus à Turcis, & ab eis inuitatus ad abnegandam Fidem cùm tantum ſcelus penitus abiuraret, minis & tormentis, nec non etiam flammis, ad id acriùs vrgebatur. Sed in medijs flammis Dei parente inuocatâ, illæ, quod mirere, conuerſæ ſunt in carnifices, & ſolis funibus quibus ligatus erat diſſolutis atque conſumptis, liber ab ſtupentibus Turcis dimiſſus eſt: qui Florentiam venit ex voto gratias redditurus liberatrici ſuæ Virgini Annunciatæ. Ita Franciſcus Bocchi tractatu de Imagine miraculoſa Annunciatæ & ex eo Vincentius Charron in Calendario 26. Septembris n. 3. B

Prætereà Henricus Portugalliæ Infans, Dux Viſenſis, ſub auſpicijs Deiparæ nauigationem Indicam fœliciter ſuſcepit. Peruenit ad promontorium Vnicornij, & perfectâ longâ nauigatione, Vliſſiponem regreſſus Eccleſiam conſtruxit in portu huius vrbis ad gratiarum actionem erga Beatiſſimam Matrem. Sic Oſorius affirmat libro 5. de Geſtis Emmanuelis, & Maffeius lib. 1. hiſtoriæ Indicæ. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 3. §. 1. n. 11. ac Spinellus cap. 35. n. 38. Denique Vaſconcellius in Ioanne primo Luſitaniæ Rege, cuius Henricus erat filius, pagina 154. C

D Ex Religioſis Scriptoribus pietatem ſuam erga S. Virginem teſtati ſunt, Ioannes Caſtelleoſis, Benedictinus, exarando Sermones in Feſta Deiparæ: Henricus Coësfeldius, Carthuſianus, librum de Annunciatione, ſimúlque Sermones poliendo: Michaël Herbrant, Carmelita, iterum elegantes pariendo Sermones: Guillelmus Iunconus, Eremita Auguſtinianus, ſimiliter promendo Sermones egregios. Quales etiam ediderunt Rainardus de Fronthouen, & Nicolaus Bayardus, ambo Dominicani. Quæ omnia conſtant ex Mariana Marraccij Bibliotheca, & eius Appendice. Vbi etiam mentio fit de Eraſmo Carthuſiano, & de Georgio Iunes, de Redemptione Captiuorum, quorum hic de doloribus Virginis ſcripſit librum vnum, ille librum vnum de dulci obſequio Genitricis Dei, & librum alterum de Paranympho B. Mariæ: ambo circa hoc tempus floruerunt. At

## Anno mundi 5394. Chriſti 1411.

A ARnoldus Crayenhemius, Toparcha in Grobendonck, & Elizabetha Steiuortia eius coniux, Hortum concluſum B. Mariæ (ſic Abbatiam illam in honorem Diuæ Virginis conſtructam appellant) in Harentalenſi oppido apud Brabantinos ſuis ſumptibus ædificarunt. Cuius rei teſtis eſt Meyerus, & poſt eum Ferreolus Locrius lib. 2. cap. 80. Mariæ Auguſtæ. Sequente autem

## Anno mundi 5395. Chriſti 1412.

A CAnonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranenſis aſſignatum fuit templum B. Virgini ſacrum in Inſula Diomedæa, ſiue Tremirana, quæ eſt in Adriatico mari: aſſignatum eſt autem à Gregorio duodecimo adhuc viuente, cùm anteà eſſet Religioſorum Ciſtercienſium, quos prædones Sarmaræ per ſummum ſcelus interfecerant. Fuit enim hoc templum ædificatum longè ante annum Domini 1000. & primùm à viro quodam pio, qui illud ex inuenta per reuelationem pecunia exſtruxit, habitatum: tum à Benedictinis, ac deinceps à Ciſtercienſibus poſſeſſum, ac denique à dictis Canonicis iubente Papâ occupatum. Habet verò Virginis ſimulachrum, quod miraculorum multitudine iam à multis retrò ſæculis coruſcat. Quod grauiter aſſerit tractatu de Templis Spinellus. n. 55.

B His etiamnum temporibus Hieronymus à Sancta Fide, ex Iudæo Chriſtianus effectus, ſcripſit contra Iudæos, & Chriſtum probauit ex Beata ſemper Virgine illibata Maria ortum habuiſſe. Id habetur tomo 14. Bibliothecæ Patrum pagina 357.

## Anno verò mundi 5397. Chriſti 1414.

A IN agro Aloſtaoo miraculis ſplenduit Imago B. Deiparæ, quæ eſt pagi Leeuſis. Quam rem obiter commemorat Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Non longè autem ab his temporibus, ſed, vt videtur diuerſis Authoribus,

## Anno circiter mundi 5398. Chriſti 1415.

A ACcidit hiſtoria inſignis de quodam Stephano Lonſoſcio, Hungaro, Sigiſmundi Imperatoris Duce, pieotiſſimo in S. Deiparam viro: Qui, cùm in certamine quodam pugnans occubuiſſet, ac ſecundo tertioue pòſt anno, in eundem, vbi occubuerat, campum plerique perueniſſent, & cadauerum aceruum ioibi conſpexiſſent; auditus eſt ex illa congerie & vocem emittere, & dulciſſima Ieſu ac Mariæ nomina ſæpiùs reſonare, ſuauitérque repetere. Cúmque diſquireretur inter mortua oſſa vnde vox erumperet; inuentum eſt viuax loquaxque caput hominis cuiuſdam, qui ſe Chriſtianum profitens, Sacerdotem perut auditurum peccata quæ expiata vellet; ſcilicet inconfeſſum occubuiſſe in prælio, pietate tamen benigniſſimæ Deiparæ, cuius olim Feſta non tantùm religioſiſſimè obſeruabat, ſed & auſtero præueniebat ieiunio ſolo pane & aquâ modiciſſimis contentus, imò in quam vitæ & mortis ſpes omnes poſuerat, in vita ſic fuiſſe ſeruatum, quouſque ope tranſeuntium Confeſſorem aſſequeretur. Accerſiro igitur Sacerdote, & ad aures eius confeſſione factâ, acceptáque ab eo ſacramentali abſolutione, caput denique conticuit, ac perpetuò quieuit. Rem hanc habet Spondanus & explicat hoc anno n. 68. ex Thuroſio & Bonfinio: habet & Spinellus cap. 34. n. 25. ex Pelbarto in Stellario libro 12. part. 2. art. 1. Habet & Gononus in Chronico. Habent denique Balinghem 1. Februarij, & Vincentius Charron 6. Septembris, vterque ex Bonfinio Rerum Hungaricarum libro 3. decade 3. Poſt hæc

## Anno mundi 5399. Chriſti 1416.

A FLorebat, vt vult Poſſeuinos in ſacro Apparatu, & ſcientiæ laude Viennæ in Auſtria vigebat Franciſcus Rota Ordinis S. Dominici, quem Gononus in Deiparæ Chronico ad annum 1407. Retzam cognominat. Simul verò ambo affirmant, eum in Deiparam propenſiſſimum fuiſſe; qood maximè oſtendit, cùm publicè interpretatus eſt Prouerbia Salomonis, in landes B, Virginis perpetuas faciens ſiue excurſiones ſiue digreſſiones. Inſuper ſuper *Salue Regina* tria præclata volumina compoſuit: ſingulis diebus ſabbati mediam fermè horam in eiuſdem laudationem diſſeruit; identidem Reginam cæli Angelicâ precatione deuotè ſalutabat, donec anno ætatis 84. plenus dierum ac meritorum die Natiuitatis Marianæ euolauit in cælum.

B Sed vt Poſſeuinus ait ibidem, ex hac vita migrauit Michaël Angrianus, Bononienſis, necnon Carmelitani Ordinis Generalis: qui præterquam quod ſæpiſſimè in Commentarijs, quæ in varios ſacræ Scripturæ libros ac præſertim in Lucam compoſuit, de Deipara honorificè & piè loquitur; prætereà tractatum edidit de Poriſſima Conceptione glorioſæ eiusdem Virginis. Quin & ex eodem Ordine florebat Stephanus Anglicus, ingenio præſtaos & præſtantior deuotione in Virginem, io cuius Feſta Conciones varias lucubrauit. Florebat & Antonius Taxal, qui 29. Maij anni ſequentis mortous eſt, teſtatúmque voluit affectum ſuom in Mariam Tractatu docto de Conceptione, cuius titulus erat, Roſa ad Auroram: Erat hic decimus quintus Generalis S. Mariæ de Mercede, & iudicio multorum digous reputatus Papatu. Vide de his Bibliothecam Marianam.

## Anno demum mundi 5400. Chriſti 1417. Finem habuit diutiſſimum Schiſma, quod Eccleſiam quadraginta admodùm annis exercuit: Finem habuit autem electione Odonis Columnenſis: qui Concilij Conſtantienſis ſuffragijs in Papam delectus, quod id factum ſit vndecimâ Nouembris, die ſcilicet S. Martino ſacrâ, quæ tunc incidebat in feriam quintam, ideo vocari voluit non Martinus tertius, ſed Martinus quintus. Vide Petauij Rationarium temporis lib, 10. cap. 8.

A HOc autem prætereà anno, vt Ferreolus habet in Anacephalæoſi, iuxta Hannofer Miſnenſis Diœceſis in Saxonia, Beatiſſimæ Matris Dei Sacellum ædificatum eſt, cuius architectandi potiſſima ratio fuit, miracula, quæ inibi ex Diuæ Virginis ſtatua frequentiſſimè erumpuot. At

## Anno mundi 5401. Chriſti 1418.

A NOn accidit, vt vult Balinghem in Caleodario 14. Septembris n. 6. conſecratio illa famoſa ædis *B.* Virginis Eremitanæ in Heluetia à Chriſto Saluatore facta: quam ædem olim condiderat in medijs ſiluis ſolitariè degens S. Menradus, & Eberhardus Abbas amplificauerat adiunctóque præclaro cœoobio adornauerat, ſicut dictum ſuprà eſt anno Chriſti 949. adcóque à vera temporis ratiooe aberrat Balinghem quingentis, vt minimùm, annis, & eum ſecutus Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 84.

B Certios eſt in nota Chronologa, qnod ibidem Poiræus babet n. 46. & ait Lutetiæ in vico Vrſorum accidiſſe. Quidam ſcilicet, amiſsâ per ludum pecuniâ, irâ ideo exardeſcens Iconculam Virginis gladio indignè percuſſit: atque ex vulnere erumpente ſanguine, commoti, qui aderant, ciues ſceleratum rapiunt, & ad Iudicem trahunt: qoi poſtmodùm ligatos ad ſtipitem, tandiu virgis vexatus eſt, donec viſcera

Digitized by Google

deflueretent. Eo loco quotannis, & accenſâ feſtiua pilâ, ſiue pyra ignea, & extento apud prædictam Imaginem tapete, ciues Pariſienſes hilares ac læti exultant, & Numini gratias ac Deiparæ agunt. Rei huius hiſtoria narratur apud Breullium in Antiquitatibus Pariſinis. & habet eam Gononus in Chronico hoc anno, ac Vincentius Charron & Balinghem 3. Iulij.

C Hoc quoque anno defunctus eſt Thaumaturgus huius ſæculi Sanctus Vincentius, Ordinis Prædicatorum, cognomento Ferrerius, & conſtat ex eius vita, quæ legitur 5. Aprilis apud Surium: ex qua etiam paret eum multas gratias & viſitationes ſpirituales à Beata Virgine accepiſſe, & per eandem à difficillima dæmonis aſtutia ac tentatione fuiſſe liberatum. Cùm enim Vincentius iam Religioſus virginitatem ſuam Virgini commendaret, delapſa vox ad eum inſit: Non omnes poſſumus eſſe virgines. Hærenti & anxio ſpectandam ſe Deipara præbuit, & delapſam vocem ab inimico eſſe edocuit: ſperaret in Domino: quamuis enim impugnaretur, hoc bellum in bonum ceſſurum ſperanti in ſe & in Deo. Adhuc iuuenis Vincentius quotidie Virginis Officium legebat. Prouectior effectus non modo triginta millia tum Iudæorum, tum Saracenorum ad fidem Chriſtianam conuertit; ſed etiam ſupra centum millia flagitioſorum ad ſalutarem pœnitentiam permonit. Quam rem iterum repetit Balinghem 5. Aprilis. Spinellus cap. 35. o. 15. & alii multi. Salazarius autem de Conceptione cap. 42. ſæculo 15. Vincentium probat Conceptionem B. Mariæ immaculatam palam prædicauiſſe, *cuius anima*, inquit, *ſtatim ac fuit creata, fuit ſanctificata*, &c. Adde Sermones quos Vincentius Mariæ conſecrauit: hos Hyppolytus Marraccius ad nouem enumerat. Dehinc

## Anno mundi 5402. Chriſti 1419.

IN arce Ligniaca puella quædam Ioanna Maillarta egreſſa ad hauriendam aquam in vicino ſed altiſſimo puteo, cecidit & ſubmerſa eſt, ac mortua extracta. At refugium parentibus fuit ad Virginem Hallenſem; proindéque rediit fœliciter ad vitam, atque Hallas venit reddituta gratiarum actiones, vt Lipſius, in Diua Hallenſi cap. 18. vbi rem totam eleganter enarrat, fuſiſſimè teſtatur. Verùm. A

## Anno mundi 5403. Chriſti 1420.

FLorentiam Martinus Papa deſeruit, vt ſeſe Romæ exhiberet: quamdiu autem conſtitit Florentiæ, frequenter viſitauit Sanctiſſimæ Virginis Imaginem, dictam Annunciatam, & multis locupletauit ornamentis. Quando autem contigit, vt Florentiam vrbem aliquo, cauſâ id exigente, ligaret interdicto; ſemper excipiebat altare Annunciatæ, in quo alias ſacrum ipſe fecerat. Ita Archangelus Gianus in 2. centuria Annalium Seruitarum. A

Sed & ſub anni huius initium, die videlicet Ianuarij tertia, obdormiuit in Domino Egbertus, de quo Thomas à Kempis 3. parte Sermonum ad Nouitios Sectione 2. ait, eum, cùm grauiter agitaretur tentationibus, quæ à vita Religioſa ipſum auocabant, liberatum fuiſſe, & in ſomnis à B. Virgine admonitum his verbis: *Maneas in loco iſto, & quod Prior tibi conſulit & dicit, hoc facias.*

E Quo eodem anno Ioannes quintus Dux Armoricenſis liberatus eſt à captiuitate, quam incurrerat apud arcem Caſtelli Celtici, vulgò *Chantoceaux*: ſed priùs facto voto tribuendi Diuæ Virgini Montis Carmeli tantum pondus auri, quantum ipſe armatus ponderaret. Quòd & præſtitit egregiè. Hanc enim arcem ſtatim occupantes Barones minoris Britanniæ, Ducem liberum Nannetum reuexerunt, vbi votum liberaliter ac magnificè exſoluit: ex quo donario ſeu auro, confecta eſt Imago B. Virginis, quæ ſtat media inter Ducem flexum in genua, & arcem vnde ereptus eſt. Fusè id refert Vincentius Charron 28. Auguſti n. 5.

C Circa hunc quoque annum viuebat, inquit Poſſeuinus in Apparatu, Richardus Hampole, ex Eboracenſi Anglorum comitatu oriundus, qui ſcripſit in varios Scripturæ ſacræ libros, & nominatim in Canticum Beatiſſimæ Virginis, *Magnificat*. Addit inſuper Marraccius eundem Richardum ſcripſiſſe præterea in *Salue Regina* librum vnum.

D Viuebat quoque, ait idem qui ſuprà Poſſeuinus, Nicolaus monachus S. Crucis in Auſtria, Ordinis Ciſtercienſis, qui opus haud exiguum ſcripſit de laudibus Sanctiſſimæ Virginis tribus libris diſtinctum, quod prænotauit Imaginem Diuæ Virginis, vt notat Marraccius. Sed & triennio poſt, hoc eſt,

## Anno mundi 5406. Chriſti 1423.

A MAgnas Deiparæ gratias expertus eſt Ludouicus Comes Vindocinenſis, qui à Burgundione captus in conflictu Azincurtenſi, & teterrimo carceri mancipatus auxilium Virginis prolixè implorauit, & imploratum obtinuit. Is deinde venit Carnutum, & cum centum Equitibus ad Eccleſiam D. Virginis procedens, ſola linea veſte indutus ac cereum tenens homagium fecit: redditúſque magnos annuos inſtituit, vt perpetuis temporibus poſtridie Feſtorum Deiparæ Officium ſolemne de B. Maria concinatur. Alia multa dona prætereà contulit, vt videri poteſt apud Sebaſtianum Roulliard in Parthenica Carnotenſi cap. 5. Rem hanc paulò aliter enarrat Genealogica hiſtoria Sammarthanorum lib. 16. cap. 2. quæ Ludouicum bis incarceratum deſcribit, ſemel à ſuo fratre, & ſemel ab Anglis, ſiue Burgundione qui Anglos induxit in Galliam, à qua vtraque incarceratione mirabiliter ereptus eſt. Prædicta verò hiſtoria addit, fundatum fuiſſe Carnuti Sacellum Annunciationis ab ipſo Ludouico, qui & cor ſuum ibidem recondi teſtamento cauit, proptereáque communiter appellatur Sacellum iſtud, Sacellum Vindocinenſe, ſiue Vindocinenſium Comitum.

B Præter hæc ſunt hoc etiam anno varia inſtituta feſta in commemorationem Dolorum Deiparæ, quæ diuerſis diebus, diuerſis in locis celebrantur. Præluxiſſe videtur Theodoricus Colonienſis Archiepiſcopus, excitatus fortè facinoribus infandis Vvicleffiſtarum, Huſſitarum,

Digitized by Google

& aliorum bæreticorum, qui ſæpè irruentes in Imagines ſacras Chriſti & Deiparæ, non dubitabant eas aut comburere, aut frangere, aut iguominioſè tractare. Hæc habet Spoodanus hoc anno n. 10. notàtque ex Spinello tractatu de feſtis; obſeruari feſtum dolorum Deiparæ, quos, cùm puerum Ieſum ſiſteret in templo, Simeon ei vaticinatos eſt, à Ciſtercienſibus die decimâ ſeatâ Aprilis: ab alijs verò, plurimis in locis, & potiſſimùm apud Attrebates feſtum dolorum, quos aliàs quidem ſed præſertim in Paſſione ſuſtinuit, feriâ ſextâ ante Dominicam Palmarum, ſolemni ritu celebrari conſueuiſſe. Itemque apud Traiectum ſocietatem quaodam iu eorumdem dolorum celebrem memoriam erectam religioſè eſſe, multáque facta in eius comprobationem præſtaotiſſima miracula. Iam verò

## Anno circiter mundi 5408. Chriſti 1425.

A Dicitur inſtitutus Religioſus Ordo *S. Mariæ à Turre Speculorum* Romæ, per Beatam Franciſcam, ipſâ Diuâ Dei parente hoc ipſum, tum per alios Sanctos, tum & maximè per ſeipſam, diuerſis indicijs ac cæleſtibus delicijs Franciſcæ eahibitis, vehementer placere demouſtrante. Quem Ordinem poſteà ingreſſa eſt Franciſca anno Chriſti 1436. poſtquam Laurentius Pontianus vir eius tranſiuit ea hac vita, in eóque mirificè Deiparæ ſeruiuit. Cognoſcuntur hæc ea vita eius, & ex Bulla Canoniaationis per Paulum quintum, & ex Poiræo Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 56. Breuiarium Romanum vocat iſtum Ordinem, Congregationem Montis Oliueti, quam alij, à loco & turre vbi fundara fuit, nominant Congregationem Turris Speculorum; Et verò, licet ibi ſit turris, quæ ſex facies habens, & in eis quædam ſpecula oſtentans, nomen cœnobio imponat, quod dicitur Monaſteriom Turris Speculorum: Nihilominus hoc Cœnobium ſub protectione & directione eſt Congregationis Montis Oliueti, quam Bernardus Tolomei Senenſis, ſicut dictum eſt anno Chriſti 1318. erexit; proptereáque non niſi rectiſſimè dicitur S. Franciſca ingreſſa eſſe Congregationem Montis Oliueti, de ea agit Arnoldus Vvionius libro 2. ligni vitæ cap. 69.

B His quoque circiter temporibus claruerunt hi Virginis famuli, qui de ea ſcripſere: Nicolaus Dinckeſpuele, natione Germanus, & Vienneuſis Gymnaſij meritiſſimus Rector, qui Sermones pro Feſtis Deiparæ conſcripſit. Antonius de Parma, Camaldulenſis Generalis, qui Sermones itidem de Virgine edidit. Ioannes Taceſphaleo, Anglus, Carmelita, qui ſimiliter Sermones. Et ex Ordine Dominicanorum Leonardus Stacius, Generalis, patria Florentinus, qui hoc anno mortuus eſt 16. Martij, & reliquit Sermones io Solemnia Deiparæ: Quales itidem reliquit Thomas Thomaſinos, & Benedictus Veronenſis, atque Ioannes Dominici, omnes ea eadem Prædicatorum familia. De his teſtimooium cooſeruat Bibliotheca Mariana.

## Anno autem mundi 5409. Chriſti 1426.

A Coloniæ expurgata eſt Iudæorum prægrandis Synagoga, ea eaque nobile Deiparæ Sacellum conſtitutum eſt. Quod oon tacuit Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi.

B Ad hoc etiam tempus, vt colligitur ex Antonio Poſſeuino in Apparatu, Petrus de Alliaco Epiſcopus Cametacenſis, Gallus, Pariſienſis Gymnaſij Cancellarius, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Ioannis Gerſonis præceptor, inter varia quæ ſcripſit, compoſuit in ſalutationem Angelicam & in Canticum *Magnificat*; atque de duodecim honoribus Sancti Deiparæ coniugis Beatiſſimi Ioſephi. Hunc putat Marraccius in Bibliotheca obijſſe anno ſuperiore die octaua menſis Auguſti, ex Necrologio Pariſieoſi, & Petro Frizoo in Gallia Purpurata. Poſt hæc

## Anno mundi 5410. Chriſti 1427.

A Miraculum accidit non ignobile Cantiprati, quod eſt oppidum agri Cameracenſis, de cuiuſmodi miraculo Iuſtus Lipſius in Virgine Hallenſi, cap. 20. mentionem facit. Relictus domi puer, dum parentes ad ſacrum eunt, cùm bimulus tantùm eſſet, cœno & aquis in foſſa ſe ſubmergit. Redeuntes parentes non reperiuot eum: quærunt, veſtigant, & tandem, ſed altera poſt die, ſubmerſum inueniunt. Quid faciant in hac lugubri filioli iactura? Quid verò aut fructuoſius, aut præſtantius quàm ad vitæ Matrem Virginem Deiparam habere refugium? Ergo prolem mortuam Hallenſi Beatæ Virgini cum fiducia offerunt, ſuper altari ponunt: tum reuiuiſcit illa, ambular, cum parentibus redit, mirâ Virginis laude, mira omnium lætitia.

B Dum iſta Hallis fiunt, vitam adhuc ducebat Conradus Baro de Zimbera, Germanus, & Monachus Ordinis S. Benedicti, quem Poſſeuinus io Apparatu ſacro dicit, in laudem Beatiſſimæ Virginis plura carmine ceciniſſe.

C Nec verò omittendum eſt, quod habet Atlas Marianus libro 2. imagine 9. & hoc Chriſti anno teſtatur accidiſſe: Nempe, quòd Lombardiam quidem omnam, tractúmque præſertim Paduanum peſtilentia diueaante, Beatiſſima Virgo ſpectabili ſpecie apparuit Petro Falco laboranti ex lue, & in ſilua poſito, ſimulque imperauit, vt in fonte quodam montis Ortoni pedes, quos peſtis corroſerat, lauaret, & ſic valetudinem reciperet: addiditque ibidem ſob ſaxis deliteſcere imaginem ſuam, quam extractam ex ruderibus, qui colent, inquit, contra peſtem remedium ſentient: Quin & geminum ſurculum decerpere iuſſit, alterum ex quercu, alterum ex oliua: vt his inſtructus Petros apud dubios legationis ſuæ fidem facere poſſet. Nam oliuæ ramus, inquit B. Deipara, lumbis tuis admotus ſenſibiliter areſcet, qui reductus ad caput tuum ſtatim virore effloreſcet & ſuauiter fragrabit: contra quernus ſurculus capiti tuo circumcinctus & virorem omnem amit-

ret & ſuccum & gratiam, qui ad lumbos reflexus recuperabit hæc omnia. Fidem habuit Petrus præceptis Deiparæ, fidem etiamnum fecit tot miraculis apud Paduanos, qui in vrbe montis Ortoni templum ædificarunt, in quo & Mariæ reperta ſub ſaxis imago omnium deuotionem euocauit, miraculiſque quamplurimis vſque hodie vehementer ſplenduit. Hanc imaginem, & hoc Virginis templum curant & procurant Eremitæ Auguſtiniani. Deinceps

## Anno mundi 5411. Chriſti 1428.

INgens rurſus miraculum ad vicum S. Hilarij iuxta Cameracum factum eſt, ad inuocationem Beatiſſimæ Virginis Hallenſis. Puer natus mortuus, poſt quindecim dies ſepulturæ, reuixit ad Baptiſmum, & paulò poſt obiit. Quod ſcite Lipſius enarrat in Diua Hallenſi cap. 21. multis aliis miraculis miraculum iſtud comitatum oſtendens. Addit & aliud, quod hoc itidem anno patratum eſt, cap. 23. de quodam captiuo, in profundo puteo pedibus firmiter boijs illigatis, detento; qui ad inuocationem eiuſdem Virginis dum dormiret mirabiliter eductus, tribus inde milliaribus abiunctus, liber denique repertus eſt. A

At prope Vicentiam in monte, quem Bericum vocant, prope lapides ſub quibus fons limpidus deliteſcebat S. Virgo apparens anno Chriſti 1426. delineauit veſtigium non ignobilis templi à Vicentinis in ſui cultum extruendi. In cuius conſtructionis compenſationem atque præmium, ceſſationem peſtis, quæ latè bacchabatur, pollicebatur Deipara. Non eſt creditum hæc ex Virgine vetulæ referenti: erat illa Vincentia, ruſticana quidem, ſed in Virginem deuotiſſima mulier, non eſt inquam, creditum illi. Ergo lue ſemper graſſante, iterum poſt biduum, hoc eſt anno præſente 1428., die 8. Auguſti Vincentiam Virgo adiit, monuitear ad Vicentinos, ſanioris forte animi: Bona vetula iuit, ſuaſit, templum eleuatum eſt, cuius mole creſcente decrementum peſtis accepit, variáque deinceps continuarunt miracula. Sic Atlas Marianus lib. 2. Imagine 10. B

Marraccii vero Bibliotheca Mariana claruiſſe teſtatur egregios Scriptores & Laudatores Beatiſſimæ Matris Dei. Chorum docit Paulus Venetus, ex Ordine Eremitarum ſancti Auguſtini, qui Theologus & Philoſophus inſignis, Sermones de Virgine ſcripſit, & librum de Conceptione. Poſt inſequitur Ioannes Haythonus, Anglus, Carmelita, qui, præter Sermones, Annotationes edidit in *Magnificat & Miſſus eſt*. Dein Henricus de Haſſia & Hermannus Petra, ambo Carthuſiani, quorum hic præter aliquot Sermones, Tractatus plures euulgauit, de immunitate Diuæ Virginis à macula originali; ille edidit autem, contra Diſceptationes & contrarias prædicationes Fratrum Mendicantium, ſuper Conceptione B. Mariæ Virginis, & contra maculam S. Bernardo mendaciter impoſitam, librum vnum. Et hæc omnia videre eſt loco ſuprà citato. At C

## Anno mundi 5412. Chriſti 1429.

A VItam mortalem deſeruit Ioannes Gerſonius, Cancellarius Pariſienſis, in vrbe Lugdunenſi, vir eximiè deuotus in Chriſtiparam, & in S. Ioſephum ſponſum eius; de quibus multa ſcripſit: Nam plures Sermones in laudem Deiparæ exarauit, & viginti vnum tractatus ſuper *Magnificat* compoſuit, in quibus mirificè loquitur de ſancta Matre Dei; varia de coniugio S. Mariæ & S. Ioſeph; Ioſephinam, & ſimilia nobis reliquit, in quibus excellentiſſima priuilegia S. Ioſeph pluribus conſiderationibus expendit. Quæ omnia conſtant ex Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis, tum ex Poſſeuino in Apparatu, & alijs. Pluribus verò in locis Gerſonius immunitatem Deiparæ à labe originali acerrimè tuetur, præſertim in Sermone facto die Conceptionis vbi feſtiuè ſub ſpecie vetularum introducit rationes omnes, quæ procedere poſſunt contra immaculatam Conceptionem Deiparæ; rationes verò alias, ſub ſpecie Virginum, quæ Deiparam eximunt ab omni originali inquinamento. Tractatu autem tertio ſuper *Magnificat* literâ Y. mirabiliter diſſuauiatur & beatificat ſolidè deuotos in Virginem Mariam: *Iſtos*, inquit, *non beatificare nequeo, neque ſufficio, quos, ô Beata: tibi feceris eſſe deuotos, quos traxeris poſt te, póſtque Ieſum benedictum fructum ventris tui, in odorem vnguentorum tuorum. Quomodo non beati, quibus vbera charitatis lactanda, quibus os pietatis oſculandum non dedignata fueris oſtendere! Ergo iam oleum effuſum nomen tuum; Ergo tu fons hortorum, ad emundationem ſimul & recreationem, cum delectatione mirabili mundo datus; Tu puteus ſatietatis aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam; Puteus aquarum, quæ fluunt impetu de Libano candido Paradiſi; Tu hortus conſitus*, & cætera, quæ fusè proſequitur, & hic proſequi non vacat, cum alia vrgeant. In caſſum autem Gononus in Chronico, reijcit obitum Gerſonis ad annum 1529. vt patet tum ex Bellarmino citato, tum ex Poſſeuino in Apparatu, Spondano in Annalibus ad annum 1428. n. 6. ex Theophilo Raynaudo in Mantiſſa ad Indiculum Sanctorum Lugdunenſium, & ex vita Gerſonis, quæ operibus ipſius ſolet præfigi; vnde conſtat ipſum mortuum vel anno 1428. vel anno 1429. Quare Gononi anacroniſmus centum admodùm annorum eſt. Sed his omiſſis, accelero:

B Nam hoc etiam anno obijt B. Conradinus Brixianus, ex S. Dominici familia, cui Sanctiſſima Virgo lumbos inungens præſtantiſſimum caſtitatis donum liberaliter, inuocata tamen & maceratione cruenta corporis per duram flagellationem inuitata, conceſſit, apparens eidem duabus ſtipata Beatis Virginibus. Hæc habet Chronicon Ordinis, & inde Balinghem, ac Vincentius Charron 1. Nouembris, ac Poitæus Triplicis coronæ, tractatu 3. cap. 6. §. 4. n. 7. Ex quibus etiam conſtat Conradinum obſequio intentum peſte malignâ infectorum, ipſum denique peſtilentiâ hoc anno abſumptum fuiſſe, anno ſcilicet Chriſti 1429. vt habet Seraphinus Razius in vita Conradini, non verò anno 1456. vt habent Balinghem & Poitæus.

C Inſigne autem beneficium Deiparæ fuit erga totam Franciam & Franciæ Regem Carolum

hoc nomine ſeptimum Ioanna Darcia, vulgò dicta Puella Aurelianenſis, quam hoc anno Carolo cæleſte auxilium imploranti, & preces coram Virgine effundenti, Sanctus Michaël Archangelus puellæ apparens legauit, vt Regem ipſa animaret, obſidionem Aurelianenſem frangeret, Anglos denique proſterneret. Quod portentosè præſtitum eſt. Ipſa enim vt Cainonem venit vulgò *Chinon*, quo loco tunc temporis Rex Carolus agebat, rectà ſine hæſitatione ad eum, non ad alium, proceſſit; &, legatione ſuâ expoſitâ, ſe ſociam belli ac victoriæ ſpopondit; gladium eum ſuo lateri accinxit, quem prædixerat repertum iri in Eccleſia S. Catharinæ de Fera ſilua; equum denique & arma accepit; præferénſque ſignum militare coloris candidi, in quo ſacratiſſima nomina Ieſus & Maria, vna cum imagine crucifixi, & Beatiſſimæ Virginis nuntium de cælo ſuſcipientis, inſcripta erant, cum modica militum manu Aureliam pergens Anglos recedere coëgit, ac tandem regnum Carolo aſſeruit, & alia præſtitit, quæ fusè deſcribunt rerum Gallicarum & alij Scriptores: Æneas Siluius, Nider, Æmilius, Bergomas, Polydorus, Meyerus, Belleforeſtius, Dupleix, & innumeri alij cum Spondano hoc anno n. 4. 5. 6. 7. 8. Necnon Pyiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 4. 5. 6. &c. Ac Vincentius Charton in Calendario 30. Maij n. 2. Qui addunt eam ſolitam ruri paſcere oues, & magnâ diei parte, antequam ad bellum cælitus iuſſa procederet, cum Cælitibus conuerſatam eſſe in vicino Valliscoloris Eremitorio *S. Mariæ Bellimontis*. Sed & ſequente

## Anno mundi 5413. Chriſti 1430.

A PHilippus Dux Burgundiæ, dictus Bonus, in tertijs ſuis nuptijs, quas Brugis celebrauit cum Eliſabetha filia Ioannis Luſitaniæ Regis, vt Spondanus hoc anno n. 1. notat, inſtituit Ordinem equeſtrem *Velleris aurei*, in honorem Dei & Mariæ Virginis & Sancti Andreæ. Voluit autem eiuſmodi Ordinem appellari Velleris aurei, vt nonnulli putant, ob vellus Iaſonis; ſed probabilius eſt ob vellus Gedeonis, quod intemeratam Sanctiſſimæ Virginis Mariæ integritatem ſignificat, dicente Eccleſia: *Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ ſunt Scripturæ: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti*: præſertim cùm inſtitutus ſit iſte Ordo decimo Ianuarii, quo tempore ab Eccleſia prædicta verba concinuntur. Aliunde apposiè Ambroſius Sermone 13. de Natali Domini, *Rectè*, inquit, *Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur*. Sed de vellere Gedeonis plura dicta ſunt anno mundi 2730.

B Hoc verò anno Huſſitæ heretici poſt direptam & vexatam Ruſſiam, etiam Czeſtochouienſe in Polonia Diuæ Virginis cœnobium impiè ſpoliarunt: & Imaginem ſacram B. Deiparæ, quæ ibi honoratur & fulget miraculis in Sileſiam tentarunt abducere. Sed fruſtrà: Nam vix ſtadia tria profectis emenſa ſunt, cum Imago conſtitit vnà cum curru immobilis. Ergo vt ſuum iter inceptum peragerent, præcipitanter eam deijciunt ex curru, & in facie gladio turpiter diuerberant, effringunt, atque dilacerant. Scelus ſequitur pœna: quippe cæcitas, virium defectio, tremor acer membrorum percuſſorem corripit, cæteros peſtis inuadit & lacerat. Locus, in quo imago deiecta eſt, auctus eſt nouo fonte, quem caſu ſuo illa videlicet effecit, in quo primùm crux, tum columna ex lapide cum rei geſtæ inſcriptione, deinde ſacellum breuiculum, demum iuſtæ magnitudinis templum erectum eſt. Ipſe verò Vladiſlaus, qui hoc loco regnauit Poloniæ Dominus, Virginis imaginem magno ſtudio reſarcire curauit: nihilominus cicatrices vulnerum nullis pictorum coloribus obduci potuerunt. Scilicet voluit hæc vulnera in imagine ſua B. Virgo retinere, quibus & hæreticos ad fidem, & Catholicos ad compaſſionem moueret. Sic Marianus Atlas libro 2. imagine 23.

C Pro Scriptoribus Marianis aduertit Marraccius, floruiſſe & Sermones ſcripſiſſe; Henricum de Hachemberg, Prædicatorū Ordinis; Ioannem Gritſch, Germanum; Nicolaum Plonium, Polonum; Lupum de Olmeto, Generalem Ordinis Hieronymiani. Raymundum verò Sebundium, Hiſpanum, Dialogum ſcripſiſſe inter Deiparam & Chriſtum de Myſterijs Paſſionis. Denique Zaram Iacob, Regem Æthiopiæ, in honorem Virginis Carmina & Officium piè doctéque edidiſſe.

## Anno autem mundi 5414. Chriſti 1431. Eugenius quartus Martino quinto ſufficitur.

A PRæterea conſecrata eſt Florentiæ Eccleſia *S. Mariæ Reparatæ*, ſic dicta quòd olim de nomine S. Reparatæ vulgò appellaretur. Conſecrata eſt autem 25. Martij feſto Annunciationis ab Eugenio Papa, tam ingenti pompâ & hominum multitudine, vt vix per vicos vrbis tranſeuntibus vllus aditus ſeſe commodè aperiret. Poſtmodùm in hac Eccleſia celebratum eſt Concilium pro vnione Græcorum cum Latinis. Hæc habet Vincentius Charron in Calendario 25. Martij n. 14.

B Idem 7. Octobris n. 3. aſſerit ex Bloſio, hoc eodem anno, quemdam Carthuſianum in extaſim raptum vidiſſe in cælo fieri quoddam ſolemne feſtum in honorem laudémque Roſarij. Sanctos ſcilicet omnes ſua ſigillatim perferre Roſaria, eaque ſimul cum clara voce percutere, ſimul genu flectere ad nomen Saluatoris Ieſu, & caput inclinare ad B. Mariæ nomen, congratulari demum ſibi de fructu quem non in terra tantùm, ſed & in cælo Roſarium producit.

## Anno deinde mundi 5415. Chriſti 1432.

A PRo miraculo quoque habitum eſt, quod Nider habet in formica lib. 4. prope Nurembergam arborem non tantùm ſolito aliarum more, floruiſſe verno tempore; æſtate &

autumno fructus dediſſe ; ſed floruiſſe & fructus protuliſſe prope Natalitia non vno ſed pluribus annis. Nonnulli putarunt hoc ſymbolo repræſentari fœcunditatis Virgineæ bonum, quandoquidem hâc quoque tempeſtate Virgo florem fructúmque nobis cæleſtem edidit. De hac rurſus te mentionem facit Gononus in Chronico anno 1431. Et Vincentius Charron ac Balinghem 25. Decembris n. 3.

B Sed & hoc eodem anno Sodalitas Diuæ Virginis Hallenſis, coaleſcere cœpit, quam Pontifex Romanus Eugenius quartus paulò poſt confirmauit, eodem videlicet propemodùm tempore, quo ipſa ualuit connecti. Anno autem Domini 1451. Nicolaus Papa huius nominis quintus, eandem non tantùm approbauit, ſed prætereà multis priuilegijs ornatam, Indulgentijs quoque locupletibus communiuit. Hæc habet Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Iam verò

## Anno mundi 5416. Chriſti 1433.

A IN Italia effulſere varia prodigia diuinam vtcunque vindictam & terrores portendentia. Quippe menſe Majo, ſæuiſſimi terræ tumultus, agitationes, ac motus, plura ædificia diruêre. Iunio ſol vſque adeo poſt meridiem exobſcuratus eſt, & caligine demerſus, vt ipſas noctis denſiſſimas tenebras quodammodo æquaret. Præterea aſſiduæ & vehementes pluuiæ ac fœdæ omnis generis tempeſtates mundum horribili quodam verbere diuexarunt. Quibus auertendis ſupplicationes variæ ac ſolemnes vbique fermè habitæ ſunt. Et Bononiæ quidem in Italia inſtituta eſt præclara geſtatio ſacræ illius imaginis B. Deiparæ, quam à S. Luca depictam olim exiſtimant; cuius beneficio ex ingenti ſe periculo euaſiſſe ciuitas iudicauit, ſicut aliàs non tardò eſt eiuſmodi gratiam à B. Virgine experta. Solet porrò iſta imago in monte Guardiæ apud Bononienſes aſſeruari. Qua de re Balinghem in Calendario 5. Iulij, & Poiræus tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 507. Coronæ triplicis.

B Euolauit quoque hoc anno ex medijs huius vitæ miſerijs S. Lyduuina, vt habetur in eius vita apud Surium 14. Aprilis. Ex qua etiam patet, & eandem fuiſſe in Deiparam vehementer propenſam, & Deiparam in eam : Nam Lyduuina, iam à tenera ætate, multiplicare preces feruentiſſimè ſolebat, ante imaginem Virginis Schiedamenſis, quæ nempe Schiedami ante aliquot annos coruſcare cœperat miraculis;: Lyduuinam verò Deipara conſolans per ipſam imaginem oculorum nutibus ei blandiebatur. Rurſus Lyduuina in diuerſis quæ occurrebant negotijs ac neceſſitatibus ad Virginem confugiebat : & Lyduuinæ Deipara liberaliter quæ petebatur concedebat. Petijt Lyduuina, vt Virgo à dæmone ſchedam quampiam extorqueret, in qua deſcriptum erat crimen enorme deſperabundæ mulieris; ſtatim Virgo extorſit. Viſitata etiam Lyduuina fuit, & quidem multoties, à S. Deipara, à qua & velum accepit, quod tamen poſteà reddidit Deiparæ. Vidit inſuper eandem Deiparam colligentem arma ſeu ſigna & inſignia Paſſionis Chriſti, quæ Lyduuinæ ori poſtmodùm oſculanda deuotiſſimè ſimul atque ſuauiſſimè admouebat. Plura alia & ſimilia teneræ dilectionis ac beneuolentiæ teſtimonia exhibebat Virgo, quæ magis ac magis Lyduuinæ amorem in eam incendebant. Denique paulò ante obitum, eidem Chriſtus cum matre apparuit ſtipatus Apoſtolis, varijſque Beatis, tum hominibus, tum Angelis; & ſacro oleo ſecundum ritum Eccleſiæ morituram inunxit, poſuitque in manu cereum, quem Deipara ad læuam aſſiſtens ſuſtinuit, donec Lyduuina ſpiritum fœliciter reddidit. Sed nunc, his obiter libatis, quæ prolixiùs vita Lyduuinæ continet, & Balinghem 14. Aprilis, & alij paſſim, atque hoc anno relicto,

## Anno mundi 5417. Chriſti 1434.

A REperta eſt in Hiſpania imago *S. Maria à rupe Francica, ſiue Gallica*, quam iuſſus eſt quærere, & admonitus per cæleſte ſomnium quæſiuit Simon Robanus, vulgò dictus Simon Vela. Hic Pariſijs degens de inquirenda imagine diuinitus, vti dictum eſt, monetur: cúmque iam quinquennio, diligenter quæſiſſet, nec tamen inueniſſet, Compoſtellam ire ſtatuit: in itinere autem, Salmanticam inter & Mirobrigam, inquit Mariana, Carbonarij indicio addiſcit locum aliquem non longè remotum dici Rupem Gallicam : quâ ille voce excitatus (iuſſus enim erat quærere imaginem Virginis in Rupe Franciæ) ſtatim in locum illum Carbonarij voce indicatum contendit; in quem cùm perueniſſet, Beatiſſimam Deiparam circumfuſam lumine aſpexit, ab eaque audiuit vt eo loci ſtatuam ſuam refoſſâ terrâ extraheret, templúmque extrueret. Quod ille impigrè faciens, adiutus vtique ab alijs, & imaginem reperit, & ſacellum paruum extulit: ſeu crebreſcentibus portentis atque miraculis, Ioannes ſecundus Caſtellæ Rex templum ibi ædificauit, quod & Ordini Prædicatorum attribuit. Rem explicatiùs enarrat Spinellus tractatu de templis. n. 61. Balinghem & Vincentius Charron 19. Maij in Calendario. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 27. Qui etiam addunt, locum in quo reperta eſt imago, & conditum eſt templum, eſſe rupem editiſſimam in Salmanticenſi Diœceſi ſitam, quam vulgò Hiſpani nominant *La pigna di Francia*. Hanc inuentionem Mariana, libro decimo nono de rebus Hiſpanicis cap. 19. reuocat ad annum 1409. Tanta tamen authorum turba, hanc eandem inuentionem huc vſque reiecit, qui præſertim & plures rei circumſtantias, & expreſſiùs enarrant, quod breui eloquio Mariana percurrit, vt propterea huc vſque à nobis differenda fuiſſe videatur. Quamquam fortè hoc anno templum erectum ſit à Ioanne Caſtellæ Rege Imagini iam antè anno 1409. repertæ, cuius inuentionem cum templi conſtructione Authores confuderint. Vt vt ſit,

B Scripſit hoc anno Ericus Rex Daniæ, Sueciæ, & Noruegiæ, ad Concilium Conſtantienſe, quod nunc congregatum erat, & varias iam ſeſſiones habuerat. Scripſit verò pro regula & Reuelationibus, quas S. Brigitta à Chriſto receperat, eas

ſiquidem nonnulli maleuoli acerbiùs ſanè & attociùs calumniabantur. Teſtatur autem Bloſius in Monili ſpirituali ſub finem, rem commiſſam fuiſſe quibuſdam Epiſcopis & inſignibus Theologis à Cnncilin, qui poſt diligens examen affirmarunt has regulas & reuelatinnes proceſſiſſe à Den. Qund hîc ideo dicendum eſt, quia multa hæ reuelationes & regulæ, continenr quæ Deiparam ſpectant: & præſertim nonnulla, quæ Deiparæ Conceptionem reſpiciunt; pto qua hoc Concilium Baſileæ ſeſſione 36. præclatiſſimè ſenſit, vr paulò poſt annn 1439. dicetur.

C At in Luſitania, diem ſuum obijt Inannes Rex huius uominis primus, in Deiparam maximopere propenſus. Ita Valconcellius in vita Ioannis, ſi bene numeri, quos Vaſconcellius habet, ſubducantur: error enim eſt, non in imagine quam Ioannis habet, ſed in vita Inannis vbi dicit eum expiraſſe anno 1448. ſed vt dixi, mendoſè, in imagine autem anno 1434. Mortem hanc teuncauit ad annum 1433. Masiana lib. 21. cap. 6. Inter cætera autem quæ Ioannes præſtitit Deiparæ auxilio adiutus, præter inſignem victoriam ad Algibarrotam, de qua dictum eſt anno 1385. Iterum eodem auxilio fretus, pervigilin Virginis Aſſumptæ, Olyſipone ſoluens, Septam Afticæ vidir & vicit, trucidatis Maurorum plus duobus millibus, & cæteris aut fugatis aut captis. Hæc bellica Inannes. Pia autem & pacifica quæ geſſit, ſunt, preces horarias ſingulis diebus percurrere, id & alijs faciendum perſuadere, templa ædificare. Ædificauir enim poſt victoriam ad Algiharrotam templum *S. Mariæ à Baralla*, ſiue à victoria dictæ, ſeu prælin victnrioſo, eo in loco, vbi victoria reportata eſt: aliud Olyſipone *S. Mariæ ab Scala*: tertium Guimaranij, cui eſt cognomentum *ab Oliua*; quod ea arhor adytotum patietibus & fornici innaſcens ab accolis religioſè ſuſcipitur: in quod templum Ioannes mirificè afficiehatur, & his pedes adijr ab Olyſipone. Quin & vbi primum Caſtellanos ad Algibartntam pnfligauit, illuc confeſtim ſe contulir, tantúmque argenti repnſuit, quantum cataphractum ipſius corpus ponderoſum erat. Ibidem hodie dicata viſitur illa haſta, quâ in prælio meruendus fuerat, ſimul cum chlamyde militati. Multa quoque nhtulit toreumata vltra centies octuagies ſeſtettiûm æſtimata. Nnhile illud eſt templum & redditibus & miniſtris, à Romanis Pontificibus & à Regibus immunirates plures conſecutum. Liber mercatus totos quindecim dies prope illud exercetut per ferias Aſſumptæ in cælum Virginis, qund feſtum præ cæteris inſigni pietate Ioannes obſeruabat, in cuius peruigilio ſingularium fuerat beneficiorum cnmpos effectus. Hâc enim die Inannem Caſtellanum fudit, hâc in Afticam ſoluit ad Septam expugnandam, hâc ad meliorem vitam, iſtâ relictâ, pertranſijt. Pluta videri de Ioanne poſſunt apud Vaſconcellium, & apud Poiræum Tractatu 3. Triplicis coronæ cap. 7. §. 5. n. 23. 24. 25. ac denique apud Balingbem in Appendice, & Vincentium Charron in Caleudario, ſed apud vtrumque 14. Auguſti n. 9. vel 11.

D Ioanni ſucceſſir Eduardus filius eius, qui patris deuotionem in Deiparam imitatus, celebertimum Aſſumptæ in cælum Virginis diem ſibi delegit: vt priſco gentium ritu Rex inauguraretur. Nec timuit placita Mathematicorum: qui hæc ſolemnia in alium diem prorogari volehant, alioquin ex nhſeruatione ſyderum triſtes Eduardo annos ominabantur. Quod non omiſit Vaſconcellius prædictus, qui Eduardum addit mortuum eſſe anno 1438.

E Sed & in Polonia mortale ſceptrum in immortale commutauit moriens Vladiſlaus Iagelonius, vt patet ex Cromero libro 20. de geſtis Polonorum, alijſque diuerſis iſtius gentis Scriptnribus. Huius in Deiparam pietatem commendant, tum cura quam habebat honorandi illam per ſe & per alios, tum vatia Monaſteria & Eccleſiæ, quas nomini eius dedicatas fundauit. De quibus præter Michouitam, Cromerum, & alios, Iuſtinus Miechouienſis diſcurſu 374. n. 56. binas numerat Carmelitis datas, & magnificè planéque regiè ædificatas, alteram Cracouiæ in arenis extra mœnia ciuitatis, ſub titulo Viſitatinnis Deiparæ, alteram Bidgoſtiæ, ſuh titulo eodem. Addunt inſuper eundem tanta in Deum & Dei genitricem charitate fuiſſe inflammatum, vt ex Pruſſis ac Lithuanis Gentilibus ſiue Idololatris ad fidem Catholicam plus conuerterir quam triginta millia nullis ſumptibus parcens; ſed & Doctoris & Apoſtoli munus implens, etiam ad rudem vilémque pleheculam, At

## Anno 5418. ab orbe condito, à Chriſto nato 1435.

A CONſtanrienſe, ſiue Baſileenſe, Concilium mandauit Ludouico Arelatenſi Cardinali, vt diligenter procuraret per nmnes Bibliothecas, ac ſingula archiuia Vniuerſitatum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Regúmque, ac Principum, perquiri quoſcunque libros, ſcripta, acta, deliberatinnes, deciſiones, concluſiones priuatas vel publicas de Conceptione Diuæ Virginis factas, vt ijs adiuta Synodus, poſt anditas diſputatinnes de eadem re actas apnd Delegatns Concilij pro rebus fidei, poſſer hanc quæſtionem decidere ac definire. Ita Spondanus hoc anno n. 12. Addit verò Iacobus de Voragine in hiſtoria Lombardica, à diſputantibus in Concilio relatam eſſe hiſtotiam de quodam Epiſcopn, qui Toloſæ concionari volens contra immaculatam Cnnceptinnem Deiparæ, diuinitus impeditus eſt: quæ enim dicere contrà parauerat, vt concinnem inchoanit, è memoria penitus receſſerunt, & ea acceſſerunt, quæ prn Conceptinne coactns eſt eloqui. Vocabatur hic Epiſcopus Elias de Leſtrangijs, qui erat tunc ſeptuageſimus Anicienſis Epiſcopus, & eximius ac famoſus oratnr, vt nntat Claudius Robertus in ſua Gallica Chriſtiana. Sed idem Iacohus de Vnragine, qui fuir Archiepiſcopus Genuenſis, præterea referr de Bernardo Epiſcopo Mnntis Albani, qui pontem equitans in periculum vitæ incidit, à quo, ſtatim ac vnum concepit, annuatim celebrandi feſtum Cnnceptionis Beatiſſimæ Virginis, ereptus eſt.



Digitized by Google

B Hoc etiam tempore Ioannes Bireli, natione Gallus, Canonicus Anicienſis, vir doctus & Catholicæ Religionis defenſor ingenuus, ſcripſit Sermonem vnum, de celebritate immaculatæ Conceptionis, quem etiam habuit in Concilio Baſileenſi, vt teſtatur idem Iacobus de Voragine, & ex eo Bibliotheca Mariana; quæ præterea addit, ab Ægidio Carlerio, Canonico Cameracenſi, librum fuiſſe compoſitum de perpetua Virginitate Deiparæ: à Ioanne Nider Prædicatore, & Andrea Bilio Auguſtiniano Eremita, Sermones in Feſta B. Mariæ: quibus Andreas adiecit Opuſculum de excellenti dignitate Virginis; & Expoſitionem in *Magnificat*, & *Miſſus eſt Angelus*. At

## Anno mundi 5420. Chriſti 1437.

A CONgregatio S. Mariæ montis Ortoni erecta dicitur, in qua videlicet Eremitæ Auguſtiniani ſeueriùs Regulam *D*iui Auguſtini ſub patrocinio Diuæ Virginis obſeruant. Erectam fuiſſe hoc anno teſtatur Cruſenius in Monachiſmo Auguſtiniano parte 3. cap. 25. Quomodo autem ante decennium repetta ſit Imago B. Deiparæ in monte Ottono, dictum eſt anno Chriſti 1427. litera C. & quàm pretioſus ſit ille theſaurus apud Paduanos.

B Ad hoc quoque propemodùm tempus, videtur contigiſſe pia mors Luberti ſanctiſſimi viri, & religioſè ſimul ac feruidè in B. Virginem animati: quem ſæpè dæmon varijs illuſionibus conatus ab ea inuocanda reuocare, ſemper fruſtrà id conatus eſt. Id deſcribit Thomas à Kempis in vita ipſius Luberti, qui Dauentriæ cum Florentio ſanctiſſimo item viro, & Henrico Brune, & alijs degebat.

## Anno deinde mundi 5421. Chriſti 1438.

A GEneralatum Carthuſiæ ſubitè coactus eſt Beatus Franciſcus Mareſme, Catalaunus, Prior anteà Portæ cæli in Hiſpania, vt docet Claudius Robertus in Gallia ſua Chriſtiana. Illum ſeries Generalium Carthuſianorum appellat Hiſpanum Valentinum, & eo præſertim nomine commendat, quòd in honorem B. Mariæ Virginis Sacellum prope Carthuſiam ædificauerit *Dominæ noſtræ à Caſalibus* nuncupatum.

## Anno autem mundi 5422. Chriſti 1039.

A COncilium Baſileenſe ſeſſione 36. quæ habita eſt 17. Septembris, definit Beatam Deiparam nulla fuiſſe labe originali maculatam, iuſſitque feſtum Conceptionis ſolemniter in Eccleſia celebrari. Sunt hæc illius verba: *Diligenter inſpectis authoritatibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriuſque doctrinæ coram hac Sancta Synodo allegatæ ſunt, alijſque plurimis ſuper hac re viſis, & mutuâ conſideratione penſatis, doctrinam illam aſſerentem Dei genitricem Mariam præueniente & operante diuini muneris gratiâ ſingulari, nunquam actualiter originali ſubiacuiſſe peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctámque & immaculatam, tanquam piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæque rationi, & ſacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam definimus & declaramus, nullique licitum eſſe de cætero in contrarium prædicare ſeu docere.* Hæc Concilium Baſileenſe: quæ tamen non ſunt tanquam fidei Canon ab Eccleſia recepta, & Pontificis Romani cenſura ſuffulta, cùm triennio poſt abſolutum Concilium, Sixtus quartus liberam in vtramque partem ſentiendi facultatem Theologis indulſerit: cuius ſanctionem denuo inſtaurauit Tridentina Synodus, & ſubinde Pius quintus. Quare in prædicto effato ſpectatur quidem magnus Patrum conſenſus, ſed nondum certa fidei determinatio habetur.

B Eodem hoc anno Ioannes de Teneramunda Carthuſianus magnæ vir ſanctitatis viuebat, vt ait Poſſeuinus in ſacro Apparatu, quem ſcripſiſſe aſſerit de Conceptione B. Virginis non contemnendum opus. Sequente autem

## Anno mundi 5423 Chriſti 1440.

A EVolauit in cæleſtem patriam Beatus animus S. Franciſcæ Romanæ, viduæ multarum virtutum; quæ præterquam quòd inſtituit Ordinem ſiue Congregationem S. Mariæ Turris Speculorum, vt dictum eſt anno 1425. dedicatum honori B. Virginis; ipſum præterea ingreſſa eſt, & ab ipſamet Deipara velum vel niue candidius accepit, quod ſignum eſſet ſpecialis dilectionis, ſingularíſque clientelæ ac protectionis, tum erga Franciſcam, tum erga ſuſceptum à Franciſca Ordinem. Præter hæc Franciſca quotidie Officium diuæ Virginis, toto ſpatio quadraginta annorum, flexis genibus recitauit; quod cùm ſic aliquando percurreret decidente largiter imbre, ipſaque in vinea ſub aperto aëre oraret, alijs ex pluuia circumquaque diffluentibus, nulla parte madefacta eſt. Mori meruit inter hoc Officium recitandum: Dulce ſanè eſt mori in laudibus Mariæ; & à laudibus iſtis, ad eas quæ in patria eidem ſempiternè [illegible]ntur fortunatè tranſire. Habentur hæc de Fr[illegible]ſca in vita eius per Valaderium; in Bulla Canoniſationis per Paulum quintum; apud Spondanum hoc anno n. 40. Gononum in Chronico; Vincentium Charron & Balinghem 9. Martij.

B Hoc eodem anno Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis, vir doctiſſimus, quique multa in Scripturam ſacram commentaria edidit, viuebat & ſcribebat, vt notant Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Poſſeuinus in Apparatu. Inter cætera autem, quæ ſcripſit, habet libellum egregium in illa Iſaiæ Prophetæ verba: *Ecce Virgo concipiet*, quæ ad gloriam Deiparæ pleno iure pertinent. Sicut etiam illa expoſitio quam de Virgine fecit in iſtud Paradoxum: Fuit vas clauſum, & non clauſum. Paruum & non paruum. Luminoſum & non luminoſum. Inſuper mundum & non mundum. Quæ etiam de Toſtato notauit Marraccius.

C Iuſtus autem Lipſius in Diua Hallenſi cap. 24. & 25. duo proponit miracula à B. Virgine patrata: quorum alterum exhibet mulierem ſub rota molari mirabili modo ſeruatam: alterum ſartorem; qui acum temerè in os immiſerat, & porrò

dimiſerat; liberum ab ea redditum, acu ad dentes vſque remeante ex gurgulione.

Denique Henricus Arnoldus natione Saxo, profeſſione vir Religioſus ex Ordine Carthuſiano, his temporibus viuebat: hic ſcripſit *Dialogum inter Ieſum & Mariam*, ac præterea tractatum de Conceptione immaculata *B.* Virginis. De eo iſta commemorat in Apparatu Poſſeuinus. Sed Bibliotheca Mariana de pluribus loquitur, qui Sermones ſcripſerunt pro feſtis Deiparæ. Quales ſunt Thomas Ringſtedus, Anglus Theologus, Iacobus Soldius, Seruita. Ioannes Gauuerius, Carmelita. Nicolaus Lackman ex Minorum Ordine. Et ex Ordine Dominicanorum, Guido Gallicus; Ioannes Francofordienſis; & Bernardus Lutzenburgenſis, qui Sermones viginti ſeptem exarauit de Roſario Virginis. Quibus addi poteſt Gerardus Stredamius, Carthuſianus. Nunc

## Anno mundi 5424. Chriſti 1441.

DVm Baſileæ congregati Epiſcopi contra Eugenium quartum Romanum Pontificem turbas aliquas miſcent, necnon ad Concilium eundem citant; nihilominus ſtatuunt ſeſſione 43. vt feſtum Viſitationis B. Virginis factæ ad Elizabeth cognatam ſuam, in Eccleſia celebretur. Vtinam hoc ſtatutum ſecuta pax fuiſſet vt olim, alioqui non erat valde opus: ſcilicet hanc celebrationem iam ſtatuerat Vrbanus ſextus anno 1385. & promulgarat anno 1389 Bonifacius nonus, vt eo anno dictum eſt à nobis ſuperiùs. Sed vide Spondanum hoc anno de ea re loquentem. His verò temporibus, & præſertim

## Anno mundi 5525. Chriſti 1442.

POpulorum magnus concurſus effectus eſt, ad Eccleſiam *S. Mariæ in Vrticeto* iuxta Heilbrunam, Herbipolenſis Diœceſis oppidum, in qua erat imago B. Virginis depoſitum de cruce filium in ſinu geſtantis, quæ cœpit clarere miraculis. Nam hoc anno puer onerato ſub curru preſſus, eius auxilio ſeruatus eſt: alius ex alto deciduus, & inde vulneratus, confeſtim conualuit: aliquis morbo epilepſiæ; alij doloribus calculi, paralyſis, herniæ, peſtis etiam, liberati: aliqui cæci illuminati, aquis obruti recreati, mortui ſuſcitati. Quæ omnia refert Trithemius, & alia multa tribus libris, quos ſcripſit de B. Maria in Vrticeto: vbi etiam indicat, ſic vocatam eſſe ab urticis, quibus imago ipſa initio occultabatur, antè quàm miraculis fulgeret, quam cùm ex occulto illo loco bona quædam ruſtica alium in locum tranſportare vellet; audijt imaginem loquentem, & vetantem ſe inde auferri, quòd inibi haberet breui permultis fulgere prodigijs. Quod & factum eſt. De hac ſanctæ Virginis imagine agit Spinellus tractatu de exemplis n. 23. 24. & cap. 20. n. 32. operis ſui Mariani: agit item Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 72. & Vincentius Charron ac Balinghem in Calendario 25. Aprilis. Necnon Gononus in Chronico varia ex Trithemio miracula ad longum prolixéque referens.

Rurſum Lipſius in Diua Hallenſi cap. 27. & 28. duo enumerat præſtita ope Deiparæ hoc anno miracula. Primum fuit nobilis Bauari in nane propemodùm mortui, & mox futuri piſcium adulium, perfecta ſanatio, ab apparente ipſi cum filiolo ſancta Domini Matre, & luce ſua Geniorum malorum multitudinem ſubmouente. Alterum aurigæ, qui vna cum carro, & ipſo ſub eo, in aquam lapſus ac ſubmerſus; ab alijs tamen, qui eum de aqua extraxerant, Diuæ Virgini commendatus, vitâ caſſus, vitâ, beneficio Deiparæ, mirabiliter donatus eſt. Poſt quæ,

Ad hunc etiam annum Claudius Perry, in Hiſtoria Ciuitatis Cabilonenſis, reuocar erectionem Sacelli cuiuſdam in honorem S. *Mariæ de pietate*, factam de conſenſu Canonicorum à Ioanne Germano eiuſdem ciuitatis Epiſcopo in Cathedrali Eccleſia S. Vincentij: à quo proinde fundatio facta, atque aſſignati redditus in ſuſtentationem Miniſtrorum, qui huic ſacello deſeruirent, quique quotidie ſub finem Matutinarum precum, Miſſam de *B.* Virgine alto vocis tono cantarent; quæ Miſſa etiamnum hodie eâdem horâ perſeuerat ac ritu. Nec verò labentibus annis defuerunt gratiæ & curationes, ob quas einſmodi ſacellum à populis piè viſitaretur. Quin etiam his, quibus iſta ſcribo, diebus, id eſt anno 1660. tanta Sacerdotum copia, qui ſacrum faciant, confluere eo loci aſſolet, vt continua ſit à ſummo manè vſque ad meridiem ad altare Virginis celebrantium ſeries, quæ nonnunquam etiam in altaria vicina redundet. Sed & ibidem adhuc hodiè ſingulis ſextis ferijs cuiuſque hebdomadæ, pia peragitur ſupplicatio ſiue proceſſio, quæ maiore campanâ indicitur, & à toto Cathedralis Eccleſiæ Clero Chorum egrediente, omnimque templi & latera circum & intra incedente, decantatis interim deuotè Virginis Litanijs, ad prædictum ſacellum procedit, in quo eſt Imago Deiparæ Virginis Ieſum de cruce depoſitum mortuum & iacentem ad genua complexæ, circumdata varijs appenſis muneribus ac populorum donarijs, quæ ſanè declarant maiora à Virgine de cælo conceſſa munera. Dicitur & idem Ioannes Antiſtes parem extuliſſe ac fundaſſe Cluniaci Capellam in Parochia S. Maioli: in qua & pari Deiparam cultu honorari voluit atque Cabilone in templo Cathedrali. Iam verò

## Anno mundi 5426. Chriſti 1443.

INſignis victoria reportata eſt contra Turcas ab exercitu Chriſtiano, Ducibus Rege Hungariæ Vladiſlao, Iuliano Cardinale, Georgio Deſpote Raſciæ, & Ioanne Huoniade Vaiuoda; in qua, vt ferunt, occiſa ſunt triginta circiter Turcarum millia; quidam tamen minorem numerum cenſent. Vladiſlaus in Hungariam redux, ingenti gaudio & ſacrâ pompâ exceptus, Budæ nudis pedibus ex voto, priuſquam regiam adiret, Eccleſiam Beatiſſimæ Virginis petens, ſigna hoſtium in ea affixit, lætante tota Hungaria, & Marianas laudes triumphali cantico vndecunque ſonante. Prolixè iſta perſequitur Callimachus, Cromerus item atque Bonfinius, alijque plurimi hiſtorici, quos Spondanus citat hoc anno n. 12.

Inſigniorem morte ſua de ijsdem Mahumetanis in Africa palmam retulit Ferdinandus, Luſitaniæ Princeps, Ioannis Regis hoc nomine

Digitized by Google

primi filius. De quo Vaſcoocellius Anacephalæoſi 14. ait eum fuiſſe caſtiſſimum, ſolitum in honorem Virginis ſabbatinis diebus, & in peruigilijs Deiparæ, ieiunare, panéque tantùm & aqua vti. Eiuſdem apud Feſſam duram captiuitatem fusè idem ibidem deſcribit virtutibus claram; clariorem item obitum principali patientia. Eadem die qua Princeps mortuus eſt, ipſi Beatiſſima Virgo, cum S. Michaële, & S. Ioanne, Euangeliſta, apparuit: & qoidem horum Sanctorum vterque ſuppliciter Deiparam orabat, vt ea his vitæ moleſtijs & captiuitatis luctuoſo fœtore Ferdinandus eriperetur. Petitionem vltrò annuit Virgo, adeóque fœlix Ferdinandi animus oon tantùm à Saracenico liber carcere, ſed ab ergaſtulo ſolutus corporis euolauit io cælum. Eius corpus poſtea eſt ex Africa in Luſitaoiam relatum. & io æde *S.* Mariæ de *B*atallia honorificè ſepultum.

Hoc adhuc anno, mirabiles peripetias io Ioanne Gertrudano famulo Comitis ſani S. Pauli accidiſſe perhiber Lipſius in Diua Hallenſi cap. 29. quem traiectum tribos ſagittis, duabus in brachijs & vnà in collo; ioſuper gladio percuſſum in capite, & coniectum io aquam, ſolata eſt viſibiliter apparens Diua Virgo: Qui demum ſanatus Hallas veoit gratias Deiparæ acturus. Idem Lipſius cap. 26. alium effectum Marianæ benignitatis io medium producit, deſcribens quomodo io pago Vvachalio oculus puellæ ex ictu cultri, quem ipſa renebat, fortuitò perfoſſus, ſtatim, inuocata Diua Hallenſi, ſanitatem recuperauit. Deioceps C

## Anno mundi 5427. Chriſti 1444.

IN Polooia moritur Vladiſlaus quintus, vt refert Cromerus libro 21. de geſtis Polonorum & alij. Huius in Deiparam affectum vehementer extollunt Poiræus, & Charroo, tum ob varia Monaſteria & Eccleſias quas nomini Virginis dedicatas fuodauit, tum verò præſertim ob Collegiatam, in qua taota Canonicorum multitudo ioerat, vt ſine intermiſſiooe die & nocte laudes Dei ac Deiparæ deuotiſſimè concinerent. Monaſteriorum item inter alia, Lublini ab ipſo constructum oomioatum aiuot fuiſſe *Triumphum Virginis*, propter victorias ex Pruſſis ope Virginis reportatas. De Vladiſlai pietate loquitur Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 31. & Vincentius Charron 12. Iunij. Sed vt verum fatear, quamplurimùm vereor ne iſti authores attribuaot filio, quod pertinet ad patrem, de quo diximus anoo Chriſti 1434. nam & hic Vladiſlaus iuuenis in pugna Varoeoſi mortuus eſt vix vnius & vigioti annorum, & de eo nihil ſimile authores loquuntur qui res Polonicas tractaruot, nec Iuſtinus Miechouienſis, qui ex profeſſo agit, de Polonorum Regum pietate in Virginem Mariam diſcurſu 374. n. 54. Interim ergo his ad diligentius eaamen reiectis, A

Moritur quoque hoc anno S. Bernardinus Senenſis, Ordiois Minorum, & moritur Aquilæ in Veſtinis, ſiue, vt ounc vocant, in Aprutio, vbi adhuc eius corpus integrum viſitur. vt conſtat ex vita eius apud Surium 20. Maij. Ex qua etiam conſtat, eum iam ſeaenoem cœpiſſe ſabbatis ieiunare in hooorem Diuæ Virginis: quod ieiunium, quandiu fuit in ſua poteſtate non intermiſit; ſicut nec intermiſit quotidie ioniſere Senis Sanctiſſimæ Virginis imaginem in porta Cameliæ, ante quam oudis genibus orabat, quam amicam vocabat, ſine qua ſalutata dormire non poterat. Solebat prætereà quotidie corollam precariam deuotiſſimè recitare. Apparens autem ei Sanctiſſima Virgo in magoa gloria, dedit eidem gratiam prædicandi & faciendi miracula. Prædicante illo Aquilæ in laudem Virginis, explicantéque verba illa: *Signum magnum apparuit in cælo*, quæ deſumpta ſunt ea Apocalypſis cap. 12. apparuit ſuper caput eius fulgeotiſſima ſtella & Sole ſplendidior, tota populi audientis ſpectante ac plurimùm obſtupeſcente coronâ. Quicquid gratiæ & chariſmatum habuit, faſſus eſt ſe habere interueniente Deipara, quæ ipſi etiam reuelauit, quòd vnus eſſet ea Chriſti electis gaudia poſſeſſurus æteroa. Natus eſt die Natiuitatis B. Mariæ, eadam die bapriſatus, eadem habitum Minorum ſuſcepit, eadem emiſit profeſſionem, & eadem primum ſacrum celebrauit. Quod ipſe teſtatus eſt, dum anoo 1427. concionaretur Senis. Præter vitam eius quæ legitur apud Surium, agit de Beroardino. Balinghem 20. Iunij, & innumeri alij, quos conſulere quiuis poterit. Itaque hoc omiſſo.

C Hoc adhuc anno Louanij in æde S. Petri cœpit clarere miraculis Deiparæ imago, quæ & in hanc diem clareſcit. In eadem æde eſt Confrateroitas *B. Virginis à Clauſtro*. De qua Locrius lib. 2. cap. 12. Mariæ Auguſtæ, & Vinceotius Charron ac Balinghem in Calendario 25. Septembris. Atque etiam Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 64. Quamquam Locrius reponit ad anouin 1442. non alij.

D Præter Bernardioum *S*enenſem, de quo paulò antè, qui de Virgine multos Seroiones compoſuit, non in Feſta tantùm, ſed in alia quampluriora: obijſſe dicitur hoc anno Petrus Ieremiæ, ex Ordine Prædicatorum, qui Sermones varios in Virginis feſtiuitates, dolores, & gaudia edidit. Ea eodem item Ordine, Leonardus Vticenſis claruit, & ſuum in *D*eiparam affectum eaercuit ſcribendo quinque Conciones in Feſta eiuſdem *D*eiparæ. Demum Melchior Bandinus, Eques Ordinis *S.* Ioannis Ieroſolymitani, Gallicè ſcripſit Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis S. Mariæ Exhilaratricis in Picardia, ſiue Lætitienſis. Quæ omoia teſtatur Bibliotheca Marraccij. Nunc

## Anno mundi 5428. Chriſti 1445.

A CArolus ſeptimus Francorum Rex, expulſis ea Normannia ac profligatis Anglis, cœnobium Cæleſtinorum Rothomagi in honorem Dei genitricis ereait ac dotauit. Ita Gononus in Deiparæ Chronico hoc anno.

B Prætereà Albertus Subonius, Germanus, Oſnaburgenſis Decaous, reliquit hoc anno poſteris Commentarium in hymnum. *Aue maris Stella*, Quod Poſſeuinus docet in Apparatu ſacro.

## Anno autem mundi 5429. Chriſti 1446.

Inſtituta

INſtituta eſt Sodalitas, ſiue Confraternitas Zonæ, ſeu Cinguli in honorem S. Virginis & S. Auguſtini: quæ inſtitutio originem habuit ex occaſione Canoniſationis S. Nicolai Tolentinatis: Fideles enim auebant eo cingulo cingi quo tantus vir, támque amicus Deiparæ, & miraculis clarus, cinctus olim vixerat. De hac re loquitur Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 2. n. 6.

Sed & Bartholomæus Carthuſianus, Prior domûs Bethlehem ad Ruremundam, & olim Theologiæ apud Heidelbergam Rector atque Profeſſor, è vita hoc anno deceſſit menſe Iulio. Is ſcripſit de excellentijs B. Virginis, cuius manuſcripta ſeruari Inſulis in Flandria ait Deſſelius in Bibliotheca Belgica. Poſt hæc.

## Anno mundi 5430. Chriſti 1447. Nicolaus quintus Eugenio quarto in Pontificatu ſucceſſit.

ET quidem de Nicolao quinto honorificam facit mentionem Turſellinus in hiſtoriæ Lauretanæ libro primo cap. 24. cùm docet, eum Lauretanam ædem Indulgentijs adauxiſſe, quas alligauit ad diem Annunciationis: Inſuper opulentiæ eius conſuluiſſe, vetando ne quid ex donarijs aliò diſtraheretur, aut ſi quid eſſet diſtractum ſtatim recuperaretur. Addidit quoque munire illam ædem, contra inſultus præſertim Turcarum, qui tempore Nicolai prædicti Pontificis, in Europam, hoc eſt, Conſtantinopolim ſui Imperij ſedem tranſtulerunt.

Hoc item anno migrauit ad cœlum S. Coleta, quæ Minorum Ordinem inter Clariſſas profeſſa, à Beato Franciſco coram Diua Virgine oblata Deo eſt, quæ Clariſſarum mores & inſtitutum reformaret. Quod in vita eius habetur apud Surium 6. Martij. Ex qua etiam conſtat, eam fuiſſe deuotione præcipuâ in Deiparam, à qua vſum linguæ amiſſum oſculo oris Virginei fœliciter recuperauit. Quin & feruentiſſimè eandem Deiparam pro peccatoribus exorans, vidit tenentem diſcum, in quo cruentæ particulæ in fruſta conciſi infantis quamplurimæ inerant, audiuitque monentem, ſic filium ſuum à peccatoribus quotidie diriſſimè conſcindi, proindéque difficiliùs moueri erga eos. De Coleta fuſiùs vita ipſius hæc ſuggerit; ſuggerit & Balinghem 6. Martij, aliique.

Quin etiam hoc eodem anno, teſte Poſſeuino in ſacro Apparatu, vitam extremam clauſit Henricus Vvithyngen, Anglus, quem ſcripſiſſe aiunt de Conceptione Beatiſſimæ Virginis. Hunc Marraccius vocat Henricum Vvichingamum ſiue Vvinchugam, & fuiſſe aſſerit Carmelitici Ordinis. Sed hoc breuiter indicato, en quid oppidò mirabile.

## Anno mundi 5431. Chriſti 1448.

PRodigioſo planè miraculo Henricus Kock, Traiectenſis lanius, in conflagratione domûs ſemiuſtulatus, adiutus à S. Barbara, ſpatium vitæ obtinuit vſque ad auroram ad Sacramenta Eccleſiæ ritè ſuſcipienda. Et verò horrido ſpectaculo ſic vſtus proceſſit in domum filiæ, & cunctis ad miraculum concurrentibus, annuntiaſſe laudes Dei, ac B. Virginis Matris, necnon S. Barbaræ legitur, ſacramentiſque communitus piè circa auroram in Domino obdormiuiſſe. Hæc Surius habet 4. Decembris poſt vitam S. Barbaræ: & ex Surio Spondanus hoc anno n. 14. Spinellus item tractatu de Virginibus n. 32. Cæterùm Sancta Barbara potiſſimùm inuocari ſolet pro Sacramento Euchariſtiæ per modum viatici ante vitæ exitum vſurpando. Conſueuitque non raró comes aſſiſtere Beatæ Deiparæ in apparitionibus ſe ſpectabilem exhibenti, cuius gloriam non mediocriter procurat in eiuſmodi mirabilibus cæleſtis panis, Chriſti videlicet Mariæ filii, comeſtionibus.

Hoc eodem anno Fantinus natione Venetus in Epiſcopum Patauinum creatus eſt, vt conſtat, ex Catalogo Epiſcoporum Patauinorum apud Claudium Robertum. De eo autem narrat Bernardus de Buſto in Sermone 7. de Conceptione, quòd cùm aliquando tertiam Diui Thomæ partem perlegeret, & Articulum illum attigiſſet, in quo S. Doctor Virginem in originali macula conceptam aſſerit, vehementer mirari cœpit, quòd tantus, támque Mariæ ſtudioſus Doctor de illius Conceptione ita ſeuerè cenſuiſſet. Túncque S. Thomas illi ſe videndum offerens dixit; *Scias Domine Epiſcope, quòd quando talem opinionem poſui, ſolùm habui reſpectum ad diuinum ſtatutum, quo B. Virgo peccatum originale contrahere debuerat, niſi per filium ſuum fuiſſet præſeruata: ſed Dei filius Matrem ſuam ab originali macula præſeruauit.*; & his dictis ſubitò diſparuit. Ita Bernardinus, qui addit, Fantinum quoad vixit magnâ ſolemnitate celebraſſe feſtum Conceptionis; & hanc ſuam reuelationem communicaſſe Fratri Nicolao de Padua, tunc eius Vicario & Doctori, poſteà Minoritæ. Quam nihilominus reuelationem Salazarius libro de Conceptione cap. 43. ſæculo 13. velut commentitiam reijcit, non meliore, vt mihi quidem videtur, ratione, quàm quòd debitum contrahendi originale in Virgine hæc reuelatio ſupponit, quale debitum Salazarius admittere recuſat, licet plerique Theologi admittant ſaltem conditionatum.

## Huic verò anno mundi 5432. Chriſti 1449.

ASſignantur ea, quæ Miræus habet in Origine Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & Trithemius in Chronico Spanheimenſi, ac Spinellus de templis n. 23. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 82. ac Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 25. Martij. Demum Gononus in Deiparæ Chronico annis 1449. & 1454. De templo B. Virginis in Cluſa Eberhardi, vulgò *Eberhants Clauſen*, prope Treuiros; quod conſecrauit hoc anno Iacobus Sirck Archiepiſcopus Treuirenſis in honorem S. Mariæ, & in quo eſt Deiparæ imago famoſa miraculis, quam ruſticus quidam vinitor, Beatiſſimæ Virginis & caſtitatis amans, in ſtipite ſublimem erexerat deuotionis ſuæ cauſâ. Poſteà Diuæ Virginis admonitu tugurio texerat. Demum cùm coruſcaret miraculis

ſacellum additum eſt, & ſacello templom, hoc anno, vt dixi à Iacobo Sirck religioſo ritu conſecratum. Datum illud eſt poſt biennium, videlicet anno Chriſti 1451. Canonicis Regularibus S. Auguſtini, qui cœnobium ibidem erexerunt.

Vlteriùs hoc anno, Cubis prope Madritum B in Hiſpania, apparuit B. Virgo, identidem per nouem conſequentes dies circa meridiem, puellæ ruſticanæ nomine Agneti, alij Iues ſiue Iuettam appellant; Agneti ergo Deipara ſe ſpectabilem præbens, vltimâ vice iuſſit, vt moneret Parochum ciuéſque Cubenſes de ædificanda ſibi Eccleſia in loco deſignato, addiditque in Agnete ſignum, vt nuncianti fides à Cubenſibus præſtaretur: nempe ſic complicuit Diua Virgo digitos manûs Agnetis, vt formam crucis oculis exhiberent. Venit igitur illa, monet, oſtendit ſignum, fit proceſſio ad locum deſtinatum præcedente cum cruce puella Agnete, gerebat enim crucem: quam Deipara, vbi peruentum ad locum eſt, ab Agnete deſumens eo loco fixit, vbi & templum extrui voluit, & breui perfectum, coruſcauit plurimis miraculis. Agnes verò Guadalupam à Virgine directa, ibi priſtinum ſuæ manus ſtatum vſúmque ſubito nouóque miraculo recuperauit. Rem hanc prolixè exponit Chronicon Minorum parte 4. lib. 1. cap. 23. Vincentius Charron & Balinghem 1. Martij, quorum hic ait templo ſic conſtructo additum fuiſſe monaſterium Religioſarum Ordinis tertij S. Franciſci, in quod ingreſſa eſt Beata Ioanna de la Croix, in cuius vita hæc hiſtoria prolixè enarratur: ille verò notat prædictum templum vocari *S. Mariæ à Cruce* nempe ob crucem quam Sanctiſſima Virgo, terræ, vti dictum eſt, infixit.

Sed præterea Pariſijs datum eſt initium à C præcipuæ noræ quibuſdam aurifabris, vt prima die Maij arbor nouiter frondens Diuæ Virgini offerretur, pendentibus aliquot iconibus ex ſerico & auro circa truncum ipſius. Quæ conſuetudo ſine interruptione perſeuerauit vſque ad annum 1607. quo, pro arbore prædicta, tabernaculum ex abiete B. Deiparæ oblatum eſt, in quo pictæ tabulæ nouæ quotannis apponuntur, veteribus interim in ſacello B. Annæ ordine ſuo annuatim appenſis: Hæc Iacobus Breullius aduertit in antiquitatibus Pariſienſibus lib. 1. & Gononus in Chronico hoc anno. Balinghem item & Vincentius Charron 1. Maij. Sed

## Anno mundi 5433. Chriſti 1450.

ILluſtris victoria fuit Francorum de Anglis A Carentum inter & Baiocas, in qua cæſi ſunt fermè quatuor millia Anglorum, & Francorum octo tantùm homines, Thomas quoque Kirielus Dux Anglicanæ militiæ captus. Quæ victoria tam inſignem lætitiam Pariſijs attulit, vt Guillelmus Carterius, Pariſienſis Epiſcopus, ſupplicationem planè memorabilem decreuerit ab Eccleſia S. Innocentii ad S. Mariæ, qua duodecim millia puerorum, ætatis ſeptem vſque ad vndecim annorum, ſinguli facem ceream accenſam manu geſtantes bini procedere viſi ſunt. Ita Spondanus hoc anno n. 7. de cuiuſmodi proceſſione etiam meminit Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Pariſienſium in Guillelmo.

B In Belgio obijt Cameraci venerabilis Doctor & Archidiaconus Magiſter Furſæus, qui Eccleſiæ Cameracenſi dono dedit Imaginem Diuæ Virginis à S. Luca depictam, quæ omnibus tum ſummis, tum infimis vſque in hodiernum diem venerationi eſt, nec miracula defuerunt. De hac loquitur Gazetus in hiſtoria Eccleſiaſtica Belgij paginâ 41. & Arnoldus de Raiſſe in Auctario 15. Auguſti. Præter hæc Bibliotheca Marraccij teſtatur Carmelitas duos vixiſſe, Ioannem Creſſeum, qui librum ſcripſit in laudem Aſſumptæ Virginis, & Robertum Hardebium, qui librum Concionum in Feſta eiuſdem Virginis.

C Inſuper prope Andegauum ædificatum eſt ſacellum *S. Mariæ ſubterraneæ*, quod aſſerit Ioannes Bourdinus in Annalibus Andegauenſibus, part. 3. cap. 9. & ex eo Vincentius Charron in Calendario 21. Auguſti n. 1. Cuius appellationis hæc cauſa fuit, quòd Iolandæ, coniugi Ludouici ſecundi Regis Siciliæ, cùm ſpatiaretur auramque caperet prope Andegauum, lepus è dumeto proſiliens, ſe ſe in ſinum coniecit, quaſi tutus ibi contra vim canum vrgentium ac perſequentium. Illa portento ſtupens, iuſſit circa dumetum terram effodi, quâ effoſſâ, repertus eſt confeſtim fornix, ac ſub fornice imago B. Virginis puerulum ſuum inter vlnas geſtantis. Itaque eo loco voluit Oratorium extrui, in quo deinde Ioannes Souchart monachus, cùm imago per miracula populos conuocaret, ſacellum extruxit, quod ab prædicta ſub terram inuentione dictum eſt S. Mariæ ſubterraneæ. Iam

## Anno mundi 5434. Chriſti 1451.

A IOannes Nauarræ Rex, cùm regnum adminiſtraret loco Alphonſi Aragoniæ Regis ſecundi, in Comitijs Catalaniæ edicto cauit; ne quis vnquam in concionibus aut diſputationibus Conceptioni immaculatæ aduerſariam opinionem vſurparet aut defenderet; grauiſſimas in tranſgreſſores pœnas ſtatuens. Quæ conſtitutio habetur in compilatione conſtitutionum & iurium illius regni folio 10. libri primi. Quod teſtatur Salazarius de Conceptione cap. 42. ſæculo 15. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 35.

B Obijſſe quoque referunt hoc anno B. Philippam de Campo Limano, quæ ſicut fuit deuotiſſima in Virginem Matrem, in cuius honorem ſingulis ſabbatis ieiunabat, & ſingulis diebus recitabat roſarium & alia permulta præſtabat: ita plurima patrabat miracula, præcipuè poſt mortem; tunc enim ſexdecim mortuos ſuſcitauit, illuminauit duos cæcos, lunaticos quatuor ſanauit, & alia ſimilia fecit, quæ ipſam teſtantur plurimùm valere apud Beatam Deiparam. Ita Iacobus Gualterius in tabula Chronologica ſæculi 14. & Archiuium Eccleſiæ S. Mauritij Vienneſis, ac Vincentius Charron in Calendario 15. Octobris n. 3.

C Ad hunc etiam aut præcedentem annum referenda videtur Imago *S. Mariæ in Bircklingen*. quæ infinitis propemodùm prodigijs nomen longè latéque propagauit. De ea Spinellus obiter tractatu de exemplis n. 23. & Gononus in Chro-

nico anno 1455.

## Anno autem circiter mundi 5435. Chriſti 1452.

A COlonienſis Academia Sorbonam imitata ſanciuit, neminem deinceps ad gradum Magiſterij promoueri debere, niſi iuramento interpoſito priùs fidem dediſſet, ſe aduerſam immaculatæ Conceptioni Deiparæ opinionem, neque animo retentorum, neque quouis modo approbaturum, aut publicè defenſurum. Quod Salazar libro de Cooceptione cap. 42. ſæculo 15. ex Surio tradit, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu t. cap. 8. §. t. o. 34.

B Quo eodem anno vt Balinghem habet 1. Ianoarij n. t o. ea Archaogelo ; Giano Florentiæ Guillelmus Duſtonteuillanus Cardinalis, ſumma cum celebtitate conſecrauit aram Diuæ Deiparæ Annuntiatæ, quæ eſt in auguſto & marmoreo eiuſdem Virginis ſacello, nunc demum hoc anno abſoluto, & imagine Dei genitricis miraculoſâ exornato, quam maxima populorum deuotio & frequentia gratulabunda viſitauit.

## Anno poſteà mundi 5437. Chriſti 1454.

A APud Salmurienſes in Gallia decretum eſt, vt ex publico ærario vrbiſque impenſis extrueretur fornix ad ſtatuam *Diuæ Virginis Ardillienſis*; ſiue de Ardilletijs, vt decet, honorandam. Eſt hæc ſtatua exigua mole lapidea, exprimens Deiparam gremio complexam filium è cruce depoſitum, & adhuc cruore fluentem. Reperta eſt verò ab agricola dum terram ſubigit iuxta fontem Argillienſem, quem incolæ Ardillienſem appellant; ex agro delata in vrbem, ſemper repetijt agrum: vnde confeſtim eſt factum, vt miraculis clara non ſolo fornice aut ſacello, ſed magnificâ demum Baſilicâ adaugeretur, cuius cultum Patres Oratorij Ieſu inſtitutionis Franciæ poſteà ſuſceperunt. Ita Marianus Atlas libro 1. imagine tt. At

## Anno mundi 5438 Chriſti 1455. Calliſtus tertius, Nicolao quinto mortuo, Pontificatum obtinuit.

A QVo etiam tempore migrauit ex hac vita magnum lumen Venetiarum S. Laurentius Iuſtinianus, primus eiuſdem ciuitatis Patriarcha & præclarus Diuæ Virginis ſeruus. Eſſe mortuum hoc anno, habetur in eius Officio quod eſt ante opera quæ ſcripſit, & ex Palmerio, Spondano, & alijs. Fuiſſe autem præclarum Diuæ Virginis ſeruum, non tantùm probat ingens & præſtans illius ſanctitas; ſed præterea ſuauis facundia, quam impendit io Deiparæ laudes. De ea paſſim quidem honorificè loquitur, ſed præſertim in Sermone de Natiuitate B, Mariæ. Eandem etiam ab originali labe intactam fuiſſe perſæpè repetit, vt libro de perfectionis gradibus cap. 1. cùm ait: *Ab originali peccato nullus excipitur, præter illam, quæ genuit mundi Saluatorem.* Et io Sermone de Annunciatiooe vbi ſic dicit: *Ab ipſa námque ſui Conceptione præuenta eſt in benedictionibus dulcedinis, atque à damnationis æterna chirographo, &c,*

B Ab hac quoque vita ad cæleſtem tranſijt B. Ioannes Feſulanus, Ordinis Prædicatorij, pictor celeberrimus, quem aliqui Freſolanum appellant. Hic nunquam niſi de genibus flexis tum Chriſti crucifixi, tum B. Virginis iconas depingebat: tam gratâ autem eas venuſtate formabat, vt Michaël Angelus Bonarota poſtea videns Ioannis de Anunciatione picturas, eas demiratus aſſeruerit, illas ſpecies non niſi de cælo à Ioanoe fuiſſe hauſtas. Ita Chronicon Dominicanorum 1. parte, & Vincentius Charron, ac Balinghem in Calendario 18. Februarij n. 2. ac Gononus in Chronico anno 1456.

C In Flaodria autem iuxta Aldenardam *S. Maria de Ceraſo* prodigijs illuſtrari cœpit, vt docet Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi. Qui & ibidem ait, a Calliſto Papa eodem tempore conceſſas Indulgentias fuiſſe, pie venerantibus Dominicâ ſecundâ poſt Paſcha, ſacrum Deiparæ velum & cingulum in Eccleſia Atrebatenſi. Cæterùm Meyerus libro t6. Annalium Flandriæ ad annum 1454. hæc in terminis habet: *Cœpta, vt lego, fieri miracula ad Sanctam Mariam in Ceraſo in parochia Elare iuxta Aldenardam.* Poſt hæc

## Anno mundi 5439. Chriſti 1456.

A IN Hungaria vitam hanc meliore mutauit Ioannes Capiſtranus ex Obſeruantia S. Franciſci inſignis io amore S. Virginis, & prædicator commendatórque egregius Coronæ precatoriæ conſtantis ex ſexaginta tribus ſalutationibus Angelicis, & ſeptem Dominicis orationibus: quem precandi modum tota pene Italia & Germania vulgauit. Concionante illo io ciuitate Italiæ, quæ vocatur Aquila, & explicante encomia Diuæ Virginis, ſtella de cælo radians, quæque ante aliquot anoos ibidem ſupra caput fulſerat Bernardini Senenſis itidem coocionantis & explicantis: *Signum magnum apparuit in cælo*, vt dictum eſt anno 1444. litera B. etiam ſe ſpectandam ſupra Capiſtranum præbuit, mirantibus auditoribus & lumen illius ad hunc vſque ſe ſe fundere obſtupeſcentibus, neſcium tamen tanti prodigij, donec ab iſtis moneretur, tunc enim ipſe & ſtellam cum alijs conſpexit. Quin, quod mirum eſt, & prorſus oon ſilendum; eadem ſtella poſtridiè Capiſtranum Romam euntem comitata eſt, & præluxit in via ad Pontificem tendenti & ſollicitaturo canoniſationem prædicti Bernardioi Senenſis. Hæc & plura continet vita Capiſtrani ab Henrico Sedulio ſcripta, & Chronicon Minorum. Habet etiam Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 6. n. 12. & tractatu 4. cap. 9. §. 6. o. 1. Balinghem item ac Vincentius Charron 23. Octobris n. 1. Poſſeuinus autem in Apparatu notat eum multa ſcripſiſſe, & inter illa multa Tractatum de Cooceptione B. Virgiois. Obijt in ciuitate Vuillako, diœceſeos Bambergenſis, vbi & humatus eſt in Clauſtro Beatiſ-

ſimæ Virginis apud Minores.

Ioanni Capiſtrano ſocium in motte ſe ptæbuit ex eodem Otdine Minotum *B.* Gabriel Anconitanus, quem frequentiſſimè Beata Deipata inuiſit; qoam ille viciſſim continuò intentà mentis acie conſiderabat & venetabatur. Deiparæ meritis plutima obtinuit, miracula varia patrauit, omnibus proficuus exſtitit. De quo agit & hæc ait Chronicoo Minorum parte 3. lib. 4. cap. 12.

At Neapoli menſe Nouembri concidit terræ motu templum Archiepiſcopale Diuæ Mariæ ſacrum, quod tamen confeſtim, magoa pietate & munificentia teparatum eſt à Ferdinando Rege huius oominis ptimo, & à complutibus nobilibus, qui pto ſua quique deuotiooe partem ſigillatim aliquam reficiendam ſuſceperunt. In hoc templo variæ ſunt ac valde ptetioſæ reliquiæ, nempe cotpora ſanctotum Agtippini, Eutychis, Acutij, Aſpremi, Laurentij, Athanaſij, Iaouatij, & ſimiles aliæ, Quæ omnia patent ex Spinello ttactatu de templis n. 42.

Demom in Flandria iuxta Aldenardam cœpit famam habere ob miracula imago *S. Mariæ Cerſtlerenſis.* Et Fabetianæ in Piceno ædificatum eſt Xeoodochium *Beatæ Mariæ Ieſu* dictum, Vrſino Archiepiſcopo Tarentino primum lapidem pooente. Quæ duo Fetreolus Locrius in Anacephalæoſi, & libro 3. eap. 110. Mariæ Auguſtæ, ſolerter ptoſequitur.

## Anno autem mundi 5440. Chriſti 1457.

MOttuos eſt Petrus Dux Btitanniæ Aremoricæ cognomento Simplex, qui in Deiparam valde ptopenſus, de nooo extulit & amplificauit Eccleſiam Beatæ Virginis Nannetenſis, & pytamidem eius ædificauit. Donauit eidem Eccleſiæ multas teliquias, præſertim partem cinguli ſeu zonæ Matianæ, aliquid lactis Vitgioei, & petram de ſepulchro eiuſdem Deiparæ exciſam. Sepultus eſt in Eccleſia eadem, in qua etiam fundauit ſolemnem miſſam quotidie cantandam in Diuæ Matiæ honorem. Ita diſſetit de eo Vincentius Charton 22. Septembris n. 8. ex manuſcripto Eccleſiæ Collegiatæ Nannetenſis. Poſt hæc

## Anno mundi 5441. Chriſti 1458. Pius ſecundus Calliſto ſuccedens factus eſt Romanus Pontifex.

VTerque vetò horum Pontificum valde deuotus fuit in Sanctiſſimam Dei matrem, & etga Lanretanam ædem ſtudium ſuum exercuit: Calliſtus quidem, vt eam à Turcarum impeto libetaret, miſſis eò robuſtis nobilium ac militum copijs, vt id pulchrè Tutſellinus explicat libto 5. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 25. Pius autem, vt cap. 26. ſequente idem author habet, donarium elatgiendo, calicem videlicet aureum opere ac pondere inſignem, grati animi monumentum tecuperatæ per B. Virginem ſanitatis. Lauretum deinde Roma ſe ttanſtulit voti ſoluendi cauſa, non ſine ingenti Catdinalium ptocerúmque Romanotum & aliotum comitatu.

Clatuit præteteà hoc anoo Mattinus Magiſtri, ſiue de Magiſtris, patria Tutonenſis, excellens Theologus, qui miro in Virginem incenſus pietatis atdore elabotauit Contemplationem melliſluam ſuper *Salue Regina*, ita ex eo Bibliotheca Mariana.

## Anno deinde mundi 5442. Chriſti 1459.

LVctanti cum motte S. Antonino Archiepiſcopo Florentioo, adeſt Beata Virgo, & animum excitat fiduciámque ingetit; quam ille videns in has voces erupit: *Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio, &c.* Et in his vocibus animam reddidit 2. Maii, vt habet vita eius apud Surium, & Spondanus hoc anno n. 6. & alii. Dicitur autem Ioannem Caninum medicum, Floteutiæ commorantem, necromanticum atque hæreticum in Deiparam iniurioſum concremaſſe. Poſſeuinus addit eum quadraginta ſex Setmones in laudem Beatiſſimæ Virginis compoſuiſſe; & præterea in primum Lucæ caput conflaſſe de Annunciatione, ſalutatione Angelica, Cantico B. Mariæ, vaſtæ prolixitatis volumen. Quamuis autem, vt notat Salazarius de Conceptione cap. 42. ſæculo 15. non videatut fauiſſe immaculatæ Conceptioni: Nihilominus, vt aduertit Spondanus, præclarum iure meretur illud elogium, quod ipſi à Gobelino, vel potiùs à Pio ſecundo attributum eſt, vt dicatur: *Vir memoriâ dignus, qui domuit auaritiam, conculcauit ſuperbiam, libidinem prorſus ignorauit; potu cibóque parciſſimè vſus eſt, non iræ, non inuidiæ, non alteri paſſioni ſuccubuit, doctrina Theologica emicuit, &c.* Idem verò Antoninus cuidam Floreotino egenri, & multas filias habenti author fuit, vt Annunciatæ Virginis templum, quod Florentiæ celebre eſt, frequentaret, opem à Deipara petiturus. Fecit ille, & cæcos duos in aditu templi teperit gloriautes de lucris ſuis per mendicationem comparatis, quibus non indigebant: Rem Antonioo retulit, qui cæcos aduocans, poſt diſtributam eis ex prædictis lucris aliquam pattem eotum indigentiæ & ſtatui ſufficientiſſimam, cætera Flotentino illi egenti iuſſit omninò dari. Notauit hæc Mainardus in vita Sancti Antonini, & ex eo Bonifacius in hiſtotia Virgioali cap. 2. libri 3.

Obiit præterea hoc anno B. Raſo Cæſarius Carthuſianus, de quo Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sauctotum Belgii 7. Septembris agit, eúmque vocat perpetuum B. Virginis amatorem, qoam ſemper in ore, ſemper in corde geſtabat; cui animam agenti appatuiſſe *B.* Virgo viſa eſt, & conſtantiam inſpiraſſe. Nunc verò

## Anno mundi 5443. Chriſti 1460.

CArdinales noui creari ſunt Senis à Pio Pontifice, quibus, poſtquam datus eſt ga-

lerus rubeus, deductis ad altare B. Virginis per antiquos Cardinales, beue precatus eſt, ſicut & toti Eccleſiæ, antiquiſſimus Cardinalium ſuper capita illorum orationem fundens, ſecundum ritum, qui in eiuſmodi creatione ſeruari debet. Quæ Spondanus aduertit hoc anno n. 3. occaſione nouorum Cardinalium.

B Viaiſſe verò ad hunc annum Poſſeuinus aſſerit in Apparatu, Ioannem Hagen, dictum de Indagine, Theutonicum, Ordinis Carthuſiani, Domus montis S. Saluatoris prope Erfordiam: qui inter alia multa, de B. Virgine nominatum ſcripſit; Compaſſionem Mariæ; Tractatum de laudibus B. Virginis; Eapoſitionem ſuper Angelica ſalutatione; Soliloquium ad B. Virginem; Sermones de B. Virgine in omnibus feſtis eius, Conceptione, Natiuitate, Præſentatione, Annunciatione, Viſitatione, Purificatione, Aſſumptione,

C Prærer hunc laudatorem Virginis, claruerunt, Bernardus de Roſergio, primùm Canonicus Regularis, ac demum Toloſanus Archiepiſcopus, qui Sermones octo libro vno de Mariæ laudibus ſcripſit. Ioannes item Kanneman, Minorita, & Ioannes Niuicellenſis, Abbas Benedictinus. Necnon Ioannes Sonnemanus, Carmelita; Ioannes Ferrer, Prædicator; Alipius Carmaniola, Auguſtinianus; Nicolaus ab Aquapendente, & Michaël Duranzinus eiuſdem Auguſtiniani Ordinis. Qui omnes edidêre Sermones in præcipua Deiparæ feſta. Cum quibus iungendus eſt Ioannes Aquilanus, Prædicator, qui Sermonem emiſit in Annunciationem. De his videri poteſt Bibliotheca Marraccij.

## Anno circiter mundi 5444. Chriſti 1461.

A EXceſſiſſe de vita venerabilem Patrem Dominicum Carthuſiæ Treuirenſis monachum, colligitur ea Petro Dorlando in Chronico Carthuſienſi lib. 7. cap. 2. & putat Vincentius Charron in Calendario 21. Decembris n. 2. Fuit autem bonus hic Pater erga Dei parentem verè deuotus, cuius in honorem hymnum compoſuit, quem poſteà audiuit ab Angelis in cælo cantari: ſic autem ſe habere eiuſmodi hymnum teſtatur Theodorus Petræus elucidatione in librum 7. Chronici Carthuſienſis.

B *Te cæli Reginam laudamus, te mundi Dominam honoramus. Te laudant iure vniuerſa creatura, Matrem immenſæ claritatis, Aulam ſummæ Trinitatis, Sole diuinitatis amicta, Lunam ſupplantas benedicta, tota glorificata: Tu æterni Patris filia dilecta, &c.* Quæ videri poſſunt apud prædictum Petræum, aut Vincentium Charron citatum. Addo autem ex loco prænotato Dorlandi, Dominicum eſſe eum Carthuſianum, de quo ſuprà anno Chriſti 1431. ſermo fuit litera B.

## Anno deinceps mundi 5445. Chriſti 1462.

A GVillelmus Iordanus Anglus, Ordinis Prædicatorum, qui ſcripſit aduerſus Vviclephi Poſitiones, ſcripſit etiam Quæſtiones de Conceptione Beatiſſimæ Virginis. Quod colligitur ea Apparatu Poſſeuini, vbi Poſſeuinus ait vixiſſe Guillelmum anno Chriſti 1262. pro 1462. Nam Vviclephus non fecit Poſitiones ſuas ante annum Chriſti 1370. Marraccius Guillelmum claruiſſe putat ad annum Chriſti 1370. de qua re plurimùm contendendum non eſt. Poſt hæc itaque

## Anno mundi 5446. Chriſti 1463.

A BEatus Didacus Ordinis Minorum Religioſus, hoc anno Compluti mortuus eſt, vt habetur ex eius vita per Petrum Galeniſium Protonotarium Apoſtolicum ſcripta, & ex Spondano hoc anno n. 18. atque ex Chronico Ordinis tomo 4. ex quo etiam habetur, eum, ob ſingularem in Deiparam affectum, ſingulis ſabbatis, & feſtorum B. Mariæ peruigilijs, ſolo pane & aquâ contentum fuiſſe: oleo quod lucebat ardebatque ante Virginis imaginem ſolitum ægrotos curare: Mulieri; quæ furnum incenderat & igne ſuppoſito lignis inflammarat, paruulo eiuſdem filio fortuitò inibi incluſo, vbi ſcilicet ſe occultauerat; conſilium dediſſe, vt ad Virginem *Antiquam* ( Hiſpali illa colitur, & hoc nomine appellatur ) refugium haberet, & ſic paruulum illum filiolum ſeruatum fuiſſe: imò ſtatuam illius Antiquæ Virginis cœpiſſe prodigijs fulgere, & ab omnibus honorari. De eodem B. Didaco mentionem faciunt Vincentius Charron ac Balinghem 12. Nouembris, & alij.

B Hoc eodem anno etiam viuere deſijt B. Catharina Bononienſis, quæ inſtitutum Clariſſarum profeſſa, gratiſſima S. Deiparæ exſtitit. Nam & pridiè quàm ipſa naſceretur, apparuit patri eius Dei genitrix prædicens ipſi filiæ ſanctitatem. Poſteà in feſto Domini Natali videndam ſe præbuit Catharinæ iam tum Religioſæ ſanctiſſima Virgo filiolum ſuum geſtans, quem oſculandum, amplectendum, tractandum, eidem tradidit. Rurſus aliàs ex morbo decumbenti eadem B. Deipara cum Chriſto & Sanctis Laurentio ac Vincentio apparuit, interim cæleſti Citharœdo perſonante hac verba: *Et gloria eius in te videbitur*: Quæ verba Chriſtus apprehenſâ Catharinæ dexterâ repetens monuit, vt diligenter perciperet. Corpus eius ſuauem odorem ſpirans, integrum ac tractabile etiamnum hodie Bononiæ viſitur: in quo & viuo & mortuo inſignia Obedientiæ teſtimonia Catharina exhibuit, vt patet ex eius vita per Flaminium ſcripta, & ex Chronico Minorum 3. parte lib. 4. cap. 33. vnde etiam & dies obitus & reliqua habentur. Vide quoque, ſi lubet, Balinghem & Vincentium Charron in Calendario 9. Martij n. 2.

C Obijt adhuc Alexander Oliua de Saxoferrato, Cardinalis S. Suſannæ, vt habetur ex Commentarijs Pij ſecundi, & ex Spondano hoc anno n. 16. De quo Antonius Campanus in oratione eius funebri refert, eum adhuc iuuenem & infantulum ſubmerſum fuiſſe in modico quodam fonte, reuocatúmque ad vitam inuocatio-

ne factâ per matrem eius ad matrem Dei; vnde poſteà ſemper exſtitit propenſiſſimus erga Deiparam, in cuius honorem ſe Auguſtinianorum Ordini in templo diuæ Virgini ſacro tradidit: ſacellum Deiparæ ædificari curauit in fonte in quo ſubmerſus fuerat: & varijs donarijs, Cardinalis factus, cumulauit templum Virginis in Saxoferrato, quotidiéque Romæ inuiſit templa S. Mariæ Maioris, & S. Mariæ de populo. Vide, ſi lubet, de his Balinghem, & Vincentium Charron initio Auguſti: Bzouium hoc anno, & Gononum in Chronico. Intereà.

## Anno mundi 5447. Chriſti 1464. Paulus ſecundus factus eſt Romanus Pontifex, & Pio ſecundo mortuo ſucceſſit.

A CVmque adhuc Paulus ſecundus Cardinalis exiſteret, peſte correptus iuſſit deferri ſe Lauretanam in domum, in qua & à Virgine ſanitatem obtinuit, & didicit ſe propediem eſſe in Pontificem eligendum. Non ingratus beneficij, Pontifex creatus Lauretanum templum vetere deturbato moliri inſtituit, ac penè ad faſtigium perduxit: varias Indulgentias eidem loco impertiit: eum à iuriſdictione Recinetenſis Epiſcopi exemit; Pœnitentiarios pro peregrinis ſtabiliuit. Inſuper Imaginem miraculoſam S. Mariæ in Portico, quæ eſt S. Gallæ; in Pontificium ſacellum deferri præcepit, ea tamen poſtridiè priſtinum ſuum locum repetiiſſe reperta eſt. De Paulo iſta commemorant Turſellinus libro 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 1. & Balinghem in Calendario 16. Septembris & 25. Iulii: dictúmque eſt de imagine S. Gallæ diuinitus allatæ ad annum Chriſti 524.

B Hoc quoque anno miraculorum fauoribus nomen & famam effundere cœpit *S. Maria in Thonigſtein*, vulgò in Petra Antonii, prope Aldenardam diœceſis Treuirenſis; vbi ea fidelium collatis ſtipendiis inſigne Carmelitarum cœnobium viſitur. De quo loquitur Spinellus tractatu de exemplis n. 23. & ante eum Trithemius.

C Obiit item Beata Margarita Sabauda, Marchioniſſa Montisferrati, ex Ordine S. Dominici, cui ex podagra acutiſſimos dolores ſentienti, apparuit B. Virgo, & monuit eſſe voluntatis filii ſui, vt ad mortem vſque æquo animo dolores illos toleraret: illos pertulit, ſed patientiſſimè, Margarita. Oranti pro neptis ſanitate rurſum B. Deipara viſibilem ſe ſtitit, & aſſeruit eſſe exauditam. Ita Chronicon Prædicatorum, & Balinghem ac Vincentius Charron 23. Nouembris n. 1. Gononus item in Chronico hoc anno.

D Quo rurſus moritur Cardinalis Nicolaus Cuſanus, vt docet Poſſeuinus in Apparatu. Et eum magnificè ſenſiſſe de B. Virginis ſanctificatione ait Caniſius libro 1. de B. Maria cap. 9. Quin & Dialogum ſcripſit de Annunciatione, & varios Sermones in Feſta Deiparæ, inquit Marraccius. At

## Anno mundi 5448 Chriſti 1465.

A ILluſtris martyrio fuit *S.* Andreas Chiotita, ſiue Chienſis, natus ex Inſula & ciuitate Chio, qui ſanitatem olim obtinens interceſſione *Dei*paræ, in honorem eius virginitatem vouit, & eiuſdem auxilio immania tormenta per nouem dies continuos pertulit: nam primo die loris diriſſimè cæſus eſt; ſecundo ferreis vngulis dilacerata membra; tertio membra ſuis è ſedibus diuulſa; quarto humeri carne ſpoliati; quinto ſpoliati carnibus clunes; ſexto femora; ſeptimo ſuræ; octauo aliæ ſuâ carne partes denudantur; nono denique per totum corpus verberibus cæſus etiam exuitur genis; ac tandem, eximiam viri patientiam vel ipſis ſæuiſſimis Mahumetanis, à quibus torquebatur, obſtupeſcentibus, ſecuri percutitur: ad ſingula hæc horribilia tormenta *D*eiparam inuocans dicebat, *S. Maria iuua me*, ab eáque tunc ſanabatur, multo ſanè magis ſuſpenſis in admiratione ſuis tortoribus, & vim Virginis tam multiplici carnificinâ ſuâ illuſtriorem reddentibus. Cæterùm & dies mortis eius, & reliqua prædicta conſtant ex vita eius apud Surium 29. Maij, quam ſcripſit Georgius Trapeſuntius, qui & aſſerit obijſſe martyrio Andream Conſtantinopoli. Etiam meminit Balinghem an. Maij n. 1.

B Sed & hoc adhuc anno Raphaël Prouaſius, ſiue è Prouaſio, viuebat, vt notat Poſſeuinus in ſacro Apparatu, quem ait fuiſſe Genuenſem, Ordinis Prædicatorij Theologum, & compoſuiſſe de B. Virginis Conceptione. Ex quo eodem Ordine, Henricus Kalryſen, Confluentinus, poſteà factus Epiſcopus Nidroſienſis, & Cæſarienſis in Noruegia, Sermones edidit in Feſta Virginis, & ſuper Canticum *Magnificat*, vt habet Marraccius.

## Anno autem mundi 5449. Chriſti 1466.

A MEliorem ad vitam tranſiit, ex Ordine Carthuſienſi, Ægidius Aurifaber, qui cognomini ſuo reſpondere ſatagens, aureos fabricatus eſt Sermones in ſolemnitates Diuæ Virginis. Quod habet Petrus Sutor libro 2. vitæ Carthuſianæ cap. 7. Et ex eo Bibliotheca Mariana, quæ inſuper addit Baptiſtam Pallauicinum, Epiſcopum Rhegienſem, edidiſſe carmina in honorem Virginis, Ambroſium Raconiſium, Seruitam, ſcripſiſſe tum carmine, tum proſâ. Bartholomæum Lapacum, Dominicanum, concionaſſe Conciones in Deiparæ Feſta. Itidémque Ioannem Duren, Minoritam; & Tilmannum de Hachemhereg, eiuſdem familiæ.

## Anno deinde mundi 5450. Chriſti 1467.

A PHilippus cognomento Bonus, Dux Burgundiæ, diſceſſit è vita Brugis, vt ex Oliuario & Monſtreleto habet Spondanus hoc anno n. 2. De eo autem Iuſtus Lipſius in Diua Hallenſi cap. 35. magnificè loquitur, & enumerat donaria, quæ

pius in Deiparam Princeps eidem Hallis contu-
lit: nempe Imaginem Diuæ Virginis grandiuſ-
culam auro puro inductam, geſtantem coro-
nam ex puro auro, & in pectore ſex vniones
grandes cum medio pyropo: poſteà duode-
cim Apoſtolos ex argento, duos ex argento
Angelos qui portant candelabra iridem argen-
tea, auream lampadem; & alia ſimilia quæ a-
bundè huius principis in Deiparam affectum
declatant.

Sed Eraſmum hoc anno naſci oſtendit Spon- B
danus n. 4. quem ſeptuagenarium obijſſe anno
1536. Petauius ſcribit in Rationario temporum
libro 10. cap. 11. Erat ille Batauus, & valdè
ancipitis in rebus pijs ingenij, qui proinde ali-
quaodo rectè, aliquando ſiniſtrè de B. Virgi-
ne loquitur, quod abundè oſtendit Caniſius li-
bro 1. de S. Maria cap. 3. 8. 10. & libro 5. cap.
10. vbi demum concludit mirabili iudicio Dei
factum videri, vt qui, vtroque velut pede elau-
dicans, iam huic, iam illi parti adhærebat, neu-
tri ſatisfecerit, atque anteà ſummus ob inge-
genium & eruditionem habitus, exiguam apud
omnes authoritatem ſeruet ac gratiam. *Fuit
enim hoc nimium illi familiare, vt parum con-
ſtanter ac grauiter de ſacris doceret.* Aliquando
quippe negat tribuendos Virgini Deiparæ ti-
tulos, aliquando impertit: aliquando cultum
illius carpit, aliquando commendat: & ſimil-
lima facit non tantùm inconſtantis, ſed parum
pij ingenij. Hoc itaque omiſſo

## Anno mundi 5451. Chriſti 1468.

ROmæ mortuus eſt Ioannes Cardinalis de A
Turrecremata, natione Hiſpanus, profeſ-
ſione Dominicanus, ſepultuſque eſt in Eccleſia
S. Mariæ ſupra Mineruam, quæ eſt Domini-
canorum, quam & ornauit, & in ea ereait
ſocietatem ſub nomine Virginis Anunnciatæ,
maritandis, vel Domino Deo conſecrandis, puel-
lis inopibus: quæ poſteà valdè aucta eſt, pro-
cedente quotannis in die Annunciationis ad
eam Eccleſiam ipſomet ſummo Pontifice ad do-
tes diſtribuendas, quarum quælibet eſt 80. ſcu-
torum pro ijs quæ inire matrimonium volunt,
100. autem ſcutorum pro ijs quæ deſponſant
ſe Deo. De hoc Spondanus hoc anno n. 14.
& Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap.
12. §. 2. n. 9. Vincentius Charron & Balin-
ghem 25. Martij & 26. Septembris. Gononus
item in Chronico. Et Bzouius in Annalibus.

Obijt quoque B. Elizabeth Piciuarda ex Or-
dine Seruitarum, quæ tanta cum familiaritate B
conuerſabatur cum Virgine vt ſæpè cum ea au-
diretur agens & tractans. Eam Mantuani vo-
cabant Referendariam Virginis: quicquid enim
orabat à S. Deipara, obtinebat; monita ab ea-
dem fuit de ſuo diſceſſu, vt ad moriendum ſe ri-
tè diſponeret. Quæ omnia Chronicon Serui-
tarum teſtatur, Et Poiræus Triplicis coronæ
tractatu 3. cap. 13. n. 6. ac Vincentius Char-
ron & Balinghem 19. Februarij, atque etiam
Gononus hoc anno in Chronico. Verùm

## Anno mundi 5452. Chriſti 1469.

DEdicatur in pago Nenuz, non procul Pa- K
riſijs, ad ripam Sequanæ iuxta Sanctum
Clodoaldum, ab Epiſcopo Pariſienſi Guillelmo
Carterio templum *S.* Mariæ dictæ Bolonienſis
ſiue Bononienſis ad Sequanam; quod ſic vo-
catum eſt, quia ipſum pietas & liberalitas pe-
regrinorum, qui ad S. Mariam Bolonienſem
ad mare iuerant, conſtruxerat permiſſu Regis
Francorum Philippi quinti anno 1319. In eiuſ-
modi Eccleſia inſignes ſunt indulgentiæ, & plu-
rima facta ſunt miracula: vna etiam conflata
eſt Sodalitas in qua inſcripti reperiuntur ſex
Reges Franciæ. Vocatur hoc templum vulgò:
*Noſtre Dame de Boulogne ſur Seine.* Ita Iaco-
bus Breulius lib. 4. antiquitatum Pariſienſium,
& Vincentius Charron 9. Iulij n. 2. ac Go-
nonus in Chronico anno præſenti. Sed non be-
ne Claudius Robertus in Catalogo Epiſcopo-
rum Pariſienſium ait dedicatum fuiſſe prædictum
templum die *Dominicâ* 19. Iulii, cùm illa dies
non fuerit Dominica, ſed Mercurii dies, exi-
ſtente hoc anno Dominicali litera A. Quare
dedicatum fuit 9. Iulii, vt alii aſſerunt. Iam
verò

## Anno mundi 5453. Chriſti 1470.

A IAcobus Picens, è Franciſcana familia, vir ſan-
ctus & Euangelii indefeſſus præco, ægritu-
dine corporis non parum vrgebatur. Ergo Lau-
retum venit, & ibi ſacrum fecit: tuncque
Beatam Virginem ſenſibiliter vidit, ſanitatém-
que eâ donante recuperauit. Aliàs morbo ani-
mi laborabat, rurſum Lauretum remeauit, &
rurſum Deiparæ ſpecies obiicitur conſolantis
eum, & ab animi angore ſoluentis, imò &
admonentis de futuro mox tranſitu ad vitam
meliorem. Hæc ſcripſit vberiùs Turſellinus li-
bro 2. Lauretanæ hiſtoriæ cap. 2. Qui cap. 4.
commemorat, Turcas prædæ inhiantes, ac Lau-
retanam domum ſpoliare ardentes, viſâ Lau-
retanâ domo terrore agitatos è veſtigio receſ-
ſiſſe. Quod ipſum refert Spinellus tractatu de
exemplis n. 18. Additque ex Marcilio Ficino
nobili Philoſopho libro 3. de Religione Chri-
ſtiana cap. 10. Anconæ puellam neruorum hor-
ribili contractione laborantem, à B. Virgine
fuiſſe valetudini bonæ redditam. Similiter Bi-
dellum Florentinum, faucium & pectoris ob-
tuſione à loquendi officio impeditum, Virgi-
nis ope fuiſſe ſanatum.

B Rurſum in pago Rochietæ, qui eſt in Sabau-
dia, reperta eſt Imago Deiparæ in medio ſpi-
neto. Primus repertor Paſtor fuit, qui ouibus
illàc tranſeuntibus, planctum è ſpineto erum-
pentem audiens, acceſſit, imaginem vidit, tan-
gere religio fuit, Itaque alios admonuit, qui ve-
nientes cum inde imaginem transferre non
poſſent, Oratorium extemporaneum ibidem
extruxerunt. Quod miraculis deinde crebreſ-
centibus, liberalitate Marchionis Camberri-
nenſis, creuit in magnificum templum. Quam
rem affirmat Franciſcus Hieraſcus in vita
Henrici Siluii Generalis Carmelitarum: & Go-
nonus in Chronico Deiparæ hoc anno.

C Magnus verò numerus Scriptorum reperitur
ſe in laudes Virginis circa hoc tempus exer-
cuiſſe. Leonardus Nogarolus, Protonotarius
Apoſtolicus, compoſuit Officium, & Epiſto-
lam de immaculata Deiparæ Conceptione. Nal-

Digitized by Google

dus Naldius, Florentinus, Miracula ſacta in templo Annunciatæ de Florentia. Petrus de Natalibus, patriâ Venetus, Epiſcopus Equilinus, Hiſtorias de Natiuitate, Præſentatinne, Annunciatione, Partu & Aſſumptione Virginis: atque de Feſtiuitate S. Mariæ ad Martyres, & ad Niues. Rudolphus de Rudeſchen, Epiſcopus Vratiſlauienſis, Sermooes varios in Feſta Deiparæ. Henricus de Pito, Carthuſianus, qui in Concilio Conſtantienſi, fecit generosè pro Conceptione immaculata B. Dei genitricis, compoſuitque Sermnnes in Virginis Feſta. Franciſcus Bartnlus, Minorita, Hiſtoriam S. Mariæ de Pottiuncula. Ioannes Dorſtein, Eremita Auguſtinianus, Sermones in feſta Virginis. Et ex Ordine Prædicatorio, Ioannes Lopes, Salmantinus, poſteà Monopolitanus Epiſcopus, ſcripſit Hiſpanicè de Roſario, & Anootationes io Euangelia Feſtorum Deiparæ. Gabriel Barleta, Apulus, Conciones in Feſta, & pto Sabbatis Quadrageſimæ, in Virginis laudem. Thnmas Tnletanus, Mariale, & Tractatum quemdam de laudibus Portæ Paradiſi, id eſt, Beatæ Virginis. Denique Thomas Vvigenhalus libro vno edidit, Miracula B. Mariæ in Comitatu Norfolcenſi. Quæ omnia conſtant ex Mariana Marracij Bibliotheca.

## Anno autem mundi 5454. Chriſti 1471. Sixtus quartus, patriâ Genuenſis, Paulo mortuo, ſuccedit.

HIc electus in Pontificem, varia ſuæ io Deiparam pietatis manifeſtè ſigna nſtendit. A Nam inſtituit, vt per vniuerſam Eccleſiam ritu duplici celebraretur feſtum Conceptionis Beatiſſimæ Matris Dei, feſtum item Præſentationis eiuſdem, & feſta Sanctæ Annæ & *S.* Ioſephi. Præterea nobilem ædem cum ampliſſimo Monaſterio S. *Mariæ de Populo*, Ordinis S. Auguſtini à fundamentis erexit. Templum *S. Mariæ de Pace* conſtruxit, & monaſterii partem adiecit pto Canonicis Lateranis: conſtruxit autem eo locn, vbi anteà poſita erat ædes *S.* Andreæ, quæ in extimo pariete imaginem habebat, quam miracula plura illuſtrarunt anno 1483. vt ibidem dicetur litera B. De Sixto autem, quæ hîc ſcripta ſunt, habes ex Pennoto in hiſtnria Cannoicnrum Regularium, & ex authoribus vitæ Sixti quarti, quos citat Spondanus anno 1471. n. 10. & 11. Poiræo item Triplicis entooæ tractatu 1. cap. 12. §. 4. n. 2. Balinghem & Vincentin Charron 2. Auguſti, Spioello tractatu de templis o. 35. & alijs.

B Hoc prætereà anoo, ſpiritum teddidit ſuo Creatnti Thomas à *Kempis*, Cannnicus Regularis S. Auguſtini, vir celeberrimus pietate, quam puriſſimam incluſit in aureo illo libello De Imitatione Chtiſti, qui ipſi vulgò adſcribitur. Fuit, vt in Dominum Chriſtum, ita in Matrem Chriſti deuotiſſimo affectu, cui iam à puero ſtatas ſoluere preces ſolitus erat: cúmque pro ætatis fragilitate & inconſtantia ſenſim tam pium opus exercitiúmqoe dimiſiſſet, per ſomnium admonitus eſt à B. Matre Dnmini, viſa alios Thomæ condiſcipulos ſuauiter amplecti, ipſum verò omittere velut negligentem, ac contemnere. Quæ omnia cnnſtant ex vita, his per Heribertum Roſvveidum ſcripta, in qua nominatim dicitur eum hoc annn mortuum eſſe; & ex Balinghem ac Viocentio Charron 25. Iulij; & alijs. Aurea verò ſunt iſta Thomæ à Kempis verba, deſumpta ex librn primo de diſciplina Clauſtralium cap. 14. *Niſi Maria quotidie cum Sanctis in cælo pro mundo oraret, quomodo mundus adhuc ſtare poſſet, qui tam multis peccatis Deum offendit, & tam parum ſe emendat? Inuocanda eſt ergo Maria ab omnibus Chriſti fidelibus, à iuſtis & à peccatoribus, & præcipuè à Religioſis & deuotis perſonis, qui continentiæ propoſitum tenent, & per ſancta deſideria ad cæleſtia anhelant, & nihil cum mundo habere vel agere volunt. Pete ab ea remiſſionem peccatorum, continentiæ virtutem, humilitatis donum. Dole quòd tam longè es adhuc à veris virtutibus; à profunda humilitate, à ſancta paupertate, à perfecta obedientia, à puriſſima caſtitate, à deuotiſſima oratione, à feruentiſſima charitate; quæ omnia pleniſſimè fuerunt in Maria Matre Ieſu. Ideo procide ad pedes eius, ſicut pauper & mendicus, vt ſaltem minimum gradum de his virtutibus obtineas, qui ad ſummum aſcendere nonpotes per deſidiam tuam. Quicquid habere deſideras per manus B. Mariæ humiliter roga, quia per eius glorioſa merita iuuantur, qui in Purgatoriis ſunt & in terra, &c.* Tertiâ autem parte Sermnnum ad Nouitios, ſermnne 2. ſic Tyrones ſuos & alloquitnr & animat: *Eligite hanc benigniſſimam matrem Ieſu præ cunctis parentibus & amicis veſtris, in matrem ſpecialem & aduocatam ante mortem, & ſalutate eam Angelica ſalutatione frequenter, quia hanc vocem audit valdè libenter. Si malignus hoſtis vos tentat, & à laude Dei & Mariæ impedit, non curetis, nec laudare & orare ceſſetis; ſed eò ardentiùs Mariam inuocate, Mariam ſalutate, Mariam cogitate, Mariam nominate, Mariam honorate, Mariam ſemper glorificate, Mariæ inclinate, Mariæ vos commendate, cum Maria in cella manete, cum Maria ſilete, cum Maria gaudete, cum Maria dolete, cum Maria laborate, cum Maria vigilate, cum Maria orate, cum Maria ambulate, cum Maria ſedete, cum Maria Ieſum quærite, cum Maria Ieſum in vlnis portate, cum Maria & Ieſu in Nazareth habitate, cum Maria in Ieruſalem ite, cum Maria iuxta Crucem Ieſu ſtate, cum Maria Ieſum plorate, cum Maria Ieſum ſepelite, cum Maria & Ieſu reſurgite, cum Maria & Ieſu cælos aſcendite, cum Maria & Ieſu viuere & mori deſiderate. Fratres ſi iſta bene cogitatis & exercetis, diabolus fugiet à vobis, & in ſpirituali vita proficietis, &c.* Plura videre licet in ſequentibus ſermonibus 3. 4. 5. 6. præter varia opúſcula, quæ Thomas edidit, & quorum mentio fit ad longum in Marracij Biblintheca.

C Thomam à Kempis mnrientem comitatus eſt Dionyſius Rikel Ordinis Carthuſiani, vir doctiſſimus & pijſſimus, qui tanta dedit ſanctæ cum Deo familiaritati, ſiue nrationi, vt nihil videatur potuiſſe concedere ſcriptinni; & tanta ſcriptinni, vt oihil orationi potuiſſe dare videri poſſit; in vtroque hoc negntio valde mirabilis; varijs quoque reuelatinnibus diuinis illuſtratus,

luſtratus, quæ initium ſumpſerunt die Purificationis S. Mariæ. Ioter ionumera quæ ſcripſit, quatuor libros compoſuit de laudibus B. Virginis, in quibus omoes ad eam hooorandam horrando incitat, & incirando inflammat. Prætereà Cauticum Canticosum de eadem interpretatur, omnéſque ſuas vigilias & ſuos labores ſolebat ei conſecrare. Quod notar Petrus Dorlandus libro 7. Chroniei Carthuſienſis cap. 7. & 24. vbi & notar diem & aonum mortis eius & reuelationes. Poſſeuions item in Apparato ſacro. Necoon etiam Marraccius, qui inſuper alia Diooyſij Opuſcula enumerar.

D Viuere quoque deſijt eodem hoc aono, die 17. Februarij Ioannes de Ecouta, Angianus, ſacræ Theologiæ Profeſſos, & Theſaurarius Eccleſiæ S. Perri Inſulenſis. Hic ſcripſit adueſus Bonerum & Franciſcum Maronis, qui aſſerebant D. Ioannem Euangeliſtam verum fuiſſe ac naturalem Virginis Deiparæ filium; idque per tranſſubſtanriationem corporis D. Ioannis in corpus Chriſti. Quod teſtatur *Deſſelius* in Bibliotheca Belgica.

E Quam etiam in materiam, vt idem ibidem Deſſelius aduertir, Ioannes Tinctor ſacræ Theologiæ Profeſſor & Canonieus Tornacenſis, cum Ioanoe de Ecoure Conſulrationem ſeripſir. Quiſnam verò fuerir ille Franciſcus Marooís, contra quem ſcripſêre, tum Ioannes de Ecoute, tum Ioaooes Tinctor, non eſt mihi compertum: ægrè adducor vr credam eſſe Franciſcum Maironem ſiue Marooem, de quo anno Chriſti 1320. literâ E. locuti ſumus; ſed alium potiùs Neotericum ipſi cogoominem.

F Addit Poſſeuinus io Apparatu ſacro Sixtum quarrum compoſuiſſe tractarum de Cooceptione Virgiois, & hoc anoo protuliſſe in lucem. Addir & Bibliotheca Mariana euodem compoſuiſſe Orarioοem incipientem: *Aue Sanctiſſima.* Inſuper Guillelmum Abſelium, Carrhuſiæ Brugenſis Priorem, more oratorio condidiſſe, Tractatum elegantiſſimum ad ſemper candidam cæli Regioam Mariam, ſecuodum omnes Rhetoricæ Ciceronis tam verboſum, quàm ſeotentiarum colores.

G Sed & Imagines Diuæ Virgiois ſuis noo caruerunt miraculoſis opeſibus. Et qoidem Romæ, vt habet Flaminius de Colle, libro de Rebus mirabilibos Romæ, & Vinceorius Charroo 20. Iunij o. 2. ac Poitæus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 22. §. 5. n. 101. clarere incepit ad pedem Capitolij imago *B. Mariæ à Conſolatione* io Eccleſia quæ perrioet ad Xeoodochium: in qua eadem Eccleſia alia surſus eſt imago depicta à S. Luca, quæ hooorificum reddit ſacellum ab ipſa vocatum, ſacellum *S. Mariæ de gratia.* Hallis autem, vt enarrar Lipſius in Diua Hallenſi cap. 30. celebris lætitia & ſermo fuit de Philippo Cliuio liberato è carcere, & vota ſua Hallis perſoluente, quem Torris incluſum detioebar Valliſcolorij in Lotharingia alta octoginra pedes, & compedes ex ferro, quas oſſe bubulo, ranquam ferrâ diffregit, poſt Deiparam inuocatam.

## Anno deinde mundi 5455. Chriſti 1472.

A Cathedralis Eccleſia Cameracenſis, ſæpè, quippe ſeaies, incendio vaſtata, cùm eſſet plene reſtirota, demum conſecrata eſt per Petrum Epiſcopum Arrebatenſem, abſeote Cameracenſi, & extra Epiſcopatum ſuum in negotijs occupato. Quod Ferseolus Locrius teſtatur in Maria Auguſta, & poſt eum Balinghem ac Vinceotius Charron 5. Iulij.

B Hoc quoque aono, ioquit Poſſeuinus in Appararu, viuebat Iacobus de Gruyrode, natione Theutooicus, Ordine Carthuſianus, qoi de B. Maria diuerſa compoſuir; ſcilicet librum vnum de Coronula S. Mariæ. Librum vnom de Dialogo S. Mariæ & peccatoris. Meditationes compaſſionis S. Mariæ. Contemplationes S. Mariæ. Dialogum alium Mariæ & peccatoris. De nomine Ieſu & Mariæ. Alexander verò Oliua, Auguſtinianus, ſine placido in Chriſto obdormiuit hoc anno, poſtquàm plures de partu Virgioia Sermones edidit. Similites obijr Robertus de Monſtrolio, ſiua Monſtarelo, Carmelita, & Sermones in feſtiuitates Deiparæ edidit. Ita Marraceius in Bibliotheca. Vbi etiam teſtatur circa hæc temposa, Nicolaum Burgheſium, Seoeoſem, & Equitem auratum, ſcripſiſſe eleganti ſtilo, de pronubo glorioſæ Virginis Annulo ad Peruſinos: & Ioannem Brugmans, euulgaſſe pijſſimas Contemplatiooes, atque Nouiomagi anoo demum 1473. obijſſe. Vix adducor vr credam, ante annum Chriſti 1480. Burghaſiom de anoulo ſcripſiſſe, quo videlicet anno, vt dicerur, lis de aonulo compoſita eſt.

C Supradictus verò Locrius, io Anacephalæoſi, adhuc aſſerit hoc anno Thuringenſem Virginis Baſilicam, à B. Booifacio Moguntino Archiepiſcopo & Martyre ac Germaoiæ Apoſtolo olim conſtructam, cum magna vrbis parte igne fuiſſe conſumptam. At

D Ioannes Lopez libro primo de Roſario cap. 15. & Carthagena ea eo, libro vltimo de mirandis Deiparæ §. 211. terribilem viodictam referunt, quæ Coloniæ accidit contra duos Concionatores in Roſarium debacchantes, qoorum vnus pridiè illius Dominicæ quâ dicturus erat, cùm ſanus & valeos cubuiſſet, repeotè mortuus eſt: alter mortem hanc humanitus eueniſſe ceoſens, dum in ſuggeſtum parat conſcendere contra Roſarium nefaria prolaturus, totâ vrbe ſpectante, paralyſi ſepentioâ correptus in terram ſubitò concidit, à qua oon antè fuit liberatus, quàm mutata meote, Deiparæ promiſit ſedulam Roſarij commendatiooem: vix enim hoc propoſirum votúmque concepit, cùm & lingua, & motus, & valetudo priſtina reddita eſt. Poſt hæc

## Anno mundi 5456. Chriſti 1473.

A Vigeſimo ſeptimo Iunij primùm confirmata eſt a Sixto Pontifice Regola & Religio, ſiue Ordo Religioſus Minimorum, inſtitutore S. Franciſco de Paula Calabriæ oppido: cuius Ordinis ſanctiratem cum auſteritas vitæ, tum mutua ioter ſe charitas, arque humilitas, ac zelus animarum, quas virtutes potiſſimùm exercet, pleoiſſimè loquuntur. Notabilem verò ipſius in Deiparam deuotionem & affectum inter

cætera hæc ꝑodunt. Fundatus eſt ab eo qui Mariam & vbique & ſemper reſpirabat. Nam & in orationibus ſemper illi obuerſabatur Virgo, quippe quas à veneratione Deiparæ perpetuò incipiebat; in colloquijs eadem aderat domeſticis, quibus *Aue Maria* præmittebat; in miraculis eadem non deerat, quæ non niſi Virginis auxilio fauoréque fieri aſſerebat; in Eccleſijs affulgebat, in quibus imaginem Virginis principali in loco ſtatui imperabat. Tantus Virginis cultor, quid niſi amorem Virginis filiis ſuis inſpirauit? quod tunc maximè præſtitit, cùm initio fundandæ Religionis hic Ordo vocatus eſt, Religio Ieſu & Mariæ, vt eam Choppinus, Genebrardus, Volaterranus, & alij non ignobiles authores non dubitarunt appellare; quamuis alij vocent Ordinem Minimorum Ieſu & Mariæ. Nec verò ex hoc Minimorum Ordine pauci numerandi veniunt, quibus ſingularis animus in Deiparam fuit, & quibus Deipara beneuolentiſſimum veræ Matris ac Patronæ affectum ſingulariter teſtata eſt. Id experti ſunt inter viros Simon Garcia, Gaſpar de Bono, Andreas de Caſtelmaro, Antonius de Riſoleo, Stephanus Iuſtice: & inter mulieres Cæcilis Panormitana, Gratis Valencena, Reparata à Paula; aliique, quos, vt addecet, ſuo breui elogio ſequentes anni memorabunt. Confirmati autem huius Ordinis characterem habes in Bullario Sixti quarti conſtitutione quintâ; habes quoque apud Spondanum hoc anno n. 15. Habes item apud D'Attichy in Chronico Minimorum, vbi etiam habes & fundatoris Encomium & Ordinis; quod iterum habet Poiræus tractatu 1. Triplicis coronæ cap. 12. §. 7. n. 19.

B Sed hoc quoque tempore, Roſarij, ſiue Pſalterij Beatiſſimæ Virginis, pietas atque deuotio, à Sancto Dominico olim apud fideles ſtrenuè introducta, & nunc, quæ miſeria eſt, atque humana peruerſitas, variis in locis intermiſſa ac penitus neglecta, per Alanum Rupenſem, magnæ virtutis virum, & ex Ordine Prædicatorum Religioſum, cæleſtibus viſionibus atque hortationibus ipſiuſmet Beatiſſimæ Virginis ad id commotum, & ſpecialibus eiuſdem auxilijs contra grauiſſimas dæmonum hominúmque oppugnationes & vexationes roboratum atque defenſum; per Saxoniam, Belgiúmque, ac Britanniam Armoricam, necnon alias regiones, quâ ſacris verbi Dei prædicationibus, quâ ſignis atque miraculis, ingenti Chriſtianorum bono reſtituta dicitur. Patent hæc ex hiſtoria de Roſario ſcripta, necnon etiam ex Spondano hoc anno n. 16. Item ex Iuſtino Miechouienſi diſcurſo 309. in Litanias Lauretanas, qui deinde diſcurſu 318. n. 2. aſſerit Roſarium non ante hæc tempora, quæ ducentis circiter annis ab obitu B. Dominici diſtant, vocatum fuiſſe Roſarium: *Nam à D. Dominico eiuſque ſucceſſoribus*, inquit, *Pſalterium Marianum communiter appellabatur*. Quin & diſcurſu 317. docet & fatetur, quamuis Pſalterium Virginis, quod iam vocamus Roſarium, inſtitutum ſit à Sancto Dominico, longè tamen antè in Eccleſia morem fuiſſe per globulos aliquot precatorios tum Numen orandi, tum cæli Reginam deuotè ſalutandi. Nam circa annum 1120. Sanctus Norbertus globulis cryſtallinis ad recitandas preces vtebatur: & circa annum 1101. Conuerſis Carthoſienſibus onus impoſitum eſt percurrendi preces per globulos loco Horarum quæ in Choro cantantur: anno 1096. Petrus Eremita orbes laicis & militibus dabat, quibus certo numero Virginem ſalutarent, & pro terra Sancta orarent: anno 1080. Ada vxor Theodorici Aueſnenſis, ſexaginta quotidie ſalutationes Angelicas dicebat: anno 854. Saraceni ex Italia expulſi ſunt, Leone quarto Pontifice iubente, vt milites vna manu precatoriam coronulam, altera gladium geſtarent: circa annum 700. Venerabilis Beda, & circa annum 660. apud Niuellam Brabantiæ B. Gertrudis, ſphærulas aliquot filo nexas ad preces adhibebat. Nec verò deſunt qui hunc orandi modum ad ipſos Apoſtolos referant, cùm præſertim legatur de S. Apoſtolo Bartholomæo, quòd centies interdiu & toties noctu, *Pater & Aue* recitaret. Vide præcitatum Iuſtinum dictis locis, vbi hæc pulchrè ſanè & prolixè exponit.

## Anno autem mundi 5457. Chriſti 1474.

A Collegium S. Mariæ Verienſe Canonicorum plurimorum, in Zelandia inſtitutum eſt ab Henrico de Borſele, Domino Verienſi, & Comite *de Grand pré*, vt aduertit Miræus de Canonicorum Collegiis cap. 103.

## Anno deinde mundi 5458. Chriſti 1475.

A Mortuus eſt, de quo paulò antè ſermo factus eſt B. Alanus Rupenſis, ſiue de Rupe, vulgò *de la Roche*, cui tanquam ſibi addictiſſimo

B ſeruo B. Deipara non tantùm onus impoſuit commendandi ac prædicandi Roſarii per præcipuas Europæ regiones; ſed & annulum ex Virgineis capillis ſuis contextum dono obtulit, & lac in os immiſit, & collo Roſarium indidit, & horribiles tentationes diſſipauit, & inflicta alapa fiduciam adiecit, & frequenter admodùm apparuit, donáque cæleſtia, ac diuinas illuſtrationes innumeras congeſſit, vt videre eſt, apud Choquetium de Sanctis Belgii ex Ordine Prædicatorum; apud Gononum in Chronico anno 1476. apud Vincentium Charron & Balinghem 8. Septembris; & adhuc apud illum Octobris 29. n. 3. vbi de eodem Alano diſſerit; apud Arnoldum de Raiſſe in Auctario 8. Septembris. Quem mortuum hoc anno conſtat ex Miræo in faſtis Belgicis, Arnoldo, Vincentio, Balinghem, Choquetio, & aliis, vt mirum ſit Gononum ab omnibus aliis, quoad notam temporis diſſentire. Multò verò mirabilius, Ferreolum Locrium, cùm anno Chriſti 1474. ponat Alanum mori, rurſum fidenter aſſerere anno 1478. eundem & viuere & publicè concionari. Extat porrò Alani liber de Roſario ſcriptus, in quo de ſeipſo tanquam de Deiparæ ſponſo & vehementer ſuè, & prolixè loquitur. Prætereà in Canticum Canticorum ſic ſcripſit: vt ſingula Salomonis verba, ad Chriſtum Dominum, & ad Beatiſſimam Virginem, inuicem colloquentes, perappoſitè adaptauerit, inquit Poſſeuinus in Apparatu, dicens ex Trithemio, Alanum obiiſſe anno 1475. in cœnobio Zuol-

Digitized by Google

lenſi, peruigilio Aſſumptionis; ſed certius eſt obiiſſe die Natali Deiparæ, vt conſtat ex præcitatis autboribus. Nonnulli Albanum ipſum vocant, alij Alarium, communiter Alanos nominatur.

B Floruiſſe quoque aſſerit Spinellus in admooitione ad Lectorem, & Caniſius libro 1. de B. Maria cap. 8. B. Amadeum ex Ordine Minorum & ſanctitate eoоſpicuum: vt videre eſt in Chronicis Mioorum parte 3. lib. 6. cap. 30. Is librum Reuelationum edidit, vbi in primo raptu ſeptem Principes Angelorum diuino throno aſſiſtentes, ac Deiparam ſingulariter venerantes, ſibi oſtenſos commemorat: alia deinde quamplurima adiungit quæ fidem ab omoibus noo facilè admittunt. Sunt verò præterea mortui Carmelitani duo, Goſvvinus Hea, & Ioannes Sobrinus, quorum hic Vlyſipponenſis, Tractatum edidit de immaculata Conceptione Deiparæ: ille verò Brabantus, ac tandem Hieropolitanus Epiſcopus, Sermones cooctedidit typis io Feſta B. Mariæ. Obijt quoque Griphon, Minorita, Doctor Pariſienſis, Maronitarum Epiſcopus, quem induſtrius labor in Schiſmaticos impenſus non deterruit à ſcribendo Opuſculo de B. Virginis Mariæ Encomijs. Denique clatuit Theodericus de Herxem, Clericus Regularis, natione Germaous, qui librum poſteris reliquit de ſalutatione Angelica Diuæ Virgini facta. Ita docet oos Bibliotheca Mariana. De Griphone antem Vvaddingus io Annalibus Minorum o. 8. Marcus Vlyſipponenſis in Hiſtoria S. Fraociſci. Iuſtinus Miechouienſis diſcurſu 360. n. 9. in Litanias Laureraoas, vnanimi ſenſu teſtantur, quòd cùm fidei Chriſti & Eccleſiæ doctrinæ reoitentes baberet Maronitas, & eum præcipuè qui principatum gentis obtinebat; pactum obtulit, ſolem, qui tunc in Occidente erat, ad Orientem retorquendi, ſi ſubmittere ſe Eccleſiæ vellent. Quo pacto admiſſo, flexis ille genibus Deum deprecatus eſt, vt interceſſiooe B. Deiparæ, cuius feſtum Aſſumptionis eodie celebrabatur, ſolem reuocaret ad Ortum. Orationem effectus ſecutus eſt; quâ verò ratione fusè diſſerit Vvaddingus loco ſuprà citato; & iugo Eccleſiæ colla Maronitarum ſubiecta ſunt, boc ſpectaculo mollita, qui præterea quotannis cum ſolemni pompa ſupplicatiooem inſtituentes buiuſce prodigij memoriam recolunt.

C Hoc eodem anno accidiſſe dicitur, quod habet Franciſcus Arnoua in Scala Paradiſi, & poſt eum Vincentius Cbarron in Calendario 8. Octobris n. 4. Quod nempe B. Virgo, dum quidam pro pio more recitaret Roſarium Coloniæ, viſa ſit ab bomine pij Clieotis infeſtiſſimo boſte, & etiamnum ſemper ſæuo animo ad mortem eum perſequente; qui & inſuper notauit quòd quot bonus Cliens ſalutariones Angelicas fundebat, tot illa roſas in coronæ formam iungebat, & ſibi deuoto capiti ſoauiſſimè imponebat: quo ſpectaculo & fractus boſtilis animus eſt, & Deiparæ Cliens à periculo liberatus. At

## Anno mundi 5459. Chriſti 1476.

A Die Februarij vigeſimâ ſeptimâ, Sixtus quartus Pontifex maximus, ad peſtilentiæ calamitatem auertendam, & cultum Beatiſſimæ Virginis ſolidiùs inſtituendum propagandúmque, Conſtitutionem edidit, quâ omnibos qui immaculatam eius Conceptionem deuotè celebrarent, & Miſſæ atque Officio eius intereſſent, quod Officium ipſe Sixtus inſtituerat; aut Officium priuatim recitarent, eaſdem impertiit Indulgentias, quæ ab Vrbano IV. & aliis Pontificibus conceſſæ fuerant, in Corporis Chriſti ſolemnitate. Poſt quæ, cùm diuerſorum Ordinum Concionatores in ſuis ſermonibus ac libris aſſerere non erubeſcerent, eos qui crederent, Beatam Virginem abſque origioalis peccati macula fuiſſe cooceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos; & qui Officium immaculatæ Conceptionis celebrarent, etiam peccare grauiter: idem Pontifex ſeptimo poſt anno, videlicet Chriſti 1483. aliam Conſtitutionem promolganit, quâ omnes eiuſmodi Coocionatores, & Aſſertores, & Scriptores damnauit, & in eiſdem ſuis aſſertionibus perſeuerantes excommunicationi ſubiecit: ſicuti & illos, qui contrariam ſententiam, quouſque à Romana Eccleſia deciſa res eſſet, ſimiliter peccati mortalis aot hæreſis inſimularent. Ita Spondanus hoc anno n. 3. Et habetur in Eatrauagantibus libro tertio, titulo 12. de Reliquija & veneratione Sanctorum cap. 1. & meminit Salazar libro de Conceptione cap. 42. ſeculo 15. Er Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 29. & paſſim alii.

B Addit item Spondanus ibidem n. 21. Ex Nauclero, Trithemio, Crantzio, quemdam in Germania Tympaniſtam, hominem rudem ac pecorum paſtorem, excitatum à patre mendacii diabolo ficta Beatiſſimæ Virginis viſione, cœpiſſe vitam Cleri dicteriis carpere, Principes negligere, vectigalia oon eſſe pendenda aſſerere, & ſimilia iactare: ad qoem, cùm magous fieret populorum concurſus, mittens Rudolphus Epiſcopus Herbipolenſis, eundem captum & ad ſe deductum igne ſuppoſito conſumpſit; & ſic omois illa colluuies, quæ duobus vix menſibus durarat, confeſtim euanuit, & populi manifeſtè ſenſerunt B. Deiparam viſionibus ſuis nec excitare, nec fouere contra Principes aut Eccleſiam ſeditiones atque turbas.

C Hoc adhuc anno, Poſſeuinus notat in ſacro Apparatu, Colooiæ excuſum fuiſſe librum ſatis in Deiparam pium, quem Michaël de Inſulis, ex Ordine Prædicatorum, ſcripſit de veritate Sodalitatis, ſiue vt aiunt, Confraternitatis Roſarii, quem author compoſuit per modum quæſtionum Quodlibetalium. Præterea Iacobus Picens, Minorita, de quo iam ſuprà anno Domini 1470. litera A. ſcripſit Tractatum voum de Admirabili gloria Virginis Mariæ, ſumpto themate, *Signum magnum, &c.* & ſanctitate clarus hoc etiam anno fœliciter obiit 28. Nouembris. Ea Ordine verò Carmelitarum, Ioannes Behetz, Theutonicus, Conuentus Thenenſis, edidit Sermones in Feſta Deiparæ, & ceſſit è viuis 17. Iulii. Quæ omnia continet Bibliotheca Marraccii. Deinceps

## Anno mundi 5460. Chriſti 1477.

A Commemorat Gononus in Chronico reſtincta quædam incendia inuocatione B. *Mariæ Ternarum*, quæ honoratur in Monaſterio Cæleſtinorum, quod eſt poſitum in Marchia Galliæ.

Quo eodem tempore viuebat, inquit Poſſeuinus, Tilmannus Dolmanieoſis, Veſtphalus, Ordinis Diui Auguſtini, qui ſctipſit volumen de laudibus D. Mariæ prænotatum tali titulo: Corona *B.* Virginis. Poſteà

## Anno mundi 5461. Christi 1478.

IOannes de la Palu, cùm teotaret inſolentiùs A in ſacellum *Diuæ Mariæ à ſilua*, quæ eſt apud Atrebatum, indecorè vnà cum eqoo ſuo, velut in ſtabulum, ingredi, excuſſus ab equo in ceruicem corruit ac ſtatim mortuus eſt. Quod Poiræus aduertit Triplicis coronæ tractato 1. cap. 12. §. 5. n. 62.

Hoc item anno, vt rurſum habet Poſſeuinus B in Apparato, viuebat Domioicus de Dominicis, Venetus, primùm Torcellanus, deinde Brixianus Epiſcopus, & Referendarius Apoſtolicus, qui inter alia compoſuit librum de filiatione S. Ioanois Euangeliſtæ ad Beatiſſimam Virginem; obijtque, inquit Marraccius, 17. Februarij die.

Viuebat item, vt idem Poſſeuinus aſſerit, & C librum ſcribebat de Conceptione Virginis Laurentius Calcaneus, Brixiaous. Scribebat & Henricus Harphius, Minorita Germanus, Tractatum de modo fructuosè legendi D. Virginis Roſarium, Sermoneſque varios in præcipua S. Mariæ Feſta, inquit Bibliotheca Mariana. Quæ vlteriùs teſtatur, claruiſſe Michaëlem à Cimineto, Carmelitam Metenſem, qui Sermones edidit in Feſta Deiparæ: & Ioannem de Lutra Thologum ac Coocionatorem, qui de iiſdem Feſtis Conciones dedit; quorum vterque ſequente anno obijſſe putatur.

Sed Bononiæ io Italia, in vico qui dicitur D Galera, io domuncula vili, parui pretij Imago Deiparæ refulſit miraculis. Pauper lue correptus & cum morte dimicans coofugit ad illam, & ſuâ illâ fiduciâ, ooo modo valetudioem obtinoit, verùm alijs præloxit, vt ad Virginis benigoum præſidium alacres confugerent. Vnde & ſani ciues, & grati ob beoeficium, templum Virgini condideruot, quod dicitur *S. Mariæ de Galera*. Sodalitas inſuper inſtituta eſt, quæ ſtipem in egenos atque io miſeros liberaliter erogaret. Hæc ex hiſtoria Bononienſi habet Aotonius Balinghem in Appeodice Calendarij ad 25. Martij.

## Anno deinde mundi 5462. Christi 1479.

MOrtalitatem dicitur exuiſſe B. Ioannes A Saguntinus, aliàs à *S.* Facundo, Ordinis Eremitarom S. Auguſtini, coius vitam Gononus coogeſſit in Chorum Sanctorum Occidentis: Ex hac autem vita diſcimus, eum à parentibus, cùm ſteriles eſſent, interceſſione B. Deiparæ obtentum fuiſſe: quem proinde velut fructum deuotionis ſuæ, & prolem genitrici Dei debitam magno ſtudio educarunt.

Addendum præterea hoc vlteriùs anno finem B vitæ habuiſſe Ioannem Regem Aragonum huius nominis ſecundum. De quo Marineus Siculus, & poſt eum Balioghem 19. Ianuarij n. 5. ingenuè fatentur in Deiparam fuiſſe deuotioois præcipuæ, Quippe eius feſta colebat ſingulari diligentiâ, feſtum verò Conceptionis reuerentiâ ſummâ quâdam. Quin & res omnes Eccleſiæ S. Mariæ de pilari, ſiue de Colomna, prope Cæſarauguſtam, ſub ſpeciale patrocinium ſuſcepit; vetuitque ne diebus Deiparæ ſacris ius alicui diceretur. Hæc illi. Sed præterea addit Mariana libro 24. de rebus Hiſpanicis cap. 18. teſtameoto tum multa piè & prudenter, tum duo templa ſaoctitatis opinioore celeberrima, in domicilium Hieronymiaoi Ordinis, conformari mandaſſe: D. Engratiæ Cæſarauguſtæ vnum vrbis muro coniunctum; in Catalaunis alterum, cui *D. Mariæ Belpuchiæ* eſt appellatio. Vtrúmque filius eius & ſucceſſor Ferdinandus poſtea præſtitit. Sic ille. Nunc autem

## Anno mundi 5463. Christi 1480.

A RHodus quæ ſedes erat Militum S. Ioanois Ieroſolymitani, & arx Chriſtianæ fidei contra Mahumetanos, obſeſſa eſt à Turcis, quam cùm plurimis tormentorom æneorum ictibus Turcæ verberarent, & per tres ſaltem menſes omoi cooatu impetereot, Petrus Albuſſonius Ordiois Magiſter, vnà com cæteris, qui tunc aderant, Rhodienſibus militibus, licet plurimùm vulnerati eſſent; nihilominus ad mœnium ruinas, fracturaſque murorum generosè deſcenduot; ibidemque vexilla Chriſti ac Deiparæ, necoon S. Baptiſtæ conſtantiſſimè diſponuot, tanquam præſentiſſima ſuæ Inſulæ, fortiſſimáque munimenta. Quæ fiducia eos profectò noo fefellit. Nam Crux aurea coofeſtim ſpectata eſt à Turcis mirabiliter in aëre ſplendeſcens: inſuper candidiſſima Virgo, clypeum haſtámque manu geſtans; necnon vilis amictûs homo, Baptiſta videlicet, ſplendiſſimo comitatu ad vrbis auxilium accurrens. Quo ſpectaculo conterriti Turcæ captâ fugâ abierunt, magnaque ex parte perierunt. Rem prolixiùs habet Boſius in hiſtoria Ordinis tomo 2. libro 11. & 12. Ac Spondanus hoc anno n. 2. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 4. & Vincentius Charron in Calendario 24. Iunij n. 4. & multi alij.

B Quo eodem anno cùm graues eſſent controuerſiæ Peruſinos inter atque Cluſinos, quibus Cluſinis Senenſes patrocinabantur, conatus eſt Sixtus Pontifex authoritate ſua illas dirimere. Controuerſiarum occaſio fuit Annulus pronubus ſiue nuptialis Beatiſſimæ Deiparæ, quem cùm iamdodom Cluſioi haberent, & per Hugooem Hetruriæ quondam Marchionem acceptum, necnon per Raineriom gemmarium traditum, magno ſplendore miraculorum conſpicuum ſeruarent, furto ſuſtulit Vviotherius quidam Franciſcanus, & diris propterea conſcientiæ ſtimulis coofoſſus, atque etiam tenebris palpabilibus exteriùs preſſus, non alio potuit repooere loco quàm Peruſij. Peruſini ergo ſic diuinum munus cæleſti oblatum miraculo complexi, reddere nullatenus voluêre: nec minis ceſſêre ſiue Cluſinorum repetentium, ſiue Senenſium, qui vt dictum eſt, Cluſinis fauebaot. Horum pietatem conſpicatus Pontifex, nec quidquam obtinere poſtulaodo valens, cedere duxit eſſe melius,

horum deuotioni, quàm aut cenſuris aut armis Peruſinos vrgere: quod pax conſecuta probauit fuiſſe optimum. Tantæ autem rei, anulique inueotionis hiſtoriam miraculis confirmatam, luculenter deſcripſit Ioannes Baptiſta Lautus Peruſinus, vbi inter cætera habet, Raioetij gemmarij filium vita functum, cùm in feretro portaretur, ſubitò ſurrexiſſe, & de annulo, qui erat io ſcrinio patris, patrem admonuiſſe, vt auguſtiùs hoooraretur & recondceretur. Item Marchionem Hugonem, cuius coniugi annulus ille præſentatus cum aliis gemmis fuerat, ae deindo Gemmario redditus, cotreptum fuiſſe liberioris vitæ à B. Virgine, quæ venatione impedito & fame propemodum enecto optima eibaria in fœdiſſima lance propoſuit, edocens eum, vt ſi vellet ſibi grata præſtare, non ex fœtida cordis lance, ſed pura & ſancta procedetent. De hoc annulo plura habet Gononus in Chronico hoc anno ex prædicto Baptiſta, habet Balinghem in Inuentario reliquiarum B. Virginis, habet Vincentius Charton 15. Ianuarij. habet Spondanus hoc anno n. 9. & alij, Hune diligentet ſetuant Peruſini in arca aurea, & in ſpeciali ſacello, in quo hi deſcripti ſunt verſus:

*Hic ſociata ſuo colitur Regina marito,*
*Et facili inſtas accipit aure preces.*
*Hâc ſacer intactæ Matris iacet annulus æde,*
*Qui dedit, eſt cuſtos muneris ille ſui.*

Addita quoque eſt pulcherrimis coloribus depicta tabula, quæ ſiognlari arte deſponſationem Virginis teptæſentet, & florentem fructúſque ſuauiſſimos profundentem Sancti Ioſephi virgam, alijs temaneotibus atidis. Hæc de annulo.

Verùm claruiſſe hoc adhuc tempore, Poſſeuinus in Appatatu ait, Bernardum Carthuſianum in domo Paſſionis Ieſu Chriſti, prope ciuitatem Lignitz, quem & ſcripſiſſe docet pulcherrimum opus de laudibus & miraculis B. Virginis Mariæ. Item Henricum Buri, ſiue Bedericum, Anglum Auguſtinianum in Clarenſi cœnobio, qui Sermones de Diua Maria nonnullos compoſuit.

Floruerunt & hi Mariani Scriptores Gregorius Tiphernas, vir Græcè & Latinè doctus, Virgini impensè deuotus, in cuius honorem Hymnos varios concinnauit. Petrus Apollonius Collatius, Nouarieoſis, qui compoſuit Faſtos de Natiuitate & Aſſumptione Virginis. Petrus de Montes, qui ſcripſit Hiſpanice, de immaculata Conceptione libellum. Eleutherius Vicentinus, Canonicus Lateranenſis, Poëtáque facundus, qui Heroico verſu complexus eſt libros tres, vnum de Virginis planctu, alterum de Annunciatione, tertium de Aſſumptione. Hieronymus Radiolenſis, ex Ordine Vallis Vmbroſæ, tranſiniſit librum ad poſteros, de Imaginibus B. Mariæ. Blaſius Raguſinus, Prædicator, electus Epiſcopus Tribunenſis; & Michaël à Carcano, Franciſcanus, quorum vterque Sermones exarauit in Feſtiuitates Virgineas. Quæ omnia confirmat Bibliotheca Marraccij. Poſt hæc

## Anno mundi 5464. Chriſti 1481.

A MEliorem ad vitam tranſijt Alphonſus quintus Rex Portugalliæ. Quod teſtatur expreſſe Vaſconcellius Anacephaleoſi 15. De quo cùm multa commemoret honorifica io matrem Dei, tum hoc præcipuè, quod etiam repetit in deſcriptione Regoi Luſitanici, nempe quòd Alphonſus antequàm Arzillam in Africa oppugnaret; Deiparæ, ſi vrbem expugnaret, vouit argenteum equum, cui argenteus item Rex inſideret humanâ granditate, omni armorum apparatu inſtructus, qualis tunc copias Alphonſus ducebat. Annuit Deipara deſiderio eius, ipſéque non ingratus, in Beatæ Virginis templo quod *à Rubo ſiue Spineto* vulgò dicitur, voti fidem exſoluit. Totum tamen hoc argenteum ſimulacrum paulo pòſt inconſultè cœnobij præfectus diſtraxit, dolente Reginâ cùm factum audijt, quod ne fieret multo auri pretio redemiſſet. Regem Luſitaniæ biennio pòſt; hoc eſt

## Anno mundi 5466. Chriſti 1483.

A SEcutus eſt Rex Ftaociæ Ludouicus vndecimus; quem hoc anno mortuum aiunt hiſtorici Gallici, Belleforeſtius, Dupleix, Cominius, Petauius in Ratiooatio, & alij, quos citat & ſequitur Spondanus hoc anno n. 3. Huius in Deiparam cultum prolixè deſcribunt, Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 4. Balingbem & Vincentius Chatton 30. Auguſti n. 2, alijque. Et verò ad hunc cultum prodendum oon parum hæc conducunt: quòd varias peregrinatioues deuotè ſuſcepit: Iuit enim ad Diuam Hallenſem, cui dono dedit pulcherrimam crucem auream; ad Diuam Catnutenſem, vbi quotidianum fundauit ac dotauit ſacrum, quod dicitur ſtatim poſt abſolutas matutinas; ad Diuam Hauberuillenſem, dictam de Virtutibus; ad Diuam de Victoria; Villopratenſem, Noviomeoſem; Compendienſem. Quòd prætereà geſtaret ſemper in galero ex puro auro Virginis icunculam. Quòd toto ſuo regno pulſari præceperit manè, meridie, & ſerò ad eam religiosè ſalutandam. Quòd Cleriaci prope Aurelias nobilem illi Baſilicam conſtruxit. Quòd homagium eidem de tecuperato Comitatu Bononienſi libenter exhibuerit, túncque etiam obtulerit magni pretij cor ex ſolido auro. Quòd S. Franciſco de Paula, cuius nota erat in Deiparam pietas, vſus familiariter fuerit, & monitiones illius libenter audiuerit. Quòd, ſicut crebrò exoptauerat, ſabbato, hoc eſt, die Virgini conſecrato mori obtinuerit. Quòd in æde Diuæ Virginis Cleriaci ſepeliri & voluerit & conſecutus ſit. Quod verò aiunt Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 49. & Gononus in Chronico hoc anno, de prægrandi quodam cereo, qui Cleriaci aote imaginem Virginis, & moueri, & edere ſtrepentem fragorem dicitur, quotieſcunque aliquis in periculo poſitus Dinam Cleriacenſem, & ſubſidium eius cum fiducia implorat; fides ſit penes illos authores, nihil enim habeo de iſta re certi.

B Certius eſt, quod refert Pennotus in hiſtoria Caoonicorum Regularium, & hoc anno aſſerit accidiſſe: Nempe vt *templo Pacis*, conſtructo ac perfecto Romæ à Sixto quarto, qui illud ex voto erexerat, & nomen inditum ſit, & in-

ducta quædam Imago, quæ Virginis ſpeciem exhibens, fœdè nimis & indecorè diuexata fuerat à nonnullis ganeonibus immoderato ludo inſanientibus. Ex iJs enim miles vnus imaginem Virginis repetitis ictibus & ſtricto ferro confodiens, copioſum ſanguinem de vulneribus elicuit; imò, contra ſpem & inſtitutum ſuum, hoc facinore mirabilem excinit populi vniuerſi in Deiparam, ſic dirè in ſuo ſimulacro laceratam, & compaſſionem & amorem & cultum. Hanc rem etiam tangunt Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 99. Spondanus hoc anno n. 7. Balinghem & Vincentius Charron 12. Auguſti, & ſuprà tetigimus anno Chriſti 1471. litera A.

C Adde his, quod habet Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Andream Michaëlis floruiſſe Bambergæ, Ordinis S. Benedicti, & ſcripſiſſe librum, de Conceptione Virginali S. Mariæ Deiparæ, inſcriptum.

D Adde vlteriùs ex eodem, quòd Matthæus Boſſus patriâ Veronenſis, Canonicus Regularis Diui Auguſtini, ſcripſit Sermonem de Annunciatione Beatiſſimæ Virginis. Adde & ex Marraccio, quòd Petrus Spirenſis Auguſtinianus Eremita, euulgauit Sermones in Feſta Deiparæ.

E Adde denique Mediolani vehementer auctum fuiſſe cultum B. Deiparæ, cùm ſacrum faciente Petro Porto, duo Angeli viſibiliter ſpectati, & genua flectere, & ſiparium, quo Deiparæ imago velabatur, repandere viſi ſunt, & velo repanſo ipſa imago videndam ſe viſa eſt præbere, & gratiſſimum odorem omnibus ſpargere. Quod prodigium accidit in Oratorio in quo Sanctorum Nazarij & Celſi corpora à S. Ambroſio reperta ſunt, prope portam vrbis nomine Ludouicam. Quam rem Fœlix Aſtolphus, & ex eo Antonius Balinghem in Calendario 2. Iulij fusè exponit, aſſeritque extare octo & viginti hominum teſtimonia, qui ſpectaculi huius participes fieri meruerunt. Reuocat verò hanc hiſtoriam Atlas Marianus libro 2. imagine 14. ad annum Chriſti 1485. aitque quòd cùm coram imagine S. Virginis, quæ eſt ad S. Celſum Mediolani, Ioannes Petrus Porrus Antiſtes, vigeſimo Decembris ſacrificaret præſente frequenti populo, apparuêre duo cæleſtes Angeli omnibus conſpicui, qui, quâ in Reginam ſuam ſunt reuerentiâ, ſipatium quo tegebatur imago remouerunt. Variant igitur hi authores, tum in anno, tum in nomine Antiſtitis, quem alter Porrum alter Portum nominat; facilè vero fuit ſimilitudine characterum tum in anno, tum in Præſulis nomine erraſiſſe Typographos. Sed nunc

## Anno mundi 5467. Chriſti 1484. Innocentius octauus, Sixto quarto defuncto ſublectus eſt.

A NOn fuit verò expers deuotionis honorandæ Matris Domini; quippe, vt habetur apud Turſellinum libro 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 6. eximiâ pulchritudine auream bullam cum gentilitiJs inſignibus donum miſit Lauretanæ Virgini ſuſpendendam è collo, velut ſuæ erga illam religionis indicium. Pontificala inſuper amiculum, quod pluuiale vocant, ex holoſerico villoſo auróque magnificis ac præclaris floribus pictum, & opere phrygio ac margaritis conſpicuum. Ad hæc peripetaſmata ex auro ſericoque. Præterea inſtaurauit a fundamentis Eccleſiam S. Mariæ in via lata: Sacellum inchoauit in Baſilica S. Petri, & amplo redditu dotauit, ac ferro lanceæ quo pectus Chriſti apertum eſt donauit, conſecrauitque in honorem D. Virginis. Acceperat porrò hoc ferrum miſſum à Baiazethe Turcarum Imperatore, commendante ipſi fratrem ſuum Zizimum, quem milites Rhodienſes ceperant, & ad Innocentium miſerant. Hic fortè licet conіectari ferrum lanceæ, quod anno Chriſti 1098. repertum fuiſſe à Chriſtianis litera B. diximus, reuocata in Turcarum manus Orientali regione, vnà cum regione in eaſdem manus miſerè deueniſſe. Sed de Innocentio vide hiſtorias Pontificum, & Balinghem 25. Iulij n. 2. Vincentium item Charron 12. Septembris n. 3. & Seruitarum Annales per Archâgelum Gianum centuria 3. lib. 4. cap. 5. vbi adhuc reperies Innocentium octauum, à colicis doloribus liberatum, ſtatim poſt conceptum votum ad Virginem Annunciatam Florentiæ, ad quam etiam miſit imaginem ſuam 19. Aprilis anni ſequentis 1485. ſuſpendendam in templi tholo.

B Hoc eodem anno Toleti in Hiſpania nobilis virgo Luſitana Beatrix à Silua, in honorem Conceptionis Beatiſſimæ Virginis, de qua immaculata frequens erat his temporibus diſceptatio, Ordinem Monialium inſtituit. Quibus Innocentius Papa anno 1489. rogatu Iſabellæ Reginæ conceſſit, vt ſub Regula Ordinis Ciſtercienſis, & Obedientia Præſulis Diœceſani in poſterum Deo ſeruirent, titulo tamen Conceptionis retento, & veſte quam Deipara Beatrici apparens indicarat; videlicet tunica & ſcapulari albis ac chlamide cærulea. Poſteà verò Regulam S. Claræ amplexæ ſunt, & Iulius ſecundus anno 1511. exemptas Ordini Ciſtercienſium, Franciſcanorum Obſeruantium curæ commiſit. Dicunt verò hæ Moniales quotidie Officium Conceptionis, exceptis Dominicis ac feſtis diebus. De hoc Ordine Vaſconcellius agit in deſcriptione regni Luſitaniæ pagina 531. Miræus Originis Monaſticæ lib. 5. cap. 13. Spondanus hoc anno n. 9. Chryſoſtomus Henriques in Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium pagina 146. ſiue 2 parte, diſtinctione 13. cap. 3. Poitæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 27. & 28. Balinghem & Vincentius Charron in Calendario 8. Decembris. Denique Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 15. & alij.

C Nanneti hoc præterea anno Ioannes Berhault Canonicus non tantùm fundauit Officium ſolemne in diem Viſitationis B. Mariæ, ſed præterea Capellam erexit ſub nomine *S. Mariæ de miſericordia*, in qua ſepeliri voluit: & duas inſtituit Capellanias duarum, per quamlibet hebdomadam, Miſſarum, in venerationem eiuſdem B. Virginis. Ita Archiuium Eccleſiæ Nannetenſis, & ex eo Vincentius Charron in Calendario 17. Auguſti n. 4.

D Demum hoc anno ſcriptis illuſtrarunt Diuam Virginem, Paulus de Heredia, qui ex

Iudæo Chriſtianus effectus, pulcherrimum Tractatum piè elaborauit, de Conceptione immaculata, quem Coronam regiam appellauit. Angelus Caſtilioneus, qui ex Ordine Carmeli Homilias ſcripſit in Euangelia Feſtorum Deiparæ. Henricus Diſſenius, Carthuſianus, qui Collationes tres de Præſentatione, Pſalterium de B. Maria, Sermones in Feſta eiuſdem conſcripſit, & hoc anno deceſſit 26. Nouembris. Sermones quoque edidit, ex Prædicatorio Ordine, Hieronymus Forolinienſis. Quæ omnia vide ex Marraccio.

## Ad annum verò mundi 5468. Chriſti 1485.

REducitur inuentio imaginis S. Mariæ, quæ miraculis inclaruit in Sabaudiæ agro *Vimonenſi*, & eius traditio Carmelitanis facta per Ruuereos. De qua re Fœlix Aſtolphus in hiſtoria vniuerſali imaginum B. Mariæ lib. 10. Poiræos Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 15. §. 5. n. 113. Balinghem 2. Iulij n. 14. Vincentius Charron 6. Iulij n. 1. Gononus in Chronico hoc anno. Qui omnes vno ore aſſerunt inuentam imaginem fuiſſe à bubulco; quem, dum boues ſuos ſtimulo vrgeret, & illi diù reſtitarent; quidam nobilis eques illac pertranſiens monuit, num quid eo loco arcanum boues retineret? Fodit ruſticus, pauimentum ſtatim lateritium offendit, & ſub pauimento Diuæ Virginis inuenit Iconculam onuſtam filiolo, quam Clerus admonitus ad parochiam detulit; ſed ſequenti die eo loci reperta eſt, vnde antè allata fuerat. Quod ſecundò & tertiò accidit, & indicium fuit manſionis, quam ſibi D. Virgo delegerat. Quare & ibidem templum ædificatum eſt, & Carmelitanis vnà cum imagine aſſignatum. A

Rurſus ad hunc annum Fœlix Aſtolphus, & Vincentius Charron 28. Aprilis n. 1. reuocant inuentionem imaginis *S. Mariæ de Rochi-eta* prope Geneuam in Sabaudia; quam Franciſcus Hieraſcus, & Gononus, qui ſe oculatum teſtem dicit Archiuij manuſcripti, reponunt ad annum 1470. vt eo anno à nobis dictum eſt, litera B. Fortè alij inuentionem imaginis, alij templi ædificationem attendentes diuerſam temporis notam aſſignarunt. B

Obijt verò initio huius anni, hoc eſt, 20. Ianuarij, Beata Euſtochium Catanenſis, de qua Marcus Vlyſſiponenſis 3. parte hiſtoriæ Seraphicæ, & ex eo Bzouius ad hunc annum n. 28. & Vincentius Charron ac Balinghem in Calendario 20. Ianuarij teſtantur, eam ſub clientela B. Virginis non vulgari fuiſſe, à qua admonita eſt, vt cœnobium Clariſſarum fundaret, in quo vigor Regulæ firmiùs ſeruaretur. Præſtitum id ab ea eſt; non tamen ſine reſiſtentium ac negotium faceſſentium moleſtijs. Reluctabantur enim tum Clariſſæ, quas deſerebat, tum Franciſcani ex Obſeruantia, qui curam prædicti cœnobij ſuſcipere auerſabantur: ſed has omnes difficultates Euſtochium vicit à Deipara adiuta, viſitata, edocta. Et inſignis fuit in corporis maceratione, illud acriter flagellatione quotidiana domans & cilicio ex C

pelle ſuilla præacutis ſpinis infarta. Corpus poſt mortem odoratiſſimum habuit.

D Obijt quoque Romæ Ambroſius Coranus, quem alij Coriolanum vocant, Ordinis Auguſtiniani Prior Generalis, qui inter multa opera librum ſcripſit de Conceptione B. Mariæ Virginis. Ita Poſſeuinus in Apparatu. Addit Marraccius librum de Sphæra B. Virginis.

E Eodem quodem tempore, vt idem Poſſeuinus habet, Ambroſius Spiera, Taruiſinus Seruita, pléraque lectu digna ſcripſit de S. Deipara: Nempe de Virginis glorioſæ nobiliſſima nuncupatione, rutilatione & dotatione. De Virginis glorioſæ ſingulari & nobili matertnitate, amabilitate ardenti, & qualitate excellenti. De glorioſæ Virginis Mariæ nobili conditione, perfecta participatione, & reciproca retributione. De Virginis glorioſæ dulci ſuſceptione, mirifica deſcriptione, & debita ſimilatione. Quomodo Virgo glorioſa ſit lux mundi, & empyrei cæli, quoad animam, & quoad corpus. De Virginis glorioſæ clarificatione, lucidatione, & perluſtratione.

F Denique, vt vult Marraccius, ſcripſit Sermones in Feſta Dei genitricis Petrus Valchendælius, Canonicus S. Auguſtini, natione Belga. Scripſit & Tractatum perpulchrum pro puriſſima Mariæ Conceptione Philippus Kersbeele, Carmelita, qui obijt hoc anno Lutetiæ Pariſiorum. Addi poteſt Conradus de Rodemberg, Benedictinus, Abbas Rinaugienſis in Moguntina, Diœceſi, qui in Virginis laudem, librum edidit prænotatum, Vinea Domini Sabaoth, in quo ſingula Mariani corporis membra excellenter adornat. Obijſſe dicitur ſub finem anni conſequentis 1486. die 24. Decembris.

## Anno deinde mundi 5469. Chriſti 1486.

A RVrſum Fœlix Aſtolphus libro 10. ſuprà citato, & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractato 1. cap. 12. §. 5. n. 106. & Gononus in Chronico, aiunt; In extremis Venetorum æſtuarijs cœpiſſe clarere miraculis Imaginem Virginis Deiparæ in pago *Plebs* nuncupato. Cuius hæc primordia fuerunt. Cùm duo fratres, mortuis parentibus, diuiſiſſent hæreditatem, de imagine B. Virginis, quam vterque poſſidere auebat, conuenire non potuerunt, imò ventum ad verba & ad arma, donec quidam poſt diuinitus edoctus iuſſit eos eſſe pacatos, Deiparam velle ſtatuam ſuam poni in tali, quod ipſe indicabat, ſacello. Hâc illi loquelâ perculſi iuſſa Virginis obierunt, & miracula ex imagine deinceps prodiêre.

B Habet inſuper hiſtoria Oliuetana, quam Lancellotus ſcripſit, lib. 2. cap. 49. immane hoc anno facinus trium artificum Sutorum: quorum duo prope Veronam tertium interficiunt, & pecuniam eius diſpertiunt inter ſe, non ſine conſcientiæ remorſo; quibus ſtimulis alter agitatus alterum admonebat, quòd Deus & Deipara ſcelus patratum agnoſcebant & improbabant. Verùm alter ſceleratior, in Deum & Deiparam inſurgens, vomuit blaſphemias, ſicámque, quam in ſanguine tertij cruentarat, in Virginis ſta-

tuam contorſit; faciem, frootem, pectúſque percutiens. Hæc ſanguinem reddidit, & læuam indolentis in morem ad vultum adduceos, quam hæc ſibi eſſent grauia indicauit. Etiamnum hodie guttulæ cruoris decidui facilè dignoſcuntur. Sed quid accidit iſtiuſmodi homicidis? Inoocentior amborum captus à Iudicibus homicidij pœnas dedit, & hâc, vt credi poteſt, pœnâ pœnas æteroas euitaoit. Alter ſceleratior fugâ ſe proripiens, io Iuſtitiæ diuinæ acerbiſſimum exameo condemnatrionémque ſe reſeruauit. Prolixiùs iſta refert ex Lancelotto Gooonus, addens inter fecti oomen fuiſſe Ioanoem Petrum, fogitiui Iuannem Aotonium; puniti à iuſtitia humana Guillelmum.

C His quoque temporibus florebat Rudolpbus ſiue Rodulphus Agricola Gronningenſis, vt habes ex Apparatu Poſſeuini, quem piè ſenſiſſe de B. Virginis Conceptiooe teſtatur Caniſius libro 1. de B. Maria cap. 8. Et cap. 4. compoſuiſſe egregium carmen de S. Anoa, non ſine intermixtis Deiparæ præclaris encomijs.

D Viuebat & Ioannes de Lanshen, alijs Lamſhem, Vormatienſis, ex Ordine B. Auguſtini, qoem alij Canonicum, alij Eremitam Auguſtinianum appellant Monaſterij Horti B. Mariæ volgò nuncupati Kirſgarten. Hic ſcripſit de inſtitotione & vtilitate fraternitatis Roſarij B. Deiparæ. Quod rurſum docet ſopra citatus Poſſeuinus, oec præteriit Marraccius.

E Sed hoc anno maximè ootatu dignum eſt, initium ſumpſiſſe Recollectorum piſſimum Ordinem per B. Ioanoem de la Puëbla, Comitem de Beooalcazar, Minoritam, quem antea Sixtus quartus habitu Religioſo induerat. Quamuis autem hic Ordo pietatem io Deiparam à Seraphico Patre & B. Virginis amantiſſimo Franciſco velut hæreditariam habeat, ſicut reliqui Minoritæ; hoc tameo illi præcipuum cooenit, quòd primus eius apud montem Morianom Conuentus, qui in Hiſpania eſt, vbi hic Ordo exordium duxit; ad inſtar primi quem in Italia B. Fraociſcus erexit, ædificatus eſt in honorem *D. Mariæ ab Angelis*. Sed in hocultrà Ordine non pauci floruerunt deuotiooe Marianâ: eximii ſunt Paſchalis Baylonius, Martious Valentinus, tum Saluator de Horla, & Angelus de Pas, quos cum aliis indicabunt anni deinceps inſequentes. De quibus, ſicut & de exordio Ordinis, videri poteſt Minorum hiſtoria generalis per Carolum Rapine Recollectum, prima decade, in qua etiam enomerat varios Cooventus eiuſdem Ordinis in memoriam B. Deiparæ conſtructos. Iam verò.

## Anno mundi 5470. Christi 1487.

A IN monte Guardiæ prope Bononienſem in Italia ciuitatem, quo io monte repoſita eſt imago B. Virgiois picta à S. Luca, & cuius in eum locum tranſlationem fusè deſcribit Aſcanius Peruſinus, ac poſt eum Poiræus tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 207. Monaſterium in honorem D. Virginis conſtructum eſt, quod Moniales incolerent. Io eo diu quidem vixerunt illæ congregatæ: ſed poſtea, paucis tantùm aliquibus inibi relictis, quæ Domum cuſtodireot, ſunt Bononiam traductæ, victuræ ſub regula & ſub habitu *S.* Dominici. Io prædicto ergo Monaſterio, quod hoc anno ſe ſe extulit, recondita eſt Imago Deiparæ, de qoa iam olim, anno ſcilicet Chriſti 1433. mentionem fecimus, quo circiter tempore aiunt eam à ſolitario quodam ex vrbe Conſtantinopoli allatam ad mootem Guardiæ, & piè à Booooienſibus exceptam, obiectam fuiſſe tanquam præſentiſſimum contra peſtilentiæ furorem remedium. Præter citatos Aſcanium atqoe Poiræum, adhuc agit de hoc mooaſterio, & de hac imagine Carolus Sigonius de Epiſcopis Booonienſibus in vita Nicolai Albergati.

B Hoc adhuc anoo mortalitatis exuiſſe ſarcinam dicitur Beatus Dominicus Leoneſſa, ex Seraphici Patris Sancti Franciſci familia Religioſus, Luſitanus patria, cui morienti apparuit Beata Virgo, deditque io fugam dæmones moribundo ioſeſtos. Ita Chrooicoo Mioorum tomo 4. & Vincentius Charron in Calendario 20. Aprilis n. 2. qoem eodem die Balinghem reponit ad annum 1497: decennio videlicet tardiùs.

C At Florentiæ, quidam nomioe Franciſcus, falsò accuſatus furti, & incarceratus, ac ferreis vinculis onuſtus, inoocata Diua Virgine Annunciata liberatus eſt: quem ſacra Deipara è carcere eduxit, & deinde deduxit ad templum & altare Annunciatæ, ſed nocte, ibidémque reliquit: quem manè facto Religioſi, non ſioe ſtupore ſuſceperunt. Ita Franciſcus Bocchi tractato de miraculoſa imagine Virgiois Annonciatæ in Florentia, & Vincentius Charron 34. Auguſti o. 3.

## Anno autem mundi 5471. Christi 1488.

A GOnoous in Chronico refert ex manoſcripto Ordinis ſui, varios Cæleſtinos minus in Deiparam deuotos; cuius videlicet feſta aut negligeoter aut contemptim celebrabant, præſertim feſtum Viſitatioois; fuiſſe diuerſimodè vexatos, & oollum eorum fœlici ac naturali morte ex hac vita migraſſe: quæ punitiones acciderunt Cæleſtinis degentibus in ciuitate Metenſi, inquit prædictus author.

B At Marraccius mentionem facit de Aoronio Geraldino, de Ioanne Poſonienſi, & Henrico Geilnhoſen, Benedictino, qui omoes in Deiparæ laudem varia typis ediderunt, Et primus quidem Eglogas & varias Odas: ſecundus Concionem de Cooceptione à macula experte: tertius Sermones in Feſta Dei genitricis. Nooc

## Anno mundi 5472. Christi 1489.

A SAnctus Caſimirus, filius ſecundò genitus Caſimiri tertij Poloniæ Regis, Vilnæ tabe conſumptus interijt, caſtiſſimus Princeps & Dei genitrici addictiſſimus, qui in honorem eius hymnum bene longom, pium, ac verè Marianum, compoſuit inchoantem: *Omni die dic Mariæ mea laudes anima: Eius facta, eius geſta cole ſplendidisſima*, &c. quem hymnum ſecum in ſepulchro coodi voluit, prout de facto repertus eſt ſuper eius pectore anno Chriſti 1609. & illum viuens quotidie recitabat magno deuotionis affectu: prolixè illum habes apud Gononum hoc

anno, Mortuum verò Caſimirum in flore ætatis annos natum viginti quatuor, pater ex eius vita ſcripta à Zacharia Ferrerio Vicentino, Epiſcopo Gradenſi, ex qua etiam patet eum hoc anno eſſe defunctum, ſicut & Baronius conſentit in notis Martyrologii 4. Martij, & reliqui omnes, præter vnum Spondanum, cui neſcio cur venerit in mentem Caſimiri obitum reuocare ad annum 1484. & pro ſui dicti probatione aſſumere uotas Martyrologij Romani adeo ſibi contrarias. De Caſimiro vide adhuc, ſi lubet, Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 6. n. 8. vbi prædictum Caſimiri, hymnum dicam an rithmum? Gallica muſa fuſum reperies: Latinè autem ad calcem totius operis. Vincentium Charron in Calendario 4. Martij, & eadem die Balinghem, qui Caſimiri ſepulchrum, non anno 1609. ſed 1604. apertum fuiſſe aſſerit. Omnes verò fatentur, & ex eius vita manifeſtum eſt, eum potiùs vitâ quàm virginitate voluiſſe carere, cùm enim vnicum morbi ſui remedium ex Medicorum ſententia matrimonium eſſet, nunquam induci potuit, vt matrimonium iniret.

Hoc eodem anno Baptiſta, cognomento Hiſpaniolus, patriâ Mantuanus, Theologus Ordinis Carmelitarum, & Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis, idemque Poëta ſuo tempore celeberrimus, cùm ad ſacratiſſimam ædem Lauretanam veniens vidiſſet, qualia & quanta Deus per Deiparam eo loco manifeſtaret miracula, & ſuæ virtutis atque clementiæ ſigna: vt rem cunctis apertam publico ſcripto efficeret; quæ ad eum diem ſermone tantùm vſurpabatur; Lauretanam hiſtoriam ſolutâ oratione, cùm alioqui poëſi eſſet excultiſſimus, conſcripſit ad Cardinalem Ruuereum, illius ſacræ domûs Protectorem: qui monachos Carmelitanos eius curæ nuper authoritate Pontificis præfecerat; qui tamen, ob grauitatem aëris quæ breui tempore multos abſumpſit, nono anno poſtquàm venerunt, ad ſalubriora migrarunt loca: quorum proinde vices in Lauretana æde ſubierunt pij quidam, verùm ſtipendiarij, Sacerdotes. Huius hiſtoriæ lectione plurimorum animi ad ſacram domum inuiſendam pellecti fuere: quam eandem poſteà Turſellinus Societatis Ieſu Religioſus, ac Sacerdos, copioſiùs tractauit, qui lib. 2. cap. 5. notat Mantuanum hoc anno ſcripſiſſe. Ex vtroque autem habemus hoc eodem anno inſigne valde miraculũ, de liberatione ibi facta Antoniæ vxoris Petri Orgentorigis ciuis Grauianopolitani, genere atque opibus clari, à ſeptem teterrimis dæmonibus, à quibus miſerè vexabatur. Cùm enim priùs nihil à viro fuiſſet in Gallia intentatum relictum, ipſa Antonia ducta in Italiam eſt; ſed nequicquam Mediolani ad Sancti Iulij, Mutinæ ad Sancti Geminiani, denique Romæ ad ſacram Columnam flagellationis Chriſti, ſacros Eccleſiæ exorciſmos experta eſt, Deo liberationis eius decus Lauretanæ domui reſeruante. Hæc habet Turſellinus libro 2. cap. 7. qui cap. 6. præcedente addit Stephanum Bathorium Tranſſylnaniæ Principem, quem Vaiuodam appellant, argenteum B. Mariæ ſimulacrum ferè ſeſquicubitale, egregiè factum, pulchrèque auro interlitum Lauretanæ Virgini donum miſiſſe: *ad Virginis*, inquit, *pedes Vaiuodæ ipſius armati effigies item ex argento ſupplex viſitur, votiuum eſſe donum cauſa baſi inſcripta declarat.*

C Nec expertes fuerunt Beatæ Deiparæ beneficijs hoc anno Hallæ, quas ab hoſtium obſidione per Philippum Cliuium facta, bis hoc anno ereptas fuiſſe doctiſſimus Lipſius ſcripſit in *Diua* Hallenſi cap. 6. Verùm

## Anno mundi 5473. Chriſti 1490.

A IN agro Feſulano apud Hetruſcos, ædificari cœpta eſt Eccleſia *Beatæ Virginis à Saxo*: cuius ædificandæ rationem fusè admodùm complectitur Archangelus Gianus centuriâ 5. Chronici Seruitarum lib. 4. cap. 9. Et Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 103. Balinghem & Vincentius Charron 1. Iulij, & alij. Nempe Beatam Deiparam videndam ſe dediſſe duabus paſtoritiis puellis, quæ coram ſua vetuſtiſſima imagine in quadam rupe preces, inter paſcendas ouiculas, effundere ſolebant: declaraſſe, velle ſe eo in loco coli, templúmque ſuo nomini conſtrui: parentem de ea re monerent. Monitus ille confeſtim ad locum ſe ſtitit, ſtitit ſe quoque diligentior Deipara, & quod dixerat puellis, B puellorum patri iubendo inculcauit. Fama rei latè longéque diſpergitur; confluit multitudo, cui dignata eſt Virgo & ſe ſe oſtendere, & locum deſignare ædificando templo; quem cùm nimis procliuum & aſperum cenſerent, alibi cœperunt conſtruere; ſed eo impendio, vt quicquid interdiu operæ extruxiſſent, idem ſequenti nocte infructuoſum corrueret. Quare, damnatâ ſuâ audaciâ oſtenſum à Beata Virgine repetiêre locum, in quo moliti templum illi nomen dedêre *Sanctæ Mariæ à Saxo*, quódque deinceps celeberrimum fuit miraculis.

B Sed & in Luſitania contigit obitus Ioannæ, Sororis Ioannis Regis Luſitaniæ hoc nomine ſecundi, quæ ſicut pulchritudine inenarrabili erat, ita erat ineffabili virginitate & virtute ac deuotione in Deiparam. Illud tantùm hoc loco notandum eſt, quòd cùm à multis Regibus in connubium peteretur, confugiens ad Deiparam ſemper obtinebat remedium, quod videbatur huic negotio vnicè neceſſarium. Non ſine gaudio perlegi poſſunt hæc remedia apud Vaſconcellium Anacephalæoſi 17. qui & tempus mortis eius, quæ contigit in oppido Auerij, & eiuſdem pium in morte ad Virginem affectum, ac denique reliquas & eas permultas virtutes enumerat. Poiræus quoque Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 47. 48. 49.

C Obijt quoque non longè à Gandauo B. Petrus de Dumo, Carthuſianus, vt habet Arnoldus de Raiſſe in Auctario 2. Martij, de quo etiam affirmat, quod antequàm Religioſus eſſet, à ſubmerſione aquarum ſeruatus eſt ope Beatiſſimæ Virginis, in quam in poſterum & valdè propenſus fuit, & in eius honorem varios ac elegantes hymnos literis conſignauit.

D Scripſit etiam ſed pleniore manu, quem huc vſque vitam prorogaſſe Poſſeuinus aſſerit, Pelbartus Oſualdus, Temeſuarienſis, Ordinis Minorum. Scripſit autem Stellarium coronæ glorioſiſſimæ Virginis, ipſius laudibus, vt ſolaribus radijs, circumfulgens: In quo opere multas de Virgine quæſtiones agitat, & varijs eas pulcherrimiſque hiſtorijs illuſtrat.

E Theodoricus quoque Treuirenſis præclarus

Atchiepiſcopus viuebat ad hunc annum, vt item Poſſeuinus ait, ſcripſitque de laudibus Beatiſſimæ Mariæ. Verùm grauiter in eo Poſſeuinus hallucinatur, nec vllus hoc tempore tali nomine fuit Treuirenſis Antiſtes, vt patet ex Catalogo Treuirenſium Præſulum apud Galliam Chriſtianam. Viuebat ergo non hoc anno, ſed eo quem diximus olim anno Chriſti 970. Hoc vero anno viuebat Bernardinus Feltrinus & in ciuitate Aquilana egtegiè de Deipara concionabatur, cuius concionem de immaculata Virginis Conceptione cùm audiſſet quædam mulier, & domum reuerſa inueniſſet filiolum ſuum manu gladium tenentem, verita periculum exclamauit, & clamore ſuo in fugam euodem conjecit, in qua præcipiti caſu decidens puer gladio ad pectus admoto, hotribili pauore mulierem compleuit, quæ mente ad Deiparam elatâ rogauit, vt, ptopter Conceptionem ſuam, filiolum in tanto periculo poſitum benigne protegeret. Mirabile dictu! Cùm gladius veſtes omnes pueri penetraſſet, atque iam ad carnem attingeret, tunc velut cera mollis, aliò ſe inflexit, & in nullo puerum læſit. Hæc habet Bernardinus de Buſto Sermone 6. de Conceptione, & de hac re teſtatur, tanquam qui ſæpe comes extitit Bernardini Feltrini.

F Sed præter hos Virginis & Concionatores, & egregios Scriptotes, adhuc in cumulum congero, quos pleno alueo Marraccius porrigit. Scripſerunt enim Antonius Cornazanos, vitam & mortem Deiparæ metro quodam diuino. Antonius Giſlandius, Dominicanus, Senſum quadruplicem in Euangelia Feſtorum Beatæ Virginis. Antonius Brixienſis, item Dominicanus, Conciones in eiuſdem Feſta. Ambroſius Camaldulenſis, laudes puriſſimæ Virginis. Gabriël Biel, Sermones viginti quatuor in Mariana Feſta. Georgius Riplaius, librum de Compaſſione Mariæ. Hugolinus Verinus Hymnos Sappbicis elaboratos metris. Iacobus Philippus Bergomas, Eremita Auguſtinenſis, Vitam Virginis glorioſæ. Ioannes de Atundine, Carmelita, Sermones de Feſtis Deiparæ. Marſilius ab Ingen, Quæſtiones tres de Conceptione & Maternitate Dei genitricis. Robertus Caracciolus, Epiſcopus Aquinas, Minorita, librum vnum Sermonum, & alios prætereà Sermones, in laudem Deiparæ. Georgius Benignus, item Minorita, & Atchiepiſcopus Nazarenus, librum de Aſſumptione.

G Hoc verò loco omittere non decet, quod habet idem Marraccius de Matthia Coruino, Hungariæ Rege, inuictiſſimo ſimul & laudatiſſimo Principe: ipſi nempe admodùm pretioſum, & verè amabilem Diuæ Virginis cultum, tota in vita extitiſſe. Quam rem, inter alia, pleniſſimè loquuntur, Decreta multa quæ condidit: nempe: Ne forum celebretur in feſtiuitatibus Virginis: Ne interdictum Eccleſiaſticum ratione decimarum imponatur vſque ad Feſtum Purificationis; Vt iuramentum à Iudicibus & eorum Viceſgerentibus, necnon Comitibus, Vicecomitibus, Protonotarijs, Aſſeſſorijs, alijſque Regni iudicia exercentibus præſtetur per glorioſam Dei Virginem Mariam. Deceſſit iſte Princeps hoc anno Viennæ in Auſtria, die 5. Aprilis.

## Anno autem mundi 5474. Chriſti 1491.

A IN cœlum euolauit Beatus Iacobus Alemannus, vt legere eſt in eius vita, quæ habetur apud Surium 11. Octobris, & in Chronico Ordinis Prædicatorum parte primâ. Erat ille laicus Dominicani inſtituti, omnibus quidem virtutibus ornatus, ſed præſertim deuotione in Deiparam, quam ſolebat quotidie poſt ſuas feruentes contemplationes hac breui ſalutatione venerari: *Aue Regina cælorum pro ſalute mea, & omnium fidelium.* Vtebatur etiam ſæpè hoc pio verſiculo: *Gloria tibi Domine qui natus es de Virgine, ſuccurre mihi hodie, cum Patre & Sancto Spiritu, in ſempiterna ſæcula. Amen.* Viſitans quotidie cœnobij ſui altaria, incipiebat ab altari S. Virginis; aliaque præſtabat, quæ eum Virgini gratum atque pretioſum reddebant.

B Præterea Ioannes Mauburnus, vulgò dictus Ioannes de Bruxellis, Canonicus primùm Regularis Diui Auguſtini in monte S. Agnetis, Traiectenſis Diœceſis, poſteà Dauentrienſis; Abbas deinde factus Liuriacenſis monaſterij in Gallia, ſcripſit Roſetum exercitiorum ſpiritualium, & ſacrarum meditationum: opus plenum pietate, quod Alphabeto 56. & 57. multa complectitur in honorem Diuæ Virginis & impreſſum eſt Baſileæ hoc anno, quo tempore ipſe viuebat. Hæc Deſſelius habet in Bibliotheca Belgica, in qua ſe ſe latè explicat. De eo adhuc ſatis fusè loquuntur Marraccius & Poſſeuinus.

C Preſſiùs idem Poſſeuinus de Nicolao de Crutzenach, quem hoc quoque anno vitam produxiſſe affirmat, & egregium ſcripſiſſe de Conceptione Virginis Deiparæ eruditúmque librum. Quo eodem tempore ſcribebat & viuebat Bernardinus de Buſto, ſiue de Buſtis, Minorita, de quo iterum ſermo erit anno Chriſti 1589. litera E. Hic, ſermone vndecimo de Conceptione, teſtatur, hoc circiter anno Mediolani accidiſſe, vt, cùm quidam Concionator contra immaculatam Diuæ Virginis Conceptionem multa locutus eſſet, & authoritates etiam quaſdam in hunc finem in tabula ſcriptas eodem loco appendiſſet, de pulpito deſcendens, ſtatim adueniente lupo furore terribili ſuffocatus ſit. Quidam verò alius in Deiparæ Conceptionem benè affectus, à maxima ægritudine ſtatim liberatus ſit, vbi concepit votum depingendi ſuper portam domûs ſuæ nonnullos Sanctos & Catholicos Doctores cum ſuis aſſertionibus commendantibus immaculatam Deiparæ Conceptionem, ſimul cum pauenda illa punitione prædicti Concionatoris. Quam à morbo liberationem ipſe Bernardinus ex ore proprio liberati accepit. Nunc autem

## Anno mundi 5475. Chriſti 1492. Alexander ſextus ſedit in Pontificatu poſt mortuum Innocentium.

A ET verò de Alexandro ſexto hoc memorabile obſeruat Archangelus Gianus in Chronico

Digitized by Google

Seruitarum, cum eùm imminentia ſibi pericula maxima à Carolo octauo Francorum Rege pertimeſceret, refugium habuiſſe ad Deiparam, & votis conceptis ſuam ſtatuam in templo Virginis Annunciatæ Florentiæ ante eiuſdem Virginis imaginem collocari iuſſiſſe æternum fiduciæ ſuæ ſuæque pietatis monimentum.

B Memorabilius fuit ſub eodem Alexandro, hoc nempe anno, apertas fuiſſe Indias, imò apertum nouum Orbem. Neque enim tantummodo per Luſitanos, Duce Vaſco Gamâ, detecta ſunt littora Orientalium Indiarum, & flexus promontorij *Bonæ ſpei*, regnaque remotiſſima contermina Chinis & Iaponibus: Sed præterea per Chriſtophorum Columbum Ligurem tentatæ ſunt Indiæ Occidentales, & America penetrata, vaſta regio, & tribus alijs mundi partibus ſimul ſumptis, Europa, Aſia, Africa, æqualis: quam verè dixerimos ſcenam Marianarum laudum, in qua & arbores nomen Mariæ pleræque inſcriptæ ſuot; & fontes, & lacus, & flumina ſub auſpicijs labuntur Mariæ; & rupes, & montes, & planities, & campi, ædes Mariæ aduentantibus à longè oſtentant; & nationes ſub auxilio Deiparæ à barbarie ſe recipiunt, ſaluti ſuæ ſtudent, vana Deorum ſimulacra & ineptias profligant. De hac Indiarum apertione agit Vaſconcellius in Emmanuele Anacephalæoſi 18. & *Spondanus* hoc anno n. 25. & 26.

C Quo eodem ineunte anno Ferdinandus quintus Aragoniæ Rex, imò tunc Rex Caſtellæ, auſpicijs Beatæ Virginis recepit Granatam, facto priùs voto de conſecranda Eccleſia in honorem immaculatæ Cooceptionis in ipſa capta vrbe. Quod teſtatur Carthagena libro 1. arcanorum Beatæ Virginis homilia 19. §. 4. Mariana autem libro 25. cap. 16. 17. 18. fusè deſcribit obſidionem huius vrbis & deditionem in manus Ferdinandi, & pompam & gaudium. Quæ omnia non tacuit Spondanus hoc anno n. 1.

## Anno autem ſequente mundi quidem 5476. Chriſti verò 1493.

A MAtthæus Herbenus floruit, & ſcripſit de Conceptione Beatæ Virginis Deiparæ, vt docet Deſſelius in Bibliotheca Belgica, & Geſnerus in Tigurina. At ex Marracciana, floruerunt, Thomas Donatus, Venetus, Ordinis Prædicatorii à quo Sermones in Feſta Deiparæ editi ſunt. Ludouicus de Pruſſia, Minor, qui ſcripſit de immaculara Mariæ Conceptione, & de eius vſu liberi arbitrii in vtero matris. Guillelmus Bintrens, Carmelita, qui poſt compoſitum librum, de laude Mariæ Virginis, hoc mortuus eſt anno. Henricus Scotus, Benedictinus, ac Prior Calcoënſis, carminibus Græcis librum vnum de Beata Virgine confecit.

B Obiit verò Fridericus Auſtrius Imperator, qui fuit hoc nomine tertius, de quo Cuſpinianus in viris Imperatorum, & Æneas Syluius in origine Bohemorum, & Caniſius libro 5. de Beata Maria cap. 27. & Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 2. cap. 8. aduertunt, eum ſublatæ in cælum Virginis ferias religioſiſſimè venerari conſueuiſſe ieiunando in peruigilio, & abſtinendo à cibo atque vino; multáque inſuper erexiſſe monaſteria eáque annuis fructibus locupletia ſtabiliuiſſe in Deiparæ honorem.

## Anno deinde mundi 5477. Chriſti 1494.

A VT quidem fusè Spondanus enarrat n. 14. contigit Trithemium Abbatem Spanheimenſem ſcripſiſſe commentarium de laudibus S. Annæ, matris Beatiſſimæ Dei genitricis. Cúmque in eo de puriſſima Conceptione eiuſdem Dei genitricis mentionem feciſſet, quidam Vuigandus Caupo, ex Ordine Prædicatorum, opus quoad puritatem Conceptionis impugnare voluit: verùm ab ipſo Trithemio validè fuit & cum irriſione repulſus; vnde data eſt occaſio pluribus viris doctiſſimis, Marianæ puritatis defenſoribus, tum metro, tum proſa aduerſus Vuigandum ſcribendi, donec poſt biennium Vuigandus opinionem ſuam edito alio opuſculo palam abiurauit. Addit verò Spondanus, Nihilominus Prædicatores in Curia Romana apud Alexandrum Papam aduerſus Trithemium egiſſe, ſed nihil profeciſſe. Habuiſſe enim Trithemium ſibi conſtantiſſimè adhærentes Vniuerſitates Pariſienſem, Colonienſem, Tubingenſem, totúmque Ordinem Carmelitarum, Ordinem Minorum, maiorem partem Cardinalium, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Principes multos, ac penè omnem in Germania Clerum, & viros doctos atque eruditos innumerabiles.

B Eodem hoc anno *Burdegula* vexata popularite peſte, facto voto ad Beatam Virginem Anicienſem liberata eſt: vnde ſequenti anno duplicatum votum obtulit, nempe ducentas ceræ libras, eùm centum tantummodò vouiſſet, & ſacrum ſolemne. Ita Odo Giſſæus in hiſtoria Virginis Anicienſis lib. 3. cap. 36. & Vincentius Charron 26. Auguſti n. 3. cum Hugone Auenionenſi.

C Sed & in Italiæ Ducatu Spoletino, prope Tritium Imago Deiparæ ad ſacelli cuiuſdam parietem depicta cœpit lachrimas effundere, quaſi præuotias impendentium Italiæ malorum. Quam rem plebs omnis & Roma ipſa mirata eſt, & ſcriptis exarauit Gabriel Pennotus Canonicus Regularis lib. 3. hiſtoriæ ſui Ordinis cap. 34. & Poiræus ex eo Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 105. ac Vincentius Charton in Calendario 17. Martij n. 7. qui addunt ibidem conſtructam fuiſſe paulo pòſt Eccleſiam *Beatæ Virginis à lachrima* vocatam.

D Nec minus cæteræ mundi & Europæ partes, illuſtratæ ſunt variis miraculis, quibus eas Deus optimus ac ſummè munificus voluit exultare ob deuotam Pſalterii Virginis, ſiue Roſarii, recitationem. Inſigne fuit quod in Catalaunia mulieri cuidam accidit, quæ de ſortilegio accuſata ſimul & condemnata, nunquam ex ſuſpendio enecari potuit, Diuâ Virgine, ob Roſarium, necem ab ea auertente. Item Olyſipone alia adulterii falsò accuſata vitam in patibulo finire non valuit inuocatione Virginis munita, & pia Roſarii recitatione. Qualia vlteriùs nonnulla alia habet Archangelus libro de Roſario, & Vincentius Chartoo 21. Iulii n. 2. & Gononus an-

nis 1494. & 1495. in Chronico ſuo.

Interim mortuus eſt Robertus de Croiſmare, Archiepiſcopus Rothomagenſis, quo Præſule aut inſtituitur, aut certè ex occaſione Vvigandi ſplendidius redditur certameo poëſeos, in quo Deiparæ Cooceptio laudibus euehitur Rothomagi. De quo Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Rothomageoſium Galliæ Chriſtianæ.

F Tone quoque Henricus Eoticus, Franco Orientalis; & Iacobus Sprenger, Germanus, Ordinis Prædicatorum, Prouincialis Colonienſis: necnoo Iacobus Vvimphelingus, Stellatenſis, Presbyter Eccleſiæ Spirenſis; ſcripſerunt varia in laudem Deiparæ & Roſarij eius, vt apparet ex Poſſeuino io Apparatu.

G Rurſus, ex eodem authore, vitam hoe anoo duxit Sebaſtiaous Brantus, ſioe Brandus, quem alij Titionem appellant, Argentinenſis, vtriuſque iuris profeſſor, qui Roſarium Diuæ Mariæ verſu ſapphico compoſoit in laudem Deiparæ. Item de Virginali Conceptu poſſibili. Admirationem Mariæ adueniente Angelo. Salutationem Angeli. De locis mirificis Beatæ Virginis. Conſolationem Chriſti ad matrem ſuam.

H At Rogetius Venray Theuconicus, Ordinis Auguſtiniani, libros duos hymnorum de Beata Virgine, aliáque peroulra tum proſa, tum verſu compoſuit, de quibus idem ſuprà citatus Poſſeuinus.

I Viuebat quoque, teſte eodem Poſſeuino Rodulphus Langius Mooaſterienſis Eccleſiæ in Veſtphalia Canonicus, qui hymnos in laudem Beatæ Deiparæ prænotatos, Lilium, Roſa, Viola, erudito labore contexuit.

K Sed & Compaſſiones eiuſdem Beatæ Virginis eleganti carmine ſtilóque expreſſit Ioanoes Phernandus, Germanus, qui viuebat hoc anno Regi Galliæ charus, à quo fuit quoque donatus perpetuo ſtipendio, vt Poſſeuinus docet in ſacro Apparatu.

L At ex Mariana Bibliotheca, Hilar on Mediolanenſis, Beoedictious, Opuſcula varia edidit, de Conceptione, Viſitatione, Solemnitate Mariæ ad niues, Corona ſtellarum duodecim, Floribus Diui Bernardi io laodem Deiparæ. Item Claudius Rapinas, Cæleſtinus, de Conceptione immaculata Beatæ Virginis; & de eadem Ioannes de Lapide, Carthuſianus. Ioanoes verò Duſſeldorpius, Carmelita ſcripſit Coociones in feſta Deiparæ, & hoc anno Prior Argentinæ deceſſit. Iam verò

## Anno mundi 5478. Chriſti 1495.

A MOnachij io Bauaria, Albertus huius regioois præſtantiſſimos Dux, inſtituit Collegium Canonicorum S. Mariæ, illúdque dotauit annuis cenſibus Monaſteriorum nunc extioctorum Schlirenſis & Ilmunſterieoſis, Romano Pootifice facinus iſtud approbante. Sic Miræus cap. tar. libelli de Caoonicorum Collegijs.

B At ex Poſſeuino viuebat hoc anno Arnoldus Boſtius, Carmelita Theutonicus, cœnobij Gandauenſis in Belgio Religioſus, qui ſcripſit librum ſolutâ oratione & carmine intermiatis, de Dei genitricis patronatu erga Carmeliticum Ordinem; & librum alium, de puriſſima Conceptione Diuæ Mariæ contra Vincentium de nouo Caſtro.

C Similiter, vt habet Poſſeuinos idem, viuebat ex Ordine Minorum Franciſcus Vvillerius, qui compoſuit epiſtolas ad diuerſos; ſed vnam vberem, quæ libellum magnitudine æquat, pro puriſſima Conceptione Beatæ Virginis.

D Viuebat quoqoe, qoi varia ſcripſit in honorem S. Virginis, Iodocus Beyſſelius, Aquiſgrani io Germania natus, & iuris vir conſultiſſimus, quique ioter alia in lucem emiſit: De Roſacea Beatiſſimæ Dei genitricis corona librum vnum; alium prætereà librum, de Roſarii myſteriis; tertium, Roſarium metricum; tom Dialogum de Saocta Anna. Ita Poſſeuinus vt priùs.

E Qui idem author etiam facit memoriam de Laurentio Guillelmo, Trauerſano, & Ordinis Minorum; eúmque aſſeuerat, inter alia diuerſa quæ ſcripſit, edidiſſe carmen heroicum de Pudicitia Beatæ Virginis. Adde his Iacobum Fabrum, Doctorem Sorbonicum, à quo eſt Contemplatio de Maria Virgine. Iodocum Badium, Brabantum, qoi librum de immaculata Conceptione contra Vincentium de nouo Caſtro ſcripſit, & Pſalterium Diuæ Virginis ſapphico carmine, & alia poëticè effudit, præſertim Pæaoas quinque Feſtorum Deiparæ. Petrum Bolandum, qui cum Matheſi Poëſique nouit Theologiam coniungere, & Sapphicum longum io Diuam Mariam compoſuit. Theodoricum Greſemundum, Germanum, à quo ſunt epiſtolæ & carmen pro Conceptioοe immaculata. Et ex Ordine Carmelitano, Nicolaum Harlemium, & Nicolaum de Alſentia, qui Sermones: & Philippum Alberti de Nuſſia, qui contra Vvigandum doctè de Conceptione locutus eſt, & ſcriptâ pugoauit epiſtolâ. Quæ oomnia teſtatur Bibliotheca Mariana.

F Denique vitam huc vſque prorogauit, & fortè longius Ioannes de Gandia, ſiue de veteri aqua, dictus Græcanico ſermone Palæonydorus, Hollandus, Ordine Carmelita, qui itidem contra Vvigandum Dominicanum ſcripſit epiſtolas plures, & plures Sermones ad populum, in quibus egregiè defendit immaculatam Beatæ Deiparæ illibatámque Conceptionem. Quod docet ſæpè citatus Poſſeuinus, & Marraccius, & alii.

G Sed præter hos Scriptores, & eximios Diuæ Virginis laudatores, hoc adhuc tempore, ioter Caſſetum & Ariam io Cæſtrenſi pago, plurimum enituit Imago Beatæ Deiparæ, diuerſis quidem miraculis, ſed potiſſimùm in reddenda paruulis emortuis vita. Hanc incœpiſſe inclareſcere prodigijs iam à ſæculo nati Domini nono, vel etiam ſeptimo, oonoulli prodideruot: quando ſcilicet eo loco poſitum ſacellum eſt ab equite quodam ex iuſſu Virginis eidem apparentis, & tria poellarum corpora, à Normannis caſtitatem eorum perſequentibus interfecta, ſepelire honeſtè præcipieotis; quarum ſanguine ad oculos ſuos admoto, idem eques viſum recuperarat. Rem fuſiùs exponit Marianus Atlas libro primo, imagine 14. quæ eſt de *S. Maria Cæſtrenſi*: habétque hæc hiſtoria aliquam analogiam cum ea, quam ſuprà retulimus anno Chriſti 1065. Iam verò.

## Anno mundi 5479. Chriſti 1496.

A RECINETI io Piceno atrox graſſata lues minabatur ciuibus & toti ciuitati ineuitabilem ruinam : ſed à magiſtratu decernitur ad Lauretanam ædem ſupplicatio & votum. Nec ſpes & preces irritæ cecidère : extemplò peſtilentia abſterſa eſt, & ciuitas à ſummo periculo liberata. Quare Recinetenſes promiſſa adimplerunt, & coronam auream gemmis egregiè diſtinctam Lauretanæ Virgini donum tulerunt. Ita Turſellinus lib. 2. cap. 8.

B At Aquiſgrani, tam denſus fuit aduenientium Gallorum, Belgarum, Germanorum, Hungarorum & aliorum concurſus, qui ad ſacrum Virginis induſium, quod ibi cuſtoditur, confluxerant, vt numerus peruenerit ad ducenta quadraginta duo millia. Solet quippe monſtrari ſacrum hoc Deiparæ ſpolium ſepteno quoque anno; & iam anno 1440. tam ingens confluentium numerus extiterat, vt, teſte Meyero, tecta ipſa domorum, vnde proſpectus erat in hoc ipſum lipſanum, fatiſcentia crepuerint. Hoc verò anno inſignis valde & verè notabilis aduenientium globus fuit, vt patet ex eodem Meyero; & Balinghem, ac Vincentio Charron 10. Iulij. Sed & in Polonia clarere miraculis cœpit picta Imago Beatæ Deiparæ in Skæpe oppido terræ Dobrinenſis; quam diuinitus miſſam, & ab Angelis effictam fama communis commemorat, vt fuſiſſimè proſequitur Iuſtinus Miechouienſis Diſcurſu 220. n. 165.

C Emigraſſe de vita autem dicitur Carolus Fernandus Brugenſis Belga, à puero oculis captus, qui nihilominus euaſit optimus Orator, Poëta, Philoſophus atque Theologus, & Pariſijs ſacras literas explicuit; ac deinde ex Apoſtolica diſpenſatione factus Sacerdos & Monachus, edidit libros duos de Virginis Conceptione aduerſus Vincentium à nouo Caſtro; & librum vnum carmine Iambico de Beata Virgine. Huic fuit frater nomine Ioannes, qui ob muſicæ artis peritiam Regi Galliæ charus diuinas Sanctæ Crucis ac de partu Virginis precationes, aliáque carmine conſcripſit. Ita Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

## Anno deinde mundi 5480. Chriſti 1497.

A ACcidit, vt Spondanus hoc anno n. 8. aduertit, & Salazarius de Conceptione cap. 42. ſæculo 15. & 16. quòd quidam in Gallia Pariſienſis Doctor, ex Ordine Prædicatorum, nomine Ioannes Veri, quem in Chronico Spanheimenſi temeratium ac præſumptuoſum Trithemius vocat, die Conceptionis puriſſimæ ſemper Virginis Mariæ in oppido Dieppenſi Rothomagenſis Diœceſis, publicè in ambone prædicare auſus eſt : Beatiſſimam Virginem purgatam ab originali peccato, & non præſeruatam fuiſſe. Ex qua prædicatione grandi oborto ſcandalo, citatus ad Vniuerſitatem Pariſienſem, propoſitiones ſuas decimo quinto die Septembris publicè reuocare & abiurare compulſus fuit, cum iuramento non aliter ſe in poſterum ſenſurum, crediturum, aut prædicaturum, quàm præfata Vniuerſitas determinaſſet. Biduóque pòſt nempe decimo ſeptimo Septembris congregati in Conuentu Maturinenſi octoginta duo ſacræ Theologiæ graues Profeſſores, viri doctiſſimi in præſentia totius Vniuerſitatis, vno ore vnáque ſententiâ ſtatuerunt, neminem deinceps Vniuerſitati adſcriptum iri, quin priùs ſe Beatiſſimæ Dei genitricis a peccato originali præſeruationis aſſertorem, ſtrenuúmque propugnatorem pro viribus futurum iuramento confirmaret. Quorum exemplo prouocati Theologi Colonienſes biennio poſt ſimile ſtatutum condiderunt, & altero ſubſecuto biennio Moguntini. Porrò abiurationem Ioannis Veri ad longum habet Salazarius citatus, quem vide, ſi lubet, & Trithemium annis 1497. 1499. 1501. & Spondanum item citatum.

B Ex Odone autem Giſſæo in hiſtoria Diuæ Mariæ de Podio lib. 3. cap. 36. Hoc anno Martialis a Maleſania, & alij duo de homicidio accuſati & in carcerem coniecti, manicíſque ferreis onuſti, inuocatâ D. Virgine, compedibus ſolutis & carceris ianuis apertis liberi abierunt : & ruſum de nocte redierunt, vt tollerent quidpiam, quod in carcere obliti, ad eos pertinebat, ac demum Anicium ad S. Deiparam venerunt gratias agentes, & de ſua per eam ſaluatione gaudentes : reuertentéſque ad propria nihil ampliùs cum iuſtitia humana negotij, aut difficultatis timendum atque tractandum habuerunt.

## Anno autem mundi 5481. Chriſti 1498.

A EX viuis ereptus eſt Carolus octauus Francorum Rex, Ambaſiæ in Turonibus. Non verò, vt dicit Gononus in Chronico, anno 1487. Sic aduertunt Scriptores Gallicarum rerum, Cominius, Gaguinus, Dupleix, Belleforeſtius, & alij, & cum eis Spondanus hoc anno, n. 1. Qui in multis quidem Caroli virtutem ad cælum extollit : nunquam tamen ſatis deuotionem in Mariam, quam vt morieos innocauit vicibus repetitis, ita etiam viuens magno animo & veriſſimè Principali, coluit dilexítque. Inter cætera quæ exhibuit, dicitur conſtruxiſſe Monaſterium S. *Mariæ Angelorum* in ſuburbio Lugdunenſi ad fluuium Ararim, quod Minoritis conceſſit incolendum. Sed id parum videtur, ſi compares ad victoriam ſui, quam retulit, dum viſâ pulcherrimâ puellâ, & auditâ precatione eius, quâ obteſtabatur per Virginem Matrem, vt vellet ipſam illibatam, & ſponſo ſuo integram relinquere; ipſe amore Deiparæ non tantùm libidinem compreſſit, ſed & lachrimas profudit, & dotem numerauit quingentos videlicet aureos; & puellæ affines ac conſanguineos, virtute tantâ delectatus, ſoluendis ſtipendijs atque vectigalibus exemit. Ita paſſim prædicti authores, & Gononus in Chronico anno 1487. & Iacobus Doublet lib. 4. Antiquitatum S. Dionisij cap. 28. Balinghem & Vincentius Charron 7. Aprilis, & Bzouius anno 1493. ac Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 75.

Mortuo Carolo octauo, ſucceſſit in ipſius B locum Ludouicus huius nominis duodecimus, qui Ioannam Reginam Ludouici vndecimi filiam diuortio dimittens, dedit illi, ſic volente Deo, occaſionem noui Ordinis fundandi ad Deiparæ laudem. Fuit enim Ioanna Ordinis Virginum B. Mariæ Annunciationis Auarici Biturigum inſtitutrix & auctrix, quem Alexander Papa vltimo ſui Pontificatûs anno, Iulius ſecundus tertio, Leo decimus quinto deinceps confirmarunt, ac ſubinde ſubſecuti aliqui Pontifices priuilegijs auxerunt. Cuius quidem Regula, non ex alicuius alterius Ordinis præſcripto eſt ſumpta; ſed reuelatione diuina ex præcipuis decem virtutibus, quibus Beatiſſima Virgo in Euangelio commendatur, concinnata eſt; videlicet caſtitate, prudentiâ, humilitate, veritate, deuotione, obedientiâ, paupertate, patientia, charitate, & compaſſione. Præſunt tamen eiuſmodi Monialibus Fratres Minores Obſeruantes, ſic ſtatuente Ioanna, &, vt pariter volunt, monitu diuino ſic iubente. Veſtis illis eſt leucophæa, chlamys candida, velum nigrum, ſcapulare rubrum in formam crucis ante pectus aptatum. Dilatatus eſt Ordo per Franciam & Belgium multis erectis cœnobijs. Vitam autem Ioanna produxit vſque ad annum 1505. Sed de ea, & de Ordine quem erexit, vide plura, ſi lubet, apud Philippum Labbe tomo ſecundo Bibliothecæ nouæ Manuſcriptorum, pagina 594. & ſequentibus, vbi fusè habetur Elogium Ioannæ, & Regulæ Ordinis ab ea inſtituti. Item apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. n. 29. vbi varia congerit ex monumentis Monaſterij Diuæ Virginis Annunciatæ Bituricenſis; apud Vincentium Charron & Balinghem 4. Februarij; Spondanum hoc anno n. 5. & alios. Tantum hic rurſus ex Poiræo tractatu 4. cap. 9. §. 8. n. 1. aduerto, ab eadem Sancta Ioanna his temporibus deductam fuiſſe in vſum, paruam quam appellant Corollam, conſtantem ex decem Salutationibus Angelicis in memoriam decem prædictarum virtutum: quod genus precum, vt ſuis ſæpè commendabat, ita etiam vt & acciperetur ab alijs curauit, obtentis etiam ſuper ea re à Pontifice Romano, mille dierum, imò decem millium annorum indulgentijs recitantibus talem precationem. Viſitatam fuiſſe à Virgine atque ſenſibiliter compellatam volunt, vti fundando & bene diſponendo nouo illi Ordini animoſior redderetur.

Sed & Vlyſſipone in Luſitania Regina Eleo- C nora inſignis pietatis ac virtutis matrona, hoc anno aggreſſa eſt ædificare Domum miſericordiæ ſub auſpicijs Dei genitricis, quæ *Domus* multos Sodales complexa eſt, qui ſingulari ſtudio inuigilant proximis adiuuandis in omnibus operibus miſericordiæ, tum pacis, tum belli tempore, tum in abundantia, tum in caritate, tum in morbis, tum in morte, tum in funere, tum erga egenos, tum erga orphanos, &c. & in eiuſmodi Sodalitio non dedignantur inſcripta ſua videre nomina ipſi Reges. Tantáque eſt eiuſmodi Congregationis vtilitas, vt non iam vna Vlyſippo, ſed omnes fermè & ciuitates, & oppida, & viri, ſuas habeant domos, ſuas miſericordiæ Congregationes. De hac tamen prima ſodalitate quam erexit Eleonora, vide quæ magnifica Vaſconcellius habet in deſcriptione Regni Luſitanici paginâ 546. & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 6. §. 2. n. 5.

D Ad hoc præstereà tempus, tum Poiræus tractatu 2. cap. 9. §. 3. n. 5. & §. 4. n. 2. tum Vincentius Charron in Calendario 3. Auguſti n. 2. ex Chriſtiano Maſſæo in Chronico lib. 10. & Ioanne Molineto Valencenenſi, referunt quod accidit Monialibus cœnobij de Querceto, vulgò *Queſnay*, Ordinis Sancti Auguſtini prope Cameracum, eas videlicet immiſſo per veterem ſagam ſortilegio fuiſſe magna ex parte à dæmonibus correptas atque in corpore poſſeſſas. Cúmque in eis maligni ſpiritus varias actiones, voces, quæſtus, motus, ſuſpiria ederent; tum nihil frequentiùs inculcabant, aut ferebant ægriùs, quàm mirabilem & immodicam eſſe Mariæ potentiam, quæ dudum irretitas in caſſibus ſuis, & jam velut penitus deglutitas animas nullâ difficultate extraheret, nec ſatis poſſe explicari quantùm illa, & reſiſteret tartareo tyranno, & noceret.

E Poſt hæc mentio facienda ſupereſt de quibuſdam pijs rerum Sanctæ Virginis Scriptoribus. Quos inter Auguſtiniana Eremitarum familia dedit Theodoricum de Porta cæli, & Marianum à Genazano. Hic Conciones de Feſtis glorioſæ Virginis; Ille volumen ſcripſit de Mariæ laudibus, quod Hortulum Virginitatis appellauit. Dominicanus autem Ordo dedit Hieronymum Sauanarolam, Ferrarienſem, qui ſcripta Expoſitione ſalutationis Angelicæ, & Sermonibus aliquot de Gaudiis Virginis in partu, & ſuper Epiſtolam B. Mariæ ad Florentinos, demum corpus depoſuit hoc anno 24. Iunij. Ex Carmelitis, Henricus de Andernaco, Theutonicus, Sermones in Feſta. Ex Seruitis Gaſparinus Borrus, Mediolanenſis, peritiſſimus tum Poëta, tum Orator, tum Aſtronomus, atque Theologus; Poëmata varia & Odas. Denique Marcus Probus de Marianis, Sulmone natus, egregius ac facilis Poëta, Parthenicam libris ſeptem confecit, heroicis verſibus complectentem Hiſtoriam B. Deiparæ. Quæ omnia in Marraccio perlegere licet. Nunc autem

## Anno mundi 5482. Chriſti 1499.

A EſT & confraternitas B. Virginis Purificatæ erecta in Eccleſia *Sanctæ Mariæ de Mers*, Morlaci, per Bullam Alexandri ſexti hoc anno datam, vt conſtat ex Catalogo Epiſcoporum Trecorenſium per Alexandrum Dominicanum, & ex Vincentio Charron in Calendario 2. Februarij n. 17. In ea confraternitate ſolet quotidie fieri ſacrum in honorem Diuæ Virginis, ſolemne quidem diebus ſabbati, & id alto tono, ſubmiſſa autem voce diebus alijs.

B Hoc prætereà tempore viuebant Ioannes Henlim, & Godefridus Candelarius, vt notat Poſſeuinus in Apparatu. Et Ioannes quidem expoſitionem Antiphonæ *Salue Regina* ex authoritatibus diuinæ ſcripturæ, & Sanctorum Patrum hiſtorijs fecit. Godefridus autem, præter alia, ſcripſit de Conceptione Beatæ Mariæ, & obijt hoc anno Aquiſgranenſis Carmelita.

## Anno mundi 5483. Chriſti 1500. ſiue quod idem eſt, ſæculo ineunte poſt Chriſtum natum decimo ſexto.

CLarere incœpit miraculis Beatæ Virginis A
Imago prope vrbem Agennum, quam inuenit paſtoritius quidam puer, indicatione bouis plurimùm eo loco terram lingentis, vbi poſita iacebat. Hanc ex lateritia argilla confectam domum detulit, & obtulit matri; quæ donum in arca recondens Parocho traditura, mirata eſt poſteà diſparuiſſe: nec alio loco reperta imago fuit, quàm ibi vbi anteà à paſtore adinuenta eſt: vnde ſignum habitum eſt, velle Virginem ibidem honorari; ibidem ergo ſacellum conſtructum eſt *S. Mariæ de bono occurſu*; cœperúntque ſanationes & miracula increbreſcere, peregrinóſque allicere, non minus quàm quæ fiunt, vel Montisſerrati, vel Laureti, Ita Poſæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 34.

At Spinellus tractatu de templis n. 43. pro- B
digijs quinque abundaſſe Neapoli dicit *Sanctam Mariam à Carmelo*, quæ eſt pijſſima Deiparæ filium in vlnis fouentis imago, pictura peruetuſta & opere Græcanico.

Quin etiam, quod aduertit Spondanus, hoc C
anno n. 5. poſtquam Alexander Pontifex de quadam inualetodine & periculoſa turbinis repentini, ſeu typhonis, procella ereptus, vigeſima quinta die Iulij ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ de populo publicè equitare conſpectus eſſet, ad reddendas Deo gratias de recuperata ſanitate: paulo pòſt inclitam renouans inſtitutionem Calliſti tertij, iuſſit ad meridiem pulſari campanas monendo populo, vt per recitationem ſalutationis Angelicæ imploraretur auxilium aduerſus Turcas.

Ex pijs verò Scriptoribus, Martinus Guerinus, D
Gallus, Presbyter, fertur, vt ait Poſſeuinus in ſacro Apparatu, ab ipſa Beatiſſima Virgine impetraſſe modum Pacis ſibi cælitus reuelatum; quam Reuelationem extare aiunt in æde Sancti Gatiani Toronenſis in pergameno, & in libro qui inſcriptus eſt, liber mirabilium.

Præthereà in laudem Deiparæ ſe ſe hoc anno E
impenderunt Franciſcus Albertinus, Florentinus Presbyter, qui ſcripſit expoſitionem ſalutationis Angelicæ: & Franciſcus Caſtellanus item Florentinus, qui in laudem Beatæ Virginis carmine cecinit. Quæ notat Poſſeuinus loco ſuprà citato. Plures verò addit Bibliotheca Mariana: videlicet Angelum Romanum Iuriſconſultum, à quo eſt hiſtoria Sanctæ Mariæ de Regio, vallis Vigletij, Diœceſis Nouarienſis. Hermannum Torrentinum, Belgam, qui Commentaria edidit in Hymnos & Elegias de Beata Virgine. Ioannem Eckium Sueuum, à quo ſunt Homiliæ in feſta Beatæ Virginis viginti ſex. Robertum Francinetum, cuius diſcurſus eſt de Corona Mariæ. Philippum Beroaldum, Bononienſem, qui Carmina Italica ſcripſit, & Orationem in laudem Deiparæ. Petrum Crinitum Florentinum, à quo ſunt Parthenicorum Sermonum & Poëmatum libri tres, Ioannem Millenſem Epiſcopum, olim Dominicanum qui ſcripſit de Roſario. Hugolinum de Camerino, item Dominicanum: qui Sermones, Guillelmum Galion, Eremitam Auguſtinianum, qui Sermones pro Feſtis. Bartholomæum a Fabriano, Minoritam, qui Pentameron de vita Virginis compoſuit. Bertraodum Stephani, Carmelitam, qui de Conceptione illibata librum vnum conſcripſit.

F Interea Lugduni apud Cæleſtinos magnos fragores mouente tonitruo Imago Deiparæ & impetitur, & fuligine indecora vehementer turpatur: Verùm leuelioreum citò iniuriam abſterſit, & ſuam, maligno ſpiritui ludum hunc molienti, confuſionem ac dedecus reliquit, vt aduertit Gononus Cæleſtinus in Chronico ex ſui Ordinis manuſcriptis.

G Imitati verò principem tenebrarum in Bohemia Pikardi, infames hæretici, inter cætera deliramenta ſua, furioſi iactabant feſta Diuæ Virginis inuentum hominum otioſorum eſſe: nihil in eis ſancti, nihil quod ad Numinis Virginiſque decus faceret haberi. Id commemorat Ioannes Schechta in epiſtola ad Eraſmum, & Iodocus Coccius in Theſauro.

## Anno deinde mundi 5484. Chriſti 1501.

A MOguntinenſis Academia decretum fecit pro immaculata Conceptione Deiparæ, quam immunem eſſe a labe originali & ſtatuit, & ab omnibus ſuis doceri præcepit, & iuramento adſtringi voluit nihil aliud lecturos, dicturos, ſenſuros: qua de re iam aliqua dicta ſunt anno Chriſti 1497. litera A. Videri autem poſſunt Salazarius de Conceptione cap. 42. ſæculo 16. Poſæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. p. 34. & alij.

B Narrat verò Arnoldus de Raiſſe in Auctario Sanctorum Belgij, Iunij 1. In vrbe Ledenſi combuſtum quidem fuiſſe ab hæretico templum in quo erat Imago Deiparæ mirabilia patrans, quæ ſimul cum templo perijt. Sed triennio pòſt reſtaurato templo, noua Matris Dei Imago ſecundum priſtinam formam (erat illa doloroſæ) in eodem templo ſubſtituta fuit, quæ nihilo ſecius quàm antiqua illa à Belgis viſitata atque exculta, nihilo etiam ſecius virtutum prodigijs coruſcare continuauit magno omnium gaudio.

C Sed & ope Diuæ Virginis liberatus à ſuſpendio eſt Bernardus de Verſellis, quem cum ſuſpicio inſidiatoriæ explorationis Bellicæ ad furcam vocaret; ex Venetorum enim caſtris ad exercitum Hiſpanorum fortè ſe contulerat; Annunciatâ Florentiæ magno affectu imploratâ, ſuſpendi non potuit, funibus omnibus ſua ſponte ſe frangentibus, & quodammodo tacitè petentibus, vt ei vita violenter non auferretur, quam hoc indicio conſeruatam velle ſatis Virgo Beatiſſima promebat.

D At Rothomagi in turri, quam butyraceam vocant, fortè quòd conſtructa ſit pecunia collatitia ab ijs, qui permitti ſibi volebant in Quadrageſima butyro & alijs lacticinijs vti; quæ turris eſt templi cathedralis Deiparæ ſacri; campana ingentiſſimæ magnitudinis hoc anno ſuſpenſa eſt, donum Georgij Amboſij Archiepiſcopi & Cardinalis. Pondus campanæ eſt librarum triginta ſex millium, malleo ſeptingentas & decem pon-

derante. Ita ex Merula & alijs Ferreolus Locrius lib. 4. cap. 75. Mariæ Auguſtæ: qui in Anacephalæoſi hallucinatur quadringintis omninò annis; dum hoc facinus ad annum Chriſti 1101. reponit, quod pertinere ad 1501. patet tum ex hiſtorijs Gallorum, quæ Georgium vixiſſe docent ſub Ludouico duodecimo Francorum Rege, tum ex Catalogo Archiepiſcoporum Rothomagenſium, tum ex ipſomet Ferreolo cap. 35. citato, in quo id factum ait anno præſente 1501.

Quo etiam vita fungitur atque fungi deſinit E Pariſijs die 22. Iunij, Robertus Gaguinus, Ordinis Sanctæ Trinitatis Generalis Miniſter, & vir vndecunque doctiſſimus, qui de Conceptione Virginis Deiparæ duos libros conſcripſit aduerſus Vincentium de Caſtro nouo, tum carmine, tum proſâ. Quod partim ex Poſſeuino, partim ex Deſſelio in eorum Bibliothecis manifeſtum eſt.

Demum Albertus Caſtellanus, vir Venetus, F & Ordinis Dominicani Scriptor, præter Chronicon & Catalogum virorum illuſtrium ſui Ordinis, in quibus plurima ſunt ad Deiparæ laudem multum conducentia: præterea ſcripſit de Roſario Virginis non contemnendum opuſculum. Quod rurſus Poſſeuinus aduertit in ſæpè citato Apparatu. Nunc autem,

## Anno mundi 5485. Chriſti 1502.

A DIe vltimâ menſis Martij, & anno decimo Pontificatûs Alexandri, Cardinalium decretum ſancitum eſt, pro concordia Prædicatorum & Franciſcanorum circa Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis, quo ſollicitè cauetur, vt iuxta inhibitionem fœlicis recordationis Sixti Papæ quarti; neutra pars damnetur tanquam hæretica, aut obnoxia peccato mortali. Exemplar iſtius decreti reperire eſt apud Gononum in Chronico hoc anno, ab Oliuerio Epiſcopo Sabinenſi Ordinis Prædicatorũ Protectore, & à Georgio Epiſcopo Albanenſi Ordinis Minorum Viceprotectore, vtriſque & Cardinalibus & Commiſſariis ad hoc delegatis ac deputatis, facti.

B Ex iis autem, qui in laudem Diuæ Virginis ſcripſerunt, obiit hoc anno 2. Iunii Michaël Franciſci, Inſulanus, Ordinis Sancti Dominici, Doctor Theologus Colonienſis, qui ſcripſit Tractatum de ſeptem doloribus Deiparæ Antuerpiæ excuſum: & Quodlibetum Confraternitatis Roſarii Beatæ Virginis excuſum Coloniæ, & nonnulla alia. Teſtis eſt horum Deſſelius in Bibliotheca Belgica.

C Teſtis iidem Poſſeuinus in Apparatu, quòd Ludouicus Bicus Piſtorius, quem alii Bigum Victorium nominant, quique Angeli Politiani indicio inter Chriſtianos Poëtas eminuit, edidit precationem ad Beatiſſimam Virginem, quæ cum aliis diuerſis excuſa Venetiis hoc anno fuit.

D At ex Marraccio Oliuerius Maillard, Minorum Generalis, Sermones varios edidit in Feſta Deiparæ, & Expoſitionem in *Aue Maria*. Marcus Antonius Sabellicus, patria Venetus, Elegias tredecim, & librum vnum Exemplorum in laudem Dei genitricis. Antonius Conſtantius, Fanenſis, Orationem in laudem Matris Dei. Dominicus Palladius Soranus, Carmen & Orationem de Conceptione.

## Anno mundi 5486. Chriſti 1503. Alexandro Pontifice mortuo, Pius tertius eius loco ſedet: ſed & breui Pio ſublato, onus Pontificatûs ad *Iulium* ſecundum delapſum eſt.

A ET horum quidem Pontificum tempore floruit Auguſtinus Dathus Senenſis, Orator & Philoſophus, qui circa hunc annum, vt habet Poſſeuinus, duas de Beata Virgine compoſuit orationes, vnam de Aſſumptione, alteram de laudibus eius. Floruerunt & iſti, vt docet Marraccius, Ludouicus de Las Caſas, Hiſpanus, auctor Tractatulorum de pura Conceptione. Antonius Mancinellus, Veliternus, qui ſcripſit Sermones tres de Aſſumptione. Ioannes Iouianus Pontanus, Neapolitanus, qui tres de Beata Virgine hymnos. Ioannes le Comte, Minorita, qui Gallicè conſcripſit 117. Exempla de Beata Virgine Matre Dei.

B Quid verò dignum de Iulio ſecundo hoc loco dixerim, cuius pietas in Lauretanam Domum digna fuit, quæ cæleſtibus honoraretur miraculis? Turſellinus libro 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 9. 12. 14. prolixiùs explicat quæ hîc breuiter delibo. Iulius anno 4. Pontificatûs, hoc eſt anno 1507. ſiue exemplo Sixti quarti patrui ſui, ſiue quod expertus eſſet auxilium Virginis erga Virginem implorantes atque honorantes, Lauretanam ædem ſummâ ope ornare cœpit. Bullam condidit in qua anteceſſorum ſuorum, qui eidem ædi munifici fuerant, factâ honorificâ mentione; poſteà eiuſdem primordia exequens, conſecrationem ab Apoſtolis, traductionem è Nazareth, è Dalmatia, & è Geminorum fratrum prædatoria ſilua: poſtmodùm ſubjicit, ſe non minore, quàm cæteri, erga illum ornandum locum ſtudio ac deſiderio teneri, quem in tutelam Pontificiam recipit; Pontificium Sacellum nominat; locum vult eſſe exemptum; Miniſtros, conuictores vult eſſe ſuos; & ſimilia priuilegia agglomerat. Nec verò frænos huc vſque paſſa eſt Iulij erga Deiparam pietas, limites omnes vicit, cùm à bombardæ ictu, Diuæ Lauretanæ inuocatione, ſenſit ſe conſeruatum: Tunc enim & templum Lauretanum abſoluit, & ſacellis ornauit, & optimis firmauit munimentis, & ædibus ad recipiendos Principes peregrinos adauxit, & multis redditibus, ſacris veſtibus, pretioſis pluribus ornamentis, abundè decorauit; quæ ad longum deſcribit ſuprà citatus Turſellinus, enumerans quoque valde multa alia dona, quæ eodem tempore non pauci nobiles, priuati, Cardinales, aliique, ſoluentes vota ſua, Diuæ Virgini afferebant.

## Anno poſteà mundi 5487. Chriſti 1504.

A OBijt in Harlemenſi cœnobio Ioannes Gerbrandus de Leydis, patriâ Batauus, Ordinis Carmelitarum, qui teſte Poſſeuino in Apparatu, varia ſcribendo compoſuit, inter quæ eſt liber, de Beatiſſimæ Virginis doloribus, & alter de Feſtis Deiparæ; ac tertius Exemplorum eiuſdem

Google

dem Beatæ Virginis. At verò.

## Anno mundi 5488. Chriſti 1505.

VT docet Trithemius libro 1. de miracu- A
lis Beatæ Mariæ cap. 4. & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 73. & Spinellus cap. 10. n. 31. Necnon Vincentius Charron in Calendario 17. Martij n. 8. & Gononus in Chronico hoc anno. Magnus peregrinantium concurſus factus eſt ad Beatam Virginem prope *Dittelbach*. Tunc enim Nicolaus Lemmerel, iam ante annum grauiter vulneratus ac penè inutilis; internâ inſpiratione admonitus, vt ad imaginem Diuæ Virginis prope Dittelbach ſe conferret; adeóque ad id diuinitus adiutus; dum ſuâ illâ profectione ſanitatem recuperat, & à Virgine miſſus ciues Dittelbachenſes de beneficio à ſe recepto certiores facit; omnes ad honorandam Deiparam inflammat: multiſque deinde ſubſequentibus miraculis, quorum ad ſexaginta Trithemius meminit, celeberrimus locus hic redditus eſt. Vide plura in authoribus citatis.

In Italia autem Beata Oſanna Mantuana ex B
familia Sancti Dominici, exijt de hac vita, vt habent Acta vitæ eius in Chronico Prædicatorum parte 2. Hanc eadem Acta perhibent, à Chriſto & Deipara fuiſſe edoctam legere ſcribeŕeque; perhibent annulo deſponſatam a Chriſto fuiſſe præſente Deiparâ ac regio Prophetâ; perhibent in Domini natali die conſpexiſſe Chriſtum in ſinu Matris, Angelorum militiâ hilariter concinente *Gloria in Altisſimis Deo*; perhibent denique, in feſto Purificationis eodem munere donatam, quo Beatus ſenex Simeon Ieſum in vlnis excipiens, Ieſum enim in vlnis complexa eſt inuitante Deiparâ, à quibus non pauca, tum pro ſe, tum pro alijs, obtinuit. De hac eadem Beata Oſanna agunt præterea Balinghem & Vincentius Charron 18. Iunij. Gononus in Chronico hoc anno. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 4. §. 4. n. 4. Deinde

## Anno mundi 5489. Chriſti 1506.

COnfraternitas immaculatæ Conceptionis A
inſtituta eſt Toleti à Cardinale Franciſco Ximenio Archiepiſcopo eiuſdem vrbis, cuius Confraternitatis is erat præcipuus ſcopus; pauperes ſubleuare quacunque ope: vnde à Calendis Nouembris ad Aprilem menſem Confratres aliquot ſelecti ſolent cum funalibus de nocte percurſare vrbem, & quidem ordinariè duo, vt ſi quos fortè egenos reperierint, eos colligant, & in Xenodochium à Cardinale luculenter fundatum recipiant. De hac re agit Gomeſius in vita Ximenij, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 2. n. 8.

In India autem, vt Maffeius enarrat in hi- B
ſtoria Indica lib. 3. & poſt eum Spinellus tractatu de exemplis n. 7. Ingens victoria ope Diuæ Mariæ reportata eſt à Luſitanis contra Indos, Duce Laurentio Franciſci Almeidæ Proregis filio. Cæſa quippe ſunt tria circiter Indorum millia, multæque naues captæ aut depreſſæ, deſideratis vix ſex Luſitanis. Sed Laurentius antè vouerat Mariæ Virgini Victrici ſacram ædem, quam, vbi Cananoris portum victor introiuit, in cuius conſpectu pugna inita fuerat, confeſtim faciendam curauit.

C Sed & Mediterranei maris fluctibus Mercatores Itali delati, capti demum à Turcis, & Conſtantinopolim ab eiſdem deuecti, poſt duram ac ferream captiuitatem atque laniènam; experti ſunt Diuæ Dei parentis opem. Quippe illi ſe deuouerunt, & iuramento confirmarunt ſe Florentiam ituros, redditurosa vota & obſequia *Diuæ* Annunciatæ. Ergo inter alios germani duo fratres, Nicolaus atque Iacobus, dicti Lanciani, cùm pater vtriuſque in naui obijſſet, acerbiſſima in carcere ſeruitute vexati, implorata Virgine, die tandem quo conuenerant, & ſe vinculis ſolutos diuinitus apertis mirantur, & per mediam ciuitatem illæſi & inuiſi tranſeunt, pedéſque eunt Venetias, ac tandem attingunt Florentiam gratias acturi animorum ſummo ſtupore. Rem graphicè depictam videbis apud Franciſcum Bocchi, tractatu de imagine Annunciatæ; & apud Vincentium Charron in Calendario 25. Octobris n. 4.

D Hoc quoque anno Antonius de Cucharo, in Prouincia Campaniæ in regno Neapolitano Ordinis Minorum, & Epiſcopus Acernanus, non procul Neapoli, edidit librum de Beatiſſimæ Virginis Conceptione. Quod notat Poſſeuinus in Apparatu. Scripſerunt & Sermones Ioannes Paſca, Carmelita, & Ægidius Faber. Ioannes autem Franciſcus Quinzanus, Partheno clæam euulgauit. At Marcus Vigerus, Minorita, librum vnum de Annunciatione, & hic poſtea mortuus eſt anno 1516. die 17. Aprilis, Cardinalis Presbyter Sanctæ Mariæ Transtyberim. Dein Hieronymus de Villa vitis, Canonicus Regularis, Orationes in lucem emiſit, & opuſcula varia diligenter confecit.

E Denique inuocata Virgo de Dittelbach puerum paruulum à lupo abreptum, illæſum ſeruauit. De qua re Trithemius in miraculis de Virgine de arena Dittelbach, & Gononus in Chronico hoc anno. At.

## Anno mundi 5490. Chriſti 1507.

A IN cælum euolauit Sanctus Franciſcus de Paula Ordinis Minorum fundator, de quo iam dictum eſt anno Chriſti 1473. & cuius, vt fuit magna humilitas, ita & magna fuit cum Chriſto & Sancta Deipara familiaritas. Atque, vt ea quæ ſupra dicta ſunt, iteratò hîc non repetam: Ferunt ipſum adoleſcentem adhuc ac penè puerum ſolitum quotidie Officium Virginis vel Coronam eius tanta deuotione recitare, vt quamuis rigerent frigore omnia, caput nihilominus non velaret: feſtiuéque parentibus vt ſe tegeret admonentibus dixit: Si Reginam Galliæ alloquerer, putaris id audendum à me contecto capite? Religioſus degens, ſemper cellulæ ſuæ imagine, Sanctam Mariam pingi & requirebat & volebat. Obtulit Ludouicus vndecimus Francorum Rex Deiparæ ſtatuam, ſed auream, ſed magni pretij, ſed ſeptemdecim millium aureorum. Recuſauit Franciſcus, & papyracea imagine *Diuæ* Virginis contentus, dixit, deuotionem Marianam ſibi

Ll

eſſe in corde, non in auro. Quam primam in Ordine ſuo cõdidit Eccleſiam Virgini conſecrauit. Vide vitam eius apud Surium 2. Aprilis, vbi eſt annus mortis eius. Vide Chronicon Minimorum per Ludouicum Dony Datichy exaratum.

B Intereà mira, nec ſanè parũ in India Orientali Diuæ Virginis benignam in ſuos prouidentiam declarans, accidit res, quam habet Maffeius hiſtoriæ Indicæ lib. 3. & Spinellus tractatu de exemplis n. 7. & Gononus in Chronico hoc anno, & Balinghem 15. Auguſti, & alij. Scilicet Laurentius Brittus in vrbe Cananore ita cum ſuis Luſitanis cingebatur à Rege Gentili, vt nulla ſpes euadendi eſſet: obſidebant enim militum quinquaginta millia, & obſeſſis non tantùm nullum expectabatur ſubſidium, ſed horribilis moleſta erat mirum in modum fames. Ergo ad templum Deiparæ intra arcem concurrunt, opem poſtulant; & verò conſequuntur. Ecce enim die Aſſumptionis intumeſcens pelagus euomit locuſtas, gratum & ſalubre regionibus iſtis obſonium. Quo factum eſt, vt & obſidionem facilè ſuſtinerent, & cum hoſte pacem non niſi honeſtis conditionibus facerent.

C Obijt autem Ferrariæ *B.* Cæcilia ex Ordine S. Dominici miræ puritatis & obedientiæ puella, quæ paucis ante obitum diebus in cælum rapta vidit Deiparam alióſque Sanctos quos quotidie inuocabat: rediens autem ad ſe, Ieſum & Mariam mirabiliter ſpirabat, requirebat, vocabat. Poſt obitum manus eius roſarum odorem exhalabant, quòd ijs perpetuò Roſarium Diuæ Virginis euolueret. Ita Chronicon Prædicatorum parte 2. Paginâ 243. Balinghem & Vincentius Charton 25. Ianuarij, & Gononus in Chronico.

D Meminit verò Horatius Turſellinus, libro 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 13. de ſeptenni quadam puella, quam vocat Alexandram, habitante in eo Piceni agri pago, quem nominant Rocham Contradam, cuius deuotio inter oues paſcendas exercita id promeruit à Virgine, & vt ſpectabili formâ Deipara eidem apparens, per triginta millia paſſuum, ab eo videlicet loco in quo oues Alexandra paſcebat, ad ædem Lauretanam mirâ benignitate eam deduceret; & ingenti perfuſam gaudio ex ſuæ imaginis ſuæque domûs aſpectu; iterum ad paſcua non minore ſtudio comitatéque reduceret. Hanc hiſtoriam ad longum habet Turſellinus, habet & ex eo Vincentius Charron in Calendario 23. Ianuarij n. 3. Sed hic non bene pro tempore aſſignat annum 1607. cùm ipſe Turſellinus qui obijt anno 1599. ſignificet rem centum priùs annis, hoc eſt anno 1507. accidiſſe.

E Quò eodem anno vitam clauſit extremam, vt ait Poſſeuinus in ſacro Apparatu, Ioãnes Palæonydorus, ſiue de veteri aqua, Hollandus, Carmelita, qui librum ſcripſit de puritate Conceptionis Beatiſſimæ Virginis. Sed de eo iam dictum eſt anno Chriſti 1495. literâ F. vt proinde non ſit hîc opus pleniùs de eodem diſſerere.

## Anno deinceps mundi 5491. Chriſti 1508.

A TRiſte eſt quod habet Spondanus hoc anno n. 5. & hoc anno accidiſſe probat ex Petro Martyre Angletio Mediolanenſi ſtrenuo ac ſciente Scriptore; nam Trithemius ac Surius ad annum ſequentem reuocant, hic in commentario rerum in Orbe geſtarum, ille in Chronico Spanheimenſi; de quatuor Religioſis (hos illi authores expreſſiùs deſcribunt & Ordinem nominant) qui vltima die menſis Maij per ſententiam publicam ad ignem damnati, in eum coniecti, & in cineres redacti ſunt apud Bernenſes Heluetios; videlicet Prior, Lector, Subprior, & Cuſtos, propter quaſdam doloſas atque impias machinationes, quas præcipuè contra immaculatam Conceptionem B. Virginis, in multorum ſcandalum, & inuidiam Franciſcanorum excogitauerant, commentitijs quibuſdam miraculis & viſionibus ſuam apud vulgus opinionem tueri conati; abuſique etiam ad hoc quodam ſimplici fratre Laico, qui rem omnem prodidit; ac denique nonnulla alia agentes, quæ Religioſos vtique viros minimè deceant. Quibus permoti ciues, vindices effecti de iniuria ſacræ Virgini irrogata, Aymonem de Montefalcone tunc Lauſanenſem Epiſcopum & monent & inquirere hortantur, vt fraude detectâ Magiſtratui Politico tradat, vt decet, puniendos. Inquiſiuit igitur Epiſcopus, & criminis conuictos tradidit ſæculari Magiſtratui: quos vt tradidit, ab illo flammis addicti ſunt. Hæc expreſſiùs habent, & multò certè ambitioſiùs præcitati authores.

B Longe gratior hiſtoria enarratur à Turſellino lib. 2. de Lauretana domo cap. 10. vbi verba facit, de ſanata quadam paralytica, quæ Neapoli Lauretum aduecta, & intra Deiparæ ædem demum introducta, tunc porrò ſanata eſt, cùm hæc Euangelij à ſacerdote ſacrum faciente verba, audijt, *Tibi dico Surge.*

C Sed longè gratiſſima illa eſt, quæ in Metenſi Cæleſtinorum cœnobio euênit, quam Gononus hoc anno in Chronico refert ex manuſcriptis codicibus; de quodam Religioſo negligente & incompoſito in moribus ac diſciplina regulari, quem ad iudicij diuini tribunal vocatum damnari oportebat, niſi Beatiſſima Virgo interceſſiſſet, cuius beneficio & ſanitatem citò recuperauit, & vitam in melius commutauit.

D Adauget verò lætitiam Beata Euſtochium Ordinis S. Dominici in ciuitate Ferraria, cuius fœlix obitus hoc anno contigit, vt habet Chronicum Ordinis parte 2. de qua etiam affirmat, quòd S. Maria ſub ſpecie puerperæ ſe videndam ei obtulit, ac puerulum Ieſum ex præſepi detractum in vlnas commendans concredidit, non ſine ineffabili ac mirifica lætitia, quâ pectus Euſtochij repletum eſt.

E Interim Romæ mortuus eſt Iacobus Reimolanus, Flander, Carmelita, qui Odas de Sancto Ioachimo ſcripſit, & eiuſdem ſancti vitam edidit, necnon Tractatum de Beatæ Mariæ Virginis integerrima puritate. Sic Deſſelius in Belgica Bibliotheca. Quo etiam propemodùm tempore prodierunt, Gloſſa ſuper *Aue Maria* Hernandi de Talauera, Hieronymitæ Hiſpani. Sermones Ioannis Schoonhouij; & Ioannis Briſelot; atque Antonij Rape: Et liber de Puritate B. Virginis Mariæ Pauli Bermolani; qui omnes quatuor fuêre Carmelitæ. Rurſus Vita D. Vir-

ginis Petri à Gogni, Pampelonenſis. Hortulus Aromaticus, & Septem Virginis Flores Ioannis Pfaltz Eremitæ Auguſtiniani. Qnorum aliquos hoc anno obijſſe teſtis eſt Marraccius.

Sed ex Poſſeuino in ſacro apparatu, Monaldus Roſarius, Religioſus Carmelita, necnon Pariſienſis Theologus, obijt Burdegalæ, librumque compoſuit de Deiparæ Conceptione, ſui teſſeram affectûs in S. Deipara n. F

Inter alia demum, quæ ad hunc annum in vulgus emiſit Petrus Burrus, Belga, Burgenſis & eximius poëta, quiſque dedit Hymnos ſiue Pœanas, noonulláque alia de B. Virgine compoſuit, à doctis viris dignâ laude excepta. Viuebat autem Petrus anno 1508. ioquit ſuprà citatus Poſſeoinus. Addo his, qood notat Claudius Robertus in Catalogo Archiepiſcoporum Veſuntinéſium, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 58. necoon Simplicianus Gody in hiſtoria Diuæ montis Rolandi, cap. 5. primum lapidem Eccleſiæ S. Mariæ Dolanæ in Comitato Burgundiæ, quæ Eccleſia Collegiata eſt, poſitû fuiſſe hoc aono 9. Februarij ab Antonio Vergeyo Veſuntinenſi Archiepiſcopo, quæ deinde ſpectandam ſe extulit pulcherrimo ornatu in loco plurimùm edito. G

## Anno mundi 5492. Chriſti 1509.

A LEo decimus nondum Papa, ſed adhuc Cardinalis, reſtici curauit Romæ ædem B. Mariæ in Dominica; quæ eſt in monte Cælio, vbi olim manſiones erant Albanæ, quas Tullus Hoſtilius Albâ euerſâ Albinis ad habitandom aſſignauit: ſicque appellata eſt, vel a conditrice Dominica, vel à S. Cyriacæ domo, que ex Actis S. Laorentij erat in Cælio monte, & fortè in loco huius Eccleſiæ: Cyriaca autem idem eſt, latinè reddendo, quod Dominica. Vocatur etiam à Nauicella propter lapideam oauicellam pro foribus templi poſitam, ſiue ad ornatum, ſioe ob acceptam aliquam per B. Virginem à naufragio liberationem. Quæ omnia Spinellus commemorat tractatu de templis n. 27.

B Obijt autem Biturici Maturious Clemens, dictus Gallicè *Courtois*, Carmelitarum Prouincialis, & Theologorum Pariſienſium Decanus. Is librum vnum exarauit de ortu S. Aonæ, & inſuper alterum de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, præter alia multa. Sic habes Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Sed & de eadem Conceptiône librum appellatum, Clypeum B. Virginis, edidit Antonios Borromæus, Patauinus. Sermones verò plures Nicolaus Deniſe, Minorita, Prouinciæ Franciæ Miniſter; qui die 18. Maij hoc anno è vita deceſſit. Vt patet ex Bibliotheca Marraceij.

C Addit inſuper Martyrologium Benedictioum apud Arnoldum Vvionium libro tertio ligni vitæ, Maij 23. hoc vlteriùs anno migraſſe ad Dominum, & in cœnobio de Ripolis ſepultum eſſe, S. Angelum monachum octuagenarium Valis Vmbroſæ: de quo Martyrologium prædictum his expreſsè verbis loquitur: *In elenatione ſacroſanctæ Encbariſtiæ, meritis B. Mariæ Virginis, cuius erat deuotiſſimus, meruit gloriam Dei aſpicere*: Poſt hæc.

## Anno mundi circiter 5493. Chriſti 1510.

A COntigit erectio Sacelli *Sanctæ Mariæ à Buch*, in montibus Aquitaniæ inter media deſerta, de qua Florimondus Remondus libro 1. hæreſeos, & poſt eum Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 56. qui aiunt illud erectum a Fratre Thoma Franciſcano, optimo Religioſo, & prophetici ſpiritus viro, qui impendentia Lutheranæ hæreſis mala his temporibus prædicebat, & omnes hortabatur ad agendam pœnitentiam. Hic ergo in littore aliquando contiteos, ſedataqoe precibus graui æquoris tempeſtate, ioter oaufragij reliquias ad ripam reiectas reperit imaginem B. Virginis, quam io erecto paupere ſacello ligneo locatam appellauit S. Mariam à Buch. Illa viſitari ſtatim incepit & miraculis famam habere, oec voquam a Pyratis violari impunè potuit. Et verò qui anoo Chriſti circiter 1600. ex Anglia eò delapſi prædam agere voluêre, vix mare ingreſſi, ſereno permanente cælo, hauſtis nauigio aquis ſubitò periêre.

B Hoc quoque tempore, hoc eſt anno 1510, vt habetur in Chronico Dominicano parte 2. abijt in cælum B. Columba Rietenſis ſanctimonialis ordinis Prædicatorij, quæ adhuc quinquennis Deiparam elegit in ſpecialem Dominam atque Aduocatam, multis ſalutatiooibus Angelicis eidem quotidie oblatis. Cui etiam viciſſim beatiſſima Virgo communicare dignata eſt viſionem ſui, ac intuitionem totius myſterij Natiuitatis Chriſti auditis etiam concinentibus Angelis *Gloria in excelſis Deo*.

C Viuebat autem, vt vult Poſſeuinus io Apparatu, Euſtachius Bonooienſis è familia S Domioici, qui primùm Prouincialis Lombardiæ, deinde Procurator Generalis Ordinis ſui fuit, & tractatus duos alterum de Incarnatione, alterum de Deipara ſcripſit. Viuebat quoque Henricus Horoeby Anglus, Cantabrigienſis Academiæ, dum adhuc Catholica erat, Theologus, qui libro vno hiſtoriam nominis Ieſu, libro altero hiſtoriam Viſitationis B. Virginis edidit, vt ait Poſſeuinus loco ſuprà citato. At

## Anno mundi 5494. Chriſti 1511.

A INſigne benignitatis & humanitatis Marianæ exemplum in ſe vidit Hyeronimus Æmilianus, quem aſſerit Gooonus in Chronico, hoc anno ex teterrimo & crudeli carcere, poſt inuocatam Beatam Dei Matrem, ab eadem viſibiliter fuiſſe eductum, imò & deductum vnà cum compedibus ferreis ceteróque duræ captiuitatis apparatu, per medias Maximiliani Cæſaris acies, & tantâ Comite vehementer exhilaratum, donec Taruiſio coospecto demum euanuit Auguſtiſſima Liberatrix: ipſe verò templum S. Mariæ Taruiſinæ ingreſſus, votum abſoluit, gratiam receptam euulgauit, cateoas & manicas ferreas ibi reliquit, tabellam tanti beneficij memoriam oculis exhibentem appendit.

B Sed & Montiſſerrata hiſtoria miraculo 115. eoormem brachij tribus in locis confracti iniu-



Digitized by Google

riam, implorata Diuæ Mariæ Montiſſeratæ ope, commemorat fuiſſe penitus coram omnibus in momento abſterſam. Quam rem in muliere accidiſſe liber citatus ait, & in vrbe S. Michaëlis in Hiſpania, & Concionatore de S. Maria Monſerratenſi ac miraculis eius publicè verba faciente. Tangit hanc hiſtoriam Vincentius Charron in Calendario 25. Aprilis n. 7.

## Anno deinde mundi 5495. Chriſti 1512.

A Petrus Antonius Perottus, Silueſtrinorum Præpoſitus Generalis, Diuæ Mariæ Lauretanæ ſtudio venerationéque accenſus, Abbatiam S. Laurentij Laureto proximam, cum vniuerſis villis, ædibus, pratis, agris, oliuetis, ſiluis, ad eam pertinentibus, Pontifice approbante, Lauretano conceſſit templo. Hæc notat Turſellinus lib. 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 14.

B Quo circiter tempore, ſicut author eſt Ioannes Lopeſius Dominicanus lib. 1. de Roſario cap. 15 & ex eo Bonifacius in hiſtoria Virginali cap. 11. Dux Albæ Federicus à Toleto graues in blaſphemos, & nihil ſane minus quàm mortis ſupplicium interminantes leges ſeueriſſimè edixit. Deprehenſi duo capite damnati ſunt, quorum alter decurſo Roſario opem Virginis implorabat, alter, licet inuitatus a Presbytero, idem facere negligebat. Verùm aſinis, vt mos eſt, ad ſupplicium vecti diſparem valde cōditionem experti ſunt. Deuotum quippe in Virginem aſinus cui inſidebat, nullo potentē remorari, deduxit ad Roſarij ſacellum, in quo receptus à morte ſeruatus eſt: alter rectà iuit ad ſupplicium, vbi & punitus eſt. Quæ res accidit in ciuitate Hiſpaniæ quæ Victoria dicitur. In qua etiam vrbe, vt aiunt iidem authores, non multo pòſt accidit, vt Roſarij Sodales ſiue Confratres, ceram, cùm neceſſariâ in die Purificationis carerent, diuinitus eſſe multiplicatam, & cereos, poſtquàm triduo arſiſſent, plus quam antè ponderare, experti ſint. C

Ad hunc etiam annum, vt notat Poſſeuinus in Apparatu, vitam produxit Leonardus Perufinus, Monachus Congregationis Caſſinenſis, qui ſcripſit tres libros Elegiarum de Chriſto Domino ac de Beatiſſima Virgine.

D Sed &, vt ait idem author, Mauritius de Villa probata Ordinis Prædicatorum, piè ſcripſit Coronam B. Virginis, in qua plurima congerit benignitatis Marianæ ac virtutum exempla. Vide Poſſeuinum in Appendice ad tomum primum Apparatus, Verbo, Exempla. Quin & ex eodem Ordine defunctus eſt Paſchaſius de fonte pudico, qui Sermones pro omnibus Feſtis Deiparæ ſcripſit, vt habet Marraccius. Iam verò.

## Anno mundi 5496. Chriſti 1513. Leo decimus Iulio ſecundo ſuccedit.

A Eundem autem Pontificem Turſellinus lib. 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 16. 17. 21. teſtatur non ſpiritualibus tantùm donis Indulgentiarum, immunitatum, atque aliorum priuilegiorum ornaſſe Lauretanam Domum: ſed prætereà expendit atque enumerat pretioſa ex argento munera ad ornandam aram, Liguſtica marmora ad incruſtandos parietes, tormenta ænea ad defendendos muros & arcendos hoſtes, & ſimilia Pontificiæ liberalitatis teſtimonia & decora. In quod etiam propemodùm tempus, cap. 18. conijcit inauditum hactenus, & omnibus retrò ſæculis inuiſum portentum, quod accidit in ſacerdote Dalmata, quem, dum inuocat Mariam, dum clarâ voce ſpondet ſe venturum in Lauretanam eius ædem, Turcæ infeſti diripiunt, & viperis immaniores præcordia extrahunt, tradúntque ferenda ad Diuam illam quam inuocat. Detulit ille dexterâ ſuâ exta ſua, & mirantibus ac ſequentibus populis, per quos via ducebat, tandem Lauretum venit, & ibi ritè Chriſtianis ſacramentis munitus, atque oblatis templi Miniſtro præcordijs, ſperantem in Mundi totius Domina & Patrona Chriſtianorum exſpirauit animam.

B Hoc eodem anno, vt habet Spondanus n. 13 liberata eſt Diuio à periculoſa Heluetiorum importunaque incurſione & obſidione. Eſt verò Diuio primaria vrbs Ducatus Burgundiæ, quam vndecim circiter millia Heluetiorum ita premebant, vt circumiacentia vaſtarent, diriperent, incenderent omnia. Liberatam autem fuiſſe vrbem hoc flagello, ope, & auxilio Beatiſſimæ Virginis; cuius ſacram Imaginem *Bonæ Spei* dictam, miraculiſque celebrem, magna cum deuotione & reuerentia ciues ſolemni proceſſione detulerint; eſt firma fides illius populi: qui etiānum in tanti beneficij memoriā per ſingulos annos ſimili recurrente die, eam Virginis imaginem celebri ſupplicatione deferre conſueuit. Præter Spondanum, hunc Virginis fauorem adhuc explicat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. c. 12. §. 5. n. 42. & ex eo Vincentius Charron in Calendario 6. Septembris n. 1. necnon Gononus in Chronico ad hunc annum. Mihi verò videre licuit hanc liberatricis B. Deiparæ imaginem anno quo hæc ſcribimus 1660. quæ in dextro Sacello C venerationem habet in Eccleſia Parochiali dicata Beatiſſimæ Virgini, quam Eccleſiam fundaſſe dicitur quædam Burgundiæ Duciſſa circa ineuntis ſæculi duodecimi primordia; dicauit autem, inquit Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Lingonenſium, Hugo Epiſcopus Tabarienſis, ſiue Tyberiadis, Suffraganeus Ioannis D ſecundi Lingonenſis Epiſcopi; Et dicauit octauo Maij, Dominicâ poſt Aſcenſionem anni 1334. adſiſtente Ponicardo Abbate decimo octauo S. Stephani Diuionenſis, à quo prædicta Beatæ Mariæ Eccleſia dependet.

C In Caſtello autem Bleſenſi diem vltimum obijt Anna Britannica Regina Galliæ, primùm quidem Caroli octaui, deinde Ludouici duodecimi coniux. Ita Franciæ Annales, & Argentré in hiſtoria Aremorica, & alij paſſim. Quàm verò fuerit bonâ mente in Deiparam Matrem, manifeſtant ea, quæ in venerationem eius ædificauit, templa. Vnum condidit Nigeone apud Pariſios ad Sequanæ ripam dexteram, eo loco A vbi anteà erat Ducum Aremoricorum palatium, quod voluit dedicari *S. Mariæ omnium gratiarū*, & ei adiunxit Minimorum conuentum. Rurſum aliud fundauit Lugduni in ſuburbio juxta portam

Google

Sciſſam, et adiditque Franciſcanis Obſeruantibus. Inſuper inuiſit B. Mariam de Folgoat in Diœceſi Leonenſi; vbi, præter alia oculta, ex impenſis ſuis inſtituit ædituum, qui ornamentorum Eccleſiaſticorum curam haberet; tres item pueros Symphoniacos, qui muſicum cantum non ſatis adhuc plenum ibidem complerent; & Monachos duos apud S. Mariam a Moto. Initium præterea dedit Ordini funis Franciſcani, quo etiam fune inſignia ſua circumcingi voluit; hoc ſigno Matronas pudicitiæ ſeruandæ moneri deſiderans. De hac vide Vincentium Charron 9. Ianuarij n. 3. & 12. Iulij n. 1. ac Iacobum Breulium libro 4. Antiquitatum Pariſienſium.

D Sed & Montiſſerrati, cùm quidam Maurus cum Domino ſuo forte coram ara Virginis adſtaret, tam à repentè ſenſit præcordia ſua ſuauitate demulceri, vt quem ante nulla monita, nullæ minæ, nullæ rationes ad fidem Chriſti amplectendam mouebant, ſubitò tanta ſuauitas ad baptiſmum traxerit, quem nominarunt Ludouicum de Monteſerraro. Ita hiſtoria Montiſſerrati miraculo 123. & Vincentius Charron in Calendario 20. Octobris n. 3.

E Habet eadem Montiſſerrati hiſtoria miraculo 120. prodigioſum caſum Domini de Nabalcs, qui vnà cum equo, cùm Toloſam iret, in præcipitium delapſus, in ipſo caſu, Virgine inuocata, nihil penitus incommodi ſenſit.

F At in India Orientali, Alphonſus Albuquerquios Prorex, ex Arabia rediens, quando Luianum inueheretur in ſinum, cum extremo ſalutis diſcrimine in Syrtes impactus eſt: Virginis imploratum auxilium illi ſaluti fuit: vnde ad perpetuam tanti beneficij memoriam in vrbe Goa templum extruxit, & ex hoc caſu *S. Mariæ va da* Luianæ Syrti nomen impoſuit. Ita Maffeius lib. 5. hiſtoriæ Indicæ, & ex eo Spinellus tractatu de exemplis n. 7.

G Præterea Iodocus ſiue Iudocus Clichtouæus, Neoportuenſis, Gallus, & Carnotenſis Eccleſiæ Canonicus, edidit Pariſijs de puritate Conceptionis Beatiſſimæ Virginis: & de eius dolore in Paſſione filij ſui, ac de Aſſumptione eiuſdem; necnõ etiam de dignitate Annunciationis. Quod notat Poſſeuinus in ſacro Apparatu.

H Idem etiam ibidem meminit, de quodam Lodouico ex Ordine Minorum, qui vixit hoc anno & ſcripſit Sermones extraordinarios de B. Virgine. Cui iungendus eſt Hercules Stroza, Ferrarienſis, inſignis Poëta, qui edidit quatuor Poëmata in laudem B. Deiparæ. Imò & Baptiſta Valentinus, Sabinus, qui, compoſitâ Expoſitione in Officium B. Virginis, demum ſequente anno mortuus eſt.

## Anno autem mundi 5497. Chriſti 1514.

A NOlæ in Italia, aut ſecundo circiter ab ea lapide, clarere miraculis cœpit Imago Deiparæ dicta *S. Maria à pariete*, quæ eſt in cœnobio Canonicorum Lateranenſium: Inſcriptio ſupra templi fores poſita indicat id his verbis: *Deo Optimo, Maximo, Deiparæquè Virgini, cuius hæc olim imago ſub terram ſepta vepribus, Antiliâ Scalâ diuino monitu indicante, eruta miraculis latè claruit; & à pariete, in quo picta eſt, nomen habuit, anno ab eiuſdem Virginis partu 1514. vndecimâ die menſis Aprilis.* Vide Spinellum tractatu de Feſtis ac Templis Deiparæ n. 53.

B At in Gallia Ludouicus duodecimus Rex Galliæ innouauit edictum Philippi ſexti Valeſij contra blaſphemantes in B. Virginem, vt patet ex Titulo de Maleficijs & Blaſphemis cap. 1. de quo edicto nos dictum eſt anno 1328. Inſuper hoc anno mortuus eſt idem Ludouicus multùm deploratus a ſuis, quem populi Patrem meritiſſimè vocabant. Ita Scriptores rerum Gallicarum, & Vincentius Charron in Calendario 1. Ianuarij n. 9. cùm mortuus ſit in fine Decembris, vel, vt alij volunt, Calendis Ianuarij anni 1515. Quod habet Petauius in Rationario temporum.

C Sed & Vriel Moguntinenſis Archipræſul ex hac vita migrauit, vt rectè aduertit Claudius Robertus in Catologo Epiſcoporum Moguntinenſium, & Serarius in Moguntiacis, & Vincentius Charron ac Balinghem 9. Februarij, de quo hi poſtremi aduertunt, ex affectu Beatæ Virginis honorandæ, iuſſiſſe ipſum celebrari ſub duplici rito feſtum S. Mariæ ad Niues.

D At in Polonia, Sigiſmundus Rex vicit ope Virginis aduerſarios Moſcouitas, quam victoriam commemorat Bzouius in Annalibus anno 1383. quo etiam ſuperiùs anno nonnulla dicta ſunt de S. Maria de Claromonte: ad quam S. Mariam miſit Sigiſmundus Epiſcopum Cracouienſem, commendaturum Beatæ Virgini totum belli ſucceſſum: auditique sũt dæmones luctuosè clamãtes: *O Maria non ceſſas pro Nazaræis poſtulare.* Reportatâ hâc victoriâ miſit Sigiſmundus & dona pretioſa, & vexilla hoſtibus erepta ad Clarummontem, hoc eſt ad Diuam Czeſtochouienſem. Vide etiam de hac re Vincentium Charron in Calendario 2. Martij n. 4. Et Spondanum hoc anno n. 6. qui tam inſignem victoriam contigiſſe ait, octauo die Septembris, feſto Natiuitatis Beatiſſimæ Virginis: & cæſa eſſe ſupra triginta Moſcorum millia, ex octoginta equitum millibus, qui in armis erant: capta quatuor millia cum præcipuis ducibus, ac multis proceribus, & numeroſa nobilitate, ſigniſque quamplurimis. E Polonis autem cecidiſſe duntaxat paulo plus quàm quadringentos equites & quatuor Barones.

E Denique in Æthiopia, vt notat Spondanus hoc anno n. 9. florebat Helena, auia Regis Æthiopiæ Dauidis, prudentiſſima fœmina atque ſanctiſſima, necnon doctiſſima, quæ etiam duos compoſuit libros ſermone Chaldaico, alterum de Trinitate, ac de Mariæ Deiparæ Virginitate; alterum de lege Dei, acutiſſimè de ijs in vtroque diſputans. At

## Anno mundi 5498. Chriſti 1515.

A FRanciſcus primus Gallorum Rex Italiam petens Mediolanum ſubacturus, infenſos per iter ad Sandonatum expertus Heluetios, eos acerrimo prælio profligauit, & victoriâ admodùm difficili reportatâ, ibidem per tres dies moratus ſacra ſolemnia peragi præcepit; primo pro gratijs Deo de victoria agendis; altero pro animabus defunctorum qui prælio ceciderant; poſtremo pro pace conſequẽda: ædẽmque ſacram ibidem in victoriæ trophæum erigi mandauit;

quæ in Monaſterium creuit, quod Patribus Cæleſtinis attributum fuit ſub nomine *B. Mariæ de victoria*. Ita hoc anno Spondanus n.7. & Poitæut Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. o. 5. Addit vero Gononus in Chronico, paulò poſt cœnobium iſtud, mutatâ fortunâ populorum, ereptum Cæleſtinis, Franciſcanis traditum eſſe. Poſtmodùm circiter

## Anno mundi 5499. Chriſti 1516.

Accidetunt, quæ Turſellinus habet in hiſtoria Lauretana capitibus 19. & 20. tum de Turcarum incurſionibus, quæ à Virginis æde ſunt diuinitus impeditæ; tum de auaro exercitu Vrbinatis Ducis, à ſpolianda ſacra domo, per luporum agmina obuios quoſque fœdè laniantia, cælitus cohibito. Quæ apud hunc authorem fusè & eleganter deſcripta reperies. Fuſiſſimè verò Iuſtinus Miechouienſis Diſcurſu 220. n. 65 explicat inuentionem Imaginis S. Mariæ in villa *Gidle* Gneſnenſis Diœceſis, quæ hoc anno contigit per Ioannem Cezek colonum, qui dum arat, & ſtiua boues agit, derepentè genibus prouolutos videt, &, licet percuſſos, nullo modo moueri. Cauſam rei inquirens lapideam Virginis iconculam reperit, quam boues venerati calcare iacentem veriti ſunt. Ergo Ioannes illam cum ſtupore arripit, & inde deportatam, domi in arca ſua claudit, & quam ſemper ſub pannis detectam occultabat, quoties arcam aperit, toties ſupra pannos emergentem offendit. Iam diuerſis duobus admonitus ſignis, neutiquam theſaurum agnoſcit ſibi à Deo concreditum: tertiò admonetur graui morbo & cæcitate. Viſitatus à quadam matrona, quæ arcam Ioannis inſolitò radiare conſpexit, & ab ea rogatus num quid ſacri in arca condidiſſet, tum demum intellexit; & Parochum aduocans imaginem ita præbuit, vt ſtatim ſanitatem viſumque receperit. Imago licet honorificè in Eccleſia repoſita, nuſquam tamen conſiſtere viſa eſt, niſi eo in loco vbi primùm à ruſtico Ioanne colono prædicto miraculosè eſt inuenta: quare ibi lignea initio in columna poſita eſt, deinde ſacellum habuit, ac demum prodigijs iterum atque iterum frequentatis nobilem Eccleſiam, quam Martinus Gidzielski ex voto conſtruxit, atque Ordini Diui Dominici procurandam tradidit. De hac S. Mariæ imagine ſcripſit Polonicè Gregorius Trebnic, & hiſtoriam atque miracula copiosè explicuit. Quod non ſiluit Marraccius in Bibliotheca.

B In Hiſpania autem mortuus eſt Ferdinandus quintus Rex totius Hiſpaniæ, de quo loquitur Mariana lib. 30. cap. 27. & alij Hiſpanicarum rerum Chronologi. Quem etiam teſtantur; præter quàm quòd Mauros, Virginis & virtutis hoſtes, ex Hiſpania fugauit, & in vrbe Malaca præcipuum ipſorum fanum conſecrandum Deiparæ præcepit, ſicut & in vrbe Granata, vt dictum eſt anno 1492. litera C; prætereà inter multas inſulas, quas regno Hiſpaniæ copulauit, vnam ex illis Diuæ Mariæ dedicaſſe, atque vocari imperaſſe nomine inſulæ Conceptionis. Qua de re Vincentium Charton in Calendario 3. Auguſti n. 5. conſulere poteris.

C Interim hoc vlteriùs anno floruit & obijt Iodocus Gallus, Rubeaquenſis, Spirenſis, non Epiſcopus, ſed Abbas, etiamſi Poſſeuinus in Apparatu & Marraccius in Bibliotheca, eum Antiſtitem appellant: Sed non eſt in ſerie Epiſcoporum Spirenſium, vt patet in Gallia Chriſtiana Roberti. Hic verò ſcripſit Dialogum de Purificatione Beatiſſimæ Virginis. Scripſit & Iacobus Dauid, Iuriſconſultus Anicienſis, Hiſtoriam dedicationis Eccleſiæ Podij Anicienſis in Vellauia, ſacræque Imaginis Virginis ibi exculta: Carmina item varia cum Oratione ad laudem eiuſdem Virginis. Scripſit etiam Antonius Ferrarienſis, Prædicator, Mariale continens Homilias triginta. Scripſerunt & Minoritæ duo, Candidus Ranzeus, ſuperiore anno mortuus, Salutationes ad glorioſam Matrem Dei, Aduocatam noſtram, in quibus eſt breuis modus recitandi Coronam eiuſdem Matris Dei. Et Petrus Galatinus, Theologiæ linguæque Hebrææ abſolutus Doctor, qui contra Iudæos librum ſat magnum explicuit & ſcripſit, De ſanctiſſima Meſſiæ Matre. De quibus verba fecit Mariana Bibliotheca. Nunc

## Anno mundi 5500. Chriſti 1517.

A Franciſcus Ximenius, Archiepiſcopus Toletanus & Cardinalis; qui Ferdinando quinto Hiſpaniarum Regi in conſilijs primus ac præcipuus erat, & totius Regni Miniſter; mortuum præcedente anno Ferdinandum Dominum Regem ſuum, hoc tandem anno moriens ſecutus eſt, vt Gomeſius tradit in Ximenij vita. De quo etiam iam dictum eſt anno Domini 1506. litera A, erexiſſe eum Confraternitatem vtiliſſimam ſub nomine Conceptionis immaculatæ Deiparæ: Inſuper addendum eſt eundem ritu ſolemni conſecraſſe Eccleſiam *B. Victrici Mariæ* in vrbe Madaura, quam Oranum vocant, ſtatim atque vrbs illa ab eo capta fuit; quod habet Mariana libro 29. cap. 18. Vlteriùs ſanctè inſtituiſſe, vt ſingulis feſtis ac Dominicis diebus continuò poſt veſperas in omnibus parochijs Toletani Archiepiſcopatûs congregati pueri coram B. Deiparæ imagine edocerentur ſalutare Diuam Virginem, vt à teneris eius amorem ebiberent. De qua re idem qui ſupra Gomeſius, & Vincentius Charton in Calendario 8. Nouembris, & Balinghem eadem die, qui prætereà addit, ab eodem Franciſco Theologorum Xenodochium, nomine Deiparæ dedicatum, fuiſſe in Academia Complutenſi conſtitutum, vt in eo magna diligentia & cura ſtudioſi ægritudine preſſi iuuarentur & fouerentur. Rurſus ab eodem Turrilacunæ, in patrio ſolo, in honorem Virginis cœnobium ſplendidum ac verè ſumptuoſum exaltatum fuiſſe. Denique ab eodem in articulo mortis Beatam Deiparam vt crebetrima voce, ita magno affectu magnáque fiducia fuiſſe inuocatam.

B Hoc eodem anno obijt quoque B. Silueſter Marradius è familia S. Dominici, vt conſtat ex Chronico Ordinis Prædicatorij parte prima: vnde etiam habemus, Silueſtro, cum vtroque parente orbatus eſſet, è pago ſuo Florentiam tendenti, vt conditionem aliquam vitæque genus eligeret, occurriſſe B. Deiparam, quæ eum, dum inter eundum varia ſalutis & perfectionis documenta dat, Florentiam vſque ad Diui Dominici Monaſterium deduxit, & mox diſparuit.

Admiſſus ad Religionem taotùm in literis profecit, vt euaſerit magoi numinis & magni profectùs verbi Dei concionator. Hæc præterea de Siluestro Marradio notant Balinghem & Vincentius Charron 1. Octobris, & alij.

C Sed & Montiſſerrati, nouo prodigio teddirus eſt oris vſus & auris cuidam adoleſcenti nomine Ooupbrio, patriâ Gebennenſi. Oranti enim in B. Virginis templo, & ante maximam templi aram, ipſa B. Virgo viſa eſt veſte candida otnata de loco ſno procedere, & tum os eiꝰ, tum aures attingere aiens: *Ego ſum Virgo Maria*; quæ verba, vt ille audiuit, ſoluta lingua prorupit in laudes Dei ac Deiparæ: quod idem præſtitêre cuncti qui aderant, & tum loci Abbas, tum Monachi, ſolemni cantu & feſto campanarum ſono *Te Deum laudamus* cecinerunt. Ita miraculum 36. hiſtoriæ Montiſſerranæ, & Vincentius Charron in Calendario 10 Martij n. 2.

D In Germaoia autem bacchari incipit noua peſtis Lutherus, Diuæ Virginis oſor, ſicut & virginitatis impius oppugnator, de quo pluribus tractant Cochlæus, Liodanus, Surius, Prateolus, Vlembergius, Florimondus, Bzouius, & alij, qui vnà cum Spondano boc anno o. 1. 2. 3. 4. 5. tantum virus conſpiciunt & horrent. Inter cætros autem, qui felleum eius in Deiparam & os & pectus excutiunt, non poſtrema obtinet Petrus Caniſius opere illo eleganti, quod compoſuit de Maria Deipara Virgine: io eo enim varia teterrimi monſtri dogoiata depromit & confutat, quibus Virgineni infamare, & quodammodo infra reliquas creaturas abijcere videtur. Nam & parentes Deiparæ contemnit, & reijcit B. Annæ ſolemnes ferias, & feſta B. Mariæ repudiat, & eam vt peccatis oppletam carpit, & omoi merito exſpoliat, vt apud prædictum Caniſium videre potes fusè iſtas nænias refutantem bibro 1. cap. 4. & 11. ac libro 2. cap. 15. & 14. vbi etiam Lutheranas has voces depromptas ex poſtilla Lutheri circa Euangelium Dominicæ primæ poſt Epiphaniam non ſino borrore audire eſt: *Quid potuit cogitare Maria, niſi ſuâ culpâ amiſſum filium Dei, & Deo Patri viſam indignam, cui filium ſemel commiſſum denuò relinqueret? Melius fuiſſet non factam eſſe matrem, quàm rapi ab ea improuisò. Et quis inter homines fuit maior peccator, quàm hic eſt ipſa mater Dei, &c.*

Adhuc hoc anno Ioannes Mutmellius, Ruremundenſis, inter Scriptores Marianós laudem aliquam habuit, & vt licet ſperare, mercedem à Virgine: nam 2. Octobris Dauentriæ obijt, vt docet Poſſeuinus in Apparatu ſacto. Inter alia autem quæ compoſuit, ſcripſit carmen in ſalutationem Angelicam & Pæana triplicem in florea D. Mariæ ſerta. Iam verò

## Anno mundi 5501. Chriſti 1518.

A ROmæ decimo qnarto die Martij inſtituta eſt ſupplicatio, in qua Imago Beatæ Virginis, quam olim Galliæ Angeb de cælo lapſi tradiderant, ſolemni pompâ delata eſt: adfuit cum Cardinalibus Pontifex Leo nudis pedibus incedens, & contra Selimum Imperatorem Mabumetanorum cæleſte implorans auxilium; contra quem etiam Chriſtianos mouit principes, vt cruce ſe ſignarent: ſed breui Selimum Deus de throno ac vita ſubducens, biennio quippe pòſt mortuus eſt, oſtendit fuſas ad Deiparam preces non fuiſſe vacuas. De ſupplicatione prædicta agit Spondanus hoc anno n. 1. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 98. Balinghem item ac Vincentius Charroo in Calendario 14. Martij, ac deniqoe Vita Leonis per Andream du Cheine conſcripta.

B Hoc quoque anno, vt ait Poſſeuinus in ſæpè citato Appararu, Adam Præmoſtratenſis, Pariſiis Profeſſor, librum edidit, qui inſcribitur nomine Beatiſſimæ Deiparæ, in quo diſſerit de Ordioe, habitu, & profeſſione Religioſorum Præmonſtratenſium Diuæ Virgini ſpecialiter addictorum.

## Anno autem mundi 5502. Chriſti 1519.

A IN Prouincia, quæ eſt regio Galliæ, ædificari cœpit ſupra montem Vardalliom ædes *B. Mariæ à gratia*, quam ipſa Auguſtiſſima Virgo, comitata Sanctis Michaële atque Bernardo, apparens die S. Laurentii Ioanni de la Baume, viro non contemnendæ pietatis, ibidem præcepit extrui, eo quòd ipſa locom illum optauit multis clarificandnm miraculis, qoæ miracula vſque hodie etiam perſeuerant, vt notat Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 59. & ex eo Vinceotins Charron 10. Auguſti n. 2.

B Interim moritur Ioannes Trithemius, Spanheimenſis in Germanis Abbas, qui multa compoſuit in Deiparæ laudem. Nam libro voo ſcripſit de laudibus B. Annæ Matris S. *Mariæ*: libro altero laudes S. Ioſephi cooiugis Deiparæ: libro tertio de miracolis *S.* Annæ. Præterea duobus libris de miraculis S. Mariæ in Dittelbacb: ſex libris de miraculis eiuſdem Virginis in Vrticeto. Et diuerſa alia, quæ Trithemii ſincerum in Deiparam amorem pleniſſimè demooſtrant. Qood notat Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

C Idem verò aotbor in eodem Apparatu vixiſſe teſtatur boc tempore Conradum Ruffum, Eſterlogenſem, Ordinis Prædicatorum, qui compoſuit bomilias quaſdam io illum hymoum: *Stabat Mater doloroſa iuxta crucem &c*, Et in illa Euangeliſtæ verba: *Extollens vocem quædam mulier de turba &c.*

Denique Ioannes Condenbergius Decanus Eccleſiæ S. Ægidii in oppido Addenbrocenſi Diœceſis Vltraiectinæ, ſcripſit ad Carolum quintum Imperatorem, & edidit hoc anno Antuerpiæ; De initio, progreſſu, & impedimentis Fraternitatis ſeptem dolorom Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Ita Deſſelius in Bibliotheca Belgica. Nunc verò

## Anno mundi 5503. Chriſti 1520.

A IN Bigerrenſi prouincia, quæ Diœceſis Auſcenſis ſiue Auxiranæ eſt, iacta ſunt fundamenta Eccleſiæ B. *Virginis Garaſoniæ*, totâ Aquitaniâ, imò & Gallia tota celeberrimæ; ex apparitione Sanctiſſimæ Deiparæ facta virguneolæ cuidam oues paternas cuſtodienti, & rem aliis per mira-

Digitized by Google

cula confirmanti. Cuius Eccleſiæ, & virtutum ibi in ſanandis animi & corporis morbis oſtenſarum (vnde & à vulgò *de Gueriſon*, ſiue *de Garazon*, id eſt ſanationis nuncupatur) editus eſt liber ab eius ædis Præfecto Petro Goffredo vulgari idiomate conſcriptus. De hac Eccleſia & cauſa fundationis eius agit præterea Spondanus anno præſente n. 12. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 33. atque Gononus in Chronico ex eo.

B Idem verò Gononus ibidem ait, Veneteoſes in Armorica hoc etiam anno lue inguinaria ac peſtifera oppreſſos, Sacellum Chriſtiparæ ſub titulo *Virginis de Virtutibus* in templo Minorum extruxiſſe ſicque liberatos fuiſſe. Orotius autem in hiſtoria Luſitaniæ libro 12. n. 22. ait Mariam Emanuelis Luſitanici Regis filiam hoc anno menſe Iunio prodiiſſe in lucem ex matre Eleonora. De qua Maria Vaſconcellius Anacephalæoſi 18. n. 13. aſſerit, eam poſteà illibato virginitatis flore obiiſſe Vlyſſipone, & iacere in Diuæ Virginis a Luce ad aram maximam, quam, velut opus cum Luſitaniæ magnificentiſſimis abſolutiſſimiſque iure comparandum, propriis ipſa ſumptibus exædificauit. Quod iterum repetit in deſcriptione Regni Luſitanici, paragrapho de Delubris n. 4. vbi etiam idem author explicat initium & occaſionem Templi B. Virginis a Luce, his propemodùm verbis: Celebratur non procul a ſuburbio Vlyſipponenſi templum ſanctiſſimæ Virginis a Luce, ita dictum ex variis luminibus, quæ Alphonſo quinto regnante (de Alphonſo diximus anno Christi 1481. litera A) nocturnis in tenebris illo loco diſcurrebant, cunctis admiratione detentis; & diuerſa ominantibus; donec Virgo eadem Petro Martinio ſe videndam præbuit ergaſtulo in Mauritania detento. Illum enim docuit ſtatim fore vinculis liberandum: proinde monet, vt ad locum luminibus celebrem prope Olyſipponem tendat, & ſacellum extruat Sanctæ Mariæ à Luce. Vbi ſe Virgo captiui oculis ſubtraxit, ſe ille ſtupet non in Africa, ſed in Luſitania, & vinculis ſolutum, quæ tamen poſſet in miraculi fidem poſteà ſuſpendere: Et comites adſciſcens Lupum Simonium, & ipſius vxorem Agnetem Aneſiam, adſpexit fonti imminentem ſtellam lucidiſſimam; quam veluti clariſſimum ceteum præcedentem ſecutus, eſt in ſiluam progreſſus. Secundo riuulo curſum illa tenuit, & ſplendorem intendit eo loco, vbi theſaurus abſcondebatur. A tribus virgulta cæduntur, ſilua perpurgatur, & in media area ſub lapidibus palmare Virginis ſignum candido ſerico veſtitum reperitur, quod hodie (ſcribebat Vaſconcellius anno 1618.) perſtat ita illæſum, ac ſi nunc primùm ex veſtiaria officina detraheretur. Quâ ex materia eſſet effigies, quæ bombicina veſte tegebatur, nemo adhuc potuit explorare; tentantibus aut cæcitate, aut febre percuſſis. Illi Petrus Martinius eodem loco vmbraculum ex ramis texuit, & diuendita facultatum parte ſacellum inchoauit: adſtante, cum cæmenta iacerentur, Alphonſo quinto Rege, & Vlyſſiponenſi Præſule Alphonſo Noqueria, qui fanum abſolutum primo ſolemni ſacro coram eodem Rege dedicauit. In illud olim, & nunc plenis ſemper viis commeatur, ob beneficiorum multitudinem, quæ ab omnibus in illa æde obtinentur. Eam *Maria* Emanuelis Regis filia locupletatam nouo adyto ex fabrefactis admirabili opere & nobilitate marmoribus, in ſepulchri locum elegit. Hactenus Vaſconcellius, vnde corrigas Poiræum qui Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 15. *Mariam* vocat non filiam, ſed coniugem Regis Emanuelis.

C Denique Silueſter Prieras, Ordinis Prædicatorii, doctiſſimus vir, *Magiſter* ſacri Palatii, ac deinde Generalis Ordinis ſui, qui primus dicitur ſcripſiſſe contra Lutherum hoſtem infenſum B. Virginis: ſcripſiſſe quoque perhibetur hiſtoriam B. *Mariæ* Matris Dei hoc circiter anno, vt videre eſt apud Poſſeuinum loco ſæpè citato. Ex quo vlteriùs Ordine, Conciones euulgarunt Franciſcus Cordubenſis, Petrus Couarruuias, Guilielmus Papicus; quod docet *Mariana* Bibliotheca: quæ etiam aſſerit Silueſtrum ſcripſiſſe præterea Sermones, & Tractatum de Regina cæli. Ait item Thomam Illyricum, ex Ordine *Minorum*, edidiſſe Tractatum de Conceptione. Foreſterium Cæleſtinum, Carmina: & Coſmum Fauillam, Ordinis Seruitarum, Hiſtoriam & miracula Imaginis Annunciatæ de Florentia. At

## Anno mundi 5504. Chriſti 1521.

A MAgno Eccleſiæ Chriſtianæ bono S. Ignatius, nobilis genere, Loyolæ in Cantabria natus, in propugnatione Pampelonenſi accepto vulnere grauiter decumbens ex fortuita piorum librorum lectione, ad Chriſti & *Mariæ* & Sanctorum hominum ſectanda veſtigia mirabiliter conuerſus eſt. Hunc illo initio non parum Deipara iuuit, quæ ſe ſpectandam offerens militi adhuc & de caſtitatis triumpho meritò dubitanti, donum præbuit Caſtitatis. Quam gratiam Ignatius agnoſcens, & maiora in Dei obſequium *Mariana* beneficia ſperans, ad *Mon*temſerratum profectus ante aram Diuæ Virginis ſuſpenſis armis, noctem excubans in peruigilio Annunciationis, ſacræ militiæ tyrocinium poſuit. Inde, vt erat indutus ſacco, traditis anteà mendico pretioſis veſtibus, *Man*reſam ſeceſſit, & in extrema propemodùm pœnitentia, cum Virgine ſæpiùs conuerſans, ex eius inſtitutione, homo literarum planè rudis admirabilem illum compoſuit Exercitiorum ſpiritualium librum, ſedis Apoſtolicæ iudicio, & omnium vtilitate comprobatum, in quo etiam nonnulla, quæ animum accendunt ad Deiparam, ſicut ad Chriſtum eius, prudenter admiſcuit. Quin & preces horarias eiuſdem Beatiſſimæ Virginis ad templum Dominicanorum deuotè percurrens, Auguſtiſſimæ Trinitatis profundiſſimum myſterium diuinitus conſpexit, tanta illuſtratæ mentis luce atque ſplendore, vt non ſit veritus de hac ſublimi ineffabilique materia ſcribere opuſculum. Hæc & plura alia, quæ Ignatij conuerſionem ſpectant, & pium eius affectum in Virginem, & electionem, qua rudis miles electus à Chriſto eſt ad fundandam Societatem eius, Societatem, inquam, Ieſu, vt doctiſſimam, ita etiam ſanctiſſimam, & ad cultum *Mariæ* addictiſſimam atque promptiſſimam, habent plurimi in vita eius, vt Ribadeneira, *Maff*eius, Bidermannus, Annales item Societatis

Ieſu,

Ieſu, & alii. Atque hæc in Hiſpania.

B At in Gallia, reportata eſt ex oppido S. Saluatoris, in quod ob ciuiles tumultus tradncta fuerat, Imago *B. Virginis à Seae*, & repoſita Aquis Sextijs in Eccleſia Minorum, in qua, vt anteà, ita nunc in honore eſt, ob miracula per eam de cælo delapſa. Rem tangit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 39. vbi vulgò vocari eam dicit *S. Mariam de la Se*. Quia Virginem repræſentat in ſede quieſcentem.

C Sed in Luſitania vita exceſſit Rex Emmanuel qui, inter alia, ſuum in Deiparam affectum teſtatus eſt, amplificato templo *Diuæ Virginis à Bethlehem*, quod conſtructum eſt in ipſo aditu portûs Olyſiponenſis. Idem Rex præterea templum *B. Mariæ à Nazareth*, iuxta oppidum, quod à ſilicibus Paderneira nuncupatur, à Ferdinando Rege olim anno 1377. ædificatum, ampliſſimis porticibus auxit. Ita ex Maffeio & Vaſconcellio Balingbem in Calendario 13. Decembris. Poſt hæc

## Anno mundi 5505. Chriſti 1522. Nouum Roma Pontificem habuit, ſcilicet defuncto Leoni ſubrogatus eſt Hadrianus ſextus.

A Hic vt Vrbem reperit peſte afflictatam, ita nihil melius faciendum putauit, quam ad Virginem confugere. Quare etiam per Vrbem, ſupplicatione ſolemni, Imago Deiparæ quam Galla recepit, & quæ iam paulò antè anno 1518. recenti miraculo inclaruerat, aſportata eſt; vnde & cœpit miteſcere morbus, vt aduertit Iouius & Victorellus, & Spondanus hoc anno n. 3. ac Vincentius Charron in Calendario 14. Martii n. 2. Et præterea ipſemet Hadrianus templum elegans Romæ ſumma ope ædificauit S. Mariæ ſacrum cui *ab Anima* cognomen eſt: quod notat Turſellinus lib. 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 21. vbi etiam aduertit Ioannem Baptiſtam Carrafam, imaginem ſuam ſupplicem ex argento cælatam, D. Virgini conſecraſſe.

B Hoc quoque anno, factus eſt Francifcus Sforcia in Italia Mediolanenſis Dux, vti referunt Guiceiardinus & Bellaius, & poſt eos Spondanus hoc anno n. 4. De hoc autem Franciſco Iouius Epiſcopus Comenſis idem aſſerit, quod nos Gallicis ſcriptoribus hærentes, ſuprà diximus de Carolo octauo Francorum Rege, anno 1498. nempe puellam, quæ in periculo erat vitiandæ virginitatis, & visa Deiparæ tabella, exorantem per Virginis Matris amorem & eius puritatem, ſeruare illibatam ſe vellet, illibatam ſeruaſſe, & tuto præſidio munitam ad proprios lares atque parentes remiſiſſe.

C Præter hæc Iſidorus Iſolanus, Mediolanenſis, Ordinis S. Dominici, conſcripſit Summam diſſectam in quatuor partes, de donis S. Ioſeph, ſponſi Diuæ Virginis, in qua multa pertinentia ad Deiparæ laudes accumulat: edidit autem eam Ticini hoc anno, vt Poſſeuinus in Apparatu ſacro proſequitur.

D Scripſit etiam Gilbertus Crab, Scotus, de integritate B. Mariæ Virginis, vt videre eſt apud eundem Poſſeuinum in ſacro Apparatu loco anteà citato. Scripſit & Guillelmus Lilius, Anglus, librum de laudibus Deiparæ Virginis, vt habet Marraccius: qui addit, Ioannis Clerec, Generalis Prædicatorum, olim mortui anno 1506. hoc demum anno prodiiſſe Sermonem excuſum Pariſiis, de Deiparæ intemerata Conceptione.

## Anno deinde mundi 5506. Chriſti 1523. Clemens ſeptimus ſubſtitutus eſt Hadriano ſexto.

A Initio autem Pontificatûs ſui Clemens, ſuam optimam mentem in Beatam Virginem Lauretanam expreſſis Bullis teſtatus eſt, non tantùm vetera illius loci priuilegia confirmando, ſed noua etiam largiendo. Inſuper ex marmore polito parietes & fornicem extulit, quibus includeretur ſacra domus artificio eleganti. Quo etiam tempore accidit, vt Nerocius Architectus, cùm tentaret malleo ipſius ſacræ ædis parietem fodere, obrigeſcens, ſudans, ac deficiens animo, per horas octo iacuerit nimiæ fidentiæ pœnas ferens; nam poſteà Perinus faber iuſſu Clementis Pontificis & fodit & peruium fecit impunè. Hæc omnia Turſellinus fusè explicat libro 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 22. & 23. Qui deinde cap. 24. 25. 26. exponit quomodo Clemens, Lauretanæ Virginis ope adiutus, ab militum Imperialium obſidione ac telis ereptus fuerit; quomodo item ex ſacræ domûs ærario fuerit ſubleuatus; quomodo deinde eumdem locum impenſiùs ornarit; quomodo ſalubrem exciſis nemoribus & ſiccatis lacunis reddiderit; quomodo miſſis tribus ex cubiculariis ſuis in Dalmatiam & Galilæam, Lauretanæ domûs migrationem explorarit, vt ſic firmiùs ſatisfieri poſſet obtrectantibus, ſi qui eſſent.

B Quo eodem tempore Hieronymus Angelita ciuis Recinetenſis, Lauretanæ Virginis hiſtoriam recens à ſe conſcriptam Clementi Pontifici dicauit, vt idem Turſellinus habet cap 26. Quem Hieronymum honorificè laudat Caniſius libro quinto de Beata Maria cap. 25. tanquam ſtrenuum & valde ſincerũ rerum ad hiſtoriam Lauretanam pertinentium exploratorem: quod etiam de eo non prætermiſit Marraccius parte prima Bibliothecæ Marianæ.

C Guillelmus autem *Briconetus*, nobilis Pariſienſis, & Galliæ olim Cancellarius, è *Latinis* fecit Gallicas Contemplationes, quas in laudem D. Virginis olim ſcripſerat Idiota. Id de illo aduertit Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Sed huic adiice ex Marraccio Didacum Dexam, Prædicatorem, ac demum Toletanum Archiepiſcopum, qui Sermones de Feſtis Deiparæ ſcripſit: & Iacobum Montiers, Cabilonenſem Canonicum, qui Gallicè carmine reddidit Parthenicem Marianam *Baptiſtæ* Mantuani: atque Ioannem Picum, Carthuſianum, qui in laudem Virginis totum Canticum Canticorum expoſuit.

D Habet verò Gononus non contemnendam hiſtoriam in Chronico hoc anno, de Michaële Arpinate, Priore cœnobii Auguſtiniani apud Caietam; quem Turcæ dum variis tormentis ad Chriſtum eiurandum affligunt, & lingua priuare adlaborant, ille Virgine inuocata cæleſte implo-

rac auxilium. Ergo Turca impius linguam euellere molitur: molientis hoc ſcelus manus obrigeſcere cœpit; vnde & furtiuè Michaël liber dimittitur.

## Anno mundi 5507. Chriſti 1524.

A FAciunt Recollecti miros progreſſus in India occidentali apud Mexicum. Inter quos præcipuè enituit virtus Fratris Martini à Valentia, qui præter alia multa quæ glorioſa geſſit, honorari fecit ab incolis B. Deiparæ Imaginem, eiuſdémque ab ijs etiam Officium recitari. De hoc agit Surius in ſuo commentario anni 1558. & Hiſtoria Generalis Recollectorum, quintâ decade.

B Intereà Romæ originem habuit Congregatio Clericorum Regularium, quos Teatinos vocant, à primario eorum inſtitutore Ioanne Petro Carraſa, Epiſcopo Teatino, poſteà Papa Paulo quarto: Quorum inſtitutum poſt ſerium examen approbauit Clemens Pontifex, cùm inter cætera hoc præſertim haberet, vt non ſolùm nihil omninò poſſiderent, verùm etiam nec vitam mendicando aut poſtulando ſuſtentarent, ſed Apoſtolicâ viuendi ratione ex ſolis vltroneis oblationibus alerentur, certi ſi Chriſto fiderent, Deique regnum ſeduiò quærerent, nihil ſibi à diuina prouidentia defuturum. Hoc huius Ordinis initium notat Spondanus hoc anno, vnde & deinceps notamus, in eiuſmodi tam ſancta, & à terrenis rebus tam remota Congregatione viguiſſe Deiparæ cultum, & tenerrimam quandam erga illam coobdentiam ac dilectionem, dubium eſſe non poſſe. In primis enim fundatorem habet deuotum in Virginem Matrem Ioannem Petrum Carraſam; ſed potiſſimùm virginitatis eximiæ cultorem Beatum Caietanum Tyanenſem, alterum totius Congregationis inſtitutorem ac patronum. Adde quod omnes huius congregationis Profeſſi quotidie antequam ſerò ſe quieti tradant, ſolent coram Deo & B. Virgine vota religioſa renouare: ſcilicet vt per illam quæ nunquam repulſam patitur, Deo commendent, id quod ſummo Numini acceptiſſimum eſſe, quilibet vir Religioſus maximè deſiderat.

C Non eſt hîc autem omittendum decretum quod Dominicani hoc anno fecerunt Hiſpali, & rurſus poſteà confirmarunt Valliſoleti in Capitulo anno 1605. circa Conceptionem immaculatiſſimæ Virginis decernentes ſcandaloſam iam eſſe materiam dicere illam fuiſſe Conceptam in peccato originali. Habet hoc decretum Amedeus Salius, hoc eſt, vt reor, Theophilus Raynaudus, in libello de retinendo titulo immaculatæ Conceptionis §. 9. n. 38. Habet & Vega in Theologia Mariana, Palæſtra 3. certamine 3. n. 237. Habet deniquè Antonius Velaſquez in opere de immaculata Conceptione. Cuiuſmodi decreti verba hæc eſſe aiunt. *Quia Ordo Prædicatorum ſolitus eſt Sanctorum doctrinæ adhærere, defendit huc vſque opinionem, quòd B. Virgo fuit concepta in originali. Sed iam de hac non eſt curandum, cùm materia nullius ſit vtilitatis, & valde ſcandaloſa; præſertim cùm tota ferè Eccleſia, cuius vſus & authoritas ſecundum D. Thomam præualet dicto Hieronymi, & cuiuſcunque alterius Doctoris, iam aſſerat quòd fuit præſeruata. Nec mirum: quia tempore Auguſtini tanta quæſtio erat de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis. Vnde dicit: Homo non fingat mendaciter apertum, quod Deus voluit manere occultum: & tamen iam vniuerſaliter tenet Eccleſia, quòd eſt Aſſumpta in corpore & anima, & oppoſitum nullus auderet iam opinari.* Poſt hæc.

## Anno mundi 5508. Chriſti 1525.

A ITerum alium Ordinem, vel certè reformati initium Ordinis, & quidem in Italia, pleríque authores referunt. Ad hunc enim annum reuocant, Marcus Olyſiponenſis in ſua Seraphica hiſtoria, Silueſter Maurolycus in mari Oceano omnium Religioſorum, ac Zacharias Bouerius, & poſt eos Spondanus hoc anno n. 27. initium Ordinis Patrum Capucinorum, auctore Mattheo de Baſſio, Vmbro, Sacerdote Religioſo, & Minorita Obſeruante, qui ad id impulſus eſt viſione quadam diuinâ mendici nudi extremo in frigore, & eleemoſynam ab eo poſtulantis, ac ſtatim eadem acceptâ diſparentis. Quem Ordinem in ipſo ſuo exordio à B. Virgine oblatum Chriſto volunt, quo ita eius iuſtiſſimè accenſa, & propter tot hæreſes, libidines, furta, homicidia, aliàque ſcelera, ad extremum ferueſcens, quodammodo placida redderetur. Quod habet Gononus in Chronico anno 1524. cùm alij huius Congregationis initium ad hunc annum adſcribant. Sed præterquàm quòd hic Seraphicus Capucinorum Ordo hoc habuit, vt à Virgine Matre, ſicut olim Franciſcus, contra mundi ſcelera offerretur, & vt murus æneus contra hæreſes opponeretur à Domino: non dubium eſt, quin non modò retinuerit, ſed & vehementer auxerit, quam à Patribus Minoritis Obſeruantibus & à Franciſco ipſo, velut traducem accepit in Beatam Virginem pietatem. Hinc tam multiplex turba in hac ſancta Sodalitate, tum virorum, tum mulierum, quibus & Deiparæ cultus maximo in pretio eſt, & largiſſimâ manu Marianæ gratiæ quotidie effunduntur. Teſtes ſunt B. Fœlix de Cantalicio, Thomas Tiphernas, Ioſephus à Corleone, Alexander à Butrio, Bonauentura à Cremona, imò plurimi alij, & teſtes ſunt, & teſtes erunt in ſequentibus annis, iſtum Ordinem, quia diligit Mariam, vehementer diligi à Maria.

B Hoc verò eodem tempore Romæ poſitum atque conſtructum eſt templum *S. Mariæ* cognomento *à miraculis*, pueri cuiuſdam ſeptennis occaſione, qui in proximi Tiberis vndis Virginis ope ſeruatus eſt. Is enim in Tiberim delapſus, & matre ſua Virginem deprecante ſuper aquas latus eſt; lætúſque adſtantibus retulit, ſe à muliere quadam, candenti habitu amicta, ſuper ipſius vlnas ſuauiſſimè quieſcentem, in aquis ſoſtentatum. Ita Spinellus tractatu de templis n. 36. & Miechouienſis, *D*iſcurſu 220. n. 21.

C In Germania autem, hæretica prauitas ab offenſo Numine parentem ſuam vindicante, præſenti ſupplicio quodammodo cæſa eſt. Nam Erphordiæ, cum quidam concionator hæreticus, digitum intendens in ſtatuam *D.* Virginis intra Eccleſiam exiſtentem, clamaſſet non quieturum ſe,

ſe, donec idolum illud exturbaſſet; confeſtim igne ſacro digitum eius peruadente, eàdem nocte extinctus eſt. Præterea ibidem, quidam autiſubet, dum ferreo malleo aliam ſtatuam argenteam Beatiſſimæ Virginis, à Magiſtratu ad eam liqueſaciendam & moneram inde conficiendam traditam, contundere vellet, dicens ſic coërcenda eſſe Papiſtarum idola, ſubitò excæcatus eſt, ac mendicus manſit vſque ad mortem. Sic habet Tympius in Theatro hiſtorico de pœnis Iconomachorum cap. 23. &24. & ex eo Spondanus hoc anno n. 28. atque Gononus in Chronico anno 1525. & 1526. Carrhagena libro vltimo de arcanis Deiparæ §. 198. & 199. & Vincentius Charton in Calendario 5. Ianuarij n. 3.

Contrà accidit in Lotharingia, vt nempe in ſolatium multorum inclareſcere cœperit prodigijs Diuæ Virginis Imago in Eccleſia Ducali S. Georgij Nanceiani. Primum eius miraculum fuit, quòd mutam mulierem ſanauit, & ſonorâ voce ſanatam admonuit, vt Renatæ Borboniæ Lotharingicæ Ducillæ denunciaret victoriam, contra Lutheranos in Alſatia a Duce Lothareno Antonio vincendam, quam ille reuerâ fœliciter euicit, vt fuſe refertur in hiſtoria huiuſce Imaginis. D

Sed & in Hiſpania, quidam Vrgelitanæ diœceſis, nomine Petrus Serre, inuocata nominatim Diuâ Monſerratenſi, liberatus eſt à tribus malignis Spiritibus, qui ipſi formâ humanâ apparebant, & in extremam triſtitiam deſperationemque impellebant. A quibus iterum impetitus, nec ſatis generosè reſiſtens, nihilominus ſeruatus eſt beneficio candelæ benedictæ, quæ Montiſſerratæ Virginis ſtatuam tetigerat, & effigiem eiuſdem, vti moris eſt, præferebat. Habet id ad longum hiſtoria Montiſſerrana miraculo 162. & Vincentius Charron in Calendario 11. Nouembris n. 3. E

Demum obijt hoc vlteriùs anno die 31. Maij, Martinus Derpios Batauus, ſicut docet Poſſeuinus in Apparatu ſacro; compoſuit ille orationem de Aſſumptione Deiparæ; ſicut etiam indicat Catalogus Richardi Gibboni adiectus ad calcem homiliarum Beati Amedei. Obijt & Alexander Geraldinus, Patriâ Amerinus, & Epiſcopus S. Dominici in Indijs Occidentalibus, qui varias de B. Virgine Odas ſcitè conſcripſit. Scripſit verò etiam Nicolaus de Finali, Dominicanus, Monile Chriſti & Matris eius quinquaginta metrorum varietate diſtinctum. Item Gaſpar Saſgerus, Minorita, in *Salue Regina* librum vnum. Quæ Marraccius aduertit. Additque Henricum Eleri, Carthuſianum edidiſſe Vitam S. Mariæ, & abiiſſe ad ſuperos anno ſequente 1526. Addo & hoc anno Alanum Varenium, Montalbanum, edidiſſe Homilias in Canticum Canticorum octoginta quinque de ſponſo Ieſu & Maria ſponſa, quæ Homiliæ in manus meas venerunt Diuione. F

## Anno mundi 5509. Chriſti 1526.

BEatus Cedonius Seruita valde memorabi lis occurrit, quòd præter ordinariam toti Seruitarum Communitati erga Deiparam deuotionem; inſuper erga diem Viſitationis eiuſdem Deiparæ hæc nomina habuit. Illo die natus eſt, A & aquâ baptiſmi renatus, illo Religionem ingreſſus eſt, illo vota emiſit, illo ſacrificij Miſſæ primitias obtulit, illo denique mortuus eſt hoc anno. Ita Chronicon Seruitatum, & ex eo Vincentius Charron in Calendario 2. Iulij n. 5.

B Hoc verò anno accidiſſe non potuit, quod habet Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 62, & poſt eum Vincentius Charron in Calendario 5. Auguſti n. a. de imagine *B. Virginis Bonæ Spei* prope Valencenas, quam ad fagum in mediis ſiluis applicauerint aliqui ex Collegio Societatis Ieſu Scholares. Nullum enim adhuc erat Collegium Societatis Ieſu, & S. Ignatius Societatis Ieſu fundator, nondum Societatem creauerat aut fundauerat; ſed Salmanticæ aut Compluti ſtudebat, vt videre eſt in eius vita per Ribadeneiram, aut per alios, ſcripta.

## Anno mundi 5510. Chriſti 1527.

A VT vult Sextus Senenſis, & poſt eum in Apparatu ſacro Poſſeuinus, obijt Guillelmus Pepinus, Ebroicenſis, qui inter diuerſa opera compoſuit Roſarium aureum B. Virginis. Similiter vixit Guillelmus Gregorius, Scotus, Scriptor Concionum in Euangelia & Epiſtolas Feſtiuitatum Beatæ Mariæ, vt habet Bibliotheca Mariana.

B Quo eodem anno, Borbonij Ducis exercitu Italiam peruadente, contigit Sanctimoniales Montis Guardiæ prope Bononiam, iuuante Deiparâ, per miniſterium Angelorum, eas ex cœnobio ſuo Bononiam nocte deducentium, & in tuto collocantium, à militum petulantia ſubtrahi. Rem prolixè deſcribit Aſcanius Perſicus in libro miraculorum B. Mariæ montis Guardiæ, & ex eo Gononus in Chronico Deiparæ hoc anno: qui Angelos aiunt ſub ſpecie honeſtorum Equitum Sanctimonialibus iſtis ducatum præbuiſſe. Veniſſe autem Borbonium hoc anno in Italiam, & Maio menſe perueniſſe Romam, atque ibi obiiſſe, eſt vnanimis cõſenſus Scriptorum, Bellaij, Ferroni, Glorierij, Guicciardini, Spondani, &c.

C In ciuitate autem Embrica, quæ eſt in Belgio, Imago Deiparæ greſſum reddidit non ante multos annos Odiliæ Vviery, quæ à prima ætate clauda erat. Hoc verò anno eadem Imago vberrimè lachrimata eſt, adeo vt, Religioſo quodam lachrimas abſtergente, nouæ deinceps defluerent, & pectorale totum plenè madefacerent. Notat hoc prodigium Breidenbachius lib. 3. collationum ſacrarum cap. 19. vbi etiam addit videri Embricam ciuitatem, quæ eſt in Ducatu Cliuenſi, obtinuiſſe precibus Deiparæ, vt immunis eſſet à tempeſtate illa, quæ paulo pòſt fœdè totum propemodùm Belgium vexauit. Poſt hæc.

## Anno mundi 5511. Chriſti 1528.

A IN diuerſis Galliæ vrbibus Pariſienſi, Senonenſi, Baiocenſi, & alijs, febris purpurea, quam ſacrum ignem vocant, plurimos paſcebatur & extinguebat. Sed ad inuocationem B. Virginis, tum Senonibus, tum Baiocis cultæ, plurimi ſanitatem recuperarunt; vt narrat Aſtolphus in miraculis. B. Virginis, plura etiam recenſens,

quæ his temporibus frequentiſſimè facta ſunt imploratione Virginis *Monſerratenſis*. Inter quæ illud inſigne eſt Tarraconæ geſtum, de muliere, quæ exciſâ linguâ, & inuocauit *Monſerrateoſem* Deiparam, & vſum loquendi reſtitutum habuit. Vide Spondanum hoc anno n. 16.

B At Pariſiis, non tantùm ad curandos morbos imploratum Virginis auxilium eſt: ſed reſtitutus cultus, eoormi quodam modo ab hæreticis violatus, qui caput abſtulerant ſtatuæ Deiparæ, quæ in angiportu Roſeti pulcherrima exſtabat. Nam Franciſcus Rex aliam ex argento inaurato confectam ibidem cum ſolemni ſupplicatione iuſſit deferri, & ſuâ regiâ manu io prioris loculamento poſuit, totâ ſpectante ciuitate. *Mutilata* autem Imago tunc ſolemniter quoque delata eſt in S. Geruaſij templum, & vulgò appellata, *Noſtra Domina de tolerantia*. Proclamatum quoque eſt ea nomine Regis, caput eius qui crimen illud cõmiſiſſet venale eſſe mille ſcutis aureis, aut amniſtiâ & condonatione criminum, ſi, qui deferret authorem ſceleris, reus eſſet. Rem hanc narrat Iacobus Breullius libro 3. Antiquitatum Pariſienſium, & Vincentius Charron in Calendario 31. *Maij* o. 2. ac Gononus hoc anno, necnon Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7 §. 6. n. 8. & alij.

C Parmæ verò electus eſt in *Miniſtrum Generalem Minoritarum* Ioanoes de Parma Piſottus, vt habet Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, de quo poſt Vvaddingum Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 20. *Martij* aduertit, inſigni eum fuiſſe in Deiparam affectu, in cuius honorem paruulum quoddam Officium inſtituit *Benedicta* vocatum, & per totum Ordinem recitandum indixit induxitquę: cuius inducendi occaſio fuit periculum quoddam viarum, quod incurrit Conuentus ſui Ordinis viſitans, & recitato iſtiuſmodi Officio fœliciter euaſit. Hoc autem periculum tale fuit. Cùm vna cum ſocijs iter perageret, & nocte ingruente ſiluam ingrederetur, ignarus viarum ac tenebris oppreſſus id Officij recitauit; eòque abſoluto ſequens campanæ ſonum, quæ illîc pulſabatur, ad *Monaſterij* cuiuſpiam fores cum ſociis appulit, in quo & opiparè exceptus eſt. Poſteà, quiete aliqoantùm captâ, ſurgens ad *Matutinas*, audiit in templo monachos non iam inchoantes à ſolito verſu: *Domine labia mea aperies*: Sed ab hoc pſalmi 35. verſiculo: *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem*: reſpondentibus alijs: *Expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.* Quâ re turbatus optimus vir, illum interrogauit, qui Abbatis locum perſonamquę gerebat, quid hoc rei eſſet? Tum audiit, omnes, quos videbat Monachos, eſſe Angelos tenebrarum, iuſſos tamen à Deo hoſpitium innoxium Ioanni eiuſquę ſociis præſtare, ob fuſas ad Deiparam Matrem paruuli Officij preces. Et his dictis tota ficti Monaſterij ſcena diſparuit, ſeque Ioannes cum ſociis ſuis in media quadam ſpelunca collocatum inuenit.

D Obiit autem hoc adhuc anno Florentiæ Iacobus Florentinus, Ordinis Seruitarum, qui plurima cecinit carmine Etruſco in laudem Beatiſſimæ Virginis, inquit Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Sed &

## Anno mundi 5512. Chriſti 1529.

A OBijt quoque, vt ait idem Poſſeuinus, Ioannes Bate, Anglus, Carmelitani Ordinis Scriptor: qui præter multa, tum Philoſophica, tum Theologica, quæ edidit, librum de Aſſumptione Diuæ Virginis compoſuit. Bibliotheca verò Marraccij mentionem facit da Hieronymo Bordonio, Italo, *Minorita*, cuius data ſunt hoc anno in lucem Poëmata in præcipua Diuæ Virginis Feſta: Et de Hieronymo ab Hangeſto, Doctore Pariſino, Lutheranæ peſtis oſore illuſtriſſimo, qui propterea librum edidit Præconiorum ſacroſanctæ Chriſti Matris, aduerſus Antimarianos Propugnaculum.

B Sed inſuper Sanctius à Porta, Cæſarauguſtanus, Ordinis Prædicatorij, Prouinciæ Aragoniæ, Theologus & *Magiſter* ſacri Palatij, ſcripſit do B. Virgioe tribus voluminibus, quæ quidem anno 1514. Lugduni & Hagenoæ prodierunt. Ipſe verò hoc anno è vita deceſſit, vt aduertit in Apparatu ſacro Poſſeuinus ſupracitus. Qui præterea addit editam fuiſſe Pariſiis, reſponſionem Alberti Pij Carporum Comitis, ad Eraſmi Roterodami Expoſtulationes; in cuius operis libro nono continentur multa de laudibus B. Deiparæ. At

## Anno mundi 5513. Chriſti 1530.

A PLura io Deiparæ gloriam tangenda ſe offerunt. In primis ipſe Pontifex Clemens, poſt Carolum quintum inſignibus Imperij ab ſe decoratum Bononiæ, vt verbis Turſellini vtar libro 2 cap. 24. Romam inde remigrans ad Lauretanam domum diuertit Patronam Liberatricemquę ſuam ſalutaturus.

B Hanc quoque ſalutarunt, Vaiuoda Tranſſiluaniæ, Ferdinandus Gonzaga, & Iulianus Cæſarinus. Et Iulianus quidem ipſe vnus ex proceribus Romanis, cùm graui morbo eſſet implicitus, & à medicis deſtitutus, implorato Lauretanæ Virginis auxilio, repentè conualuit. Ferdinandus autem præferocem Mantuæ equũ exercebat, ab eo effuſus in clathros ferreos, inuocatâ S. Mariâ Lauretana, mira dictu res! ex tam graui fœdóque caſu, extemplò ſanus vegetuſquę ſurrexit. Nec immemor voti, equeſtrem ſtatuam argenteam Lauretanæ Virgini donum tulit. Ipſe autem eiuſdem effigiem Virginis ex argento expreſſam deinceps io omni vita perpetuò ſuſpenſam geſtauit è collo, ſiue miraculi monimentum, ſiue vitæ præſidium. At Vaiuoda à Baſſa Abrahimo prælio victus captuſquę, victoris irati iuſſu ex altiſſima rupe agendus erat præceps: ſed confugiens ad opem Diuæ Lauretanæ, non ſeruitium aut ſupplicium ſubiit; verùm liber & cum bona etiam gratia victoris euaſit. Refert hæc Turſellinus ad hunc annum lib. 2. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 27. Qui etiam cap. 29. enumerat quamplurima dona aurea, argentea, coronas, oppida, ſimulachra, ſacra vaſa, & ornamenta; inter quæ locum etiam habet altaris argentea veſtis, margaritis inſuper adornata, quam Baſſa Turcarum dono Virgini miſit, qua cauſa non proditur.

C In Gallia entem Philippus Sabbaterns, arcis Buſſeti Præfectus, ob inualetudinem à Medicis depoſitns, vouit ſe viſitaturum B. Virginis Mariæ ſacellum in Vichiacenſi Monaſterio Cæleſtinorum: mox conualuit & ſacellum inuiſit, cereúmque obtulit ſui corporis ponderi æquilibrem. Ita Gononus in Chronico ex Manuſcriptis.

D At Neapoli, ad hoc circiter tempus, inſtitota dicitur in honorem S. Virginis Confraternitas *alba indutorum*, ad eum finem edita, vt in quacunque neceſſitate ſiue corporall ſiue ſpirnuali proximo ſeruiretur: ſed potiſſimùm in extrema, hoc eſt, in ſubeundæ mortis articulo. Ex qua Confraternitate, poſteà anno 1584. natus eſt Ordo Clericorum minorum, quem Sixtus quintus approbauit, vt Eccleſiæ vtiliſſimum. Ita habet Portæus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 2. n. 10.

E Rurſus in Italia in pretio erat B. Stephana Soncinas, ex familia S. Dominici, quam plenam virtutibus hoc anno cælum ad ſe rapuit. Antè tamen tanquam addictiſſima Deiparæ virginitatem vouit adhuc ſeptennis ipſo Aſſumptionis die, & paulò poſt à Chriſto, præſente Deiparâ, & B. Catharinâ Senenſi, ſpecioſum annulum ſuſcepit. Laureti, quò ſe deuotionis gratiâ & honorandæ diuæ Matris contulerat, miras & multas rerum cæleſtium reuelationes habuit. Mortuæ admotum Roſarium & ſacro eius corpori affrictum, puerulo repentè ſanitatem reddidit. Quæ videre eſt in Chronico Dominicanorum parte 2. & apud Balinghem & Vincentium Charron 2. Ianuarij. Gononus in Chronico anno 1536. ponit viuere Stephanam Soncinatem, ſed non bene, cùm ex prædicto Dominicanorum Chronico, vbi legitur vita Stephanæ, ipſa obierit anno 1530. Certè idem Gononus anno 1534 refert quædam ex Turſellino, & illo anno aſſerit euenisse, quæ anno 1530. Turſellinus euenisse aſſerit.

F In Monaſterio autem Soriano adhuc Prædicatorij Ordinis, dicitur hoc eodem anno Beatiſſima Dei Mater, ſe ſpectandam præbens ſub figura pulcherrimæ matronæ, vnà cum S. Martyre Catharina & S. Maria Magdalene, dediſſe de nocte formoſiſſimam picturam, quâ repræſentabatur S. Dominicus, & iuſſiſſe vt in certo quodam ac deſignato loco illa ſuſpenderetur. Huius beneficio picturæ permulta crebreſcunt miracula, variæque gratiæ ab hominibus recipiuntur; vt videre eſt apud Touſſanum Bridoul in Virginis Triumpho 16. Septembris, & fuſiſſimè apud Iuſtinum Miechouienſem Diſcurſu 231. n. 212.

G Lucia verò Sanctia, in Bœtica prouincia Hiſpaniæ, euolauit quoque in cælum Carmonæ ſiue Carmenæ quæ eſt ciuitas iſtius regionis. Antè quam autem moreretur, hoc à Virgine beneficium recepit, vt ipſa Sanctiſſima Deipara, loco eius abſentis, domeſticum miniſterium viſibiliter adimplerit, mirante Luciæ coniuge, ac poſteà, vbi rem agnouit, ad frugem redeunte: Ob quod etiam beneficium Lucia, licet eſſet iam deuotiſſima in S. Dei genitricem, tamen vouit ſe, ſi ſuperſtes marito eſſet, ædificaturam Monaſterium in nomine immaculatæ S. Mariæ Conceptionis, quod &, coniuge mortuo, præſtitit anno 1513. in quod poſteà ingreſſa ipſa eſt, & laudatiſſimè vixit ſub regula Tertiariarum S. Franciſci. Ita Chronicon Minorum tomo 4. lib. 1. cap 24. & Vincentius Charron 27. Octobris numero 1.

H Vixit prætereà hoc tempore, & ſuo Poëtico ſtilo honorabat Virginem Iacobus Sanazarius nobilis Neapolitanus, qui quia heroico verſu de partu Virginis perelegamter ſcripſit, Parthenopæus ſiue Virgineus dictus eſt. Operis eius initium ſic habet: *Virginei partus magnóque æquæua parenti Progenies, &c.* Vixiſſe illum hoc tempore teſtatur Poſſeuinus in Apparatu. Ad quod etiam tẽpus Bibliotheca Mariana refert Cynum Piſtorienſem, qui Carmine Italico librum edidit de Myſterijs Roſarij Beatiſſimæ Virginis. Item Iacobum Hieronymi, Carthuſianum, qui Conciones pro Feſtis Deiparæ excudit. Auguſtinum Alueldianum, Minoritam, qui *Salue Regina* explicatione luculentâ expoſuit. Et Dominicum Buchium, Prædicatorem, qui item expoſuit Canticum *Magnificat*; & ſalutationem Angelicam. Circa quod etiam tempus claruit Ioannes Parmenterius, Diepenſis, & edidit Gallico idiomate Cantus regios in honorem Beatæ Mariæ.

I Sed & Hæreticorum virulenta capita Mariæ nomen deprimere tentabant. Melanchthon & Oecolampadius ad caput 2. Ioannis, Lutherum imitati, Deiparam peccati accuſant; Melchior Hoffannus Argentinæ in publica diſputatione eò furoris proceſſit, vt diceret: *Maledicta ſit caro Mariæ*; Henricus Bulingerus aduerſus Anabaptiſtas lib. 2. cap. 13. & Oecolampadius in concione de omnibus Sanctis, Mariæ venerationem, Idolorum cultum appellant. Interim ſequente

## Anno mundi 5514. Chriſti 1531.

A IActa ſunt fundamenta Congregationis Somaſchæ Clericorum Regularium, authore Hieronymo Æmiliano nobili Veneto & Senatore qui varijs pro ſua Republica muneribus egregiè perfunctus, & ex captiuitate bellica, vt dictum eſt anno 1511. literâ A, ope S. Dei genitricis per medios hoſtes liberatus, amore diuino ſucceſus, reiectis nobilitatis ſuæ atque Senatoriatûs ornamentis, ac vili indutus & panniſo habitu, puerorum parentibus orbatorum, quos orphanos vocant, quorum erat ingens Venetijs, poſt grauiſſimam ciborum indigentiam, & ſubſecutam peſtilentiam multitudo, curam tam in ſubleuanda eorum inopia, quàm in morum inſtitutione ſuſcepit; colligendo illos in certa loca vbi educarentur, & in artibus mechanicis, atque pietatis exercitis necnon in literis inſtruerentur. Fuit hæc poſteà Congregatio primùm confirmata à Paulo tertio anno 1540. deinde ab alijs Pontificibus: & Clerici eius dicti ſunt Clerici Regulares S. Maioli de Papia, quoniam illud primum fuit Collegium Congregationis, qui nihilominus communiori vocabulo dicuntur Somaſchi, à loco Mediolanum inter & Bergomum, in quo Hieronymus anno 1537. vitam finiuit miraculis clarus. Huius Congregationis cultus in Deiparam quantus fuerit, ſatis ſanè ſe nobis oſtendit, ſi conſiderauerimus Conditoris eius in Deiparam gratitudinem ac venerationem, & quanti facere debuerint Matrem Miſericordiæ, miſericordiæ ſeduli curatores & procuratores & operatores. De his

vide vitam Hieronymi per Auguſtinum Turturani; aut Andream Stellam: & Spondanum hoc anno n. 18.

Diuione autem incepit celebrari deuotio & peregrinatio ad S. Mariam Stagnenſem, ſiue *de Stagno*, vulgò *Deſtang*, quæ quatuor circiter milliaribus ab vrbe remota eſt. Eſt verò inibi lateritia fictilis imago à paſtore reperta indicante boue, qui eodem ſemper in loco decerpebat herbas, nec poterat exinde auelli, ſicut nec herbæ deficere. Non abſimile ſuprà aliquid retigimus anno 1500. literâ A, in Domina noſtra de bono occurſu. Sed locus & nuncupatio, in quibus eſt magna diuerſitas, etiam eſſe diuerſas imagines illas abundè teſtantur. Vide Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 42. Qui inſuper ibidem n. 63. mentionem facit ex Buzelino Eccleſiæ S. Mariæ Fnruenſis in Belgio, quæ tunc clarebat miraculis, præſertim in curatione eorum morborum, quos generat frigidus humor, quales ſunt paralyſes, contractio neruorum, ſciaticæ, & alij ſimiles. Quo etiamnum loco mulier ſanata eſt, ita vt quæ fulcris ligneis vix duobus integris diebus vel vnam leucam ſeſe inferre potuit; propriis demum incedens viribus fortis ac læta ſine ſuſtentaculo regreſſa ſit.

Sed & obiiſſe dicitur Cornelius Snekis, Friſius Ordinis Prædicatorum, cœnobij Roſtochienſis Prior in Ducatu Megalopolitano, qui de Roſario Beatæ Virginis librum vnum conſcripſit: quod Poſſeuinus tradit in Apparatu ſacro. At Deſſelius, in ſua Bibliotheca authorum Belgicorum, de Cornelio loquens: ſcripſit, inquit, vnum & viginti ſermones de Fraternitate B. Mariæ Virginis. Fuit quoque ſcripta hoc primùm anno Hiſtoria Diuæ Virginis Montiſſeratenſis, ſed incerto authore, quod abundè obſeruat Matthæus Oliuerius in ea, quam poſteà anno 1617. deſcripſit, & de qua poſteà ſuo loco dicemus. Iam verò

## Anno mundi 5515. Chriſti 1532.

DVaci, cùm pueri quidam irreuerentiùs luderent circa Diuæ Virginis imaginem, repreſſi ſunt à ludo videntes imaginem ſeueriore diducto digito aſperè comminantem, & puerulum Ieſum ex vno, quo eum tenebat brachio, atque ſuſtentabat, in aliud mutantem: Hinc enim ſtupefacti pueri, procurrentes ad ſuos, magnam hominum exciuère multitudinem, quæ, redditâ Diuæ Virgini debitâ veneratione & cultu, experta eſt cum lætitia B. Deiparæ in ſuis innumeris malis præſentiſſimum auxilium. Habet id ex Buzelino in Annalibus Galloflandriæ Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 63. & Balinghem ac Vincentius Charron 8. Iulij, qui ambo poſtremi rem ad annum 1532. reponunt; quamuis Balinghem loco citato n. 5. aſſerit prædictam Duaci imaginem cœpiſſe hoc anno clareſcere prodigiis: Poiræus autem expreſsè aſſerit, & ad longum ſcribit, id accidiſſe anno 1532. Buzelinum autem videre non licuit, vt ex eo notam temporis expiſcarer.

Melitæ porrò accidit, vt templum Diui Laurentij incendio abſumeretur, in quo imago Deiparæ illuc ex Rhodo deportata incolumis permanſit non ſine manifeſto miraculo. Quam rem notauit idem præcitatus Poiræus ibidem n. 91.

Viuebat verò hoc tempore, Gabriel Maria, ſiue, ab Aue Maria, ſic nominatus à Papa Leone decimo ob eximium in Beatam Virginem amorem, cùm anteà Gilbertus Nicolai noncuparetur, ortâque Ordinis Minorum, & Confeſſarius S. Ioannæ, filiæ Ludouici vndecimi Gallorum Regis. Hic ſcripſit Regulam Ordinis Annunciationis B. *Mariæ*, & varia de decem virtutibus Deiparæ in Euangelio expreſſis: ac tandem mortuus eſt hoc anno 27. Auguſti. Iſta de eo præbet Bibliotheca Mariana.

## Anno autem mundi circiter 5516. Chriſti 1533.

OPpidum Delphenſe, quod eſt in Comitatu Hollandiæ incendio conflagrauit. Erant autem eo tempore in oppido tres imagines Deiparæ, vt magnæ pulchritudinis, ita & venerationis. Prima in antiquo inerat templo; altera apud domum ſenatoriam; tertia iuxta ædes Prætoris. Vaſtante omnia prædicto incendio, placuit Numini tres illas imagines ad maiorem venerationem illæſas inuiolataſque conſeruare. Ita Breidenbachius lib. 3. collationum ſacrarum cap. 24. De qua etiam re Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi ſic ait: Delphis Batauorum, trium Deiparæ iconum prodigia, toto Belgio famoſa, inclareſcere cœperunt.

Florebat autem hoc anno Thomas Regius, Hiſpanus Presbyter, & Theologiæ Profeſſor, à quo prodiit Panegyricum de virtutibus, gaudiis, & doloribus B. Virginis. Et de Seruitis, Philippus Albricius, Mantuanus, ſcripſit De Hiſtoria & miraculis Imaginis Annunciatæ de Florentia. Quam eandem Hiſtoriam etiam ſcripſit Simon de Pellatis, eiuſdem Ordinis. Ita Bibliotheca Marraccii. Quæ de Auguſtino Faluernia, itidem Seruita, addit circa hoc tempus floruiſſe, & complura opuſcula carmine edidiſſe in laudem Deiparæ: & Nicolaum Iacobum de Alibrando, Sacerdotem Italum, ſcripſiſſe Poëma, de Spaſmo B. Virginis: ac deoique Claram Mat[…]ainam, mulierem Lucenſem, compoſuiſſe Vitam Beatæ Mariæ, Matris & Sponſæ Filij Dei, & vulgaſſe Taruiſii anno Chriſti 1534. hoc eſt, anno ſequente. Quæ te iam prælibata dicamus quòd.

## Anno deinde mundi 5517. Chriſti 1534. Paulus tertius Pontificiam ſedem Clemente mortuo conſcendit.

ET hoc ſuæ gubernationis initio ſuum in Deiparam affectum teſtatus eſt, non ſolùm multis priuilegiis ac decretis Lauretanam domum, ſicut prædeceſſores ſui, cumulatè exornans; verùm etiam miniſtros eiuſdem Lauretanæ domûs neceſſariis ad vitam muniens. Addidit & duodecim ephœbos, quos ex Marchia Anconitana diligenter ſelectos, cantandæ S. Virginis laudes aliquantulùm quotidie occuparent. Bis Lauretum inuiſit deuotionis causâ, multáque ibi liberaliter conſtituit, quæ habet & digerit Turſellinus libro 3. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 1. & ſequentibus vſque ad vndecimum.

Digitized by Google

B Obiit verò in Monaſterio S. Crucis diſtante à Mantua Carpetanorum , quam Madritium vocant, quinque circiter leucis, B. Ioanna à Cruce, Monialis Tertiaria S. Franciſci ineſtabiliter quodammodo dilecta à S. Dei genitrice. Nam & Deipara eam naſci petiit à filio , & petiit vt illa reformaret Monaſterium S. Crucis, quod eſt clientelæ Virginis commiſſum. Ipſam deinde B. Deipara frequentiſſimè inuiſit , ipſique nominatim apparuit, cùm relicto ſæculo in cœnobium ingreſſa eſt ; & poſteà in horto , quo loco puerum Ieſum Ioannæ exhibuit , & ſimilia pleraque, quæ habet author vitæ eius , & vlteriùs Petræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 4. n. 15. ac Vincentius Charron in Calendario 3. Maij numero 5.

C Hoc circiter etiam tempore, Neapoli quadraginta Moniales præſeruatæ ſunt à morte , & à ruina domùs beneficio B. Virginis. Illius enim iuſſu Abbatiſſæ manifeſtato , omnes ſeſe continuerunt & pernoctarunt , ipſo peruigilio Aſſumptionis , in cubiculo quodam : & reliquis ædificij partibus concidentibus, pars ſola ſeruata eſt, in qua tunc congregatæ degebant & Deiparam exorabant. Quare tam illuſtri beneficio affectæ, ſtatuerunt ædificare Eccleſiam in honorem Diuæ Virginis Aſſumptæ. Ita Colenutius in hiſtoria Neapolitana. Balinghem & Vincentius Charron 14. Auguſti, & Gononus in Chronico Deiparæ hoc anno.

D Sed & Zamotenſis iuuenis in Deiparam deuotus, quam piè percurſo quotidie Roſario ſolebat honorare , captus à Turcis ante quadriennium & Algerium ductus , ſuæ deuotionis , licet preſſus captiuitate , retinens tamen fuit. Et hoc demum anno ſumptis animis , oblatáque vtens occaſione cum alio concaptiuo euaſit , non quidem ſine magna itinerum difficultate , ſed non etiam ſine Diuæ Virginis peculiari præſidio. Rem habet ex Hieronymo Taxio Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 3. cap. 10.

E Hoc verò item anno Caluini impii Hæreſiarchæ primordia nefanda ſe ſe prodere cœperunt , vt videre eſt apud Maſſonum in eius vita , & apud Florimundum Remundum libro 7. de ortu hæreſeos ; necnon apud Spondanum hoc anno n. 9. Huius in Deum , Deiparam , & Sanctos horrendas blaſphemias multi coaceruarunt. Prateolus libro tertio de Hæreſibus. Iacobus Gualterus in Tabulis Chronologicis ſæculo 16. Franciſcus Feuardentius Ordinis Minorum Theologus in ſua Theomachia Caluiniſtica , & alii : quarum præcipuæ in S. Deiparam ſunt ; quòd eam accuſet incredulitatis , curioſitatis , importunitatis ; quòd tentauerit abrumpere curſum doctrinæ Chriſti ; quòd eam Chriſtus contemnendam duxerit, mulierem vocans, non Matrem; quòd non ſit inuocanda , non ſit mediatrix ad Deum , non ſit colenda, nec eius venerandæ imagines.

F Sed contra hoc monſtrum præparat iam Deus & Virgo antidotum , ſcilicet Societatem Ieſu, quæ hoc anno Pariſiis coaleſcere incepit, Ignatio de Loyola nobili Cantabro, de quo iam dictũ eſt anno 1521. litera A, ſex primùm ſocios ſibi adlegêre, Petrum Fabrum Allobrogem ex oppido Villareto diœceſis Gebennenſis , Franciſcum Xauerium Nauarræum nobilem , Iacobum Lainium, Alphonſum Salmeronem, Simonem Rodericum, & Nicolaum Bobadillam ; qui omnes decimo quinto die Auguſti , ipſo feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, in Monte Martyrum, in Eccleſia eiuſdem Beatiſſimæ Virginis , ſacris operante vno ex illis Petro Fabro Sacerdote, votum Societatis inter ſe ſinguli conceptis verbis in ſumptione Euchariſtiæ emiſerunt : eumquè diem deinceps Societas, quaſi eius natalem , ſingulari religione ac memoria colit. His ſex & Ignatio adiuncti tres alij , Claudius Iaius , Ioannes Codurius , & Paſchaſius Broëtus , poſt biennium in eodem loco Montis Martyrum , & in Eccleſia B. Virginis, necnon die Aſſumptionis, votorum renouationi interfuerunt. Sicquè iam nata Societas quodammodo ſe promere incepit , & iam labores inchoare , quos contra hæreticos pro Deo , pro Virgine , pro Religione , poſtmodùm majoribus viribus erat cumulatura. Hæc omnia proſequitur pluribus hiſtoria eiuſdem Societatis ab Orlandino ſcripta, & Ribadeneira ac Maffeius in vita Ignatij.

G Sed & hoc adhuc anno , Lucernæ , in monte proximo ciuitati , cælorum Regina cæleſti vndique luce circumfuſa altiùs in aëre eminere ſæpiùs viſa eſt. Qua re Ciues permoti, cùm eo in loco fanum exiguum Beatiſſimæ Virgini in tantæ apparitionis memoriam conſecrari curaſſent, illud deinde magna populi deuotione ac frequentia celebratum eſt. Qui locus poſteà anno 1583. Patribus Capucinis ſumma omnium conſpiratione aſſignatus eſt , vt docet Bouerius ad annum 1583. n. 8. in Annalibus Capucinorum. Nunc autem.

## Anno mundi 5518. Chriſti 1535.

A ILluſtriſſimum ſanè fuit , quod dicitur in hiſtoria Montiſſerratenſi de puero mirabiliter ſeruato ad baptiſmum. In diœceſi Gebennenſi, hæretici cùm domi repertam cuiuſdam Mutylori prægnantem coniugem ad ſuam ſectam pertrahere non poſſent , eandem vnà cum domo in qua erat , crudeli facinore , impii concremarunt. Iacobus intereà combuſtæ cognatus mulieris, cùm fugiſſet ad montes , audiens funeſtum illum de immani incendio rumorem , votum Virgini Montiſſerratæ nuncupauit, dummodo fœtus prædictæ mulieris ſuſciperet baptiſmum. Mira res dictu ! venit ad locum incendii, oſſa reperit combuſtæ mulieris , & ſuper illa oſſa ipſum reperit fœtum, quem hinc deferens octo leucas ad Beatam Dominam noſtram , *B. Mariam de Crenſy*, lymphis ſalutaribus baptiſandum curauit , qui poſt tres dies à baptiſmate ſuſcepto euolauit in cælum corporali ſolutus ergaſtulo. Ita Montiſſerrati hiſtoria miraculo 214. & Vincentius Charron 1. Nouembris. n. 9.

B Quo etiam tempore Bartholomæus de Spina, ſiue Spineus , natione Piſanus , Magiſter ſacri Palatii, Ordinis alumnus Prædicatorii , vir magnis ingenii dotibus præditus, Tractatus de Conceptione Diuæ Virginis compoſuit contra Caietanum , & alia multa , quæ Poſſeuinus in Apparatu ſacro enumerat. De qua Conceptione etiam compoſuit Petrus Bardus, Monachus Cæleſtinus qui circa hoc tempus vitam mortalem depoſuit, ſicut teſtatur Bibliotheca Mariana. Ioannes verò Fiſcherius , Epiſcopus Roffenſis , Cardinalis &

glorioſus in Anglia pro Chriſto hoc anno Martyr, De Natiuitate Virginis Sermonem; & Mariæ matris Ieſu carmen, ſeu Paraphraſim in Canticum Diuæ Virginis *Magnificat*, edidit, vt ait eadem Bibliotheca.

Et Petrus Aretinus, dictus flagellum Principum ob fiduciam loquendi, quique Antonio de Leua Duci Cæſarearum copiarum dedicauit explanationem Italicam Pſalmorum pœnitentialium, ſcripſit quoque eleganti ſtilo Italico vitam Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quam videre licuit & laudare. Deinceps verò.

## Anno mundi 5519. Chriſti 1536.

IOannes Desbordes, captiuus in triremi Maſſiliæ leui de cauſa detentus, inuocata B. Virgine, attrectans compedes reperit eas diſſolutas: quare hinc audentior factus, per medias triremis cuſtodias impunè tranſiuit etiam in humeris ſua vincula depoſita geſtans. Demum in conſpectu omnium ſcapha vectus, & portum ſubiit, & liber euaſit, & Montemſerratum voti reus tetendit, ac tandem peruenit. Ita Montiſſerrata hiſtoria miraculo 185. & Vincentius Charron in Calendario 17. Ianuarij n. 4. & Gononus in Chronico hoc anno.

Eiuſdem quoque *Diuæ* Virginis auxilio Petrus de Roſerijs homicidij falsò accuſatus, & compedibus innodatus ferreis, liber hoc anno alacerquè euaſit. Quamuis enim inflatis, necnon vlcerolis ille pedibus eſſet, tamen ſemper & ſine interruptione ambulans ſeptem vna die leucas confecit, & ſe, illis cōlectis, ſanatum miratus eſt. Animatus in carcere fuerat viſione cuiuſdam cæleſtis spiritûs, ipſum, vt ad Virginem Montiſſerratenſem refugium haberet, impigrè adhortantis. Sic miraculo 203. Montiſſerrati hiſtoria, & Vincentius Charron 16. Nouembris n. 2.

Florebat item hoc tempore, inquit Poſſeuinus in Apparatu, Ioannes Faber Epiſcopus Viennæ in Auſtria, qui verbo potens & opere, acerrimus fuit contra infeſtos in Germania hæreticos pro Catholica fide & Eccleſia propugnator. Hic in laudem Virginis aliquot opuſcula emiſit: præſertim de Aſſumptione Beatiſſimæ Mariæ. De gaudio Sanctorum in cælo ex ea. De perpetua virginitate Mariæ. De Genitrice Dei Maria, & Filio eius verè Deo.

Denique Ioannes Ludouicus Viues, inter varia multúmque erudita, quæ edidit, habet de Deipara non contemnendam Orationem. Hunc obiiſſe Brugis in Belgio hoc anno habes ex Poſſeuino. Habes item ex Marraccio, obiiſſe Ioannem Raſtallum, Anglum, coniugem ſororis Thomæ Mori, amiſiſſéque in locem librum vnum De Societate Roſarii B. Virginis. Claruiſſe autem Chriſtianum Iſchyrum, Belgam, & edidiſſe Ecphraſim ſiue Enarrationem in pſalmos de Virgine Maria; Præconia item Beatæ Matris Dei.

## Anno autem mundi 5520. Chriſti 1537.

MOnſerratenſis hiſtoria rurſus exhibet in Ioanne Terano, paralytico & muto, gloriam Matris Dei. Hunc enim Beata Deipara, vbi primùm concepit votum Montiſſerrani itineris, ægritudine paralytica ſoluit: quando verò peruenit ad Montemſerratum, tunc fuſa ſupplici prece coram ſtatua B. Deiparæ, etiam loquela repentè donatus eſt. Ita miraculum 196. quod habet Vincentius Charron in Calendario 12. Iunij n. 3.

Sed & in *Meduntensi* Monaſterio Cæleſtinorum, mulier quædam ſterilis D. Virginem exorans, veſtéque pretioſa etiamnum adornans, conſecuta demum eſt prolem. Quod refert Gononus ex Chronico Manuſcripto Cæleſtinorum. Iuſtinus autem Miechouienſis Diſcurſu 363. n. 5. memorat de Procopio Sieniauio, Polono, quem Diua Czeſtocouienſis deuote implorata, à Turcarum inuadentium copioſo turbine illæſum ſeruauit: & de Nicolao Vvarſzacoſky, generoſo item Polono ac Duce, quem à Tartaris captum, ferróque ac manicis onuſtum, & in carcerem detruſum, eadem inuocata Czeſtocouiæ Diua liberatum eduxit, & ad templum vſque Claromontanum ſanum & incolumem ac Virgini Matri gratias perſoluentem mirabiliter proſecuta eſt.

At Marraccius in Bibliotheca obiiſſe tradit 18. Iunii Petrum Sutorem, Carthuſianum, conſcripto priùs Apologetico pro B. Virgine Maria contra Antidicomarianitas. Obiiſſe item 12. Septembris Franciſcum Titelmannum, primùm Minoritam, deinde Capucinum, qui de Deipara ſcripſit Contemplationes ſeptem; Elucidatorium in *Magnificat*; Scholia in Tractatum Arnoldi Carnotenſis de Laudibus Virginis. Obiiſſe denique Reinerum Snoyum, Belgam, Goudanum, & inter alia edidiſſe carmine Sapphico Laudem Deiparæ Virginis. Verùm

## Anno mundi 5521. Chriſti 1538.

IDem qui ſuprà citatus eſt Gononus ex eodem Chronico, obiiſſe dicit Venerabilem Patrem Iacobum Calipetum, Ordinis Cæleſtini, qui adhuc adoleſcens in ſæculo mortuus, Diuæ Virginis interceſſione reuixit, & Cæleſtinorum Ordinem ingreſſus ſanctiſſimam in eo & Deo vehementer probatam vitam duxit, adeò vt ſacrificium Miſſæ operanti, Virgo Deipara ſenſibiliter apparens, coronam eidem florigeram impoſuerit.

Prætereà mentionem facit hiſtoria Montiſſerrana miraculo 199. de Arnaldo Beros, diœceſeos Toloſanæ, quem falsò accuſatum de ſuſceptis ac celatis quibuſdam domi ſuæ furibus, ac proptereà compedibus & manicis ferreis onuſtum, inuocata Virgo à vinculis liberum effecit. Cumquè nihilominus tunc effugere non auderet, paulò poſt tamen cùm ad triremes duceretur, vt ibi quinque annos moleſtiſſimè defungeretur, coram omnibus, vinculis diſſolutis, liber nullo reluctante diſceſſit; ſpectaculi nouitate & miraculo cunctis plurimùm attonitis, & Dei Virginiſquè potentiam ac pietatem in innocentes deprædicantibus.

Scripſerunt verò de B. Virgine, Benedictus Benedicti, inſtituto Minor, & edidit Lugduni Nauigium D. Virginis. Iacobus Baptiſtæ, Seruita, qui Rhithmos in laudem Virginis Annunciatæ

ciæ Italicè ſcripſit. Hugo Saleſius, Poëta inſignis, qui Canticum regium de Conceptione B. Mariæ poſteris reliquit. Hieronymus Tergulinus, Iuris Doctor, qui Venetijs prælo dedit, Expoſitionem Salutationis Angelicæ ex probatiſſimis Iuris vtque Canonum ſententijs. Cæſar Delphinus, Parmenſis, qui item Venetijs impreſſit libros tres Mariados, ſeu Mariale Matris Virginis.

Hunc annum claudo ſingulari facinore, quod ex Balinghem in Calendario ad 10. Auguſti refert Iuſtinus Miechouienſis Diſcurſu 232. n. 4. in Litanias. Quidam, inquit, pro mortuo ab hoſte relictus, & lethalibus acceptis vulneribus in foſſam extra iter proiectus, quin & congeſtâ humo ac lapidibus pene præfocatus, inuocans Deiparam *Aue Maris ſtella* recitauit: vbi peruenit ad *Monſtra te eſſe matrem*, mox ſenſit ſe diuino quodam auxilio a terræ lapidumquè premente congerie exemptum, vnde & aliquot deinde poſt dies omninò conualuit. D

## Anno autem mundi circiter 5522. Chriſti 1539.

A VAria miracula per Deiparam patrata ſunt. Et quidem apud Montemſerratum, quatuor ſatis notabilia notantur euenisse, vt patet ex huius loci hiſtoria, miraculis 212. 213. 216. 217. Primùm quidem Berengario cuidam Sacerdoti, dum ab Aduerſariorum nequitia in vinculorum moleſtijs importuniùs tenetur, adfuit B. Deipara, varijſquè in cruce obnoxium ærumnis inuocata adiuuit; ipſe enim imprudens ſibi crus tribus in locis fregit, quod tamen ante quidecim dies ſine doloris ſenſu, & ſine medicamentorum auxilio conualuit. Deinde Iacobo Rigues Carmelitani Ordinis Religioſo, amiſſum viſum reſtituit, & ſex poſt menſes etiam loquendi vſum deperditum B. Deipara reſtaurauit. Vlteriùs merſum morte puerum nomine Petrum Oſſet, Vicenſis diœceſis, reuocauit ad vitam. Ac denique Andream Arnaud adoleſcentem Carcaſſonæ oriundum redditâ loquelâ exhilarauit. De quibus miraculis meminit Vincentius Charton in Calendario 5. Iunij n. 4. & 10. Iunij n. 2. tum 12. Auguſti n. 3. ac 9. Auguſti n. 4.

B Idem verò Charton 6. Februarij n. 3. ex hiſtoria Beatæ Virginis Lætitienſis cap. 1. & Renatus de Ceriziers in ſua Lætitienſi hiſtoria 2. parte cap. 11. n. 2. mentionem faciunt de Petro Forcy, qui tribus diebus ſuſpenſus non obijt, ſed ſeruatus eſt inuocatâ Virgine Lætitienſi, imò nec occidi potuit ab aduerſarijs, qui in patibulo ſuſpenſum repetitis gladioli ictibus cruentarunt. Præter hæc miracula alia alibi coruſcabant, & multa adhuc in ſupradictis, tum Montiſſerrati, tum Lætitiæ locis, Deo ſemper gloriam Matris ſuæ nouis ac nouis prodigijs prorogante & illuſtrante.

C Prodijt quoque Pariſijs valde pius & amabilis liber inſcriptus: Theſaurus præconiorum Deiparæ Virginis *Mariæ*, ex dictis authenticis contextos, quem librum compoſuit Nicolaus Grenierius Religioſus Sancti Victoris apud Pariſios, & ex ſolis Sanctorum Patrum ſelectis ſententijs confecit.

## Anno deinde mundi vertente 5523. Chriſti 1540.

A NOn defuerunt rurſum miracula à S. Deipara liberali manu præſtita. Nam præter mutos & ſurdos ſanatos, præter liberatos alios a naufragio, diuerſiſquè corporis & animi malis, de quibus hiſtoria Montiſſerrana, miraculo 220. 224. 226. 228. primæ claſſis atque ſplendoris præcipui, hæc patrata ſunt. Suſcitatio mortui apud Montemſerratum, quam habet miraculum 92. & Vincentius Charton 8. Maij n. 3. Et apud Clarummontem in Polonia ſuſcitatio trium mortuorum, vt quidem putat Vincentius Charton 7. *Martij* n. 4. Nam de puero in furno ardente decoſto, niſi dicatur bis miraculum ſimile accidiſſe, alij ad aliud omninò tempus reijciunt. Veriſimilius eſt aliud hoc anno factum fuiſſe miraculum: Nam in hoc anno & mater pueri decoſti occiſa dicitur, & vterque cum tertio mortuus, quod non dicitur in miraculo de quo dictum eſt anno Chriſti 1465. litera A. Et verò hoc poſtremum expreſſiſſimè ad hunc annum enarrat in Monili gemmeo Diuæ Deiparæ Abrahamus Bzouius ipſe Polonus, atquè Lublini in Polonia Martino cuidã lanio fuiſſe duos filiolos, bimum alterũ alterum quadrimum: quorũ hic patre matreque abſentibus, cultro arrepto, vt viderat patrem mactantem pecora, fratrem in eunis iugulauit: metuenſque virgas coniecit ſe in furnum retro lignorum ſtruem, cui mater reuerſa, & nihil de pueris cogitans, ignem extemplò ſuppoſuit, ſicquè ſuffocatus eſt puer. Ergo rediens paulò poſt maritus, & coniugem ratus duplicis ream homicidij, verberibus eandem occidit furore mentis agitatus. Triſti poſtmodùm ſpectaculo & metu ſupplicij perculſus, tria hæc cadauera Lublino Czeſtochouiam, ſiue quod idem eſt, Clarummontem deuexit, voto ad Virginem concepto: & ecce, mirabile dictu! poſt orationes fuſas, reddita vitæ illa corpora aſpexit illius interceſſione quæ vitam omnium viuentium peperit.

B Præter hæc & alia, que vel diligentis operam collectoris facilè effugiant, circiter hoc anno, *Diua Virginis ab Arrabida* domus & religio ſeſe extulit. De qua Vaſconcellius hæc habet in deſcriptione Regni Luſitanici. In Tagi oſtio verſus Cetobrigam domus eſt B. Virginis, admodùm frequens nõ ſolùm ob miraculum, quod ædificationi cauſam dedit; ſed quòd initium fuerit Prouinciæ Franciſcanorũ, qui ab Arrabida dicuntur, ſumpto nomine ex vulgari montis illius vocabulo. Seueriſſima eſt illius Prouinciæ diſciplina, cuius primus author fuit Frater Martinus à S. Maria Caſtellanus, ex Prouincia Carthaginienſi, & ex clariſſimo genere Comitũ S. Stephani, quem Ioannes Dux Auerienſis hoc anno hoſpitio ſuſcepit, domumquè adeo ſepoſitam à turbis aſſignauit, vt expleret illud, quo tenebatur, vitæ ſolitariæ inſatiabile deſiderium. Miraculum porrò, quod huius domûs ædificandæ ſtimulus fuit, eſt liberatio à naufragio, quod erat incurſurus mercator Anglus; qui inuocata Diua Virgine, è ſummo monte collucentem faculam vidit, ad quam velut ad pharum tendens, ereptus eſt; & conſcenſo monte in

vertice eius ſtatuam Dei genitricis reperit, ex qua fulgor manarat; Quare & ibi Sacello conſtructo, & mundo valedicens eremiticam vitam ſanctiſſimè traduxit. Hæc Vaſconcellius loco citato.

C At Romæ, quæ dudum ab S. Ignatio concipiebatur ac fouebatur Ieſu Societas, à Pontifice Paulo tertio, 27. Septembris formata & confirmata eſt, nomenque habuit inter Ordines Religioſos, vocata Religio Clericorum, quod patet ex Bulla Pontificis prædicti, & ex ſcriptore Annalium eiuſdem Societatis Nicolao Orlandino, necnon ex vita Ignatij per Ribadeneiram & per Maffeium. Ex quibus etiam patet nouum Ordinem ad cultum Virginis, & ad eius gloriam latè profundendam hoc anno acceſſiſſe. Nam vt nihil dicam de Inſtitutore, quem conſtat Sanctæ Deiparæ addictiſſimum fuiſſe, vt dictum eſt anno 1521. literâ A, & de primis eius Socijs, qui omnes in ſinu & gremio Virginis ſpiritum ſalutis videntur hauſiſſe, vt adhoc dictum eſt anno 1534. literâ F. Ipſa Beatiſſima Virgo dignata eſt multos mittere, vocare, impellere ad eiuſmodi Societatem, tanquam ſibi gratam & factam ad gloriam ſuam: Nam mitit Stanislaum Koskam, Aloyſium Gonzagam, Ioannem Nugneſium, Cornelium Vviſauæum, Iacobum Ledeſmam, Thomam Sanchium, Petrum D'anaſco, Sebaſtianum Barradium, & alios multos virtute ſimul & ſcientiâ illuſtres, de quibus poſteà nonnulla dicenda ſunt. Quin & eadem piiſſima Ordinum ſibi deuotorum Mater, dignata eſt iucunda viſione monſtrare Martino Guttierio ſub regali pallio ſuo & Societatem & alumnos eius ſecuriſſimè contegi, quod exponit Platus libro primo de bono ſtatus Religioſi cap. 34. & Spinellus cap. 20. n. 42. & alij. Rurſus dignata eſt ipſamet reuelare Alphonſo Rodriguez, quo cum mirâ familiaris colloquij ſuauitate vti & volebat & conſueuerat; ad hunc inter cæteros ſcopum fabricatam eſſe Societatem, vt decus Virgineæ Conceptionis, & à labe originali ſummam puritatem ac munditiem tueretur. Nemo autem non videt inſtitutam potiſſimùm eſſe ad fidem Chriſti propagandam, & ad proximum Deo ac Domino noſtro lucrandum, quod Societas facit vocando homines ad Filium per Matrem: quod præſtat tum in ſcholis inſpirans teneris adoleſcentum mentibus affectum in Virginem, tum maximè in Parthenicis Sodalitijs, quæ in qualibet Societatis domo frequentari ſolent: in quibus; & magni & parui; & Reges & ruſtici; & docti & indocti; & diuites & pauperes, ad obſequium Dei ac Deiparæ magno ſtudio erudiuntur, poliuntur, aptantur. Vide plura apud Poirænum Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 12. §. 7. n. 20. & tractatu 3. cap. 5. toto paragrapho quinto; apud quem etiam tractatu 1. cap. 8. § 1. n. 1. reperies reuelationem, quam diximus factam Alphonſo Rodrigues.

D Poſt hæc ſatis prolixa de Societate Ieſu, omitti non debent Georgius Vvallius, Germanus: & Adamus Saſbout, Delphij in Batauia natus, quorum vterque de B. Virgine opera quædam compoſuit. Et Adamus quidem, cùm eſſet Franciſcanus & Louanienſis Academiæ Theologus Profeſſor, compoſuit in Purificationem, Annuntiationem, & Aſſumptionem B. Virginis. At Georgius in eiuſdem Virginis Canticum enarrationem edidit, vt Poſſeuinus docet in Apparatu ſacro.

E Ioannes quoque Lanſpergius Carthuſianus inter diuerſa pia opera, quæ vulgauit in lucem, diuerſos ſermones emiſit in feſtiuitates Beatiſſimæ Virginis, quos indicat Catalogus Richardi Gibboni adiectus ad calcem homiliarum Beati Amedei in opere Richardi de S. Laurentio impreſſarum.

F At ex Bibliotheca Mariana enumerandi ſunt, Adamus Senior, natione Scotus, ex ordine Ciſtercienſi, Monaſterióque Kinloſſenſi, qui edidit Serenas, ſiue Conciones Capitulares in Feſta B. Virginis. Conciones in eadem Feſta edidit Didacus à Victoria; edidit & Gregorius Nótalius, ambo Dominicani. Ex quo adhuc Ordine Hieronymos Taxus, Hiſpanus, ſcripſit librum de Roſario & miracolis eius. Ioannes autem de Regno, Carmelita Toloſanus, iterum Sermones in Feſta euulgauit. Et Franciſcus Quignones, Minorita, poſteà Cardinalis, ordinauit Officium de immaculata Conceptione, & Septembri mortuus eſt. Præter quos Baptiſta Fiera, Mantuanus Medicus, Librum de Conceptione Virginis. *Michaël* Merſpurgenſis Epiſcopus, Explicationem Chriſtianam & Orthodoxam in ſalutationem Angelicam Germanicè conſcripſit. Et Henricus Loricus, Glareanus, natione Heluetius, ſcripſit Latino carmine, De Eremitorio & ſacro templo Deiparæ apud Heluetios. Poſt hæc.

## Anno mundi 5524. Chriſti 1541.

A RVrſum coruſcant miracula, vt in gloriam Deiparæ, ſic in hominum ſolatium vtilitatemque eximia. Et quidem coruſcarunt, tum Montiſſerrati, vbi periculoſo morbo leuamen accepit Martinus Chiffræus in Maiorica natus, vt dicitur miraculo 232, & habet Vincentius Charron 28. Iunij n. 4. tum apud Seruitas, apud quos cùm recitaretur Antiphona *Salue Regina*, fornix in Odæum decidit, pluresque Odæo depreſſo ſepeliuit, qui tamen ad vnum ſunt omnes reperti incolumes. Ita Chronicon Seruitarum, & poſt ipſum Vincentius Charron 30. Octobris n. 3. Addit etiam Cerizierius in hiſtoria Lætitienſi parte 2. cap. 1. fœtum mortuum mulieris Laudunenſis reuocatum ad vitam; & baptiſmum, inuocatâ Diuâ Virgine Lætitienſi, recepiſſe.

B Sed memorabile valde eſt, quod Chronicon Minorum tomo 4. lib. 3. cap. 34. accidiſſe teſtatur Suonichæ in Boſnia cuidam efferato Turco, à quo Deiparæ imago, impiè ſanè, haſtili percuſſa ſanguinem reddidit: quo portento ille perculſus præcipitem ſe cum equo dedit in fluuium mirantibus alijs; & verò immenſum ſtupentibus, cùm viderunt & ipſum & equum conuerſum in ſaxum medijs in aquis ſiſtere; adeò vt cum breues ſident aquæ, & ipſe Turca lapis factus, & equus mutatus in ſilicem non ſine horrore appareant. Id prætereà commemorat Vincentius Charron in Calendario 31. Maij n. 5.

C Non defuerunt verò Scriptores Mariani hoc anno. Nam ex Ordine Minorum, obijt quidem Antonius Koninckſtein, Nouiomagenſis

Guardianus, ſed priùs editis Sermonibus in Feſta Deiparæ : & ex Ordine eodem Ludouicus Caruayalur, Declamationem doctam pro immaculata Conceptione in lucem emiſit. Rodulphur autem Aracynthius Epithalamij Virginei libros tres. Er Alardus Amſtellodamus, Piar precationer ad Sacroſanctam & omnis maculæ expertem Virginem Mariam. Quæ omnia patent ex Marraccij Bibliotheca.

## Anno autem mundi 5525. Chriſti 1542.

A PAtri Bonauenturæ à Cremona Capucino, Fauentiæ degenti, & mirum in modum affiicto de periculo Ordinis ſui, qui minari vltimam ruinam videbatur, apparuit Beatiſſima Virgo, eumque mirificè conſolata eſt eidem promittens, nullo vnquam tempore deſerendam à Chriſto Capucinorum Congregationem. Ita Zachariar Bouarius tomo 1. Annalium Capucinorum; Obijt verò Bonauentura à Cremona anno Chriſti 1571.

B Interim Calniniſticæ peſtes vbique virus ſpargunt. Similiter & ſequaces furiæ importuni monſtri Lutheri. Inter cæteros hi Deiparam Matrem iniurioſiùs tractant : Petrus Martyr Vermilius ad caput 4. epiſtolæ ad Romanos, Mariam negar permanſiſſe virginem poſt partum. Bucerur idem ſentit ad caput 1. Lucæ. Idem Molinæus poſteà ad 3. partem Euangelicæ vnionis. Rodingus eam accuſar vitij Oratione contra Scholas Ieſuitarum. Ioannes Agricola, impuritatis. Rodolphus Gualterus incredulitatis ad caput 3. Marci, vbi etiam impius nebulo Salutationem Angelicam, quaſi magicum carmen exiſtimat. Eandem ſalutationem angelicam oppugnat Stephanus de Maleſtor in ſua noua Catecheſi, quem egregio poſteà telo impetijt Petrus Caniſius Doctor Catholicus, Societatis Ieſu alumnus, libro 5. de B. Maria cap. 11. Oſiander obſtrepit contra Chriſti & Deiparæ genealogiam. Ioannes Pomeranus & Chemnitius rident Conceptionem. Riuius libro de abuſibus Eccleſiaſticis, non putat dicendum, Mariam eſſe in cælum aſſumptam. Schenkius & Brentius homilia 78. in Lucam, vocant Virginem ſanctiſſimam, perſonam damnabilem. Nac temperàriùs Lutherus aut Caluinus dicteria blaſphema continent, & eorum famuli Zuinglius, Beza, alijque impij Nouatores, quos enumerare hîc longiſſimum eſſet, & longè longiùs eorumdem ſceleratos errores. Quibus proinde ad tempus ſaltem omiſſis, notandum eſt.

C Hoc adhuc anno, Mediolani impreſſum eſſe Hodœporicum Iulij Aſcanij Tuccij, Placentini, ad ſacerrimam D. Virginis Lauretanæ ædem ex Crema, carminibus concinnatum; quo tempore Ipſe Iulius adhuc viuebat. Læuinus autem Cruceius, Belga, edidit Tractatum vnum de Roſario, Laudibus, & Sodalitatibus B. Virginis. Sic Mariana Marraccij Bibliotheca. Rurſum aduertendum eſt.

## Anno mundi 5526. Chriſti 1543.

A MEtis à Carolo quinto Imperatore edictum promulgum fuiſſe, quo cauebatur, ne quid noui dogmatis admitteretur, & vt in ſontes animaduerteretur : quod refert Sleidanus libro 15. & teſtatur Bucerus epiſtola ad Caluinum ſcripta, qua etiànum queritur de Imperatore quaſi Deum ac Chriſtum oppugnet : impieque eumdem deridet, quod puerilibus, vel potiùs anilibus, vt loquitur, ſuperſtitionibus inhæreat : quippe qui quotidie prolixas preces flexis genibus dicat; Roſaria decumbens in terram reciter, & defixo vultu in tabella coram Virgine. En quomodo improbus hæreſis fautor ac propugnator, obſequium per quod Reges regnant, & quo tam potens Imperator imperium ſuum firmiter ſtabiliuit, quaſi aranearum telas & nugas vituperat. Iſta non ſiluit Spondanus, ſed hoc anno tangit numero 7.

B Sed & aduertit Turſellinus libro 3. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 9. Petrum Terennaticum Senenſem, Turmæ equitum Præfectum, abreptum impetu Velini fluminis, inuocata Virgine Lauretana, ab euidenti periculo fuiſſe ereptum per ipſam Deiparam, quæ præcipitem porrecta dextera ſuſtinuit, donec ex altiſſima rupe deuolutum ſcopulus non tantum excepit, ſed & reddidit innoxium. Hinc Lauretum venit, & votiuam tabulam cum gratiarum actionibus appendit. Tangit hoc miraculum Vincentius Charron in Calendario 6. Martij n. 3. Non minorem verò Beatæ Deiparæ benignitatem

## Anno mundi 5527. Chriſti 1544.

A REfert hiſtoria Anicienſis libro 3. cap. 38. exercitam circa vxorem nobilis viri Ludouici Dorſeuille, quam morte functam Beata Virgo à Ludouico inuocata, & facto voto viſitandi Virginem de Podio impulſa, confeſtim ſuſcitauit.

B Eſt verò hoc anno maximè notabilis Ioannis Nugnezij ad vitam in Societate Ieſu religioſè traducendam vocatio; quam prolixè deſcribit in hiſtoria eiuſdem Societatis Orlandinus lib. 4. n. 139. Et ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. n. 4. ac Balinghem & Vincentius Charron 23. Decembris. Ioanni namque ſe ſpectandam præbens Beatiſſima Virgo, iuſſit ad Petrum Fabrum tunc Conimbricæ verſantem diuerteret; à quo & in Societatem reciperetur, & liberaretur à varijs animi perturbationibus, quibus pectus eius pertinaciter vexabatur. Fuit iſte Ioannes Nugnezius ſic excultus à Fabro, & virtutibus omnibus tam egregiè munitus, vt dignus poſteà ab S. Ignatio iudicatus fuerit, qui Patriarcha optaretur Æthiopiæ, in quam in prouinciam ab eodem miſſus, ac demum in Aſia Goæ commorans, bonis operibus plenus mortuus eſt anno Chriſti 1562. vt Sacchinus habet in 2. tomo hiſtoriæ Societatis, & Nierembergius in vita eius.

C Ad hoc etiam tempus pertinere videtur alia vocatio alterius Ioannis Nugneſij, cui Louanij de vitæ ſtatu cogitanti, apparens Virgo Mater, ſtipata Petro Fabro & Franciſco Strada, qui tunc Belgium prædicatione luſtrabant, & tanquam Societatis operarij inſignes ſtrenuè excolebant, dixit : *Vis ſeruire Filio meo vſque ad defatigationem?* affirmanti ſubiecit : *ſequere ergo viros iſtos*.

Erat hic Nugneſius ex illuſtri Guſmanorum genere, de quo iſta cōoſcripſit Nicolaus Godignus in vita ſuperioris Ioannis Nonij, ſiue Nugnezij Barreti & Æthiopiæ Patriarchæ.

Pauca pauci ſcripſeruot hoc anno, Bonauentura Perierius, Gallus: & Iacobus Feruſius, Dominicanus. Hic Orationem de Aſſumptione: ille breuem explicationem vernaculam in *Magnificat*. Theophilus autem Folengus, Benedictinus, poſt inſigne editum Poëma de Partu Virginis, hoc ipſo anno menſe Decembri mortuus eſt. Ita Marraccius. D

## Anno deinceps mundi 5528. Chriſti. 1545.

NAnneti Imago B Mariæ, qoam vocant *de miſericordia*, diuinis prodigijs inclareſcere cœpit. Horum aliqua Vincentius Charron in Calendario 10. Septembris n. 1. tangit; vt cùm loquitur de operario, quem delapſa ædificij maceries ſpe vitæ conſeruandæ priuauerat: de naufragante, marinîſque fluctibus in tantum verberato atque fracto, vt ſalus eius penitus eſſet depoſita: de ægrotante à Medicis abiecto, qui interceſſione inuocatæ Virginis ſubitò conualuit. Quibus omnibus ac ſimilibus prodigiis multi quotannis excitantur, vt, æſtate præſertim, ſacram hanc imaginem inuiſant. Tempus quo imago prædicta ſic fulgere cœpit, notat prædictus Vincentius, & hunc annum aſſignat. A

B Quo eodem tempore, Ferrariæ, fœlicem diuino Numini animum commendauit moriens B. Lucia Narnienſis ex Ordine S. Dominici. Id habet Chronicon Ordinis parte 2. & inde Balinghem ac Vincentius Charron 15. Nouembris. Quam ſimul teſtantur in Deiparam fuiſſe animo bene affecto ac valde propenſo; cum qua videlicet perſæpe verſabatur & familiariter agebat; quam ante mortem & ſæpè alloqui, & ſæpè videre promeruit; in cuius præſentia ſeptennem Chriſtus deſponſauit; à qua denique, cùm imaginem Virginis lapideam attẽtiùs intueretur, hæc verba accepit: *Vis filiolum meum?* traditumquè accepit, domum detulit, triduo retinuit, donec ille modo quodam inuiſibili ſe Luciæ ſubtraxit, & lapideæ, vt priùs, imagini à Matre portandum reddidit.

C Sub finem verò anni, nempe 13. Decembris, initium accepit Oecumenicum Concilium Tridentinum, cuius ſeſſione 5. decreto de peccato originali; innocentia B. Virginis indicatur his verbis: *Declarat tamen hæc ipſa Sancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem.* Quæ ſeſſio quamuis habita tantùm fuerit anno ſequente 1546. menſe Iunio, per anticipationem tamen hîc proferri poteſt. Quo etiam tempore multi quidem honorificè de Conceptione immaculata in Concilio locuti ſunt. Inter quos Ioannes Americus Doctor inſignis, plurima exempla protulit Concionatorum, qui vel difficiles morbos, vel etiam mortem ſubierunt, vbi contra Conceptionis puritatem locuti ſunt. Iacobus autem Laynius, tunc quidem Societatis Ieſu Sacerdos, ſed poſteà eiuſdem Societatis Præpoſitus Generalis, cùm eſſet Tridentum à Pontifice Paulo tertio miſſus, de immaculata Conceptione diſſerens, quamuis æger, ſic totas tres horas exorauit dicendo, vt non tantùm Patres ad prædicta verba decreto annectenda compulerit; ſed etiam ipſe (Oratorem ſuum ſic Deiparâ munerante) quartanâ febre ſolutus ſit. At

## Anno mundi 5529. Chriſti 1546.

A VT refert Spinellus tractatu de feſtis n. 11. & ex eo Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 7. n. 9. ac Vincentius Charron Ianuarii 15. n. 2. & Gononus in Chronico ad annum 1532. Feſtum Deſponſationis B. Virginis in Galliis die 22. Ianuarii celebrari cœpit, ſtudio Petri Daurat, Dominicani, etiam Officium pro illo Deiparæ feſto ſtrenuè componentis, approbante Paulo tertio, & eiuſmodi feſtum fieri permittente. Quem pium morem poſteà ſecuta eſt diœceſis Atrebatenſis 23. Ianuarii hoc feſto celebrando. De quo feſto etiam commemorat Balinghem in Calendario 22. Ianuarii, vbi ait, de eo feſto Officium nouem lectionum, & Miſſam compoſitam deinceps fuiſſe à nonnullis Doctoribus Louanienſibus; ſed non veniſſe in vſum Eccleſiæ.

B Iidem qui ſuprà Autbores, hoc eſt, Spinellus tractatu de exemplis n. 58. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 7. §. 3. n. 12. Balinghem & Vincentius Charron 11. Nouembris. Gononus ad annum 1547. quamquam dicit id accidiſſe anno 1546. Item Spondanus hoc anno n. 22. hauſerunt ex Maffeio lib. 13. hiſtoriæ Indicæ id quod ſequitur. Nempe Luſitanos hoc anno, die feſto S. Martini vndecimo Nouembris inſignem victoriam contra Ethnicos retuliſſe auxilio Diuæ Virginis. Cùm enim viginti & ampliùs militum millia Mamudii Cambaiæ Regis, Dium Luſitanorum arcem obſiderent, Caſtrius Indiæ Prætor, irruptione ex arce in aduerſarios factâ, eos partim confecit, partim cepit aut effugauit, vix ſexaginta ex ſuis deſideratis. Super ædiculam autem arcis viderunt ex aduerſo hoſtes mulierem cæleſti lumine radiantem, ſcilicet Deiparam, cuius fulgor ita aſpicientium oculos mentemquè perſtringebat, vt cæci propemodùm hoſtes, neque in ordine ire, neque in vnum conglobare ſe poſſent.

C Hoc quoque anno 18. Februarii impiam exhalauit animam Iſlebii in Saxonia Martinus Lutherus ſceleratus fidei perduellis, & blaſphemus contra Virginem: de cuius blaſphemiis ſuprà dictum eſt anno 1517. litera D. Mortem autem eius funeſtiſſimam, qua opiparè pranſus ac cœnatus in lecto decumbens ſub galli cantum ſuffocatus eſt, deſcribunt, Cochlæus in vita Lutheri, & Florimondus Remondus de ortu hæreſeos libro 1. cap. 5. & 7. Quibus addit Tyræus de Dæmoniacis 1. parte, ſectione 11. frequentes illi morti adfuiſſe dæmones, vt cognitum eſt ex multis Energumenis, qui Cheolii in Brabantia degebant, & omnes liberati ſunt ea tantùm die, & hac tantùm de cauſa, vt adeſſent illi Lutheri funeri, quod cohoneſtarunt ſub ſpecie variorum ſimulacrorum, ac præcipuè Coruorum. Vide etiam, ſi lubet, Spondanum hoc anno n. 12. & ſequentibus. Poiræum Triplicis coronæ trac-

Digitized by Google

tatu 4. cap. 9. §. 9. n. 14. Balinghem & Charron in Calendario 18. Februarij, & alios.

D Sed auocantes oculos ab iſtis triſtibus lætiora cerroamus, quæ dat hiſtoria Societatis Ieſu tomo 1. lib. 6. n. 9. in Petro Ferro Patauino, quem Sancta Deipara, exorata precibus S. Ignatij Societatis fundatoris, inuiſit & ægrotum & vigilantem: Erat illa candido induta amictu, & nobili virginum ac cæleſti ſtipata choro: quæ cùm ea eo quæſiſſet, cuperetne conualeſcere ſanitatiqúe reſtitui; & ille ei protinus annuiſſet; expreſſam in papyro ſui Virginei oris effigiem, ſimilem eius, quæ ad Cryptæ Ferratæ, nono ab Vrbe lapide, piè colitur, ægro dedit, eamqúe iuſſit admoueri præcordijs. Quâ ille ad pectus admota ſomno eſt conſopitus. Dein ea interuallo excitatus, liberum ſe ab omni morbo & vacuum ſenſit. Hæc in hiſtoria prædicta.

E At apud Poſſeuinum in Apparatu, vixiſſe hoc anno dicitur Baltaſar Sorionius, Ordinis Prædicatorum Theologus, natione Hiſpanus, qui ſcripſit librum in laudem Beatiſſimæ Virginis prænotatum Mariale, editum Dertuſæ, quæ eſt Cataloniæ ciuitas vulgò dicta Tortoſa. Huic iunge Petrum Autarum, ſiue Daurat, qui præter Officium Deſponſationis, de quo ſuprà literâ A. adhuc edidit Imaginem Virtutis, ſiue Vitam B. Virginis. Inſuper Sebaſtianum Vongeſcum, Seruitam, qui compoſuit Regulas Confraternitatis Conceptionis à ſe in vrbe Piſtorienſi erectæ. Ioannem Royardum, Minoritam, qui nouem Homilias in Feſta Deiparæ edidit, & Brugis anno ſequente poſteà mortuus eſt. Denique Guillelmum & Ægidium Cailleau, qui Paraphraſim in Horas Beatæ Virginis ediderunt. De quibus Mariana Bibliotheca, quæ quidem Guilelmum, Minoritam nunc temporis vixiſſe, & Gallicè ſcripſiſſe aſſerit; de Ægidio nil tale commemorat.

F Prætet hæc liberantur à Mauris pyratis Chriſtiani quidam ex diœceſi Gerundenſi, cum Ioanne Caſſaoy nauarcho, ſed Monſſerratenſis auxilio Virginis, vt dicitur in eius hiſtoria miraculo 245. & apud Vincentium Charron 20. Iulij n. 5. Item puella nata mortua, inuocata eadem Virgine, ad baptiſmum ſurrexit, & quatuor dies in vita permanſit. Quod poſtremum habetur miraculo 251. prædictæ Montiſſerranæ hiſtoriæ, & apud eundem Charron 5. Auguſti numero 5. Poſt hæc,

## Anno mundi 5530. Chriſti 1547.

A MOrtuo Rambulieti, quod abeſt à Lutetia diei itinere, Franciſco Rege huius nominis primo, ſucceſſit Henricus ſecundus Francorum Rex, pietate in Deiparam non diſſimilis parentis, & ipſo Regni initio, quod ſuſcepit vltima Martii, ſaluberrima edicta promulgauit: in quibus quod Religionem ſpectat, grauiſſimis pœnis ſuppoſiti fuêre, qui temerè Numen diuinum, & Beatiſſimæ Virginis ac Sanctorum nomen deierarent. Quæ omnia tum ex Spondano patent hoc anno n. 25. & ſequentibus, tum ex Belleforeſtio, & cæteris Scriptoribus geſtorum Gallicorum. Sed author Elenchi, & hiſtoria Ephemerica Gallicè Pariſiis edita, necnon ex eis Vincentius Charron, ac Balinghem 12. Iulii, addunt Henricum ſecundum in ſignum ſui erga Deiparam amoris, dono miſiſſe Bononienſi in Picardia Sanctæ Mariæ Eccleſiæ ſtatuam Dei genitricis argenteam, cum quatuor eiuſdem metalli grandioribus lampadibus perfectè fabrefactis, ac perpetuò arſuris coram Icone Sanctiſſimæ Virginis.

B At in Lotharingia Sereniſſima Princeps Philippa Gueldriea, antè Siciliæ ac Ieroſolymæ Regina, & Duciſſa Lotharingiæ, Barri, Gueldriæ, &c. nunc pauper Monialis in cœnobio S. Claræ Muſſiponti, obiit centenaria maior, inſignis tum pio affectu in Chriſti paſſionem, tum tenero amore in Sanctam Deiparam, cuius in honorem die feſto Conceptionis vota Religioſa nuncupauit, & ſacellum condidit, tum materia pretioſum, tum religioſum ſacris lipſanis multiſqúe ornamentis. Ipſa moriens circumſtantibus circa Monialibus iſthæc effata eſt: Die tantùm Sabbati, qui eſt Virgini ſacer, ego emoriar: Tali die cum Duce Renato connubium inii; tali ſolemnem in Lotharingia ac triumphalem ingreſſum obiui; tali pompis ſæculi abiectis profeſſionem feci; tali quoque, hac vitæ miſeria relicta, cælum, Chriſto bene iuuante, penetrabo. Quæ ita contigerunt, vt patet ex vita eius per Chriſtophorum Merigotium ſcripta, præſertim ex pagina 375. & ex Poiræo Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 3. n. 5. atque ex Vincentio Charron 25. Februarii, n. 2.

C Similiter In Italia fœliciter migrauit in cœlum B. Catharina Raconiſia, vt habet vita eius in Chronico Ordinis Prædicatorii, quo in Ordine Monialis profeſſa erat & in quo viuebat mira cum Deipara familiaritate, quæ ipſi apparens anno 1491. die Pentecoſtes, triumphali ornata apparato, eandem Chriſto deſponſauit annulo ſubarrhatam. Fuſiore amfractu tota res in eius vita deſcribitur; in qua etiam dicitur ab eadem Sancta Virgine iuſſa eſſe ſuſcipere habitum Ordinis S. Dominici. *Vbiqúe Mater Virgo filio ſuo ſponſas quærit, eaſqúe virgines.*

D. Addit his Gononus in Chronico, Oblatum quemdam Cæleſtinum, febre quartana Pariſiis laborantem, Medicorum induſtriam fruſtrà expertum, ad Deiparam, cuius imago non longè erat Aurelis, confugiſſe, & ſanatum ad domum rediiſſe.

E Denique impreſſus eſt hoc adhuc anno liber de Conceptione B. Virginis, quem ediderat Ioannes de Turrecremata, Hiſpanus, Ordinis Prædicatorum, & Cardinalis ab Eugenio quarto olim creatus: Erat vir Theologus, ſcientiſſimus iuris. Quæ Poſſeuinus in Apparatu notat. Iam verò.

## Anno mundi 5531. Chriſti 1548.

A ITerum Pariſiis blaſphemus in Virginem & iniorioſus punitur. Siquidem, vt habet Iacobus Breulius in Antiquitatibus Pariſienſibus pagina 28. & poſt ipſum Vincentius Charron ac Balinghem 4. Auguſti, ac Gononus hoc anno in Chronico: Iacobus Blondus, Gallus, arte veterum linteorum ſcrutarius, viuus combuſtus eſt in atrio templi B. Virginis, quæ eſt Cathedralis Eccleſia: quòd imaginem S. Mariæ, quæ in eodem templo eſt iuxta chori portam, malo ani-



Digitized by Google

mo deieciſſet. Hæc nunc plurimis coruſcat miraculis, atque adhuc hoc Chriſti anno 1658. ab innumeris inuiſitur, ac ſolemnibus Euchariſtiæ hoſtiis ſummo Numini oblatis, ploſquàm centenis in dies, honoratur.

In Sabaudia quædam geminos enixa, alterum viuum, alterum emortuum effudit: ſed conuerſa prece ad Beatam Virginem Anicienſem, qui mortuus erat reuixit ad baptiſmum, & per decem dies ſpirauit. Ita Odo Giſſæus in hiſtoria S. Mariæ dē Podio lib. 3. cap. 39.

At Montiſſerratæ Virginis implorata ope, Petrus Poucltolius erutum ex mulæ impetu pede laſciuientis, & motum à loco ſuo oculum, ac deciduum in manus ſuas, reponens ad cauum vnde exciderat, ſanatum recepit, & ad vſus ſolitos vt antè idoneum. Ita Monſerratenſis hiſtoria miraculo 248.

Tiſtanus demum Laſcanius, Heduus, iuris licentiatus, oppidi S. Iuliani in Burgundia Officialis, ſcripſit Gallicè librum de Beatiſſima Virgine excuſum hoc anno Pariſiis. Quod ſcripſit Poſſeuinus io Apparatu ſacro. Bibliotheca autem Mariana addit prætereà ſequentes, Gregorium Corteſium ex Abbate Caſſinenſi creatum Cardinalem, qui Odam in Anounciationem B. Virginis compoſuit, & hoc anno deceſſit. Dominicum Scaenſem, Seruitam, qui Sermones in Feſta Deiparæ. Quales etiam Sermones edidit Ioannes Hofmeiſterus, Auguſtinianus Eremita; & Ioannes Coclæus, Norimbergenſis. At Vvolfangus Herman, Ottingenſis, typis tradidit Deſcriptionem fundationis celebris Monaſterij B. Mariæ in Eetal à Ludouico quarto Romano Imperatore conditi: & io laudem euſdem Diuæ Proſam Rhithmicam ſingularem.

## Anno autem mundi 5532. Chriſti 1549.

RVrſum Montiſſerrana hiſtoria varia miracula recenſet, varia item Anicienſis hiſtoria, ſiue in ſanatis diuturnis ægrotationibus, ſiue io naufragijs ope Virginis euitatis, ſiue in data vitæ vſura aliquot paruulis naſcentibus, vt per mortalem vitam, ad perpetuam eaodemquè glorioſam vitam perueniant; quæ, vt obuia & communia, omitto, & ad illud inſigne prodigium venio, quòd Turſellinus lib. 3. cap. 11. hoc anno dicit Laureti accidiſſe, anno oempe quo mortuus eſt Paulus tertius, indicta prima in annum quinquageſimum Iubilæi celebritate, quam ipſe procurandam ſucceſſori reliquit. Sic ergo inbt Turſellinus: Ignea per noctem velut coluna viſa eſt ingenti ſplendore collucens Lauretano incubare templo: inde Maceratum verſus (diſtat milliaribus à Laureto quatuordecim) paulatim progredi; demum ſuper templum S. Mariæ cognomento Virgioum io ſuburbano Maceratenſi conſidere. Id prodigium viſum eſt primùm à Capucinis; deinde vulgatum B. Mariam cæleſtis flammæ ſpecie lapſam è cælo in ſuam domum, ad aliam deinceps nomine ſuo dicatam procedere, vt eo argumento fidem faceret mortalibus, illam quoque ædem ſibi eſſe cordi. Et verò miracula in illa æde ſubinde patrata haud dubiam videntur cæleſti prodigio fidem adferre. Hæc Turſellinus quibus nihil addere opus eſt. Itaqoe

## Anno mundi 5533. Chriſti 1550. Iulius tertius Paulo tertio ſufficitur.

TVnc aotem, Antonio Ducâ, Sacerdote Panormitano, procurante apud Iulium tertium Pontificem Pauli ſucceſſorem, Diocletianæ Thermæ, quas Romæ olim Chriſtiani milites à Diocletiano & Maximiano ob fidem exautorati condiderant, conuerſæ ſunt, & per Epiſcopum Sebaſtenum dicatæ, in honorem S. Mariæ & ſeptem Angelorum; aris duabus ibidem erectis, & ſacris quotidie inibi celebratis. Quod habet Spinellus tractatu de templis n. 20. addens ſeptem illos Angelos vocari, Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem, Vrielem, Sealtielem, Iehudielem, & Barachielem.

Lutetiæ autem menſe Decembris, die octaua menſis, quæ eſt ſacra Conceptioni Beatiſſimæ Virginis, inquit Tillius, & poſt eum Spondanus hoc anno n. 21. Alij, vt Breullius lib. 1. Antiquitatum Pariſienſium, & poſt eum Balinghem ac Vincentius Charron in Calendario 7. Decembris; ipſo peruigilio Conceptionis, quod incidebat in diem Dominicum, erat enim hoc anno Dominicalis litera E. fanaticus quidam Geneuenſium delirio laborans, in templo Beatæ Virginis, eiuſdem Virginis ſtatuæ gladio euaginato caput amputare conatus, adſtante maxima hominum multitudine comprehenſus & in vincula coniectus, cùm non reſipiſceret, & complures eſſe, qui in idem facinus ſecum coniuraſſent, profiteretur: poſt tertium, quàm captus eſt, diem, exſecta lingua viuus pro templi veſtibulo, vbi ante duos annos menſe Auguſto, iam alius eaſdem pœnas dederat, combuſtus eſt.

Noo paruum verò miraculum fuit, quod habet Carthagena libro vltimo de mirandis Deiparæ §. 110. ex Hieronimo Taxio in tractatu de Roſario. De quadam muliere deuotiſſima in recitatione Roſarii, quæ, cùm maritus ſuſpicionibus quibuſdam atque zelotypia agitatus, ſica impacta eam interficere tentaret, inuocata S. V. nullatenus ſica illa læſa eſt: ferrum ſiquidē inſtar ceræ mollitum, ne vel leuiter quidem pelliculam detriuit; ſed potiùs immanis parricidæ pectus admiratione confodit, & ijs perculit pœnitentiæ ſtimulis, qui Roſarij eximiam deuotionem inſpirarunt. Barcinone id accidit, vbi etiam ſica illa retoſa ac reflexa in ſacello Roſarij appenſa aſſeruari dicitur.

At apud Anicium, puer duorum circiter annorum vita functus, atque ſepulchrali linteo iam inuolutus, parentibus votum ad Deiparam Anicienſem emittentibus, ſtatim exilit, & matrem ſtupentem ſalutat. Quam rem habet Odo Giſſæus in hiſtoria S. Mariæ de Podio libro 3. cap. 40.

Obiit verò Granatæ in Hiſpania B. Ioannes Dei, Inſtitutor Ordinis Charitatis; qui tredecim annos in eo inſtituto viuens, erga pauperes, mendicos, infirmos, fecemquè populorum, ſtrenuam charitatem exercuit. Sed & exercuit ſedulam deuotionem in S. Deiparam, quam

Digitized by Google

adhuc puerulus colebat recitando quotidie Roſario, & frequenter mente reuoluens, quos illa in paſſione Chriſti paſſa erat dolores, ex animóque compatiens: ſæpiſſimè de ea cum alijs colloquebatur: in honorem annorum, quos viginti quatuor à morte Chriſti B. Deipara vixerat, ſingulis diebus viginti quatuor orationes Dominicas totidemque ſalutationes angelicas ſoluebat. Morienti adfuit Sancta Domini mater, adfuit & S. Ioannes Euangeliſta, & Archangelus Raphaël: ſed ab illa ad fiduciam animatus, etiam ſudore vultûs eius linteo beneuolè abſterſo, placidiſſimè exſpirauit, die Sabbati 8. Martij. Hæc habentur in vita eius per Franciſcum à Caſtro, & apud Vincentium Charton in Calendario 8. Martij numero 1.

F Ad hunc quoque annum pertinet, quod habet Tilmanus Bredenbachius lib. 2. ſacrarum collationum cap. 30. de molitore Belga, qui triennali paralyſi vexatus, & à B. Deiparæ inuiſendo téplo hoc morbo impeditus, flexit precibus eandem Deiparam, vt ſe inuiſeret in lecto iacentem. Quod illa præſtitit, circumfuſa præclara luce ſubiens ægroti cubiculum, comitantibus permultis Beatis Virginibus, quarum nomina ſigillatim æger momento didicit. Didicit quoque à B. Virgine, non tantùm quid faciendum eſſet, & ad quod altare Virginis deportari deberet, vt ſanus redderetur; ſed prætereà multas Belgio imminere clades, pro quibus auertendis excitandi homines eſſent ad pœnitentiam. Rem paulò poſt probauit euentus; & probauit poſteà duobus ſuis eruditis voluminibus Famianus Strada, quæ de bello ſcripſit Belgico. Habet adhuc Molitoris huius hanc hiſtoriam Ioannes Bonifacius libro 5. de hiſtoria Virginali cap. 5.

G Viuebat hoc prætereà tempore, vt ait Poſſeuinus in Apparatu, Fridericus Nauſea, Blancicampianus, Epiſcopus Viennenſis in Auſtria, qui compoſuit Panegyricum opus in Beatiſſimam Virginem: Heptalogum in ſeptem feſtiuitates eius: Apologiam pro ſalutatione angelica, & multa alia.

H Sebaſtianus quoque ab Heuſenſtein, Haſſus, Germanus, Archiepiſcopus Moguntinus, breuem excudit explicationem ſalutationis angelicæ, vt teſtatur Poſſeuinus idem, qui ſuprà citatus eſt. At Marraccius affirmat alios prætereà Marianos ſcriptores hoc anno floruiſſe: Georgium Vicelium, Germanum, qui Enarrationem in *Magnificat*: item in Epiſtolas & Euangelia Feſtorum Deiparæ, compoſuit. Rodericum Dornelatem, Carmelitam, qui librum de veſtimentis B. Mariæ. Laurentium Dauidicum, qui opus prænotatum, Triumphus Mariæ Virginis contra Lutheranos. Petrum Artopœum, qui Conciones in Feſta B. Mariæ. Ioannem Mariam Vercatum, Carmelitici alumnum Ordinis, qui tres Tractatus, vnum de Salutatione Angelica, alterum de Viſitatione, tertium de Deſponſatione edidit, ac deinde Ferrariæ mortuus eſt anno 1563. Ioachimum Perionium, Benedictinum, qui Virginis vitam egregiè deſcripſit. Guillelmum Dandum, Seruitam, qui Conciones. Iacobum Meyerum, Belgam, qui varios Hymnos. Claudium à Rota, Dominicanum, qui Hiſtorias præcipuorum Deiparæ Myſteriorum. Iam Romæ

## Anno mundi 5534. Chriſti 1551.

IN templo *S. M. Annunciatæ*, prope obeliſcum S. Machuti, Collegium Societatis Ieſu primum inſtitutu eſt, magno Reipublicæ Chriſtianę bono: quod eſſet velut omnium nationum ad doctrinam & pietatem ſeminarium, quod doceret Romanos, reliquos Europæos foueret, complecteretur Aſianos, Indos, Æthiopicos, aliosque populos ad Chriſtum erudiret. Cuius latè diffuſos fructus, non ſine ſtupore olim demirans Gregorius decimus tertius, poſt viginti circiter annos factus Pontifex, illud a fundamentis extruere voluit ac dotare, vt eſſet primum ac palmare ſeminarium in quo à primis Grammaticæ rudimentis vniuerſæ planè facultates, Medicina duntaxat & Iuriſprudentia exceptis, traderentur. Ab eo, tanquam ab exemplari per S. Ignatium Loyolam fabrefacto, reliqua per orbem Collegia manarunt, quæ Societas Ieſu vbicumque & habet & habitura eſt. Vide Spinellum tractatu de templis n. 36. vbi fusè de hoc Collegio verba facit noto in Mariano ſinu.

B Verba etiam facit Montiſſerrata hiſtoria miraculo 263. & poſt eam Vincentius Charron 14. Aprilis n. 3. de puero trienuali, qui fortè Narbonæ ſuper ponte ludens decidit in fluuium, & vndis hauſtus ſuffocatus eſt: interim dum eius amita, implorata per votum Diua Monſerratenſi, obtinuit vt ſtatim reſurgeret & ad Virginis Montiſſerratæ imaginem votum adimpleturus duceretur. Iam verò

## Anno mundi 5535. Chriſti 1552.

A MIrabile fuit Lauretum ornari donis à Prætore Turcarum miſſis. Rem & cauſam & tempus Turſellinus exhibet lib. 3. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 18. quæ breuiter ſic habent: Coreutus Baſſa ex atroci in pectore apoſtemate iam iam moriturus, à Chriſtiano quodam ſeruo ſuo monetur, promittat ipſi libertatem, & ſe oraturum Matrem Domini, vt eum à morte morbóque eripiat: multiſque, tum exemplis, tum rationibus adiectis, perſuaſus demum promittit ſeruo Dominus libertatem. Seruus ergo de geniculis Deiparam exorat, & ſimul hero perſuadet vt ſimiliter eandem deprecetur. Fit oratio, apoſtema ſtatim vomitur, & poſt triduum ſequitur plena curatio; proinde ſeruus accipit libertatem, Lauretum mittitur cum donis. Dona fuerunt, mantile egregio opere, ingentes cerei, argenti vis non parua, arcus & pharetra præclara cum ſagittis. Vide reliqua in citato authore.

B At in hiſtoria Diuæ Virginis de Podio lib. 3. cap. 40. refert Odo Giſſæus: Mulierem in Sabaudia, quæ erat coniux Ioannis Mercatoris, fortuito caſu corruiſſe in puteum, ibique duos dies incognitam manſiſſe: donec, fuſis ad Beatā Virginem de Podio precibus, à marito reperta eſt hauriente fortuitò aquam, & inde viua educta.

C Mentionem quoque facit Gononus in Deiparæ Chronico, de Patre Michaële Albo, Ordinis Cæleſtinorum, qui, & voto facto ad S. Deiparam periculum quoddam metuens, ingreſſus eſt

Religionem, & poſteà Rhodanum deſperata ferè ſalute deſcendens, naufragium vitamque implorata Virgine. Prior autem Monaſterij effectus ingentem contra ſe conflatam calumniam diſpulit oratione ad Deum cum voto ad Deiparam effuſa. Nam machinator iſtius falſitatis conſcientiæ aculeis preſſus, & ad pedes eius ſeſe deiecit, & ſcelus faſſus eſt, & veniam petijt, & plenam à ſeruo Virginis cumulatamque obtinuit, vt prædictus author teſtatur ex Chronico Cæleſtinorum manuſcripto.

D Sed nihil illuſtrius hoc anno habetur, morte Sancti Franciſci Xauerij, Societatis Ieſu Sacerdotis, & ob eximium animarum zelum Indiarum Apoſtoli dicti, qui in extrema Iaponiæ ora non longè à Sinis die ſecundo Decembris è vita migrauit, vt habet hiſtoria Societatis Ieſu tomo 1. libro 12. n. 109. & vita eius ſiue per Turſellinum, ſiue per Nierembergium conſcripta: quarum vtraque etiam abunde teſtatur tenerum eius in ſanctam Deiparam animum; quam, cùm infideles ac pueros ad fidem Chriſti erudiebat, volebat ſemper inuocari, recitata proptereà ſparſim inter catechiſandum ſalutatione angelica. Iaponiam, theatrum ſuæ charitatis, feſta die Aſſumptionis Deiparæ ingreſſus eſt, & ſine dubio, non ſine multa prece ad Virginem effuſa, cui & ſuum laborem, & tot Paganorum conuerſionem commendabat. Meliaporæ cùm oraret, moleſtiſſimos ſibi ac furentes dæmones expertus, inuocato Mariæ nomine fugauit. Malacæ implacabilem ſedauit tempeſtatem, nauimque Luſitanam cum myoparone à certiſſimo naufragio exemit, concepto ad Deiparam Malacenſem voto de tribus ſacris in Virginis honorem deuotè perſoluendis. Vbique ad eam confugere ſolebat: & dulci ad eam confugio animaduertere nonnumquam audebat in ſocios ſuæ curæ cõmiſſos. Quod accidit Ioanni Duro: in quem ob receptas iniuſſu obedientiæ aliquot eleemoſynas, quas ingeſſerant Luſitani in neceſſitatem Franciſci ſubleuandam, hanc pœnam exercuit, vt in inſulam deſertam Malacæ oppoſitam ab ſe triduo ablegaret, ibi in Sacello Virginis oraturum: Quo certe in loco placuit Reginæ Virginum apparere Ioanni geſtans filium ſuum, quo exhortante & ad ſe vocante animatus Ioannes facilem expertus eſt ac propitiam Virginem; quam ob facinus ſuum paulò ante ſubiratam ſenſerat. Quæ omnia vt diuinitus agnouit Franciſcus, priuſquam Ioannes ipſi renunciaret, ita ſanè oſtendunt quonam animo eſſet in Deiparam. Moriens verò expirauit repetitis ſæpè ſuauiſſimis nominibus Ieſu & Mariæ, atque identidem hæc verba ingeminans: *Monſtra te eſſe matrem.* Eius Roſario, non tantùm poſt mortem, ſed etiam dum adhuc viueret, pueri ægrotos attingentes, eoſdem ſanitati reddebant. Corpus eius vt verè virgineum, ita etiam integrum huc vſque permanſit, nec à viua calce corrumpi vllatenus potuit, in quam coniectum eſt, dum ex Sanciano inſula Goam deferretur. Vt verò Italiam rurſum Lauretumque petamus.

## Anno mundi 5536. Chriſti 1553.

A DVo Capucini, ſtupendo planè prodigio, ex fluctibus marinis ope Lauretanæ Virginis erepti ſunt. Cùm enim illi deferrentur ex Ancona in Dalmatiam, coorta tempeſtate, dum merces Nauarchus exonerandæ nauis gratia in mare demittit, ira furentes mercatores deſæuiunt in illos Capucinos, quaſi eſſent ſubitæ iſtius tempeſtatis cauſa, ac proinde correptos in mare deijciunt. Illos inuocantes Lauretanam Virginem, & quod mirere, toto illo, quem emenſi erant, traiectu, exstantes pectore extra aquam, fluctus cum alga ad Anconæ portum retulit; vnde hi madeſcentibus adhuc ac fluentibus veſtibus Lauretum remeantes, proſtrato ſuppliciter corpore, & obortis lachrimis enixè Deo ac Deiparæ gratiarum actiones ſoluerunt tam magno miraculo conſeruatæ ſalutis. Hanc rem fuſiùs explicat Turſellinus lib. 3. cap. 15. hiſtoriæ Lauretanæ; vbi etiam capitibus 16. & 17. adiungit alia miracula. Primum Angeli Aurani egregij adoleſcentis, quem ex fluminis vorticibus, Mariam enixiùs inuocantem B. Virgo liberauit, & propè exanimum, ſuo gremio excepit, tum ſupra ripam, ad mille paſſus ex flumine delatum, fœliciter ſtatuit. Alterum puellæ Lauretanæ è puteo, in quem deciderat, incolumis ereptæ. Tertium Caietani ciuis, homicidij falsò accuſati, & in carcerem detruſi, ac morte addicti, liberationem inſperatam.

B Fuerunt & inſignia miracula à Beata Virgine Montiſſerrati facta: inter alia Iacobus Biot è Campania Galliæ, à ruina domus mirabiliter ſeruatus eſt, implorata Montiſſerrana Deipara, vt dicitur miraculo 178.

C At Duaci in Belgio, eueniſſe dicitur, vt arderet flammis, penituſque conſumeretur templum & cœnobium Patrum Franciſcanorum, in quo nihilominus incendio, id notabile viſum eſt, ſolam ex omnibus tabulam Sacelli Conceptionis remanſiſſe intactam; quæque hodie tum ob hoc, tum ob ſingulare pictoris artificium, auidè ab omnibus conſpicitur. Ita Poiræus in Triplici corona tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 63. & Gononus in Chronico hoc anno, necnon Antonius Balinghem in Calendario 6. Aprilis numero 2.

D Ad hæc item tempora reuocari debet Ambroſius Catharinus, Senenſis, Ordinis Dominicani, poſteà Minorenſis, ac demum Compſæ Archiepiſcopus, qui licet in multis audacter locutus ſit, audiendus eſt tamen cùm & Virginis immaculatam propugnat Conceptionem, & ſeipſum fatetur ope B. Deiparæ præſeruatum fuiſſe, ne in manus latronum iter agendo incurreret. Quod ipſe teſtatur in opuſculo quod Romæ excudit: & Gononus refert hoc anno. Scripſit ergo tres libros de immaculata Conceptione B. Deiparæ: & prætereà vnum de conſummata gloria ſolius Chriſti & B. Virginis. De quibus non ſilet Marraccius parte prima Bibliothecæ Marianæ.

E Denique & Caſtor Durantis, Gualdenſis medicus, initiatus Sanazarium, de partu Virginis tres libros edidit Italicè ſcriptos, vt habet Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Sequente deinceps

## Anno mundi 5537. Chriſti 1554.

A MOntiſſerrati plura eáque inſignia miracula patrata ſunt, fusè deſcripta in hiſtoria

Montiſſerrata

Montiſſerrana miraculis 277. 279. 280. 281. 283. quæ Vincentius Charron in Calendario refert 8. Februarij n. 3. 15. Februarij n. 2. 14. Martij n. 4. & 5. ac denique 21. Nouembris n. 50. Primum eſt de puellulo vnius anni, qui ſupra lectum cannâ ludens, ita cecidit, vt canna in os & guttur ingrediens, vitam caſu miſerabili eriperet; ſed ereptam reddidit à parente Franciſco Torreilles implorata Virgo. Alterum exercitum eſt in ſaucio equite Antonio Piſano, qui ab hoſtibus pluſquam cenſenis vulneribus onuſtus, illiſque lethalibus, Angeli miniſterio in domum cuiuſdam nobilis delatus, ab ipſa Virgine viſibiliter apparente, & ſingula vulnera cæleſti vngento perungente, ſanatus eſt. Tertium in puero locum habuit, qui ſex annos natus, cùm diſcurreret per vrbem, ſic ab ariete in capite verberatus eſt, vt iudicio Medicorum oppetierit mortem: ſed ope Virginis, quam Iacobus Argullot pater pueri implorauit vitæ denique redditus eſt. Quartum in ſacerdote, quem nobilis cuiuſdam viri ad ipſa capitis tempora ita percuſſit equus, vt ſine motu vitaque iacuerit, prece tamen à nobili iſto viro ad Virginem effuſa, ſtatim ad priſtinum vigorem ſacerdos ille, velut a ſomno ſuſcitatus, cum ſtupore omnium mirabiliter rediit. Quintum denique in alio ſacerdote, Franciſco de Malinet, qui traiectus tribus ſagittis, in ſcapulis, in ventre, in brachio dextro, & inſuper alijs vulneribus admodùm grauibus, ab aduerſarijs in templo atque ad ipſum altare percuſſus, tamen Virginis opem expoſtulans breui ſanatus, ac reſtitutus eſt.

Hoc etiam anno Iulius tertius Pontifex, poſt- B
quam varijs ornamentis & ſuppellectile pretioſa Lauretanam domum ditaſſet, graduſque marmoreos ad aſcenſum in templum addidiſſet; inſuper æſtimauit non mediocre ſe collaturum ornamentum ac decus, ſi Collegium Societatis Ieſu Laureti inſtitueret. quod & incolas erudiret ad ſapientiam, & ad pœnitentiam peregrinos iuuaret, daretque idoneos Pœnitentiarios populis omnium nationum, qui eò ſe conferunt. Quam rem fuiſſe cordi Beatæ Deiparæ ipſe maior in dies & progreſſus & fructus apertiſſimè oſtendit. Id videri poteſt apud Turſellinum lib. 3. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 12. & apud Onufrium in vita Iulij tertij Pontificis Maximi. Item apud Flores Hiſtoriæ Cardinalium Donij D'Attichy, in Cardinali Rodulpho Pio; quem, cùm eſſet hoc tempore Protector Lauretanæ Domûs, authorem fuiſſe Pontifici, vt prædictum Collegium fundaret, ſacerdoteſque Societatis Ieſu Lauretanum mitteret, aſſerunt.

## Anno autẽ mundi 5538. Chriſti 1555 Iulio tertio mortuo die 23. Martij, ſuffectus eſt in locum eius Marcellus ſecundus; & huic paulò poſt Paulus quartus.

DE Marcello ſecundo Turſellinus in hiſtoria A
Lauretana lib. 3. cap. 20. teſtatur, quòd huic adhuc Cardinali, & rem diuinam in æde ſacra Lauretana facienti, contigit, vt columba candidiſſima nunc ſuper caput volitaret, nunc in ſacrificantis manibus inſiſteret, nunc in libro Miſſali quieſceret; quâ re indicabatur futurum eum Pontificem: columbæ enim indicio deſignatos olim fuiſſe Pontifices ſat Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Quam dignitatem etiam clarè & expreſsè Deipara eidem poſt paucos dies inibi ſacrificanti apparens prædixit, affirmauitque ipſum futurum Romanum Pontificem. Quod reipsâ euenit. Cumque factus Pontifex multa præclara, & in Sanctam Virginem honorifica concilia concepiſſet, morte tamen ſubſtractus, præfuit quippe Eccleſiæ duos tantùm atque viginti dies, ea explere non potuit.

B Ergo ſubiectus in Marcelli locum de gente Carrafarum Paulus quartus eſt. Cuius Pontificatûs primo anno cœptæ ſunt Maceratæ fieri à Societatis Ieſu Patribus coram venerabili Sacramento Orationes, & recitari Litaniæ Diuæ Virginis triduo ante Quadrageſimam. Quod ita fœliciter ſucceſſit, & tam opportune ad Bacchanalium premendam effrænem licentiam, ſua ad illas preces Diuâ Virgine interponente ſuffragia, vt vbique terrarum in domibus Societatis pia illa ſupplicatio in morem inducta ſit. De ea Orlandinus lib. 16. n. 10. Hiſtoriæ Societatis Ieſu.

C Accidit quoque hoc eodem anno, vt voto nuncupato ciuitas Vtinenſis de inſtituenda ſupplicatione ſolemni ad Beatæ Virginis Lauretanæ ſacratam cellam, a circumſerpente peſtilentiâ prohiberetur. Quam luem & remedium aduerſus eam fusè deſcribit Turſellinus lib. 3. cap. 24. Lauretanæ hiſtoriæ. Additque anno ſequente 1556. veniſſe Lauretum Vtinenſes, & quidem linteatos, cum donis publicis & priuatis, acturos Deiparæ gratias, quas egerunt cum gaudio ſuauibus lachrimis permixto & omnium ſpectantium ſingulari conſolatione.

D At Montiſſerrati, Quidam in cædenda ſilua laborans, ſiue labore ipſo, ſiue aliunde exhauſtus, in emotæ mentis difficilia deliria incidit, & aliquantum crudelia: à ſocio tamen Diuæ Virgini commendatus, reſtitutâ hilari ſanitate, iuit Montemſerratum, & gratias egit, vt dicitur miraculo 289. eiuſdem Montiſſerrati hiſtoriæ, & apud Vincentium Charron in Calendario 27. Auguſti n. 3. At miraculo 290. & apud Vincentium prædictum 7. Septembris n. 6. Michaël Pauy Cordubenſis Canonicus à ruina ſeruatur: è ſublimi quippe ſaxo delapſus agebatur in præcipitium, quod interluit fluuius, in quo, niſi opem tuliſſet B. Deipara, quam in ſuo caſu non negligenter implorauit, omninò ſubmergendus erat.

Obijt verò Valentiæ in Hiſpania, qui hoc quo hæc ſcribimus anno 1658. die prima Nouembris meruit Catalogo ſanctorum adſcribi, Sanctus Thomas à Villanoua, eiuſdem Valentiæ Archiepiſcopus, & Ordinis olim Auguſtiniani, vt habet Michaël Salonius in eius vita, præterea Nicolaus Baxius in Thomæ item vita, ac Balinghem & Vincentius Charron 17. & 8. Septembris. Ex quibus, præterquàm quòd agnoſcitur fuiſſe immensâ propemodùm in egenos homines & mendicos atque infirmos beneficentia; vnde funus eius proſecuti ſunt octo milia & quingenti pauperes velut optimi patris ſui mortem lamentabilem lugentes

prætereà præſtantiſſima fuit in Deiparã pietate. Nam & in die Præſentatioois eius anoo 1516. Religioſum habitum indutus eſt, & primitias Sacerdotij ſui Deo obtulit in feſto quodam Deiparæ; & die Purificationis voce Chriſti Domini de hora & tempore mortis ſuæ mooitus eſt, quæ accidit in die Natiuitatis Deiparæ. Cùm enim Beatus ille vir ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini ad Archiepiſcopale munus aſſumptus, vehementer affligeretur, timeretque, ut aiebat, ne excluderetur de numero Saoctorum poſitus in numero Prælatorum, coram effigie Crucifixi hoc anno die Purificationis lugens ſortem ſuam, audiuit hanc vocem a Crucifixo prolapſam. *Bono animo eſto, in die Natiuitatis matris meæ venies ad me.* Mirumque contigit, vt os Crucifixi loquentis, quod antè clauſum fuerat, deinceps apertum maneret, dentibus tam perfectis apparentibus, vt optimi ſculptores negent vllo artificio quid ſimile fieri poſſe. Mortuus ergo eſt die Natiuitatis Deiparæ poſt Miſſam auditam, ac denique ſepultus io templo S. Mariæ de auxilio, ſiue opitulatricis, cum populi magna quidem affluentia, ſed maiore luctu atque lachrimis. Scripſit autem Thomas de Villanoua quamplurimos Sermones, io quibus perhonorificam de Beata Virgine frequeotiſſimè mentionem facit, quem proiode ſæpè Nouarinus in vmbra Virginea, tanquam laudatorem Diuæ Virgiois, & inſigoem perfectiooum eius deprædicatorem citare conſueuit. F

Sed præter Thomam de Villaooua hoc circiter anno de Virgine ſcripſerunt, Ioannes Docæus, Benedictinus, libros octodecim, De temporali Filij Dei natiuitate ex *Maria* Virgine: tum Homilias quatuor in eiuſdem Feſta. Ioannes Micon, Prædicator, librum de Roſario Virginis. Angelica Paula Antonia de Nigris, *Mediola*nenſis virgo genere ac virtute illuſtris, quæ ſeptem epiſtolas de Conceptione, Annunciatione, Præſentatione, & Aſſumptione edidit, & deſiit hoc aono viuere die quarto Aprilis, cuius vitam Baptiſta Fontana compoſuit. Aſſerit ita Marraccius Marianæ Bibliothecæ compoſitor.

## Anno deinde mundi 5539. Chriſti 1556.

ROmæ vltima Iolij ſuam Chriſto vitam reddidit S. Ignatius de Loyola, Fundator *Socie*tatis Ieſu, magnus Deiparæ alumnus, Apoſtolici ſpiritus abundaotiâ pleous, & Ieſu nomen ac virtutes tum ferens, tum in ſe referens & penitus ioferens in aliorum corda. Conuerſionis ſuæ primordia, voluptatis extinctas tædas, Caſtitatis præcellens dooum, benignitati *Deiparæ* ſine dubio debet; debet & iocboatæ cæleſtis militiæ Mootiſſerrati ſanctum tyrocinium; debet efficacem exercitiorum ſpiritualium, & ſucci pleniſſimam ac lacteam doctrinam, vt iam indicatum eſt anno Chriſti 1521. literâ A. Debet Societatis & ioitia, & vota, & votorum renouationes; vt patet ex dictis anoo 1534. literâ F. debet illuſtratiooes ſiue quas habuit, cùm ſe ad Miſſam primò celebrandam parauit, ſiue cùm ſcripſit ac meditatus eſt Cõſtitutiooes Societatis, plus quam enim triginta vicibus, tum Chriſtus, tum B. Virgo eidem apparuit: & hæc quidem A

conſolans & animans, promittenſque preces ſuas ad Deum cum mira ſuauitate charitatis. In quibus etiam illuſtrationibus notum eſt, quos ſenſus & quàm pios habuerit circa immaculatam Deiparæ Conceptionem: quam licet iam ab initio conuerſionis ſuæ puriſſimam tenebat, etiam animatus ad id, vt aduertit Nierembergius io Ignatij vita cap. 4. illâ picturâ, quam Manreſæ vidit in Eccleſiæ Collegialis clauſtro, io qua depictus erat rediuiuus ſacerdos, qui eâ cauſâ reuerterat ad vitam, vt quam Virginis Conceptionem prædicauerat peccato originis fuiſſe implicitam, redux ad vitam retractaret, & ea retractata, iterum mortem oppeteret; longè tamen firmiùs & audentiùs immaculatam teſtatus eſt, poſt tot illuſtrationum cæleſtium repetitos ſplendores. Adde his inſuper; quòd idem Ignatius initio adhuc conuerſioois ſuæ pro Virgiois illibata integritate ita ferè confixerit, vt Maurum obſtrepentem in itinere, & puritatem Marianam impiè proſcindentem penè gladio confoderit; quòd initio Societatis volebat S. Mariæ Officium ab ijs recitari, quos Officium maius, Eccleſiaſticum appellant, occuparos noo detinebat; quòd denique & primitias Sacerdotij ſui in Eccleſia Virginis fecit, & in ſacello eius vota ſua emiſit, & in eius templo poſt mortem conditus eſt. Quæ omnia manifeſta ſunt ex Orlaodino tomo 1. hiſtoriæ Societatis Ieſu, Ribadeneira, Maffeio, Bineto, Bidermanno, Nierembergio, in vita eius: Quos inter authores poſtremo loco nominatus Nierembergius, decem ſelectis capitibus egregiè tractat, tum S. Igoatij, tum Sociorum eius in Deiparam cultum, & curam Deiparæ in ipſos. Capite enim 26. vitæ Ignatij ſpecialiter tractat: de deuotione S. Ignatij erga D. Virginem Matrem Domini ac Dominam Noſtram: tum ſequenti capite 27. Quàm procurauit Virgo, vt filij ſibi magis affecti, ſint bene affecti erga *S.* Ignatium, aut etiam Societatem intrent. Deinde cap. 28. Quomodo Domioa noſtra procurat, & ſimul cum ea ſancti in Virginem deuoti, vt regimen *S*ocietatis Ieſu bene ſe habeat. Tum cap. 29. Quomodo S. Ignatius communicat Sociis ſuis ſpiritum ſuum, ac potiſſimùm deuotionem in *B.* Virginem. Cap. 30. Quomodo legitimus ſpiritus omnium filiorum S. Ignatij, eſt deuotio io Virginem. Cap. 31. Quomodo ea quæ ſcripſit S. Ignatius, & poſteà filij eius, debeotur B. Virgini. Cap. 32. Quomodo Virgo fauit omoibus gradibus, quos S. Ignatius in *S*ocietate ordinauit. Cap. 33. Omnia minisſteria quæ inſtituit S. Igoatius in Societate, quomodò curat & procurat Beatiſſima Virgo. Cap. 34. De protectione, quam *S.* Ignatius, ſed præcipuè Virgo, habet de Religioſis Societatis Ieſu io hora mortis. Cap. 35. De odio dæmonum in Religioſos *S*ocietatis Ieſu, ex eo quòd ſint in cura & fauore Dominæ noſtræ. Poſt hæc non eſt quid vltra addere debeam. Vide tamen, ſi lubet, quæ ſuprà tacta ſuot aonis Chriſti 1521. 1534. & 1540.

B Interim ad hoc etiam tempus ſpectat, quòd Paulus quartus Romæ inſigniuit titulo Cardinalium templum S. Mariæ ſupra Mineruam. Quod *S*pinellus notauit tractatu de templis. Numero 28.

Digitized by Google

Laureti quoque miracula frequentata ſunt. C
Iuuenis innocens carcere eximitur: Alter bis
ſuſpenſus exitio & ſupplicio liberatur: Genuenſis
demum Nauarchus bis à naufragio, implorata
Diuâ Virgine, eripitur. Id habet Turſellinus
lib. 3. cap. 26. & 27. Qui deinde cap. 28. non
ſatis tamen deſignato tempore, enarrat ſtupen-
dam prorſus ſanationem Siculæ mulieris, quam
iugulauit latro, ſanauit autem implorata ac de-
inde apparens & attactu fouens vulnera Dei
Mater, ſolam cicatricem in collo ad modum
monilis, notam ſcilicet miraculi, relinquens.

Sed & Terpati in Liuonia, vt vult Breden- D
bachius libro 2. collationum cap. 26. feſto Aſ-
ſumptionis hæretica matrona cùm vrgeret an-
cillam, vt ſine reuerentia tantæ feſtiuitatis ſibi
balneum pararet, & ignem admoueret: habuit
quidem, quamuis non ſponte ſuâ, parentem
hanc ancillam, a qua licet ignis ſub balneo ac-
cendi non potuit; nihilominus nunquam im-
pediri potuit, quin tectum aliunde arderet, &
ædes flammis conſumeretur. Rem vlteriùs hanc
Gononus habet in Chronico, & Balinghem ac
Vincentius Charron in Calendario 15. Auguſti.

## Anno autem mundi 5540. Chriſti 1557.

PLacuit Beatiſſimæ Dei Matri renouare hu- A
manitatis illa officia, quæ olim exarcuit in
Cana Galilææ: Procurauit enim Religioſis So-
cietatis Ieſu, tum qui Laureti, tum qui Coloniæ
erant, de rebus ad vitam neceſſariis abuodan-
tiam honeſtam. Vt refert Sacchinus tomo 2.
hiſtoriæ Societatis Ieſu. Et id quidem factum eſt,
non ſine miraculo, quod maximè enituit Lau-
reti, vbi & ea pauca farina multi facti ſunt pa-
nes, & panes ipſi valde multiplicati; & pecunia
in ærario ipſa quoque multiplicata. Ita prædi-
ctus Sacchinus anno 1557. n. 94. 95. & 106.

Sed & ibidem varia contigêre miracula: intèr B
quæ memorandum eſt illud, quod Turſellinus
libro 3. Lauretanæ hiſtoriæ cap. 29. comprehen-
dit, de Genuenſi quodam, qui de Lauretana
domo dobitans, ac penè perſuaſus eſſe commen-
tum ſuperſtitionis auaritiæque, bis malè mul-
ctatus eſt à Deo, ſemel corruens ex equo, iterum
factus cæcus, à quibus duobus malis inuocatâ
Virgine ſeruatus eſt.

At in India prope Goam, Brachmanûm qui- C
dam, cùm ægrum filium nullâ medicorum ope
habentem meliùs in B. Virginis ſacellum Diua-
ris Inſulæ intuliſſet, eum Mater Salutis illicò
valetudini reſtituit. Quod aduertit idem Sac-
chinus paulò antè citatus n. 147.

Floruerunt demum ex Scriptoribus Marianis, D
Philibertus Bonnetus, Gallus, qui in lucem emi-
ſit: Excellentes dignitates, virtutes, & potentias
Diuæ Virginis: item Tractatum de ea ſingula-
rem. Michaël Carmel, de Redemptione Cap-
tiuorum, deuotiſſimus in Virginem, qui ſuper
*Magnificat* librum edidit: librum quoque al-
terum ſuper quinque pſalmos inchoantes a lite-
ris initialibus nominis Mariæ: tum Miſſam de
Nomine Mariæ: & ſuper Canticom Cantico-
rum Commentarium de Beata Dei genitrice.
Baſilius Zanchius, Canonicus Lateranenſis, qui
heroico carmine reliquit opus inſcriptum, La-
chrimæ Virginis Matris.

## Annus verò mundi 5541. Chriſti 1558.

A INſignis fuit punitione quorumdam Laureta-
næ domus violatorum aut expilatorum, de
quibus Turſellinus lib. 3. cap. 30. & 31. Quidam
enim ablato ex ſacra domo ſaxo, aut diuturnum
morbum, aut ſuorum iacturam, non ſine mœro-
D re perpeſſi ſunt: Alij ſuffurati theſauros Eccle-
ſiæ, dum fugam moliuntur & per mare remi-
gant, Lauretanum ad littus reiecti, nefarium
ſacrilegium ſupplicio luunt: Alij angelicis tur-
mis territi, dum putant ſacra vaſa auferre, pro-
duntur, & traduntur furti ſui daturi ſupplicium.
Hæc præterea refert Spinellus tractatu de ex-
emplis.

B Addit inſuper idem ibidem Turſellinus cap.
32. & 33. tum duos adoleſcentes à dæmonum
ſeruitio & crudelitate exemptos auxilio Deiparæ
fuiſſe; tum alium iuuenem, qui dato chirogra-
pho in ſeruitutem ſe ſe dæmonis aſſeruerat, iu-
bente Deiparâ, liberatum fuiſſe chirographo
recepto.

C Habet quoque Sacchinus hoc anno n. 246.
tomo 2. hiſtoriæ Societatis Ieſu, & Alegambe in
Victimis Charitatis cap. 2. Iacobum Saraoiam
Laicum fratrem, cùm repentinò in Mauros
prædones incidiſſet, prolato Roſario ipſis hæc
verba obieciſſe: *Nihil vos formido hoc fretus.* Et
vt confidit in Virgine, ſic intactus euaſit. Poſteà
mortuus eſt victima charitatis peſte infectis in-
ſeruiens.

D Nomen verò dedit Societati Ieſu 27. Septem-
bris Sebaſtianus Barradius, patria Olyſiponen-
ſis, & nobilibus ortus parentibus: cui oranti
in æde Sancti Dominici, & ad eam aram, quæ
S. Mariæ ab Scala vulgò nuncupatur, expreſsè
Virgo imperaſſe dicitur, vt hanc ſingillatim
Religionem ſuſciperet, Societatem Ieſu no-
minatim exprimens. Ita Alegambe in Bibliotheca
Scriptorum Societatis, & Poiræus Triplicis co-
ronæ tractatûs 3. cap 5. §. 5. n. 16.

E Scriptis etiam ſuis hoc anno Marianum decus
auxerût, Leodegarius Bontempus, Ordinis Diui
Benedicti Monachus, & Monaſterij S. Benigni
Diuionenſis alumnus, qui Gallicè edidit Lug-
duni, Meditationes in Salutationem Angelicam.
Paulus Bushius, Anglus, qui libro vna Dialogos
inter Chriſtum & Mariam conſcripſit, & hoc
anno obiit. Cornelius Scribonius, qui ſimiliter
hoc anno 19. Decembris è viuis exceſſit, ex-
preſſit carmine heroico, Conflagrationem Tem-
pli Mariani Antuerpiæ. Ac demum Iulius Scali-
ger, Veronenſis, Odam, Elegiam, & Hymnum in
laudem Deiparæ compoſuit, atque hoc anno
defunctus eſt. De his teſtem ſe facit Marraccius
ſæpè ſuprà citatus.

## Annò deinceps, mundi 1542. Chriſti. 1559.

A MOritur Laureti, non ſine fama ſanctitatis
Pater Cornelius Vviſhauæus, Societatis

Ieſu Sacerdos, Louanij olim non ſine Diuæ Virginis auxilio in Societatem ipſam ingreſſus. Cùm enim accepiſſet literas à Caniſio, quibus mouebatur videre Petrum Fabrum, vnum ex primis B. Ignatii Sociis, neſcieos quo loco Faber habitaret; coofeſtim ad ſacram leonem Dei genitricis accurrens, cæleſtem vocem accepit, vt talem io locum abiret, tali in ianua domoque pulſaret, inuenturumque quem requirebat. Fabrum verò poſtquam aliquoties frequentauit, Societatem ingreſſus eſt, in qua deuotionem illam in Deiparam non mediocriter coluit. Hæc de Cornelio habentur apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. n. 6. Balinghem & Chatron in Calendario 24. Auguſtii Nierembergium in vita eius, & in vita Petri Fabri atque Caniſii, ac denique apud Hiſtoriam Societatis Ieſu tomo 2. libro 3. n. 55.

B Hoc item anno Petrus Maſſenus Gandauenſis, Chori muſici apud Carolum quintum Imperatorem Rector, edidit Antuerpiæ Declarationes ſalutationis Angelicæ. Quod Deſſelius teſtatur in Belgica Bibliotheca. Marraccius verò in Mariana mentionem facit Roberti Nobilij, Cardinalis, adhuc adoleſcentis, qui natus annos octudecimè vita hoc anno diſceſſit angelicis ornatus moribus, & Deiparæ ſtudioſiſſimus: ſcripſit de ipſa Deipara Orationem vnam. Facit & mentiooem Aloyſii Lippomani, Veronenſis Epiſcopi, qui hoc adhuc anno fœliciter curſum ſuum compleuit: hic ſalutationis Angelicæ Expoſitionem: Sermones item in Feſta B. Virginis compoſuit: Collegit item, & cum vitis Sanctorum aptè inſeruit, Homilias Priſcorum Patrum de Feſtis Beatæ Deiparæ.

C Addit his Turſellinus libro. 3. cap. 25. hiſtoriæ Lauretanæ, hoc anno ſecundum Paſchales ferias, puellæ Senenſi luminibus captæ redditum fuiſſe Lauteti oculorum vſum miſeratione Sanctæ Deiparæ, quam ille curationem fuſiùs proſequitur. Poſt hæc.

## Anno mundi 5543. Chriſti 1560. Pius Quartus, Paulo quarto mortuo, Pontificatum gerit.

A QVibus tẽporibus bacchabatur Europa totâ rupto fræno hæreſis, & contra Beatã Virginem blaſphemias vomebat, quas docto & pio opere excutiebat & expungebat Caniſius. Magdeburgici Centuriatores erumpunt, Deiparam negligentiæ in ſeruando duodeno Chriſto accuſant. Inuocationem Diuæ Virginis exiſtimant errorem, & alia nefanda procudunt Mathias Illyricus, Lucas Sternbergius, Helmingius, Selnecerus, Sarcerius, & in Anglia Proteſtantes, qui non contenti abrogaſſe dies ſolemnes Aſſumptionis, Natiuitatis, & Conceptionis, ad maiorem ſanctiſſimæ Dei genitricis contemptum, inſtituere auſi ſunt, loco horum, dies feſtos ſuæ Anglicanæ Elizabethæ deterrimæ Reginæ. Quin etiam contra ſalutationem Angelicam, contra *Salue Regina*, contra alias Diuæ Virginis laudes commentaria ediderunt. De quibus hæreticis & eorum furore videri poteſt hoc anno Spondanus n 32. & Caniſius toto opere Mariali.

B Inter hæc in Gallia non minùs furentes volitant Caluiniſtani Hugonotti, qui paſſim bellum ſacris & perſonis & rebus inferentes nominatim Virginem impetunt. Aliquantum tamen eos retardat piſſimum exemplum Caroli noni Valeſii in Sanctam Deiparam deuotiſſimi Regis, qui Franciſco ſecundo fratri ſuo mortuo hoc anno ſuccedens, non rarò inuiſit Lætitienſẽ Diuæ Virginis Eccleſiam; imò verò tam ſæpè, vt Cardinalis Lotharingus, tunc Remis Archiepiſcopus, Marchienſem vicum à Lætitia vix quadrante leucæ diſſitum ſibi coëmendum putarit, vt in eo conſtruens præclarum palatium, locum haberet, in quo venientem ſalutatum Virginem oratumque, honorificè poſſet ſplendidéque Regem ſuſcipere. Ita Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 9.

C Quamquam verò hæc pietas Regis toti ſanè Regno exemplo fuerit, nihilominus non tantum effecit, quin Apamiis Caluiniſtarum furor venerandam Mariæ effigiem, è publico vrbis illius loco, vbi piè à piis atque deuotè colebatur, inhoneſtè detractam, & in foro per ſacrilegum ludibrium fune quodam ſuſpenſam, venalem exrulerit. Hoc dedecus confeſtim quidem abſterſum eſt. Nam effigiem illam pia Catholicorum turba, incitante Ioanne Pelletario Societatis Ieſu ſacerdote, quique vulgò, ob inſignem prædicandæ Virginis ardorem & amorem, Doctor Mariæ dicebatur, in ſuum locum reportauit, & magnifica pompa plenóque apparatu reſtituit. Quin & idem Pellerarios, vnâ populi, celeberrimâ quamuis, ſupplicatione minimè contentus, ſingulis prætereà diebus ſabbati, de Virginis laudibus concionem fecit, ad quam quò frequentior congregaretur populi multitudo, ſimulqúe vt Matris magnæ hoſtibus, orthodoxi fiduciam pectoris manifeſtè monſtraret, vicatim cum tintinnabulo per oppidum hominem dimittebat, qui ad Concionem de *B.* Virgine paſſim obuios inuitaret. Sic hiſtoria Societatis Ieſu tomo 2. libro 4. n. 78. & 79. Et ex eadem Touſſanus Bridoul in Triumpho Annuario Virginis 17. Iunij.

D In Italia porrò *Pius* quartus Lauretanam domum *Virginis*, vt multis gratiis adauxit, ita multis quoque à Deo miracoloſis operibus honorari conſpexit. Nam & à Turcarum ſeruatum eſt Picenum periculo: & abducti furto ſacræ domûs lapides, ac redditi, ac demum repoſiti non ſine apparatu ac prodigio viſi ſunt; viſi etiamnum homines erepti, tum à præcipiti promptáque ruina naufragij, tum à vinculis & morbis: inter quos notabilis extitit à vinculis exemptus Iudæus, qui accepti beneficij non immemor, ad baptiſmum accurrens beneficium acceptum beneficio maiore recepto cumulauit. Hæc omnia pro more prolixè Turſellinus explicat libro 4. capitibus 1. & ſequentibus, vſque ad 14. Et ſeptimo quidem; vbi à fulmine exemptos deſcripſit, & à ſterilitate expendit liberatas; Alphonſi Eſtenſis & ortum & donum iucundè enumerat.

E Sed & in Hibernia, his quoque circiter temporibus, inſigne prodigium factum eſt. Nam, vt habet Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo ſanctorum Ciſtercienſium pagina 350. hoc eſt ſecunda parte diſtinctione 37. Quadraginta Monachi ab hæreticis interfecti in cœnobio

Magienſi, ſuſcitati diuinitus ſunt, vt veſperas cantarent in peruigilio Aſſumptionis Deiparæ, quibus cantatis iterum mortui ſunt & in terram prolapſi. Hos & cantantes & poſtmodùm prolapſos, paulò ante abſens ac deinde redux, Monaſterij procurator percipere habuit, & teſtari omnibus tam grande & portētoſum miraculum. C

Demum omittere non decet turbam Scriptorum, qui Deiparæ laudes ſuis ſtudiis ornàuerunt: Benedictini duo initium ducunt, Dionyſius Gallus, & Euſebius Valentinus vterque poëſi Mariæ gloriam augere conatus eſt. Inſequuntur duo Prædicatores, Franciſcus Mexia, & Melchior Puteus; quorum hic Mariale, ille librum de Roſario ſcripſit. Ex Seruitis, Laurentius Mazachius varias Odas compoſuit. Ex Hieronymianis, Didacus Madritenſis Librum miraculorum. Ex Auguſtinianis, Ioannes Suares, poſteà Epiſcopus Conimbricenſis, Tractatus triginta tres de Annunciatione, Viſitatione, & Partu Beatæ Virginis. Ex Capucinis, Iacobus à Melphicto, Librum de Conceptione, hic ſequente anno mortuus eſt. Ex Canonicis Lateranenſibus, Hippolytus Chizzuola, Reſponſionem ad Vergerium pro Æde Lauretana. Ex non Religioſis, Antonius Rodrigus, Vicarius Cæſarauguſtæ, de Myſteriis Roſarij. Petrus Manſo, Belga, Meditationes de ſeptem Doloribus Deiparæ. Rochus Benedictus, Venetus, Meditationem in *Magnificat*. Quæ omnia habentur ex Marraccij Bibliothèca *Mariana*. At

## Anno mundi 5544. Chriſti 1561.

A ROmæ Pontifex Pius duo præſtitit, quæ Virginis gloriam honorémque cōmendant. Die quinta Auguſti indicta Cardinaliū capella, præſentibus Cardinalibus, vniuerſa curia, & populo Romano, Pontificiis veſtibus ornatus, Thermas in honorem *S. Mariæ Angelorum* ſolemnibus additis comprecationibus dedicauit. Dicato templo titulum Cardinalitium attribuit, ſtationémque decreuit Sabbato poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ. Ita Spinellus tractatu de feſtis ac templis num. 21. Balinghem & Vincentius Charron in Calendario 5. Auguſti, & 9. Decembris. Præterea, vt habet Spondanus hoc anno n. 9. Idem Pius quartus Confraternitatem ſiue Sodalitium atque Hoſpitale ſub inuocatione B. *Mariæ de pietate*, nuper in vrbe à piis quibuſdam viris inſtitutum, ad egenos dementes ſuſcipiendos, menſe Septembri approbauit, & confirmauit, gratiíſque & Indulgentiis muniuit.

B Quo eodem menſe & anno, in ipſo templo Diuæ Virginis, quæ eſt Montiſſerrati, quidam adoleſcens ſurdus & mutus ſanatus eſt, vt habet hiſtoria Montiſſerrana miraculo 295. & Vincentius Charron 18. Septembris. n. 2.

C Sed & hoc anno accidit martyrium Conſalui Siluerię Societatis Ieſu Sacerdotis, qui licet vbique Mariam ſpiraret, Mariam prædicaret, tum ibi id maximè præſtitit, vbi mortuus eſt, nempè in regno Africæ, quod Monomotapæ appellant, vbi Regi oſtensâ, & multis ſermonibus laudatâ, atque eo coram appensâ imagine Virginis, ipſius denique Virginis explicatis dignitatibus atque virtutibus, demum etiam perſuaſit cultum eius atque filij Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quem propterea hoc anno in odium fidei Chriſtianæ Mahumetani ceciderunt, & cæſum in fluuium obuium Moretem proiecerunt. Rem habet Maffeius in literis Indicis libro 2. ſelectarum: habet Ribadeneira libro 1. vitæ Laynij: habet Nicolaus Godignus in vita eiuſdem Conſalui: habet Sacchinus tomo 2. hiſtoriæ Societatis Ieſu libro 5. n. 144. habet Spinellus tractatu de exemplis num. 30. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 5. cap. 6 §. 4. n. 2. & Balinghem ac Vincentius Charron 15. Martij n. 1. Qui etiam addunt, quomodo idem bonus Pater, quando erat in Goano Collegio, variis modis, nunc flexis genibus, nunc corporis inclinatione, nunc ſuſpiria ducens, nunc globulos precatorios euoluens, nunc ſedens, nunc ambulans, coram B. Virginis imagine deuotiſſimo affectu totos animi ſenſus penitus effundebat. Alegambe verò in Anno illuſtrium dierum Societatis Ieſu 15. Martij ait de Silueria, quòd quolibet feſto Deiparæ, *Aue Maria* millies repetebat, genu ſubmiſſo ſub initium ſalutationis. Addit eumdem non tantùm Regi Monomotapæ dediſſe & laudaſſe Virginis Matris imaginem, ſed prætereà eandem glorioſam Virginem ſe ſuæ imagini ſimillimam Regi per quinque noctes coram ſpectabilem ſtitiſſe, illum ſæpius allocutam. Sed Rex illam à ſe non intelligi queſtus coram Silueria, didicit ab eodem; cæleſte eſſe illud eloquentiæ idioma, nec intelligis niſi à baptiſmo luſtratis; quare baptiſari voluit, ſed non ſterit in fide, imò impius paulò poſt Siluetiam ſtrangulari permiſit. Iam verò.

## Anno mundi 5545. Chriſti 1562.

A MEliorem vitam iniit temporaliter moriens B. Petrus Alcantarenus, ex Ordine Seraphici Patris S. Franciſci, Alcantaræ in Hiſpania natus, quem mirificè laudat in ſuis ſcriptis Sancta Thereſia, & miræ virum auſteritatis deprædicat. Paulò anta mortem inuiſit illum Beata Deipara comitata S Ioanna Apoſtolo, Petrúmque certiorem fecit ſempiternæ ſuæ ſalutis. Proinde ille ſuaui gaudio perfuſus, concinere cccepit hæc Pſalmiſtæ verba: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus.* Euolauit in cælum 18. Octobris nullis purgandus alterius vitæ punitionibus, vt reuelauit B. Thereſiæ. Ita Poquelinus Recollectus in vita Petri, qui fuit ipſe Recollectus, & Balinghem ac Vincentius Charron in Calendario 18. Octobris.

B Rurſus autem ex Ordine S. Franciſci migrauit ax hac vita, Gandaui, Franciſcus à Noua curia, vt ait Poſſeuinus in ſacro Apparatu; qui præter multa alia pia volumina, Sermones deuotos edidit de ſeptem doloribus glorioſæ Virginis Mariæ. Poſtmodùm Ardengus, Papienſis, Prædicator, Sermones in Virginis Feſta compoſuit. Et ex Canonicis Regularibus S. Auguſtini, Seraphinus Bononienſis Vitam Deiparæ conſcripſit ſub hoc titulo: Paradiſus deliciarum ſpiritualium multis documentis ſpiritualibus exornata. Ita Marraccius. Deinde



Digitized by Google

## Anno mundi 5546. Chriſti 1563.

A ROmæ fœliciter initium ſumpſere Sodalitates Beatiſſimæ Virginis in Societatis Ieſu Scholis, auctore Ioanne Leonio, Belgâ, infimæ rudimentorum Grammaticæ claſſis magiſtro. Quod Sacchinus ſcribit in hiſtoriæ Societatis Ieſu tomo 2. libro 7. n. 7. Cùm videlicet, qui ex iis inferioribus claſſibus diſcipuli ſociare cum literis pietatem cuperent, diebus ſingulis poſt cæteros miſſos, in vnam è ſcholis, in qua altare ornauerant, congregari cœpiſſent; & poſtquam aliquamdiu vociferè oraſſent, vnus è pio quodam libello quippiam legiſſet; diebus verò Dominicis aliiſque feſtis veſpertinas etiam modico cantu preces peregiſſent, eiuſmodi Sodalitatibus dederunt exordium. Ex his enim rudibus initiis prædictæ Sodalitates certis formatæ inſtitutis inſigni cum iuuentutis atque aliorum bono, latè per orbem diffuſæ ſunt. Quomodo autem poſtea à Pontifice Romano approbari & muniri Indulgentiis cœperint, dicetur anno Chriſti 1584. literâ A. De iis Sodalitiis vlteriùs agit Sacchinus libro 8. n. 37. & aliis prætereà locis. Spondanus anno præſenti n. 75. Annales ipſi Sodalitatis. Spinellus cap. 40. per totum, præcipuè tamen n. 8. Poiræus Triplici coronæ tractatu 4. cap. 12. §. 3. n. 2.

B Interim, inquit Turſellinus libro 4. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 5. ingens terræ motus Catarum vrbē Dalmatiæ bonâ parte hauſit ſtrauitque, & Franciſcum Priulum Prætorem vrbis cum vniuerſa familia oppreſſit, miſerabili elade. Tunc autem Auguſtinus Cremenſis, & ipſe communis periculi particeps. B. Mariæ Lauretanæ opem & opportunè implorauit, & veriſſimè ſenſit. Nam ſubita parietis ruina obruto, veſtimentis dilaceratis, ſūma duntaxat cutis perſtringitur; adeóque opinione omnium mortuus, repentè B. Mariæ præſidio exiſtit incolumnis. Hanc eamdem Chriſtiparæ benignitatem tangit Vincentius Chatron in Calendario 2. Iunij n. 3.

C Blaſphemam quoque mulierem, & inſanè dæmoni ſeque ſuáque deuouentem, ab ipſomet dæmone fuiſſe diriſſimè raptatam, nec antè liberatam, quàm admoniti Patres Capucini Petræ Rubeæ, ante altare B. Virginis proſtrati Litanias dicerent eiuſdem Virginis, enarrat Zacharias Bouerius tomo 1. Annalium Capucinorum. Tunc enim, B. Deipara ſpectabiliter ſe ſe raptatæ mulieri cum magna luce exhibente, effugit dæmon, & à dæmone liberata mulier manſit piiſſima in ſuam optimam Liberatricem.

## Anno deinde mundi 5547. Chriſti 1564.

A GEneuæ ſceleratus Hæreſiarcha Ioannes Caluinus, impius in B. Virginem oblatrator, de cuius in ipſam blaphemiis dictum eſt anno Chriſti 1534. litera E. quarum pœnas licet aliquas luit morbis variis affectus, calculo, podagra, phtiſi, aſtmo, aliiſque; ac præſertim pediculari morbo, quo conſumptus eſt: ſempiternas tamen abiit luiturus in alia vita, ſtudia ſua deteſtans, & diram qua cœpit ſtudere. merſus deſperatione & imbutus rabie. De funeſta illius morte agit hoc anno Spondanus num. 25. multos alios citans, Franciſcum Balduinum, Claudium Sanctęſium, Ioannem Verū, Guillelmum Lindanum, Staniſlaum Hoſium, Florimondum Raimūdum, Papyrium Maſſonum & alios. Agit prætere a Iacobus Gualterus in tabulis Chronologicis. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9 §. 9. n. 16. Vincentius Charron & Balinghem in Calendario 27. Maij. n. 4. qui poſteriori magis ad rem noſtram loquuntur, dum Deiparæ laudes & materiam tractant.

B Mortuo Caluino Caliphatum ſectæ obtinuit Theodorus Beza, inquit idem, qui ſuprà, Spondanus n. 26. Fuit autem Beza Caluino non minùs in B. Virginem impius, de qua ſtatim præfatione in nouum teſtamentum dicit, Virginitatem Mariæ nihil ad ſalutis noſtræ myſterium pertinere, cùm tamen in fidei regula, hoc eſt, ſymbolo illo, quod nobis Apoſtoli reliquerunt, de Virgine natum Chriſtum expreſſum ſit *Natus ex Maria Virgine*.

C Quo eodem tempore Nouatores alij Vvigandus, Brentius, Bucerus, Pellicanus, Bullingerus, & alij, angelicam ſalutationem Virginémque dicteriis proſcindunt. Zuinglius integritatem Marianam impugnat, Sarcerius item Loſſius & alij, iuſtitiam ſancti Ioſeph, qui in ſcriptura ſacra Iuſtus dicitur, imputatoriam vocant. Quæ de re Caniſius in opere de S. Maria lib. 2. cap. 12. & 13. Poſt hæc.

## Anno mundi 5548. Chriſti 1565.

A OBiit Romæ P. Iacobus Laynius, vir doctiſſimus vna ac piiſſimus, qui in Cōcilio Tridētino adfuit, nunc vt Theologus ſedis Apoſtolicæ, nūc vt Societatis Ieſu Præpoſitus Generalis, & duabus horis diſſerens de Conceptione immaculata B. Virginis Patres induxit, vt ſeſſione 5. illam decreto de originali peccato exceptionē ſubnectere nt, quæ Virginem à labe hac immunem concederet; in cuius ſtudij gratiam, quartana, qua vexatus erat, tunc exemptus fuit, vt dictum iam eſt anno 1545. litera C. Et habet vita eius, & Salazar libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 16. Item Balinghem & Vincentius Charron in Calendario, hic 19. Februarij n. 1. ille 19. Ianuarij n. 2.

B Succeſſit Franciſcus Borgia Laynio in munere Præpoſiti Generalis Societatis Ieſu, & tanto affectu in Deiparam ferebatur, vt omnes ad eius obſequium pertraheret qua voce, qua exemplo, præſertim verò excuſis variis imaginibus ex prototypa à S. Luca depicta tranſumptis, quas ad principes, nobiles & alios mittebat, vt ſic in omnium mentibus Mariæ memoriam ingeneraret & retineret Hæc leguntur in vita eius, & apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. cap 8. §. 5. n. 2. Balinghem & Vincentium Charron 30. Septembris, Sacchinum tomo 3. hiſtoriæ Societatis Ieſu lib. 5. n. 196. Mortem verò Borgia oppetiit anno Chriſti 1572 Calendis Octobris, cùm priùs cupiuiſſet quidem Laureti obire; ſed huius rei defectu, ingreſſus moribundus Romam in vrbis introitu per ſemihoram exorat Deiparam, iuſſa conſiſtere lectica pro foribus percelebris ædis Deiparæ iuxta Flaminiam portam. Quæ habet idem ibidem

Sacchinus lib. 8. n. 27. & ſequentibus. Solebat vero Franciſcus meriti fructum, progreſſum & perſeuerantiam Nouitiorum ex deuotione eorum in Virginem Dei Matrem: vnde quoſdam reperiens, qui eam non elegerant ſibi aduocatam, prædixit fore vt non perſeuerarent, quod & accidit, cùm variis illi temporibus Religionem deſeruerint. Vt habetur in vita eius.

Hoc eodem anno Melitenſem inſulam & arcem Solimanno Turcarum Imperatore obſidente, & centum millium pugnatorum exercitu premente, necnon ſeptuaginta & ampliùs millibus æneorum tormentorum explosionibus eandem verberante, confugium fuit ad Beatam Virginem, quæ ſolito more Chriſtum ad miſericordiam flectens, Melitenſibus Equitibus Magiſtróque Ioanni Vallettæ Pariſoto conſtantiam animi roburque obtinuit; Solimano autem cum fuga ignominiam, ſuique exercitus luctuoſam conſumptionem. In cuius rei memoriam conſtructa eſſe dicitur Eccleſia ſub nomine *S. Mariæ de Victoria*. Inſuperque Magiſter cum aſſenſu Procerum Ordinis decreto perpetuo ſtatuit, vt dies Natiuitatis Beatiſſimæ Virginis, quo cœptum eſt haberi aduerſus Solimannum auxilium, per omnes Religionis, hoc eſt, Ordinis Melitenſis Eccleſias, cum ſolemni ſupplicatione celebraretur, & ſermone in laudem Virginis, quo hæc enunciarentur populis. Plura vide apud Spondanum hoc anno n. 7. & ſequentibus vſque ad n. 16. qui multos huius famoſæ obſidionis Scriptores enumerat. Et apud Dupleix in Carolo nono Francorum Rege, pagina 853. Poiræum item Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 91. ac Vincentium Charton in Calendario 8. Septembris n. 9. C

In Gallia peſte propemodùm conſumpto Lugduno, implorata Anicienſis Virgo benigne ſuccurrit; vnde & propterea miſſa ſunt accepti beneficij ſigna Eucharistica dona quædam, vt vult Vincentius Charton 26. Auguſti num. 3. Quamquam de iſtis donis ſicut nec de peſte quicquam memorat Odo Giſſæus in hiſtoria Virginis Anicienſis, ſatis alioquin diligens ſcriptor Anicienſis hiſtoriæ. D

In eadem Gallia apud B. Mariam Lætitienſem, ac deinde apud Laudunum vulgatiſſima illa Energumena Nicolaa Aobry, quam Veruiniaci nouem & viginti dæmones principe Beelzebub poſſidebant, interceſſione D. Virginis liberata eſt, exorciſmis vtente primùm quidem Petro de la Motte Dominicano; deinde ipſomet Epiſcopo Laudunenſi Ioanne de Bours, vt fuſiùs dicitur in hiſtoria antiqua B. Virginis Lætitienſis cap. 5. & apud Renatum de Ceriziers 2. parte cap. 15. atque apud Vincentium Charron in Calendario 14. Ianuarij n. 5. E

Scripſerunt autem Nicolaus Strata Dominicanus, librum de Roſario Italico ſermone. Item Octauianus Præconius, Minorita, qui poſtmodùm fuit Archiepiſcopus Panormitanus, Hiſtoriam euulgauit ſacræ Imaginis Dei genitricis à ſcalis Meſſanam inſigni miraculo aduectæ, tum 18. Iulij anni 1568. mortuus eſt. De quibus Marraccius loquitur. Apud quem etiam claruiſſe hoc circiter tempore noſcitur Vincentius Flumarenſis, Benedictinus, à quo ſunt aliquod ad Chriſtiparam Salutationes ex Scriptura delectæ. Iam verò, F

## Anno mundi 5549. Chriſti 1566.

## Pius quintus ſucceſſit Pio quarto.

A Pio autem quinto, quem hic annus electum Pontificem vidit, multa acciderunt, quæ deuotionem eius in S. Deiparam declarant. In primis antequam & Papa & Cardinalis eſſet, de eo Beatiſſima Virgo reuelauit Bartholomæo Bolognotto, viro nobili, ſed pauperi, & ſex filias & duos filios habenti, fore vt Pius illorum curam haberet, & omnibus conditionem reperiret. Factus autem Papa promiſſionem Virginis rite adimpleuit. Ac præterea hoc anno Romæ reſtaurauit templum S. Mariæ Tranſpontinæ, quod cùm fuiſſet dirutum ad hoc vt muniretur arx S. Angeli, cui proximum erat, aliò tranſlatum eſt, &, die 2. Iulij, Viſitationi Diuæ Virginis dedicatum. In quod nouum templum, quod nunc habent Carmelitani Patres, tranſlata eſt Imago Deiparæ, quæ erat in veteri destructóque templo. In eo ſunt quoque duæ columnæ, in quibus Apoſtoli Petrus atque Paulus ligati flagellis excepti ſunt. Habuit vlteriùs Pius quintus Pontifex teneriſſimum affectum in Lauretanam ædem: vnde cereos agnos de more conſecraturus, effigiem domûs Lauretanæ Angelorum humeris vectæ multis eorum imprimendam curauit, cum hac inſcriptione: *Verè domus florida, quæ fuit in Nazareth.* Quin & eiuſdem domus tutelam impenſiùs Cardinali Vrbinati commendans, iuſſit vt nihil omitteret, quod ad illius ornatum pietatemque pertineret. Nec id euenit ſine fructu, poſtmodùm enim grauiter ægrotanti Nepoti, facto voto, à Deipara obtinuit ſanitatem; qua obtenta Nepotem cum dono, veſte ſcilicet altaris argentea, Lauretum miſit gratias acturū de beneficio recepto. Iſta videri poſſunt partim apud Spinellum tractatu de templis n. 31. partim apud Turſellinum in hiſtoria Lauretana lib. 4. cap. 14 & 16. partim apud Caracciolam in vita Pij quinti, partim apud Balinghem & Vincentium Charron 1. Maij, & 2. Iulij.

Hoc eodem anno, per Belgium ſtrepentibus
B Gueuſiis, certáque numiſmata, in quibus ex vna parte Rex Hiſpanus, ex altera mantica, cælatura exprimebantur, gerentibus: alia è contra numiſmata Catholici ſumpſerunt, quibus diſtinguerentur à Gueuſiis, in quibus vna parte Chriſti Domini, in alia Diuæ Virginis filium Ieſum complexu fouentis, effigies eſſet. Huiuſmodi ſymbolum primus inſtituit Areſchoti Dux Philippus Croïus Hallas profeſſus cælitum Reginæ ſimulachro nobiles. Cumque multi nobilium ſeu pietate in Dei Matrem, ſeu potentiorum imitatione iſtiuſmodi teſſeras præferrent: hanc Pius Papa Belgarum pietatem commendans, dicitur ritè conſecraſſe illa numiſmata, & ijs qui geſtarent, pro Pontificia poteſtate, noxarum veniam impunitatemque largitus eſſe. Vnde factum quoque memorant, vt aucta per Belgium rei veneratione, Belgarum exemplo, vbique terrarum ſacrorum ex metallo numiſmatum religio deriuata ſit. De his loquitur Spondanus hoc anno n. 25. & Antonius Gabutius in vita Pij quinti lib. 6. cap. 2. ac Famianus Strada lib. 5. Belli Belgici.

Rurſus iiſdem Gueuſiis bellum in ſacras ima-

gines mouentibus, accidit vt Antuerpiæ in cœnobio Franciſcanorum, poſt euerſa & effracta altaria, ad Deiparæ ſtatuam progrederetur impetus. Erat illa amicta ſole, Lunam pedibus premens, & ex laqueati Eccleſiæ pendula; moliuntur impij ganeones ad terram deturbare eam: ſed nulla vi, nulla arte id adipiſci potuerunt. Stetit integra & immota ignitis illis, triumphauitque de eorum rabie. Rem habet Tilmannus Bredenbachius libro 3. collationum ſacrarum cap. 23. Et Ferreolus Locrius in Mariæ Auguſtæ lib. 2. cap. 11.

Sed & ipſe idem Bredenbachius eodem libro D cap. 25. mentionem facit cuiuſdam puellæ Delphis in Belgio ſanatæ, voto prius concepto, de dando tanto pondere frumenti, quod adæquaret pondus corporis, & id in honorem imaginis *Diuæ Virginis Pietatis*, quæ tam erat antiqua, vt cariosa eſſet, & neceſſe fuerit in exſi capitis locum caput aliud ſubſtituere; imo brachium eius, quod luxatum erat, clauiculo firmare. Hanc imaginem, quæ præcedens miraculum præſtitit anno Chriſti 1535. hoc anno noui Iconomachi inuaſerunt, funibus tota vrbe raptantes per aſpera & confragoſa loca: nulla tamen damna, nullam omninò læſionem tam debilis tamque luxata Imago ex tanta concuſſione accepit.

Ad hæc quoque circiter tempora reuocari E poſſunt, tum ſanatio liberorum Rogeri Ventunorthi in Anglia, quos à dira poſſeſſione dæmonum per imaginem ſuam B. Deipara exemit, vt fusè habet idem Bredenbachius lib. 2. cap. 27. tū quod habet cap. 28. de puerpera; quæ nolens honorare Virginem candela accenſa, ſicuti mos eſt in Hollandia dum partus emittitur; & grauiſſimis cruciata eſt doloribus, & prolem edidit fruſtulatim laceram. Multò verò magis, quod habet cap. 29. de hæretica Anabaptiſta muliere, quæ admonita in partu implorare Diuæ Virginis auxilium, blaſphema voce Quid mihi, inquit, ſcrofam iſtam nominas? In cuius pœnam blaſphemiæ confeſtim in lucem edidit nigellas aliquot, ſed emortuas, porcas.

Obiiſſe verò hoc anno ait Zacharias Bouerius F tomo 1. Annalium Capucinorum, Fratrem Hienymum de Forolinio, & Fratrem Iacobum à Nurſia ambos inſignes in cultu Mariano, quorū vtrique in morte Beatiſſima Virgo apparuit, & ad cæleſtes delicias vtrumque inuitauit.

Quo etiam propemodùm tempore Frater Pa- G cificus Faneſtris, Eugubij die Conceptionis Deiparæ poſt matutinas horas à Beata Virgine viſitatus, & de puritate ſuæ Conceptionis edoctus, tam mira oppletus eſt odoris ſancti fragrantia, vt ipſe etiam interueniens æditus illam ſentire coactus ſit. Ita idem Bouerius ibidem hoc anno num. 6.

Intereà Simon Langius, non longè à Peſenatio H habitationem habens, & cum eo alij ſeptem repentina domus ruina de nocte oppreſſi, inuocata Diua Virgine ſalui & integri erepti ſunt. Quod miraculum 303. eſt, & illud expreſsè ſuggerit Montiſſerrati hiſtoria, ac Vincentius Charron in Calendario 10. Februarij. n. 4.

Inſuper Gabriel Flamma, Venetus, Canonicus I Regularis Lateranenſis, eximius Concionator, non tantùm poëticè reddidit Canticum B. Mariæ; ſed prætereà compoſuit ſex homilias in Euangelium, *Miſſus eſt Gabriel*, vt habet Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Flammæ iungit aliquos Bibliotheca Mariana: nimirum ex Ordine montis Virginis, Vincentium Verace, à quo eſt Hiſtoria imaginis, quæ in Virgiliano monte Regni Neapolitani colitur, & ipſe hoc anno mortuus eſt. Quo etiam obiit Ludouicus Bloſius, Abbas Læiienſis, Ordinis S. Benedicti, & inter Aſcetas nominatiſſimus, qui reliquit poſteris Sertum *B.* Virginis Mariæ quinquepertitum, vita & geſtis Ieſu Chriſti exornatum, Endologias, Doxologias, Hymnos, Orationes Salutationes, & ſimilia ad *B.* Virginem. Obiit item Sixtus Senenſis, Dominicanus, poſtquam ſex Homilias in Feſta Deiparæ exarauit. Et ex eodem Ordine florebat Ioannes Maria Capalla, qui Italicè paulo poſt ſcripſit Flammam innoxiam, ſiue Conſiderationes ſuper miraculum Imaginis S. Mariæ de Igne nonoccupatæ, quod Fauentiæ accidit anno 1567. Narrationem item miraculorum eiuſdem imaginis: ipſe verò poſteà anno 1597. in meliorem vitam profectus eſt. Viuebat etiam & ſcribebat Ioannes Heſſelius, Belga, atque Salutationis Angelicæ Explicationem & Epiſtolam de Conceptione concinnabat, mortuúſque eſt 7. Nouembris. Viuebat & Mutius Iuſtinopolitanus Pio quinto Pontifici apprimè charus, qui Italicè edidit, Beatam Virginem Coronatam, ſeu, Vitam glorioſæ Virginis Matris Dei.

K Denique Gerardus Hamontanus, Brabantus, Carthuſiæ Colonienſis Prior, obiit 2. Auguſti, quem edidiſſe Exercitia de Pſalterio glorioſæ Virginis Mariæ, partim ex ſcriptis ſanctorum Patrum, partim ex literis Apoſtolicis, teſtatur Deſſelius in Bibliotheca Belgica.

## Anno autem mundi 5550. Chriſti 1567.

A CArnotum in Belſia Condæo obſidente, illud mirabile accidit; quòd cum milites Hæretici in imaginem Beatiſſimæ Virginis vrbis Patronæ, quæ exſtat ſupra portam Drocenſem, ſclopetos ſuos tanquam in ſcopum frequentiſſimè diſploderent, nunquam tamen eam tangere potuerint, licet proximè accederent, vicinéque ſtarent: quæ adhuc imago ibidem viſitur & integra eſt, cum ſignis circumquaque ictuum impreſſorum. Ita Spondanus hoc anno n. 67. & Gononus in Chronico. Item Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 3. num. 9. & Sebaſtianus Roulliard in hiſtoria Virginis Carnotenſis.

B Sed & Frater Bernardus Catacienſis, Capucinus, ter ſub mortem a B. Virgine viſitatus fuit: quem illa his verbis ad cæleſtis regni fruendas delicias conſolans inuitauit: *Veni dilecte fili, veni nihil dubites: te enim cæleſtis regni poſſeſſio manet.* Qua de re Bouerius tomo primo Annalium Capucinorum hoc anno n. 31.

C Quo eodem anno Ianuarij die 25. nata eſt (quo anno obierit mihi ſanè non conſtat) nata, inquam, eſt Viennæ in Auſtria Margarita filia Maximiliani ſecundi Imperatoris: quæ poſt mortem Patris in Hiſpaniam profecta, Montiſſerrati coram imagine S. Deiparæ, quæ ibidem colitur,

Digitized by Google

ſolitur, cum lachrimis id vnum petiit, vt ſe B. Virgo filio ſuo Ieſu ſponſam conciliaret: Annuente ſtatua & caput inclinante; illa, aperto pectore, cultello ſibi ſcriptorio ſanguinem elicuit, eóque depicta ſyngrapha ſponſam ſe Ieſu Chriſto his vocibus ſcriptoque dedicauit: *Hoc ſanguine, meo de corde meo ſumpto, conſecro & dedico me tibi Ieſu in ſponſam, oroque humiliter, vt Virgo Maria mediatrix mea eſſe dignetur: in cuius fidem hoc confirmo. Margarita.* Annuit iterum ſtatua. Ita Atlas Marianus libro primo imagine 4. Qui præterea addit, ſimilem iterum à Margarita factam fuiſſe ſyngrapham, cùm audiit factam fuiſſe à quodam nebulone ſimilem quampiam, qua ſe manciparet dæmoni.

Obiit verò hoc eodem anno in ciuitate Calari quæ eſt in Sardinia, B. Saluator ab Horta, Minorita Recollectus, qui ſurdos & mutos curabat, præcipiendo eis, vt recitarent *Aue Maria.* Laborantem quartana puellam, impoſito ſuper caput eius Roſario ſuo, & recitata ſalutatione Angelica, perfectè ſanauit. Ita Chronicon Minorum tomo 4. libro 5. & Antonius Balinghem in Calendarij Appendice ad 18. Martij. Addit de eo hiſtoria Recollectorum per Carolum Rapine octaua decade, eumdem conſpectum fuiſſe duos ampliùs cubitos eleuatum ante altare B. Mariæ de Horta, cum qua & eius filio ſuauiſſimè conuerſari ſolebat. D

Ipris demum Guillelmus Teroëf laqueo punitus eſt, quia ſocium ſe adiunxerat iis, qui altaria demoliebantur in ſacello Diuæ Virginis Thunenſis apud Minoritas, & imaginem B. Mariæ Annunciatæ apud S. Petrum conſcenſis ſcalis deturbarat. Quo etiam loco & tempore Michaël Vander Schoor, quòd in eodem ſacrilegio adiutor fuiſſet, iuſſus eſt primùm nudo capite, lineis indutus, & tædam ardentem trium librarum manu præferens publicè comparere, & genibus flexis veniam delicti à magiſtratu ſupplex petere; deinde à Flandria exulare ad annos quinquaginta. Ita Balinghem in Calendario 3. Iunij n. 1. At E

## Anno mundi 5551. Chriſti 1568.

ROmæ, in perſona B. Staniſlai Koſtkæ, Nouitij Societatis Ieſu, die Aſſumptionis, hora poſt mediam noctem tertia morientis, agnoſcenda præbentur ſingularia B. Virginis in alumnum ſibi dilectum beneficia. Erat ille nobilis Polonus, & ab ineunte ætate ad obſequium S. Mariæ addictiſſimus: Viennæ in Auſtria ſtudens nihil fermè in ore, nihil in manu, in oculis, in corde, præter Dei matrem habebat; ad quam aſpirabat, de qua loquebatur, legebat, cogitabat, componebat, verſus fundebat, matrem eam vocabat, vt matrem honorabat. Tali alumno in lecto olim ægrotanti miſit Beatiſſima Virgo S. Barbaram cum duobus Angelis, qui corpus Chriſti in Euchariſtia ei adminiſtrarunt. Paulò poſt ipſa clementiſſima Deipara paruulum filium in ſinu ſuo geſtans, præſens adfuit conſolans clientem. Quem vt vberiori ſuauitate perfunderet, puellulum Ieſum in illius depoſuit lectulo, cuius complexu mira afflata eſt animo lætitia, & corpori reddita ſanitas. In digreſſu autem paruuli Ieſu & optimæ Matris ipſa nominatim Staniſlaum admonuit, vt Societati ſe ſe traderet, in qua, poſt duros à fratre perpeſſos labores, tandem receptus, in itinere proficiſcens in Tyrocinium ſacra adhuc Euchariſtia ab Angelis paſtus eſt. Petiit iſte ſanctiſſimus atque optimus iuuenis à Diua Virgine, vt die Aſſumptionis mori ſibi concederetur; & verò obtinuit, contra omnium qui cum illo commorabantur, ſpem & exſpectationem, qui diutiùs victurum confidebant. Leniſſimè & ſumma pace expiranti Virgo optima ſe præſentem obiecit, & ſine dubio introitum dedit ad gloriam æternam. Fœlix tanta duce, & tanta Patrona. Sed hæc fuſius vide tomo 3. hiſtoriæ Societatis Ieſu libro 4. n. 25. & ſequentibus: tum in vita Staniſlai, atque in Spinello cap. 35. n. 31. Poiræo Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. n. 2. Balinghem & Vincentio Charron 14. Auguſti n. 8. & 6.

B In Hiſpania autem hoc etiam anno fundatum eſt primum Monaſterium Carmelitarum Diſcalceatorum, ita dictorum, quòd initio pedibus planè nudis incederent; fundatum eſt verò opera S. Thereſiæ de Ieſu, nobilis Virginis Hiſpanæ, quæ, reſtituta antiquæ Regula Ordinis ad priſcum rigorem, iam Monaſterium fœminarum noui eius inſtituti apud Abulam erexerat, à quo non longè illud hominum trigeſimo Nouembris hoc anno conſtituit, Antonio Heredio, qui dictus eſt de Ieſu, & Ioanne de Yepes, poſt dicto de Cruce, primis Religioſis. Huic verò Monaſterio Monaſteria demũ alia & alia Thereſia adiecit, donec ſumma ad ſexaginta peruenerit in ſolis Hiſpaniis ab ipſa viuente fœliciter condita; quibus deinde innumera toto terrarum orbe mirabili augmento alia ſuccreuerunt. Sic ergo nouus oritur in Eccleſia Dei Religioſus Ordo, quamquam non omninò nouus eſt, ſed nouus ex antiquo ſurculos hæreditariam planè ac domeſticam deuotionem habens in Virginem *Mariam*, quæ eſt decor Carmeli, Carmelitarum ſoror, & Mater, & gloria. Et vt aliquid expreſſiùs dicatur: videre ſanè facile eſt, quantum huius diſcalceati Ordinis vterque tum hominum, tum mulierum ramus, & debeat Virgini, & ad Virginis honorem faciat: ſed difficile in tanta breuitate explicare. Quot enim B. Thereſia de cælo gratias, viſitationes, illuſtrationes recepit; multas autem recepit, vt videre eſt in eius vita, & libris quos ipſa cõpoſuit; tot debita contraxit *D*iſcalceatus Ordo erga *B*eatiſſimam Deiparam. Similiter quando idem prædictus Ordo præcipuam quandam deuotionẽ inſpirat in omnium cordibus erga S. Ioſephum ſponſum auguſtiſſimæ Virginis, ad eiuſdem Virginis manifeſtum eſt eum plurimùm honorem facere. Plurimùm etiam facit dum varias percurrens oras Chriſtum ita in eas infert, vt ſimul Mariam inferat: aut dum etiam in ſolitudine, quam præcipuo quodam ſtudio colit, Mariæ familiam repræſentat, cum ſolo Ieſu, Maria, Ioſeph, conuerſatione omni conſumpta. Quanti porrò faciat hunc ordinem Virgo, vel ex eo abundè paret, quod Virginis pallio contectus operetur multam ſalutem, vt indicabitur anno Chriſti 1623. littera B. Paret etiam ex eo, quod diuerſa Virgo beneficia, eáque penè innumera, diuerſis perſonis ex hoc Ordine tum viris, tum Monialibus diuidit, alios viſitando, inſtruendo alios,

alios conſulando, alios varijs malis liberando, & bonis ſpiritualibus locupletando, vt manifeſtum eſt in Catharina à Ieſu, in Maria de Incarnatione, in Franciſco à puero Ieſu, & alijs, de quibus pauca in ſequentibus annis perſtringenda erunt: nam hæc pleniùs explicabunt huius Ordinis Annales, qui ſermonem quoque faciunt de tempore fundati prædicti Monaſterij, de quo etiam tempore meminit Spondanus hoc anno n. 29.

C Ex Scriptoribus autem deuotis erga Deiparam obierunt è vita, Petrus Diuolus, Prædicator, ſcriptis Concionibus de feſtis Deiparæ. Benedictus Bonſignorius, Benedictinus, qui Homiliam in *Magnificat*, & tum ſermonem, tum Homiliam in Aſſumptionem elaborauit. Iulius item Caſtellanus, Fauentinus, qui librum abſoluit, *De miraculis à Diua Virgine Fauentiæ profectis.* Clarebat autem Laurentius Villauincentius ex Ordine Auguſtinianorum Eremitarum, Hiſpanus, qui ſcripſit Conciones in Euangelia & in Epiſtolas B. Mariæ. Quæ omnia notat Marracius in Mariana Bibliotheca. Iam verò.

## Anno mundi 5552. Chriſti 1569.

A Pariſiis accidit, vt puerolus quadriennis, nominatus Germanus Larcher, quem rota decurrentis carri onerati tribus vini ingentibus dolijs percurrerat ac penè protriuerat, inuocante *Diuam* Lætitienſem *Matre* eius, ſeruatus ſit; nec quicquam aliud ex tali ac tanta preſſura reportarit, præter nigrum quoddam veſtigium per modum cingoli apparens, quod euanuit poſt quatuor & viginti horas, & tandiu permanſiſſe videtur, vt omnibus eſſet ſufficiens indicium patrati miraculi. Iſte Germanus poſteà factus Capucinus, & memor inuocationis matris ſuæ, ad Virginem Lætitienſem venit anno Chriſti 1615. gratias de tanto beneficio acturus, vocabatur autem tunc, Frater Iacobus de Pariſiis. Ita hiſtoria antiqua Lætitienſis, & Getizierius in Calendario 4. Maij. n. 3.

B At in Belgio, enarrat Gazetus in hiſtoria Belgij paginâ 97. Antonium des Prés oriundum ex oppido Sandionyſij prope Gisorium in Normannia à multis annis toto corpore paralyticum, delatũ fuiſſe ad B. Virginem Ceruienſem, à qua ſubitò ſanitatem conſecutus eſt: eiuſmodi miraculum atteſtante Archiepiſcopo Cameracenſi Maximiliano de Berghes. Sicut & aliud, quod ſuperiore anno acciderat apud eandem Virginem Ceruienſem in puella Anna de Mortimé, cuius pes ita contortus & affectus erat, vt ad ambulandum & ſiſtendum penitus eſſet inhabilis. De his miraculis adhuc meminit Vincentius Charron in Calendario: de priore quidem 29. Maij num. 3. de poſteriore autem 26. Iulij n. 7.

C In Hiſpania viuere deſijt decimo Maij vir magni nominis & maioris virtutis Ioannes Auila, Presbyter in Deiparam præclarè animatus cuius vitam egregiè ſcripſit, vt & reliqua ſolet, Ludouicus Granatenſis, Dominicanæ Concionator & Scriptor familiæ. Quem prædicto tempore obiiſſe teſtatur, ſimul addens, Ioannem, vbi monitus fuit de inſtante morte, eleuatis oculis hæc verba ad B. Virginem fudiſſe: *Recordare Virgo Mater, dum ſteteris in conſpectu Dei, vt loquaris pro nobis bona.* Eius deinde ſuauiſſimum nomen *Maria* crebrò in hac vltima hora ac die iteraſſe. Quã enim ſemper expertus erat miſerorũ eſſe refugium, ad eam tẽpore miſeriæ extremæ, vtique more conſueto Eccleſiæ, recurrebat. Sed & in vita ſolebat ad eam declinare deſperabundos: vnde quemdam, quem interficiendæ coniugis ſuæ ſollicitabat cogitatio, miſit ad Virginis ſtatuam, tanquam ad azylum, & ſtatim ſanatus eſt. Tam verò erat in obſequio Virginis feruidus, vt in populi concione audenter aſſereret, ſe paratum eſſe, ad portandos humeris lapides neceſſarios ad ædificandam Granatæ *S.* Mariæ Eccleſiam, quam concione illã populo commendabat. Quâ proteſtatione ita ſunt animati auditores, vt laxis veluti habenis ſeſe ad templi illius ædificationem ſuáque impenderint.

D Denique etiam Beatam mortem iniit Ioannes Florentinus ex Ordine Capucinorum Laicus, qui animam exhalaturus, fœlice *B.* Deiparæ præſentia recreatus eſt. Vt docet *B*ouerius tomo primo Annalium Capucinorum hoc anno n. 32.

## Anno deinceps mundi 5553. Chriſti 1570.

A Factum eſt Romæ, vt Pius Pontifex ob diſcrepantes Theologorum Sæcularium ac Regularium de Conceptione B. Mariæ Virginis ſententias & pertinaces contentiones, confirmans Sixti quarti, & Concilij Tridentini de hac quæſtione decreta, edixerit pridie Calendas Decembris, ne partes diſſentientes alterutram erroris inſimularent; & ne in publicis prædicationibus de ea diſputarent, aut vulgari ſermone ſcriberent, vel dictarent: permiſſa tamen in publicis diſputationibus, dum abſque ſcandalo fieret, de eadem re diſſertatione, quamdiu à ſede Apoſtolica pars altera definita non foret. Quæ licet nondum hoc tempore plenè & abſolutè definita fuerit: prohibuit tamen poſt hæc Paulus quintus anno Chriſti 1616. ne in vllis actibus publicis aſſeratur B. Mariam conceptam fuiſſe in peccato originali: ampliauitque Gregorius decimus quintus anno 1622. vt nec in ſermonibus & ſcriptis priuatis audeat quis id aſſerere. De Pij decreto vide Conſtitutionem Pij quinti 114. & Spondanum hoc anno n. 23. & Salazarium libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 16.

B At Olyſipone in Braſiliam profecturi ſoluerunt nouem & ſexaginta è Societate Ieſu diuerſis in nauibus; harum vna, in qua erant triginta & nouem ex dicta Societate, ad inſulas Fortunatas incidit in claſſem prædatoriam inſignis pyratæ Caluiniani Galli Iacobi Soræ. A quo capta illa naui Ignatius Azebedius Braſiliæ Prouincialis, manu tenens ſacram imaginem Beatiſſimæ Virginis, quam Roma attulerat, ſimilem ei quæ à S. Luca depicta eſt, dum ſocios ac nautas ad officium & pietatem hortaretur, crudeliter cum triginta octo Sociis trucidatus atque confectus eſt: in quo prodigium etiam hoc accidit, vt nullo vnquam quocumque conatu Imago ei è manibus eripi potuerit, cum qua in mare proiectus fuit vna cum cæteris Sociis, ſemper-

que viſus eſt eamdem tenens imaginem è mari eaſtare ac ſuper aquas ferri brachiis ſuper eas ad inſtar crucis eapanſis, donec pyratarum ex oculis diſtantia ſubductus ampliùs videri non potuit. Martyrium illud continetur in vita Beati Franciſci Borgiæ per Ribadeoatiam libro 3 cap. 10. Tangit illud Spondanus hoc anno n.25. Poircus Triplicis coronæ tractatu 4. cap.8. §.5. n. 5. Balinghem & Vincentius Charron in Caleodario 15. Iulij n. 3. & fusè proſequitur Sacchious tomo 3. hiſtoriæ Societatis Ieſu libro 6.n.225.& ſequentibus. Vbi etiam notat n.255. Ignatium Azebedium iam olim adhuc in ſæculo degentem ea voto concepto ad honorem Marianæ integritatis, cilicinam veſtem candidam aſſiduè geſtaſſe nudo applicitam corpori, & aliquamdiu etiam in Societate eandem vſurpaſſe, quoad recognita Prouincialis eius prædicto voto liberandum putauit. Ea tóque tempore quotidie Roſarium, & preces de immaculata Conceptione horarias recitare inſtituit. Nec deſtitit vnquam poſteà impenſiſſimè tenere & diſſeminare & amplificare cæleſtis Reginæ & Clementiſſimæ Matris venerationem, donec imaginem ipſius manibus tenens, vel potiùs in illius ipſe ſitus manibus inclytam mortem oppetiit. Addit Annus dierum illuſtrium Societatis Ieſu 15 Iulij Eboræ Ignatium collo Energumeni Roſarium Deiparæ inieciſſe, pertinacem dæmonem qui multos fatigarat, eieciſſe.

Abulæ verò in Hiſpania die 8. Maij Sancti- G monialis quædam Ordinis Ciſtertienſis, cùm cæca eſſet ex morbo, lumen aſpectumque recepit vbi ſe commendauit B. Virgini in ſubterraneo eiuſdem ſacello, quod eſt in templo S. Vincentij. In memoriam huius miraculi facta publica ſupplicatio eſt & lata cum inſigni pompâ Deiparæ Imago, atque in Collegio Societatis Ieſu cum lepido ſimul & Euchariſtico carmine recepta. Verſus etiam Elegiacos & pios de hac re Ioannes Booifacius compoſuit, quos cum tota re habet in hiſtoria Virginali lib 5 cap.16.

*Sed* & Hieronymo Pittorienſi Capucino, cùm D vnà cum Socio in ſilua perraret, & nocte interceptus, quò ſe ſe reciperet non haberet: poſt fuſam precem ad familiam ſanctam, ad Ieſum videlicet, Mariam & Ioſeph, lumen à longè apparuit: quod ij perſequentes ad caſam peruenerunt, in qua ſenex homo cum muliere & puerulo degebat; ibique perhoneſtè ſuſcepti, poſteà ſe ſe quieti tradiderunt. Sed mirum dictu, manè euigilantes poſt ſuauiſſimum ſomnum, in prato peramœno iuxta viam ſe eſſe reperiunt, quærenteſque caſam heſternam nihil illiuſmodi deprehendunt. Quare cum indicio, & verò ſufficiente, exhibitæ ſibi à Ieſu, Maria, & Ioſeph hoſpitalitatis, viam inchoatam læti proſecuti ſunt, Deum piè laudantes de dato ſibi interceſſione Diuæ Virginis cæleſti auxilio. Hæc prolixè enarrat Zacharias Bouerius tomo 2. Annalium Capucinorum hoc anno n.27. quo videlicet anno Hieronymus obiit.

His quoque temporibus, vt ait Poſſeuinus in g Apparatu ſacro viuebat Didacus, alias Alphonſus, Horozquius, Hiſpanus, Ordinis Prædicatorum, qui ſcripſit Hiſpanicè ſermones varios de feſtis Beatiſſimæ Virginis, Viuebat & Marcus Antonius Natta, Aſtenſis Iuriſconſultus, qui Orationem de Aſſumptione Diuæ Mariæ compoſuit, vt patet ea Catalogo Richardi Gibboni, qui eſt ad calcem Homiliarum B. Amadei. Viuebant & hi, de quibus Bibliotheca Mariana: Franciſcus Cathenus, Iacobus Rabus, Ioannes Maria Tarſia, Hieronymus Scala: quorum primus Italicè Vitam Virginis euulgauit: ſecundus ſcriptis pugnauit pro Mariæ Miraculis contra Nouatores, tertius edidit Monarchiam Virginis, ſiue Coronam ſtellarum duodecim; quartus Carmina de laudibus Virginis. Inſuper Dominicani duo, Andreas Moquet, & Marcus Veida, quorum prior Sermones in feſta Deiparæ; poſterior Speculum fraternitatis Sanctiſſimi Roſarij elaborauit.

F Quin & varia miracula omittere non decet. In Hiſpania, Ludouicus Clauetyus linteorum Mercator apud Barcinonem, dum citiſſimè equo fertur, lapſus in immane præcipitium, illæſus nihilominus euaſit: implorata ſiquidem Montiſſerana Virgo eum hâc ruina eaemit, vt dicitur in hiſtoria Montiſſeratenſi miraculo 306 & apud Vincentium Charron 27. Iunij n. 3.

G At Lauretum hæc non admodum pauca nobile reddiderunt; de quibus Turſellinus libro. 4. cap. 18. 19. 20.; vbi alios deſcribit ab inundatione fluminis, alios à tempeſtate maris, & prædonibus liberatos auxilio inuocatæ Virginis; plures etiam exemptos à ſeruitio Turcarum; vnum iam per quatuor horas laqueo infami ſuſpenſum, & à premente carnifice vehementer concuſſum, nihilominus ope Virginis in vita conſeruatum; Duos alios vltimo ſupplicio addictos, prece ad Deiparam effuſa, mirabiliter liberatos, iudicibus ſuis vel liberantibus, vel iam ab ipſa B. Virgine liberatos in ſua illa libertate retinentibus. Verùm præ iſtis

## Anno mundi 5554. Chriſti 1571.

VAlde ſanè inſignis fuit Victoria illa, quam Chriſtianos exercitus Duce Ioanne Auſtriaco contra Turcas retulit in mari Achaico ad Naupactum; quæ victoria vulgò Lepantina dicitur, & accidit die 7. Octobris. quæ tunc erat prima Dominica eiuſdem Octobris, quâ ſolent, & maximè hoc anno iuſſæ ſunt fieri ſupplicationis Sācti Roſarij Beatiſſimæ Virginis. Magna quippe hoc anno in Chriſtianorum pectoribus formido inhæſit, ex immenſo atque indomito Selimi Solimannis filij exercitu, toti Europæ imminente, atque nimio cum terrore minante. Quare omnes tunc Catholici ad præſidium Virginis confugerunt. Ac Romæ Pius pontifex non tantùm per ſeſe ad Deiparæ auxilium recurrit; ſed id ipſum per ſingula Collegia & cœnobia faciendum curauit. Pugnæ verò tempore cubiculi feneſtram aperiens, oculiſque in cælum ſublatis pauliſper ſtans, ac ſubinde feneſtram claudens, adſtantibus ſignificauit gratias Deo agendas pro victoria à Chriſtianis obtenta. Vbi autem certum eius nuntium accepit, gratijs ſolemnibus peractis, vt tantum diuinæ Clementiæ beneficium Chriſtianus populus perpetuò coleret, ad honorem Dei, eiuſque ſanctiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ, cuius potiſſimùm auxilio tantam victoriam par-

tam eſſe profitebatur, inſtituit vt deinceps in perpetuum ſeptimo Octobris Commemoratio Sanctæ Mariæ de Victoria in Eccleſia Catholica piè recoleretur; atque in Litanijs eiuſdem Virginis inſeri voluit: *Auxilium Chriſtianorum ora pro nobis*: & vt die octauo eiuſdem commemorationis celebraretur Officium diuinum pro omnibus ijs Catholicis, qui in prælio deſuncti fuiſſent. Quibus & poſtea, hoc eſt anno Chriſti 1573. Gregorius decimus tertius Pij ſucceſſor addidit, vt in eiuſdem Victoriæ memoriam, in ſingulis Eccleſiis vel Capellis Roſarij, qualibet prima Dominica menſis Octobris, qua parta eſt victoria, celebretur ſolemnis feſtiuitas ſub nuncupatione Roſarij B. V. Mariæ duplici majori Officio. Hanc huius victoriæ ſcenam, & omnes eius actus ac circumſtantias, habes in vita Pij quinti, & apud Spondanum hoc anno, & alios illius temporis tum Italos, tum Gallos, tum Hiſpanos Scriptores. Quam etiam tanguot Spinellus tractatu de exemplis n. 60. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. c. 7. §. 2. n. 1. Balinghem & *V*incentius Charton in Calendario 7. Octobris. Turſellinus lib. 4. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 21. Ex quibus addiſcimus in horribili exercituum conflictu conſumptas fuiſſe duodecim horas à ſeata matutina ad veſperam, naues hoſtium centum viginti captas & ampliùs; alij enim dicunt centum octoginta; nonaginta depreſſas: triginta millia Turcorum occiſa, decem millia capta: Chriſtianorum Captiuorum decem item millia ſeruitio exempta: bombardarum maiorum tormenta ænea centum & ſexdecim: oblongarum minorum, quas colubrinas vocant, centum quinquaginta, & prædam propemodùm innumerabilem, fuiſſe occupata.

B Sed ante hanc præclaram victoriam, videlicet 15. die Auguſti, obijt B. Cæcilia Panormitana Ordinis Minimorum, quæ ſingulis annis ieiunio quindecim dierum feſtum Aſſumptionis præueniens, Panormo veniebat ad B. Virginem Drepanenſem, de qua dictum eſt anno Chriſti 1187. litera C. vt feſtum ibi Aſſumptionis celebraret, quo in officio pietatis Drepani mortua eſt, poſtquè mortem inuenta eſt, facie conuerſa ad Deiparæ imaginem, Roſariumquè manu tenens. Ita Attichyus in hiſtoria Generali Minimorum lib. 7. pagina 103. *B*alinghem & Vincentius Charron 15. Auguſti, hic n. 8. ille n. 35. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 3. n. 91. Gononus in Chronico hoc anno.

C Habet verò Lipſius in Diua Hallenſi cap. 33. quòd Alphonſus Guſmanus, Hiſpanus domi nobilis, eiuſquè filius, ille in gutture lethale vulnus, hic in capite lethale item exceperant; & à medico deſperati ac relicti, ad Diuæ huius Hallenſis opem verſi ſtatim eam ſenſerunt, & cum omnium admiratione, intra paucos dies, verumque vulnus perfectè ſanatum eſt. Habet etiam Alegambe in ſuis Heroibus, ſiue victimis Charitatis, quod Iacobus de Sotomáior, Hiſpalenſis, Societatis Ieſu Sacerdos, obtenta Superiorum venia ad iuuandos peſte affectos applicatus, in eo obſequio 4. Maij Gadibus mortuus eſt. Deiparæ cultui addictiſſimus erat, ſolebàtque dicere, ſi quando deteriùs ſolito haberet, pro remedio ſe Roſarium percurrere & cõualeſcere. Ita prædictus Alegambe hoc anno cap. 1.

D Obijt verò Venetiis Nicolaus Gruuius, Lonauienſis Iuriſconſultus, qui ſcripſit hymnum vnum heroicum Diuæ Virgini Mariæ dictum anno Chriſti 1533. in Monteferrato. Quod notat Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Benedictus verò Arias Montanus, Hiſpalenſis, vir linguarum ſcientiſſimus, varias Odas de Virgine emiſit. Et Martinus Eiſingrenius, Præpoſitus veteris Oetingæ in Bauaria, Germanicè ſcripſit, De ſacello Beatæ Virginis Oetingæ, & miraculis, reliquiis, ac peregrinationibus eius loci. Sic habet Marraccius: qui circa hoc tempus obiiſſe aſſerit Ludouicum de Lucre, Dominicanum, poſt ſcriptos Sermones in feſta Deiparæ.

E Notat demum Balinghem in Calendario 13. die Ianuarij, Officium *B*. Virginis Mariæ fuiſſe hoc anno reformatum à Pio quinto Pontifice, qui & voluit recitari illud à recipiẽtibus penſiones aut fructus ex beneficijs Eccleſiaſticis. At

## Anno mundi 5555. Chriſti 1572. Idem Pius quintus locum dedit Gregorio decimo tertio.

A ET poſt inſignem patientiam in tolerandis morbis, & præclaram deuotionem in ſuſcipiendis ſacramentis, migrauit ex hac vita primo die Maij. De eius in Deiparam pietate dictum eſt anno 1566. Litera A. & anno ſuperiore occaſione prælij Lepantini: addendum hic eſt, quindecim ab hinc annis, anno ſcilicet Chriſti 1587. corpus eius à Sixto quinto, quem Pius Cardinalem fecerat, in ſplendiſſimum marmoreum monumentum in Baſilica S. Mariæ maioris in monte Exquilino ad Sacellũ præſepis Domini erectum, ingenti celebritate fuiſſe delatum: ſic nempe Pij propenſus in Deiparam ac filialis animus debebat honorari, & in æde materna reuerenter recipi. Hæc habet vita Pij, & Spondanus hoc anno n. 5. & pleriquè alij.

B Hoc deinde anno accidit Petrum Vrbinatem, profeſſione Capucinum, magnas in morte à dæmonibus tentationes pati. *S*ed Diua Virgo, recitatis deuotè Litanijs, ab ijs qui præſentes aderant, ſpectabilem ſeſe moribundo præbuit, turbamquè tartaream lucis ſuæ radijs citiſſimè fugauit; vnde Petrus erupit in voces lætitiæ & laudis, Virginumquè choros cum Regina Virginum magno mentis ardore ſalutauit. De qua re Bouerius tomo 1. Annalium Capucinorum hoc anno n. 16. mortem Petri enarrans.

C Idem verò author ibidem n. 34. obiiſſe inſuper dicit Sebaſtianum à Gratterio, eiuſdem Capucinorum Ordinis alumnum: cui ægrotanti, & aquam de fonte prope Virginis ædem effluido deſideranti, adfuit Beatiſſima Deipara, quæ ex vaſe deprompta lympha ſitim abſtulit, ſanitatem reddidit, quam ad hunc vſque annum Sebaſtianus retinuit.

D Inter ſcriptores autem pios, hoc anno Dilingæ Adamus Vvalaſer, Germanus, edidit vitam Chriſti & Beatiſſimæ Virginis Mariæ; addiditquè Tractatum de fraternitate Pſalmorum & Roſarij *B*eatæ Virginis. Similiter Ieremias Buchius, Vtinenſis, Ordinis Minorum, euulgauit Tractatum de Nobilitate *B*eatiſſimæ Virgi-

nis. De quibus Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

Læuinus quoque Torrentius, Archidiaconus E Leodienſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Protonotarius, in lucem emiſit libros tres hymnorum de partu Virginis: quorum ſcribendorum occaſio fuit, periculoſa in mari iactatio, ob quam labores ſuos voto dicauit *Diuæ* Virgini Lauretanæ. Sic idem Poſſeuinus.

Qui denique addit de Ioanne Raſcb, qui fuit F ciuis Vienenſis Auſtriæ, quod ediderit Cantiones in hymnum *Salue Regina* hoc circiter tempore. Iam verò

## Anno mundi 5556. Chriſti 1573

AD cæleſtem patriam fœliciter tranſiit Pater A Martinus Gurtierius, Societatis Ieſu, vir chariſſimus B. Deiparæ, à qua cùm multas viſiones & reuelationes conſecutus eſt, tum illam maximè qua B. Virginem aliquando vidit eximia admodùm ſpecie micantem, veſtéque prætereà in magnam latitudinem expanſa, ac ſub ea veſte Societatem Ieſu vniuerſam collectam contineri, quam illa materno affectu complecteretur eóque quaſi ſuæ gratiæ & charitatis tegumento foueret. Eidem hoc anno, cùm ex Hiſpania Romam ad Congregationem Generalem per Galliam iret, & ante Virginis ſacellum fortè equitaret, diuino lumine oſtenſum eſt, ſe intra octo dies morte ingruente migraturum è vita: quod & euenit, cùm paulò poſt ab hæreticis captus, inter manus eorum in ſummis omnium rerum incommodis, vitæ terminum adeptus eſt, cuius animam euolantem è corpore B. Thereſia vidit Martyrij aureola inſignem. Matrona autem quædam, quæ S. Deipara creditur, Martini cadauer inuiſit, & ſocio eius Patri Suareſio quoddam linteum concredidit, quo demortui corpus honeſte inuolutum ritè ſepeliretur. Hæc partim habet Platus libro 1. de bono ſtatus Religioſi cap. 34. partim Balinghem & Vincentiùs Charron in Calendario 21. Februarij. Spinellus cap. 20. n. 42. De ponte in vita Patris Baltazaris Aluares, cap. 17. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 3. n. 8. & Tomus 4. hiſtoriæ Societatis Ieſu libro 1. n. 8. Addit verò Annus dierum illuſtrium Societatis Ieſu, 21 Februarij, Martinum ſolitum fuiſſe in B. Virginis honorem feriâ quartâ & Sabbato ieiunare; obtinuiſſe à Deipara viſibiliter annuente, vt ſine vero humano ſolatio moreretur; capitis ſanitatem, quod acerbiùs dolebat, & orandi facilitatem ab eadem conſecutum eſſe; dein animatum fuiſſe ad fiduciam viſione argenteæ bilancis, in qua ex vna parte cor exile Martini erat duabus ſanguinis guttis penè ſubmerſum, ex alia amplum cor Dei, quod Oceano ſcelerum non perturbabatur: monitum item ab eadem vt Coadiutori cuidam proſpiceret à procaci muliercula tentato; & ſolatium accepiſſe, cùm de turpi ſcelere falſa accuſatione eſſet delatus ad Synodum Salmanticenſem: Dæmonis denique deprehendiſſe ac profligaſſe præſtigias volenti ipſi ſub imagine Virginis nequiter illudere. Quæ omnia faciebant, vt omnes ad Deiparæ amorem excitaret Martinus ac raperet, tantis beneficijs non ingratus.

Per id tempus Ioanna Auſtriaca Ferdinandi B Cæſaris filia, eademque Franciſci magni Heturiæ Ducis vxor, L[illegible]retum petijt, diuturnam E Virginis viſendæ ſitim explere cupiens. Illa vbi Lauretanam ædem conſpexit, confeſtim vehiculo deſiliens, ſubmiſſis genibus Deiparam eminùs ſalutauit, & exinde reliquum iter pedibus conficiens Lauretum intrauit in veſte candida cum modeſtia ſingulari. Nam à duobus Epiſ- F copis in ſacroſanctam Virginis domum introducta contemptis puluinaribus ac tapetibus, ſuper nudo pauimento procumbit in genua. Solemnibus deinde expiata myſterijs inſequentem noctem totam ſupplex ante B. Virginem precando abſumpſit. Idemque duobus conſecutis diebus & noctibus factitauit. Diſcedens duo A corda aurea dono dedit, & addidit multa alia, quæ fusè explicat Turſellinus libro 4. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 25. Vbi etiam dicit, oon multo poſt eamdem domum Lauretanam ſingulari exemplo pietatis viſitatam fuiſſe à Margarita Auſtriaca Caroli quinti Imperatoris filia, & Octauii Farneſii Parmenſis Ducis coniuge. De quibus etiam videri poteſt Vincentius Charron 16. Iunij n. 2.

C Eodem quoque anno, Zacharias Bouerius in Annalibus Capucinorum n. 8. loquens de morte Pauli à Pedona Religioſi Capucini, ait ab eo viſam fuiſſe ſenſibiliter Deiparam; ac propterea eundem exclamaſſe: *O quàm pulchra eſt Domina noſtra &c.*

D Quin & Petrus Martyr, Morellus cognomento, Ordinis Prædicatorij, ſcripſit librum de modo contemplandi Sanctum Roſarium, qui prodiit hoc anno, hoc eſt, biennio circiter ante eius mortem, vt habet Poſſeuinus in Apparatu.

Qui etiam author ibidem mentionem facit de de ſeptem Sermonibus apud Venetias hoc anno editis, quos Franciſcus Oſſuna Bæticus, Hiſpanus, Ordinis *Minorum* compoſuit de Beata Virgine Dei genitrice in verba illa: *Beatus venter qui te portauit* &c. Addit Poſſeuinus Oſſunam claruiſſe anno Chriſti 1530. Marraccius verò obiiſſe dicit 19. Octobris Franciſcum Vicedominum, Minoritam, Citharam ſuæ ætatis: cuius ſunt tres Homiliæ in Conceptionem, Annuntiationem & Purificationem. Florebaot autem Cornelius Muſſus, primùm ex Ordine Minorum, deinde Bitontinus Antiſtes, qui Conciones ſex in *Magnificat*, & Vitam Virginis edidit, ac demum mortuus eſt anno ſequente 1574. Et Antonius Georgius, Capellanus Gregorij Papæ decimi tertij, qui de Vita Dei genitricis Commentarium fecit.

## Anno autem mundi 5557. Chriſti 1574.

A MOntiſſerrati, pro more, varia edita ſunt per Beatam Virginem miracula. Inſigne editum eſt in Antonio Bertrando, qui ab aduerſariis lethaliter vulneratus, & à medicis tanquam inſanabilis reiectus, implorata Diua Virgine, paulò poſt conualuit, vt dicitur miraculo 305. in hiſtoria Montiſſerratenſi, & apud Vincentium Charron 29. Auguſti num. 3. Idem verò Vincentius 8. Martij n. 3. ex miraculo 308. eiuſdem Montiſſerranæ hiſtoriæ, fusè deſcribit

quomodo auxilio Beatæ Virgiois Nicolaus Polla Sacetdos,& trigiota duo cum ipſo apud Turcas captiui & miſeri eiuſmodi captiuitatem effugerunt.

B Quo etiam tempore Pius Bouonienſis, Capucinus Sacerdos properans cum ſocio è Iulia Fidentia io ciuitatem Parmam, in duos horrendos frementéſque moloſſos inopinus incidit. Sed compoſuit efferatum horum rabiem obiiciens librum horariarum precum de B. Maria. Tunc enim non tantùm moloſſi illi latratus compreſſerunt; ſed prætereà longè longiùs fugientes illæſos reliqueruot. Sic Zacharias Bouerius tomo 1. Annalium Capucinorum hoc anno.

C Idem verò ibidem: Diem, inquit, clauſit extremum Capucinus vir Seraphinus Saonenſis, multarum pleniſſimus virtutum, & in ſanctam Virginem deuotioois præcipuæ: cui quoque ipſa Beatiſſima Deipara reuelare voluit diem quo mortali ſarcinâ ſolutus moreretur, deſignans illi diem Aſſumptionis ſuæ. Quam tem Fratribus ſuis Seraphinus retulit, & illa, quam retulerat, die ex hac vita migrauit.

D Addit & idem Bouerius num. 23. Geruaſium etiam Epidaurenſem obiiſſe hoc anno; quem ſæpè B. Deipara ſpectabili ſua præſentia dignata eſt & alloquio recreare.

E Denique hoc vlterius anno, Raphael Riera Societatis Ieſu, ſcripſit ſermone Italico Hiſtoriam breuem Domus Lauretanæ, apud quam excolendis pœoitentiam animis ſuam aliquot annos piam operam præſtitit. Liber ille excuſus eſt Maceratæ anno ſequente 1575. vt Poſſeuinus ait in ſacro Apparatu.

## Annus inſuper mundi 5558. Chriſti 1575.

A QVo Romæ Iubilæum apertum eſt. Congregatio Oratorij à ſancto Philippo Nerio presbytero Floreotino, annuente ad id Gregorio Pootifice, & concedente Eccleſiam S. Mariæ in Vallicella, inſtituta eſt, & quodammodo nata in ſiou B. Virginis. Quæ prætereà pro ſigillo habuit, & gentilitiis, vt ita dicam, armis Virginem complectentem Ieſulum, amictum radiis & eiſdem circumfulgentem, qualem imaginem, paulò poſt in limine ianuæ Eccleſiæ prædictæ in Valicella repereruot, nõ ſine fœlici augurio. Conſecratam eſſe Diuæ Virgini eiuſmodi Congregationem perſuadet; tum ipſius inſtitutoris, videlicet S. Philippi Nerij, pietas in Virginem, de qua poſteà dicetur anno Chriſti 1595. literâ E; tum perſooarum eiuſdem Congregationis in eandem S. Virginẽm deuotio, quâ & verbis promoueor quantùm poſſunt & aliis omnibus modis, cultum B. Deiparæ; tum loci in quo habitant appellatio; & Eccleſiæ, quam poſtmodùm ibidem conſtruxerunt, diſpoſitio; quâ ſacella præter voicum, io quo repoſitum eſt S. Philippi corpus dedicata ſunt omnia & ſingula Beatiſſimæ Virgini. Ita vita Philippi.

B In Dioceſi autem Toloſana ioſtitui pariter cœpit alia Congregatio Religioſa, quæ dicitur *S. Mariæ Fulienſis*, auctore Ioanne Barrecio Abbate Mooaſterij Fulienſis, Ordinis Ciſtercienſis, qui monachos ad primarium S. Benedicti & S. Bernardi ioſtitutum reduxit. Quam Congregationem ſic in Gallia inchoatam Sixtus quintus poſteà anno Chriſti 1586. confirmauit, & Clemens deinde ac Paulus Pontifices, ſuos Superiores ſibi proprios, & non ab Ordine Ciſtercienſi dependentes habere voluerunt. Habet verò hæc Congregatio eamdem, quam Ciſtercienſis Ordo habitudinem erga Beatam Deiparam, cui tota dedicata eſt, omnes Eccleſiæ conſecratæ, & perſonæ valde affectæ. De hac inſtitutione loquuntur Iacobus Gualterus in tabulis Chronologicis. Iacobus Breullius in Antiquitatibus Pariſienſibus lib. 3. paginâ 933. Vincentius Charron 25. Aprilis n. 4. Qui prætereà n. 5. refert ea Poireo Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 34. miraculum factum à B. Virgine Fulienſi, quando geſtata à Religioſis in ſupplicatione, & poſita inter duas aduerſantium oppidorum turmas, cœpit lachrymas vbertim emittere: quibus ſimul & cantu Monachorum deliniti animi in mutuos amplexus deueneruot, pacémque firmauerunt. Loquitur etiam de prædicta Fulienſium inſtitutiooe Spondanus anno Chriſti 1586. n. 4.

B Interim 18. Nouembris, Romæ ſollicitè Laborans in audiendis tempore Iubilæi conſcientiæ difficultatibus, & ſoluendis pœnitentium peccatis, apoſtemate io capite enato, clauſit diem extremum Iacobus Ledeſma Societatis Ieſu Sacerdos; vt habet vita eius à Nierembergio ſcripta, & Alegambe io Bibliotheca Scriptorum Societatis. Qui quidem Ledeſma, vt ibidem dicitur, cùm Brixiæ ſollicitus oraret pro dono Caſtitatis, viſione diuina perfuſus eſt, in quâ B. Deipara videndam ſe præbuit admirabili fulgore coospicuam, comitatam tribus Beatis è cælo mulieribus, ſcilicet Magdalena, Catharina martyre, & Catharina illa Virgine quæ à Senis nomen habuit; & oranti Ledeſmæ noo modò caſtitatem pollicita eſt, ſed & perſeuerantiam aſſerit, ſimulque ſpopondit rurſus ad finem vitæ ſuam ſe illi ſpeciem cum lætitia præbituram. Comites autem dum ſenſim recedunt, ſuauiſſimè concioentes caſtimoniam prædicabant hoc carmioe: *Quantum eſt donum caſtitatis, quod Deus confert pietatis! Diuina res eſt caſtitas, Maiora ſed ſunt præmia, quæ cõtinenti dat Deus.* His diuinis confirmatus promiſſis in itioere ab Florentia Romam, caſtitatem perpetuam B. Virgini vouit. De eodem beneficio facto Ledeſmæ adhuc agitur in vita Laynij per Ribadeneiram cap. 9. Et in Catalogo Scriptorum Societatis & apud Ioannem Burgheſium libello de Patrocinio B. Virginis. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 5 § 5. num. 7. Balinghem & Vincentium Charron in Calendario 18. Nouembris n. 2. & alios.

C Præter hæc aſſerit Turſellinus libro 4. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 17. Lauretum veniſſe Iacobum Thainonium nobilem eqoitem, cum ioſigni dono acturum Virgini gratias pro Suſanna vxore ſua ex equo deiecta & adducta ad periculum mortis. Similiter Nicolaum Pauonium itidem ab equo in rapido curſu decuſſum & confractum, quem implorata Virgo non difficilis audiuit & citò ſanauit.

Digitized by Google

Sed & Scriptores Marianos enumerat hic E annus, quos plurimos porrigit Bibliotheca Mariana. In primis Ioanoes Raulmus, Benedictinus, Sermones quinquaginta in feſta Deiparæ: quales aliquot etiam Ioanues de Cimmetho, Carmelita; & Silueſter Cignus, compoſuit. Et Ioannes Crix, ruſum Carmelita, Orationem prolixam ad Virginem dedit. Dederunt item Andreas Capella, Carthuſianus, Meditationes breues, ſed ſucci plenas, in Myſteria Mariana. Bartholomæus Angeli, Prædicator, de Rolario. Chriſtophorus Cabreta, Presbyter Palentinus, Roſarium triplici linguâ, Latinâ, Italicâ, Hiſpanicâ metricè meditatum & compilatum. Vvolfangus Iacobus Vveſſembrunus, Poëma de Purificatione, quod excuſum Ingoſtadij eſt poſt mortem auctoris, qui hoc etiamnum tempore viuebat.

## Anno deinceps, mundi 5559. Chriſti. 1576.

Romæ, Gregorius Pontifex coofirmauit duodecimo Octobris Sodalitatem, ſeu Confra- A ternitatem Recommendatorum B. Mariæ Virginis, Confalonis etiam nuncupatam, iam antè anno 1264. à nonnullis Patriciis Romanis, ex reuelatione, ut creditum fuit, ipſiuſmet Virginis inſtitutam, de qua eſt dictum aliquid anno 1274. litera B, vt pote quam vehementer commendabat S. Bonauentura, & cui, ad incrementum deuotionis Confratrum, facilem orandi formulam præſcripſerat, Coronam nuncupatam, quâ ſcilicet loco Horarum Canonicarum, vigeſies quinquies orationem *Dominicam* & toties Salutationem Angelicam cum verſu *Gloria Patri* necoon ſepties eaſdem tum Dominicam orationem, tum Salutatiunem Angelicam, cum verſu *Requiem æternam*, recitare tenerentur: Sodalitatem, inquam, illam Gregorius confirmans, tam quoad ipſammet Confraternitatẽ, quàm quoad Coronam, plurimis etiam Indulgentiis inſigniuit, quæ conſtitutione ea de re edita continentur. Eamdémque Confraternitatem poſteà, die ſcilicet 26. Aprilis 1579. in Archiconfraternitatem erexit, cum facultate alias ſibi Confraternitates aggregandi. Eidemque rurſum 26. Iulij anni 1583. curam aſſignauit redimendi captiuos ſedi Apoſtolicæ ſubditos de manibus Infidelium, & eleemoſynas ad id operis quærendi, ad quod etiam poſteà Sixtus quintus Gregorij ſucceſſor annuos redditus elargitus eſt. Quæ omnia conſtant ex Bullario tomo 2. Gregorij XIII. conſtitutione 38. & 79. & Sixti V. conſtitutione 37. Item ex Spondano hoc anno n. 16.

Vlteriùs in vita S. Philippi Nerij Antoolus B Gallonius refert, quòd cùm trabs, quæ ſuſtentabat tectum ſacelli, in quod conueoiebant Patres Oratorij, ita à muro defeciſſet, vt naturaliter loqueodo, tectum ipſum ac totum pondus eius cadere ac ſubſidere deberet: viſa eſt à S. Philippo ipſa Beatiſſima Deipara manibus ſuis ipſammet trabem ſuſtinere, ne tectum decideret & opprimeret in ſacello incluſos; quâ viſione etiam admonitus fuit adferre citò remedium, quod & præſtitit. Idipſum habet Balinghem in Calendario 26. Maij num. 2. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 3. §. 3. num. 4

C Interim migrauit ex hac vita Thomas Tifernas Generalis Capucinorum ſingulari in Deiparam affectu, cui quotidie Coronam precariam offerre ſolitus erat, antequam ad ſacrum altare, ſacrificium incruentu facturus, accederet; cuique aliquando cùm ob negotiorum molem ſolitum penſum non ſoluiſſet; refectorio, ad quod iam conceſſerat, egreſſus in viciuam ſiluam coronam ita recitare cœpit, vt viſa ſit illi Beatiſſima Virgo aſſiſtere, & eius precatione delectari. Quod notat Zacharias Bouerius tomo 1. Annalium Capucinorum. Qui præterea addit, Thomam in itinere poſitum, commendantem ſe B. Deiparæ, à periculo mortis, quâ incurriſſet incidens in turmam militum Caluinianorum, fuiſſe præſeruatum. Imò Thoomam eumdem, quadam die dum in via excellentiam B. Virginis mente contemplaretur, lucis radios è capite viſum eſſe fundentem.

D Sed hoc etiam anno Fraociſcus Feuardentius, Gallus, ex Ordine Minorum, Pariſienſis Theologus, *S*ancti Ildephonſi Tolerani Epiſcopi librum de Virgine Maria, manuſcripti codicis collatione emendauit, & auxit, Pariſiis apud *S*ebaſtianum Niuellium, vt Apparatu ſacro Poſſeuinus teſtatur: qui & ait additos fuiſſe duodecim Sermones de Beatiſſima Virgine, & alterum de perpetua Virginitate eiuſdem Saoctiſſimæ Virginis, ac de Partutitione. Multa autem alia inſuper Feuardentius edidit, vir inter doctos doctiſſimus. Ioannes item de la Val Iuriſconſultus Attrebatenſis, ſcripſit, vt docet Deſſelius in Belgica Bibliotheca, carmen Heroicum, cui titulus, *Anna Maria Ieſus.* His inſuſuper addit Bibliotheca Marraccij, Chriſtophorum Caſtellum, ex Ordine Ciſtercienſi, & eius in gloriam concinnata Virginis opuſcula. Dominicanos duos, Hieronymum Pinerium & Angelum Pientinum, & huius de Roſario volumen, illius Conciones de Deiparæ feſtis. Michaëlem Pocciantium, Seruitam, & miracula quæ ſcripſit de Annunciata Florentiæ. Luiſium Aluares, Auguſtinianum Eremitam, & Sermonarium eius in B. Virginis feſtiuitates. Philippum Menzelium, Medicum Ingolſtadienſem, & eius in laudem Matris Dei multa variáque Carmina.

E In Iaponia demum Ioannes Gotus, Chriſtianus, beneficio imaginis B. Deiparæ dæmonem non tantùm terruit, excruciauitque: ſed omnino expulit ab Energumena, vt fuſiùs dicitur tomo 4. hiſtoriæ Societatis libro 4. n. 248.

## Anno autem mundi 5560. Chriſti B 1577.

A In eadem Societatis Ieſu hiſtoria, eodem tomo libro 5. n. 30. Fœlix obitus habetur Ioannis Baptiſtæ Carandini, Conuictoris qui æger delatus ad ædes Cardinalis Alexandrini, antequam moreretur *S*anctiſſimam Virginem lætus intuitus eſt; vnde fratri ſuo Innocentio aſſeruit, Clementiſſimam Matrem ſpondere ipſum liberè ingreſſurum in Societatem Ieſu; quem Ingreſſum Innocentius à fratre poſtularat, vti à *D*eipara præſente flagitaret.

Digitized by Google

Hoc inſuper tempore Coſmas à Martina, Ca- B
pucinus Sacerdos in extrema vitæ periodo po-
ſitus & à dæmone vehementi tentationum im-
pugnatione diuexatus, habuit glorioſam Virgi-
nem adiutricem, quæ verbis cæleſtibus ipſum
conſolans, dæmonum fugatis tenebris, animum
morientis magna pace repleuit, in qua & exſpi-
rauit. Sic habet Bouerius in Annalibus Capuci-
norum hoc anno n.11.

Animam quoque creatori reddidit Paulus ab C
Alcamo Religioſus itidem Capucinus, cui licet
adhuc Nouitio, cùm ad terminum vitæ infirmus
properaret, apparuit Beatiſſima Virgo, luci-
diſſima, ac veluti ſole candidiſſimo amicta. Quod
notat idem ibidem Bouerius n.30.

In Sicilia autem, graui peſte laborante Panor- D
mo refugium fuit ad Diuam Lauretanam. Nec
vanum fuit refugium: vnde & Panormus in lami-
mina argentea, in qua eſt B. Mariæ Lauretanæ
tecto inſidentis expreſſa effigies, & vrbis Panor-
mitanæ ſubiecta imago, beneficij accepti memo-
riam Lauretum detulit hoc anno. Vt docet
Torſellinus in hiſtoria Lauretana lib.4.cap.30.

Sed & Eleonora Santonia, Panormitana, Xe- E
nodochium ampliſſimum Neapoli pauperibus
puellis dotandis inſtitutum, S. Mariæ Annuncia-
tæ nomine hoc anno inſcripſit adiunctis quater
mille ducatis annui censûs, vt habet Ferteolus
Locrius in Anacephalæoſi, & in libro 3. cap.
109. Mariæ Auguſtæ ex Middemdorpio, &
aliis.

At in Belgio in pago Lokeren, non longè à F
Gandano, dum noui Iconomachi Sanctorum
imagines frangunt & proruunt; inter eos qui-
dam imaginem Virginis filium tenentis & lu-
xans & in terram trahens, puerulum Ieſum ita
protraxit in maxillam ſuam, vt pueroli Ieſu
dextera, dura ſimul & recta, eam penitus per-
forarit. Hæc Tilmannus Bredenbachius habet
libro 3. ſacrarum collationum cap.52. & poſt eum
Spinellus cap.20.n.15.

Ad hæc quoque tempora pertinere videtur, G
germana cum præcedente punitio, cuiuſdam
ſcholaſtici Hiſpalenſis, qui ſublata furto elegan-
tiore penna è Congregatione B. Virginis, ea vo-
lens vti, vt ad quandam mulierem, cuius amore
impediebatur ab ingreſſu Religionis, reſcribe-
ret; ſenſit ſibi colaphum infligi cum hac ſonora
voce: *Sic ne ſacrilege rem mihi conſecratam pro-
phanas?* Hanc rem habet Bonifacius in hiſtoria
Virginali lib.5.cap.1. & Vincentius Charron 30.
Decembris.

Demum Petrus à Coſta, Condomenſis, Or- H
dinis Prædicatorum, edidit Sermones quatuor in
Angelicam ſalutationem, & quatuor in *Salue
Regina*, vt habet Poſſeuinus in ſacro Apparatu.
Ex qua rurſum Prædicatorum familia, Sixtus
Vicedominus Homilias excudit: Seraphinus de
Merodio, Sermones: Remigius Nannius, Scho-
lia in Epiſtolas & Euangelia feſtorum Deiparæ,
& quædam Italica Carmina de laudibus Virgi-
nis. Quæ docet Marraccius, addens Ioannem
Maierium, Carmelitam, edidiſſe Sermones.
Ambroſium Cantalupum, Auguſtinianum Ere-
mitam, ſcripſiſſe de admirabili, prodigio Beatæ
Virginis, quæ eſt in Eccleſia Sanctiſſimæ Trini-
tatis Viterbij. Philippum Dohereiner, Germa-
num, euulgaſſe Coronam roſeam de Gaudiis
& Doloribus Virginis. Ferdinandum denique
de Pineda, Dominicanum, Hiſpanicè dediſſe
Opus de Confraternitate Roſarij. Iam verò.

## Anno mundi 5561. Chriſti 1578.

A Sebaſtianus Rex Portugalliæ, ſuſcepta expe-
ditione in Africam contra Mauros Diuæ Vir-
ginis infenſos hoſtes, in eadem Africa occubuit,
magnum relinquens ſuis tanti Regis amiſſi mœ-
rorem ac luctum & deſiderium. Erat enim
Sebaſtianus non tantùm pius, ſed & magnani-
mus, & vnicus patri ſuo filius. Pietatem eius
commendant, pudicitia, quam ſingulariter ada-
mabat, & quotidie a Deo enixè flagitabat, &
poſtulabat a Virgine, in cuius honorem ſingulis
diebus Sabbati, duobus miſſæ ſacrificiis intere-
rat, vnique eorum miniſtrabat: prætereà deuo-
tio quam exteriùs etiam præmonſtrabat, geſtan-
do pendentem è collo Diuæ Virginis imaginem,
eamdémque ad manus habendo eùm recitaret
Roſarium. Hæc de Sebaſtiano refert Vaſcon-
cellus Anacephalæoſi 16. itémque Balinghem
& Vincentius Charron in Calendario 4. Au-
guſti. Atque hiſtoria Societatis Ieſu tomo 4.
libro 6.n.194.

Eodem anno, paulò poſt Sebaſtianum qui 4.
B Auguſti mortuus eſt, primâ die Octobris vitam
hanc reliquit Ioannes Auſtriacus, victoris exer-
citus in Lepantina pugna Dux, & in Deiparam
deuotus, cui eùm vouiſſet peregrinationem Lau-
retum pro obtinenda contra Turcas victoria,
nec potuiſſet eam antè explere, tandem anno
Chriſti 1576. eam perfecit, vt notat Turſelli-
nus lib.4.cap.24 hiſtoriæ Lauretanæ, ſed tantâ
pietate ac veneratione in Virginem, vt non po-
tuerit impediri vel ſæuiente hyeme, vel aliis
temporis iniuriis, quominùs à portu Recineten-
ſi vſque ad Lauretum capite ſemper aperto ve-
nerabundus procederet. Poſtquàm verò ad ſa-
cram ædem aduenit, totius antè actæ vitæ no-
xis confeſſione expiatis, grates B. Mariæ ingen-
tes egit, eius cellam dono copioſæ pecuniæ cu-
mulauit, exemplo ſuo comites accendit, & Nea-
polim deinde rediens magnum ſeruauit Laure-
tanæ Virginis deſiderium. Quæ omnia teſta-
tur loco citato Torſellinus. Hiſtoria autem So-
cietatis Ieſu tomo 4.lib.4.n.41. notat Ioannem
ad tres horas in S. Virginis æde genuflexum
perſeueraſſe. Vide etiam, ſi lubet, Balinghem,
Vincentium Charron, qui in Calendario 1. Octo-
bris, de Ioanne Auſtriaco Caroli quinti Impera-
toris filio memoriam faciunt, & laude multipli-
ci eundem exornant.

C Sed & Lauretum præſenti anno delata eſt
Chriſterna, ſiue Chriſtina, Ducis Lotharingiæ
vxor paralytica. Quæ in ſanctiſſimæ domûs
aditu, non cæleſtem modò lætitiam hauſit ani-
mo, ſed priſtinam quoque recepit corporis ſani-
tatem, magnáſque tanti beneficij gratias agens,
donis domum Virginis ditauit. Cùm morare-
tur autem ibi, Sebaſtiani Regis Luſitaniæ nun-
ciata morte, funus illi quantâ maximâ potuit
pompa celebrauit, & quamplurima pro eo ſacra
in æde Lauretana facienda curauit. Hæc & alia
de hac Duciſſa Turſellinus paulò antè citatus
lib.4. cap.26. ampliſſimè memorat.

D In Gallia autem accidit Cluniacenſe cœno-
bium

bium ſubitâ impugnatione Caluiniſtarum hoſtilem in modum ferociter ſane inuadi, & ſpoliari diuerſis quidem reliquiis; ſed præſertim manticâ, vel potiùs manicâ B. Virginis incluſâ in auro; quam in ignem ſemel & iterum coniectam ſcelerati homines mirati ſunt ſemper illæſam permanere: non tamen omnes hoc prodigij mirando ſpectaculo conuerſi ad frugem ſunt, verùm aliqui tantùm prouidentia dei hoc miraculi auxilio ad fidem ſunt reuerſi; qui tamen hunc ſacrum reſiduæ manicæ vel manticæ theſaurum minimè adepti ſunt. Quare Marianum illud ſpolium diu ab hæretico retentum eſſe dicitur, donec tandem omnino diſparuit ab hæretici filio furto ſublatum, & alicubi, ſed quo loco neſcitur, ſecretiſſimè occultatum. Ita ex monumentis Cluniacenſis Eccleſiæ Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 15. Iunij, vbi non manicam, ſed manticam, nominatim dicit ſublatam, vt iam inſinuauimus anno Chriſti 56. litera, F. De qua, non iam manica, ſed mantica adhuc agit Spinellus cap. 49. n. 48. agit & Ioannes Ferrandus in ſuis Diſquiſitionibus Reliquiariis, libro primo cap. 2. art. 2. vbi expreſsè eam nominat viatoriam perulam, quâ in ſua ad Ægyptum fuga, aliiſque itineribus, Deipara via eſt: agit & Iuſtinus Miechouienſis, diſcurſu 225. n. 19. in Litanias Lauretanas. *Vbi* etiam aſſerit feſtum illius manticæ fieri die 15. *Iunij*: agit denique & Antonius Balinghem prædicto die 15 Iunij. Qui prætereà notat 28. Februarij, hinc inſuper anno Iacobum de *Bonis*, ob varias in Deiparam blaſphemias, *Bethuniæ* fuiſſe damnatum ad eas reuocandas habitu pœnitentis, nudo capite, poplitibus flexis, in indutio, cum cereo ardente in manu. Quæ hîc obiter commemoro.

Interim Madriti, decimo nono Maij, Didacus E Mendoſa bono fine vitam terminat, cui morienti Beatiſſima Deipara adeſſe & apparere dignata eſt. Erat is Coadiutor *Societatis* Ieſu in officiis domeſticis ac ſeruitiis diſtentus. *De* quo iſta recitat hiſtoria eiuſdem Societatis tomo 4. lib. 6. n. 177.

Sed & eadem ibidem hiſtoria n. 178. mentio- F nem facit de morte Gaſparis Loarris, qui Valentiæ Religioſi curriculi curſum cum laude conſummauit. De quo etiam Alegambe in Bibliotheca Scriptorum *Societatis* cum elogio, vt decet, verba miſcet, additque ſcripſiſſe eum in Deiparæ honorem Meditationes de Roſario Beatiſſimæ Virginis. Scripſerunt etiam alij varia: vt Petrus Bacherius, Dominicanus, Carmina. Donatus Marra, Auguſtinianus, Enarrationes in *Aue maris ſtella &c.* Chriſtophorus à Capite fontium, Minorum Generalis, ac tandem Cæſarienſis Archiepiſcopus, Defenſionem perpetuæ Virginitatis Mariæ & Ioſephi, & de eadem re Hyperaſpiſtem. Petrus Humbecanus, & Gaſpar Berus, ambo Carmelitæ, Conciones de feſtis Deiparæ. Petrus de la Vega, Hieronymianus, De laudibus Virginis & Hiſtorias feſtiuitatum eius. Denique Ioannes Petrus Beſozzus, Clericus Regularis, Tres & viginti Epiſtolas in feſta Matris Dei. De quibus authoribus ſermo eſt apud Marraccium in Bibliotheca.

Denique etiamnum obiit vir egregius Fran- G ciſcus à Chio, Capucinus, ſingulari pietate in Deiparam commendabilis; quem olim dum adhuc eſſet Nouitius, & grauiſſimâ tentatione pulſaretur, eadem Deipara in horto laborantem inuiſit, & magna clementia deſolatum conſolans, ab æſtu importuno omnis tentationis liberatum dimiſit. Sic Bouerius refert tomo 1. Annalium Capucinorum hoc anno n. 20. At.

## Anno mundi 5562. Chriſti 1579.

A Exempta à peſte dicitur ciuitas Anicienſis voto facto ad Beatam Virginem Lauretanam, cuius voti & liberationis a peſte meminit Turſellinus libro 4. hiſtoriæ Lauretanæ cap 36. & Odo Giſſæus in hiſtoria Virginis Anicienſis libro 3 cap. 41.

B Sed & idem, qui ſuprà Turſellinus cap. 28. docet hoc anno Ioannem Philippum Ambroſium, Neapolitanum; tum ex inimicorum manibus fuiſſe diuinitus ereptum; tum, quamuis duodecim mortiferis plagis acceptis, fuiſſe ſimiliter ſanatum, implorata Virgine quæ Laureti colitur.

C Iacobum autem Poitier, inuocata item Beata Maria Lætitienſi per ſanatum, fuiſſe a vulnere lethali, quod in capite terebra quadam factum erat, teſtatur Cerizierius in 2 parte hiſtoriæ Diuæ Lætitienſis cap. 10. n. 2.

D Sed & Hercules Vicemala, Collegij Mediolanenſis Iuriſconſultus, libros tres miraculorum ſacratiſſimæ Virginis Mariæ ſcripſit, qui prodierunt Mediolani hoc anno. In quibus, vt rectè Poſſeuinus aduertit, deſideratur citatio locorum, è quibus hauſit plura quæ affert miracula eiuſdem Beatiſſimæ Virginis. Præter hunc Petrus Garſias Galarza, Caurienſis Epiſcopus, edidit, De forma glorioſæ Virginis & genealogia eius ex matre. Et ex Dominicano Alueari. Ægidius ac Dominicus Topiarij Conciones in feſta Deiparæ dederunt: Fœlix autem Placius De Roſario ſcripſit, imaginibus additis, & orationibus, atque aliis, pium animum Lectorum erga B. Dei matrem plurimum afficientibus. De his agit Hippolytus Marraccius & cùm cæteris Scriptoribus D. Virginis vehementer commendat.

E In hiſtoria autem Societatis Ieſu, tomo 4. lib. 7. n. 306. Acceſſiſſe dicitur ad ſuſcipiendum baptiſmum Iudus quidam, quem duabus noctibus, B. Virgo ſpecie venerandæ matronæ, in cæruleo habitu, puerum ſinu tenens admonuit, vt Chriſtianus euaderet.

F Ibidem n. 163. & ſequentibus, encomia tractantur Ioannis Ximenij Coadiutoris temporalis Societatis Ieſu, qui hoc anno obiit. De quo etiam agunt, Ponæus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. n. 15. Et *Balinghem* ac Vincentius Charron 24. Februarij, n. 4. ac Ludouicus de Ponte in vita Baltaſaris Aluares. Quem omnes fatentur percharum fuiſſe ſanctiſſimæ Domini Matri, à qua cum audenter aliquando petiiſſet, vt eum certiorem faceret ſuæ ſempiternæ ſalutis, audiit, ne timeret; ſed ſemper procederet per viam cæcæ Obedientiæ: cuius reſponſionis beneficio nihil non audebat Ioannes, nihil reperiebat impoſſibile vel arduum. Ita verò promptus erat in ſalutanda Virgine ad campanæ pulſum, vt audito ſono campanæ confeſtim omnia alia relinqueret; imò etiam aliquando hac ex occaſione dereliquit ſubitò ſa-

xum, quod profectò ſic derelictū proruere debebat a ponte in fluuium: ſed continuit illud vis quædam diuina, & faciſſe etiam mobile reddidit, mirante Ximenio, & Socio eius, quo cum opus agebat. Aliàs, cùm coram Virginis imagine pœnas purgatorij ignis, & animarum in illis ſupplicia mente ſeriâ peruolueret, audita ab eo iſta vox eſt: *Et tu quoque has animas adiuua.* Cui voci animosè reddidit: *Id verò præſtabo Domina:* ac deinceps ſua cuncta merita illis animabus liberaliter prolixéque applicuit.

G Ex Annalibus quoque Capucinorum tomo 1. habemus, hoc anno Hieronymum a monte ſlorum Capucinorum Generalem, virum ſanctitate eximium; cùm è Peruſino conuentu Aſſiſium pergeret, ipséque cum ſociis in itinere graui admodùm ſiti æſtuaret; poſt colloquium de Virgine habitum, à Beata ipſa Virgine ſub forma Matronæ, quam duæ comitarentur honeſtæ famulæ, inuitatum fuiſſe ad tranquillandam ſitim hauſto aliquantulùm vino, & ad guſtandam offam panis vino item dilutam.

H Per id etiam tempus, inquit Salazarius libro de Conceptione cap. 42. ſæculo 16. authoritate Gregorij decimi tertij emiſſa eſt Bulla contra Michaëlem Baium Louanienſem Doctorem, in qua plures damnantur propoſitiones, quas Michaël temerè pronunciauerat, in quibus ſexageſima nona ſic habebat: *Nemo præter Chriſtum eſt abſque peccato originali. Hinc B. Virgo mortua eſt propter peccatum ex Adam contractū, omnéſque eius afflictiones in hac vita, ſicut & aliorum, fuerunt vltiones vel peccati actualis, vel originalis.* Nunc.

## Anno mundi 5563. Chriſti 1580.

A INuenta eſt Romæ imago B. Virginis dicta *de Montibus*, & in fœnili, aut vt alij volunt, in fabaria media inter montes Viminalem & Exquilinum reperta eſt, propter quos montes dicta eſt B. Maria de montibus. In tantum autem illuſtrari incepit miraculis, vt breui pulcherrimum Deiparæ templum ibi ſit excitatum, quod vocatur Sancta Maria de Montibus, & magno populorum concurſo celebratur, Indulgentiiſqúe non modicis à Romanis Pontificibus ditatum eſt. De eo agit Spinellus tractatu de templis n. 36. Flaminius de rebus mirabilibus Romæ. Balinghem & Vincentius Charron in Calendario 26. Aprilis. n. 1. Poiræus Triplicis coronæ tractato 1. cap. 12. §. 5. n. 99. & alij

B In Luſitania autem obiit Henricus Rex huius nominis primus, antè Cardinalis honore atque munere conſpicuus, & in ſenectute factus Rex, ob infortunatum Sebaſtiani Regis ante biennium obitum. Fuit autem Henricus deuotione in Virginem valde commendabilis, in cuius honorem fundauit Eboræ Collegium Societatis Ieſu dictum *Virginis Purificatæ*: In præcipuis verò eiuſdem Beatæ Virginis feſtiuitatibus magnas ſolebat eleemoſynarum largitiones facere. Quæ omnia teſtatur Vaſconcellius libro de Regibus Luſitaniæ anacephalæoſi 17. Balinghem item & Vincentius Charron in Calendario 31. Ianuarij.

C Ad hunc quoque annum Lodouicus Granatenſis in ſymbolo fidei parte 2. ſectione 10. & poſt eum Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 3. cap. 3. aliíque referunt; Monialem quandam in cœnobio Ordinis Ciſtercienſis ad oppidum Cazi, adhuc Nouitiam, grauiſſimo morbo & dolore vexatam, ſanatam fuiſſe a B. Virgine deductā ad præſepe Chriſti Natalitiorum tempore in cœnobio effictum. Quippe illa ibi pueri Ieſu effigiem ex ſinu Deiparæ auulſam tenaciſſimè complectens; *Non reddam tibi*, inquit, *ò genitrix Virgo, donec mihi optatam valetudinem reddideris.* Et his dictis ſopore comprehenſa, ita recreata eſt viſione nobilioris præſepis, vt excitata paulò poſt, abſolutè ſana fortiſque reperta ſit. Hanc Rex Henricus, de quo proxime verba fecimus, gratulabundus vidit.

D Sed & Zacharias Bouerius tomo 1. Annalium Capucinorum longo circuitu enarrat; Duos Capucinos, qui Larino Triuentum ex Obedientia tendebant, fuiſſe in itinere ſæuâ tempeſtate atque imbribus malè exceptos, & in nemus demum ipſa ambulandi neceſſitate coniectos, implorauiſſe Diuæ Virginis Sanctique Michaelis auxilium, vt ſibi illa nocte, nox enim tempeſtatem ſecuta fuerat, propitij adeſſent. Fusâ precatione protinus non longe a ſe inter fulgurum coruſcationes animaduertunt domum pulcherrimam, in quam tendunt & pulſant; & à ſene quodam benignè admittuntur, qui eos deduxit ad Dominam Domûs, quam Equitum corona illuſtriſſima cingebat. Humaniter recepti & omni conſolatione repleti; poſtridie in viam reducti ſunt à ſene illo, qui eos admiſerat; à quo etiam didicerunt, Dominam quæ eos receperat eſſe Beatam Deiparam, ſe Petrum Apoſtolum, equites verò illos quos viderant, Angelorum cum D. Michaële triumphantium eſſe cæleſte agmen. Quibus dictis, mox & ipſe ſenex, & ſimul cum illo tota iſta magnifica ædificij moles ex intuentium oculis diſparuit; eóſque bene animatos in obſequium Diuæ Virginis Sanctorúmque Angelorum & Apoſtolorum dimiſit. Sic præcitatus Bouerius.

E A quo rurſus eodē, in eodē loco n. 49. Ioſephus à Corleone, eiuſdem Ordinis, Agrigenti obiiſſe dicitur, cui Deipara Virgo morienti apparens, plurima vitæ alterius & gloriæ arcana benigniſſimè aperuit. Ipſa anteà eidem oculorum dolore grauiter laboranti intuendam ſeſe oſtendit; & dato liquore in phiala, omnem illum dolorem compeſcuit. Compeſcuit & febrem dato ſimili in phiala aliquando liquore; quin & ſimul vires addidit, cupienti accedere ad Sanctiſſimam Sinaxim feſta die Purificationis Beatæ Virginis.

F Inſuper rurſus ex Capucinis, vt notat idem ibidem Bouerius, fœlicem hoc anno ex hac vita tranſitum habuit Alexander à Burrio. De quo etiam aduertit, olim violenter tentatum & à dæmone impuritatis agitatum, ſupplicem confugiſſe ad S. Deiparam. Quem illa ita exaudiit, vt non tantùm confeſtim flamma tentationis penitus remiſerit; ſed ipſa quoque clienti adſtiterit, & coronam auream velut triumphatori & perfectè victori de cælo detulerit. Hæc tentatio moleſtiſſima fuit, & Alexandro puritatis perquā amanti maximè contraria, quæ eum, cùm Faventiæ in Eccleſia oraret, acerbè exercuit.

G Similiter migrauit ex hac vita Frater Humilis

à Paterno iterum Capucinus, cui animum agenti B. Virgo luce collucens apparuit, vt notat idem author ibidem n. 46.

Quin, eodem Scriptore teſte, migrauit Frater Leo Catanenſis, quem Sanctiſſima Virgo moribundum inuiſit, & a deſperationis barathro, quo eum demergere turba dæmonum tentabat, ſummâ benignitate eripuit. H

Migrarunt & Bernardinus Eugubinus, atque Arſenius Bergomenſis, ambo Ordinis Capucinorum, ambo a Beata Virgine in morte viſitati, & fauoribus magnis ab eadem repleti. I

Sed hoc quoque anno duo de Societate Ieſu in Deiparæ obſequium inſignes candidiſſimas ſuas animas ſuo Domino reddiderunt. Primus fuit Ioannes Brionius, Adiutor temporalis, qui in loco decenti miniſterij ſui, ad parietem affixerat Dei parentis imaginem. Hanc ipſe olim comparat, cùm in ſæculo paſtor gregem ouium curaret: quippe ab illa imagine, cùm fortè corã præteriret, ipſe ſibi viſus eſt ad iugum Chriſti in Religione ſubeundũ vocari. Itaque Socius effectus eam, & ingrediens, & egrediens ſalutabat; ante eam de genibus Roſarium percurrebat, ſabbatis autem, & peruigiliis feſtiſque diebus ſanctiſſimæ Virginis, magnâ celebritate honorabat; Patres quoque ac Fratres, qui ad ſe iuuandum venirent, vt eam honorarent ſedulò admonebat. Alter fuit Pater Baltaſar Aluares, Confeſſarius & Spiritualis Dux S. Thereſiæ, de quo, ipſa teſtatur, eum & magnâ fuiſſe ſanctitate, & prædeſtinatorum de numero vnum, & a Chriſto id ſe reſciſſe. Fuit autem ille in Deiparam vehementer deuotus, cuius imaginem expreſſam ex ea quam S. Lucas pinxit perpetuò gerebat: quâ & ſe muniebat contra tentationes, quas ob deuotionem in S. Deiparam inuiſus dæmon & inuidus ipſi moliebatur. Ante Sacerdotium acceptum mirâ attentione & vi lachrimarum officium D. Virginis recitare ſolebat. Factus autem Sacerdos ſe creberrimè Diuæ eidem commendabat; ac præſertim Laureti, vbi multas gratias ab eadem recepit, imò & monitus eſt, vt præcipuo cultu Spõſum Virginis ſanctæ, ipſum ſanctum Ioſephum veneraretur aſſiduè. Feſta B. Deiparæ longiori tum precum, tum contemplationum, bonorúmque operum apparatu tranſigere conſueuit. Quin & ſemel ſeptem integras horas fixo obtutu in imagine Diuæ Virginis permanſit, ne in fœminas cogeretur oculos ſuos demittere. Sed hæc omnia fuſiùs videre eſt in vita eius, & in hiſtoria Societatis Ieſu tomo 4. libro 8. n. 109. & ſequentibus: vbi etiam n. 203. ſunt illa quæ dicta ſunt de Ioanne Brionio. De Patre præterea Aluares videri poſſunt Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. num. 11. & tractatu 4. cap. 8. §. 5. num. 8. Balinghem & Vincentius Charron in Calendario 25. Iulij. Gononus in Chronico hoc anno. K

Varia quoque hunc annum illuſtrauêre miracula, tum Hallis, tum Lætitiæ, tum Laureti, à Beatiſſima Virgine patrata. Et Hallis quidem geminæ punitiones duos milites ſuarum blaſphemiarum caſtigarunt: alterum; is erat Ioannes Zuuichius, cùm iactaſſet ſe manibus ſuis Hallenſi mulierculæ, Dei parentem intelligebat, naſum audacter abſciſſurum; ſtatim poſt glans plumbea naſo priuat: alterum; qui erat Ioannes Ryſſelmannus, qui ore ſacrilego effuderat, ſacram ſtatuam igne ſubiecto ſe crematurum, tormenti ictus mutilauit mento, ore, ac denique vita. Ita Lipſius in Diua Hallenſi cap. 7. Quæ habet adhuc Spinellus cap. 20. n. 55. At Laureti, vt docet Turſellinus libro 4. cap. 29. Cæcæ infanti lumen redditur oculorum; puero excutitur fragmen oſſis, quod tranſuerſum in gutture hærebat, & febris adimitur: Petro item Mariæ Florentino tollitur morbus & carnificina, quam patiebatur ex podagra: aliáque inſuper fiunt in aliis difficillimis & deſperatis morbis. In Polonia demum, cùm hæretica mulier ſtatuam B. Virginis in ignem coniecisset, imagine illæſa permanente, duo liberi eiuſdem mulieris illo ipſo igne miſerè conſumpti ſunt. Vt habent literæ Annuæ Societatis Ieſu ad annum 1580. & inde Vincentius Charron 28. Octobris n. 4. L

M Contigit hoc etiam anno, vt Rex Mogoris in India Orientali, cum tribus filiis, atque aliquot intimis comitibus, ſacellum Patrum Societatis Ieſu inuiſeret, ac deinde etiam reuiſeret, ſpectaturus effigiem Beatiſſimæ Virginis. Calceis poſitis nudo pede intrauit, & idem facere comites ſuos iuſſit. Ita hiſtoria Societatis Ieſu tomo 4. libro 8. n. 270.

N Denique Petrus Rudolphus Toſſiniacenſis, Ordinis Minorum, expoſuit idiomate Italico Canticum *Magnificat.* Martialis item Aruernus, natione Gallus, & in Senatu Pariſienſi Procurator, pias precationes Laudéſque ad Virginem ſcripſit, & Gallicè inſcripſit, *Louanges à la Vierge Marie.* De quibus Poſſeuinus in ſacro Apparatu hæc eadem teſtatur.

O Longè plenius Bibliotheca Mariana mentionem facit aliorum circiter ſexdecim Scriptorum, qui laboribus ſuis gloriam Deiparæ amplificare ſtuduerunt. Horum nomina breuiter prætereo nolo. Gilbertus Filholius, Benedictinus, qui De feſtis Deiparæ ſolemnioribus egit. Didacus Velaſques, Amator Arraiaius, Sebaſtianus Aueazanus, Carmelitæ, quorum primus edidit Opus de B. Virgine in duas partes diſtributum, prænotatum *Regina cæli*: ſecundus Dialogum de inuocatione Matris Dei: tertius aliquot Conciones. Rurſus Thomas à Penna, Ioannes Granatenſis, Vincentius Iuſtinianus, Athanaſius Nellus, Dominicani, euulgarunt: primus Conceptus varios ſuper Euangelia feſtiuitatum Deiparæ: ſecundus Conciones: tertius de immaculata Conceptione: quartus Originem imaginis B. Mariæ à Quercu prope Viterbium. Deinde ex Ordine Minorum; Alphonſus de Molina, & Antonius Cordubenſis: hic Tractatum de Conceptione, ille Officium B. Mariæ linguâ Mexicanâ confecit. Petrus Machado, de Redemptione Captiuorum, egit de Puritate B. Mariæ Virginis. Alphonſus Villegas, Hiſtorias feſtiuitatum Deiparæ, & Imaginem vitæ eius. Coſmus Bracciolus, Tractatum de imagine D. Virginis, quæ de Humilitate Piſtorij vocatur. Franciſcus Piſanus, librum de fundatione templi S. Mariæ Cæſarauguſtanæ. Ludouicus Cæleſtinus, librum de miraculis Coronæ B. Mariæ. Denique Ioannes Contrean Concionem emiſit De cereo plicatili ingentis longitudinis Tornaci anno 1580. Beatæ Virgini oblato, & coram ipſius imagine accenſo. Poſthæc,

## Anno mundi 5564. Chriſti 1581.

NEapoli templum Ordinis Prædicatorum A fundatum eſt, quod dicitur *Ieſus Mariæ*. De quo oihil aliud Spinellus tractatu de templis, n. 30. nec aliud habeo quod hîc de eo dicam. De Scriptoribus autem Marianis hæc diceoda veniunt. Venetiis, Sermones Ioannis Benij, Veronenſis, Italicè conſcripti ſuper Euangelia feſtiuitatum Deiparæ typis excuſi ſunt, viuente adhuc auctore. Quo etiam tempore florebant: Carolus Baldeus, Benedictinus, qui ſcripſit Miracula B. Mariæ Sueſſionenſis. Hieronymus Natalis Societatis Ieſu, qui Tractatum de Deiparæ laudibus peregregium & grandem euulgauit, ac deinde ſequeore anno mortuus eſt. Ioannes Benedictus, Minorita, qui edidit Gallicè Triumphalem Mariæ victoriam ſupra ſeptem Spiritus immundos è corpore cuiuſdam mulieris die 27. Octobris anni 1582. in Eccleſia Franciſcanorum Lugdunenſium eiectos. Iulius Roſcius, Hortinus, De Diua Hortina, & de Conceptu Virginis Heroicum carmen cecinit. Cecinit & Laurentius Gambara, Brixianus, Poëmata varia octo & Idyllium vnum. Sicut omnia vberiùs habentur in Marraccij Bibliotheca Mariana.

At verò Lugduni, fœdâ lue domos omnes B vaſtante, publice facto voto pro ciuitatis incolumitate, & Lauretanæ Diuæ implorato auxilio, extemplo ægri ſanati ſunt, & peſtilentia diſcuſſa: Quare hoc anno votiuum donum Beatiſſimæ Virgini ab ea ciuitate miſſum eſt; calix ex argento cælato inauratus, non minùs opere, quàm magnitudine inter cæteros eminens. De qua re Turſellinus hiſtoriæ Lauretanæ lib. 4. cap. 30. Vbi adiicit adhuc varia argentea & aurea dona à diuerſis principibus & Cardinalibus eò miſſa, præter minora, quæ omittit. Item Spinellus de exemplis & miraculis n. 14.

Quæ autem Romæ Diuæ Virginis Sodalitas C in Collegio Societatis Ieſu coaluerat anno Chriſti 1563. vt eſt illo anno dictum literà A, eadem ſe latiùs effundere cœpit, & in plurima membra diuidere. Nam & Romæ hoc præſente anno (an alibi citiùs non vſquequaque conſtat) inter Clericos Conuictoréſque, ex ætatum gradu maiorum minorúmque, quatuor Sodalitates priuatim ſingulæ inſtitutæ ſunt. Item in vrbe Campana, Ciuium primariorum Sodalitas eſt inita, cuius caput ipſe erat Epiſcopus; ſicut patet ex literis annuis Societatis Ieſu, vbi ſermo eſt de Seminario Romano, & Collegio Neapolitano. Sed &

Ad hæc tempora, imago illa B. Virginis Caſti- D lionenſis, quæ in Burgundia eſt, & Diuum Bernardum Clareuallenſem Abbatem olim lacte pauerat, dicitur & lacte manaſſe. Ita Annales Ciſtercienſes Angeli Manrique anno 1153. cap. 12. n. 8. & Chryſoſtomus Henriques in Menologio Ciſtercienſi. 13. Maij. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. c. 12. §. 5. n. 43. Habet quoque Balinghem in Calendario 23. Aprilis ex Buzelino, prope Inſulas in Belgio imaginem B. Deiparæ dictæ *Gratiarum*, ſeu Loenſis, ab Abbatia vicina, illuſtrari cœpiſſe miraculis.

In Traiecto autem ad *Moſam*, rurſus imago E Beatæ Deiparæ, quæ in templo Fratrum Minorum anteà ſeruabatur, & prodigiis coruſcabat; cùm ante biennium inde tranſportata fuiſſet ad Monaſterium Noui Horti, & adhuc exinde, cùm non eſſet admodùm tuta a furore hæreticorum obſidentium Traiectum, per muros demiſſa ad ædes viduæ Mariæ Luckers; tandem hoc anno in priſtinum locum reuecta eſt, vbi & claret, vt priùs, miraculis. Patet id tum ex dictis anno Chriſti 1240. literâ B. tum ex Henrico Sedulio in Diua Traiectenſi cap. 5. Qui ibidem enumerat duo prodigia in milites duos tunc exercita, cùm in Monaſterio Noui Horti iconculam Virginis labefactare attentarent; illis enim brachia obriguerunt. At cap. 21. prolixè deſcribit ſupplicationis ritum, ordinem, apparatum, quæ ad Diuam Virginem celebrari aſſolet feriâ ſecundâ Paſchatis, quolibet anno; In qua alij lineis tantùm chlamidibus induti, aut pœnitentium onerati ſaccis, aut ad nudum corpus loricis & ſimilibus ferreis indumentis preſſi & cruentati; alij ſuo habitu deuotionē pronouētes, omnes cereos geſtantes religioſiſſimè procedunt. Turmam Virginum, Deiparæ imaginem deferentium, venerabile Sacramentum Euchariſtiæ ſubſequitur. Adſunt Magiſtratus, Conſules, Senatores, Prætores, adeſt & Gubernator vrbis, multitudóque innumera omnis generis perſonarum; & toto octiduo non deſunt, qui circuitum obeant, quâ priùs fuit proceſſio. Plura vide apud prædictum Sedulium, aut apud Gononum in Chronico anno 1240.

F Hoc vlteriùs anno aſſerunt literæ Annuæ Societatis Ieſu, Confluentiæ in Germania, ſupplicationem ſolemnem, in qua patria carmina hymnóſque *B.* Virginis decantare ciues ſolebant, intermiſſam hæreticorum calumniis, fuiſſe fœliciter reuocatam, & ſicut priùs, vſurpatam. Dilingæ autem, cuidam ligneam B. Mariæ ſtatuam comminuere aggreſſo, aſſulam ſecuri excuſſam in naſum incidiſſe, eumque putruiſſe; hominem verò, cùm fruſtrà medicamenta adhibuiſſet, tandem mortuum eſſe.

G Interim tres Mariæ famuli ex hac vita migrarunt, Ludouicus Bertrandus, Alexander Capocchius, Edmundus Campianus. Et quidem Edmundus Campianus, cùm eſſet ſacerdos Societatis Ieſu, & in Anglia Catholicam fidem magno animo propugnaret, ab hæreticis captus eſt ac diriſſimè vexatus. In omnibus autem carnificinis illis, quas inuicto animo ab Anglis perpetiebatur Mariam inuocabat, Mariam ſpirabat, in Mariam ſperabat, quæ ipſi donum patientiæ perſeuerantiæque obtinuit. Alexander Capocchius Dominicani proles Ordinis fuit; quem paulò ante mortē Mater *Domini* ſociata B. Dominico lætâ viſione excepit; vnde & ipſe antequam exſpiraret, cani voluit Antiphonam: *Aue Regina cælorum, Aue Domina Angelorum. &c.* Denique Ludouicus Bertrandus Dominicanæ item flos fructúſque familiæ, Valentiæ in Hiſpania natus, multis Diuæ Virginis fauoribus honoratus obiit. Dicitur ei, quæ antè Diuo Ferrerio collocuta imago Virginis fuerat, etiam fuiſſe locuta. Inſuper fœlicem partum mulieri dedit, tradens eidem chartam, in qua hæc Antiphona deſcripta legebatur: *Neſciens mater Virgo virum, peperit ſine dolore Saluatorem ſæculorum, ipſum Regem Angelorum, ſola Virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Proregi Aragoniæ Iacobo Ferrerio iniunxit nouies recitare Canticum Virginis,

Digitized by Google

*Magnificat*, vt ſcripta, quæ Protex amiſerat, & ea quidem magni momenti, reperiret; & verò reperta ſunt biduo poſt. Multis ſimiliter modis Virginem honorabat, recitando Roſario, geſtando illo de die & de nocte, prædicando alur atque laudando; nunquam enim concionabatur, quin vel hiſtoriam, vel miraculum, vel quidpiam aliud inſereret de Roſario. De B. Bertrando agitur in 1. parte Chronici Ordinis Prædicatorum, ſicut & de Alexandro Capocchio, & apud Balinghem ac Vincentium Charton in Calendario tum 7. tom 19. Octobris, atque apud Gononum hoc anno. De Edmundo autem Campiano iidē Balinghem atque Vincentius ibidem 1. Decembris n. 2. & Sanderus lib. 3. Schiſmatis Anglicani & alij.

H Sed placet hîc addere, quod Alegambe habet in ſua Scriptorum Societatis Bibliotheca, & Balinghem repetit loco ſupra citato, Carmen, quo Litanias de B. Virgine breuiter & piè complexus eſt Edmundus Campianus: hoc & indicat affectum eius in Virginem, & certè eſt idoneū fouendæ in Deiparam pietati, nec paſſim eſt obuiū.

*Sancta Dei genitrix Virgo Maria ſacra.*
*O rube, qui medio ſoſpes in igne fuit.*
*Turris Dauidicæ gloria, montis apex.*
*Vellus Gedeonis, flumina dulcis aquæ.*
*Fons occluſe, Domus aurea, porta Sion.*
*Lectule pro thalamis, & Salomonis ebur.*
*Hortule, Flos campi, Lilia, Stella maris.*
*Pulchra carens næuo, Sponſa, columba Dei.*
*Sol electe, nitens Luna, ruina Stygis.*
*Palma triumphalis, Pacis oliua, Scala.*
*Fuſa procul platanus, Deliciūmque Roſa.*
*Virtutis Speculum, perpetuōque Cedre.*

Ora pro nobis

I Præter hos Mariæ famulos hoc adhuc anno Gononus enumerat Henricum Caliſtum, vel potiùs Calſtrium, Ordinis Prædicatorum, & ex nobili Calſtriorum familia Louanij natum; de quo meminit Miræus in faſtis Belgicis 18. Septembris, & eodem die Arnoldus de Raiſſe in Auctario. Balinghem autem ac Vincentius Charron in Calendario 18. Octobris, ac demum Choquetius in Sanctis Belgij ex Ordine Prædicatorum: ſed non deſignant tempus in quo mortuus ſit. Aiunt verò Virginem Beatam ipſi ſæpiſſimè apparuiſſe, quem non modo conſolata eſt ſua hilari præſentia: ſed & de ſecretis quibuſdam inſtruxit, atque eidem ſingulari beneficio contulit, vt intelligeret in ſacra Scriptura, quantum ad illius ſalutē pertinebat. Preces eius mirabiles erant ad ſoluendas animas ex purgatorio: & militi ægrotanti, & à decem annis non confeſſo, quòd ſe diabolo dedidiſſet, tam excellentem contritionem obtinuit, vt ille moriens paulò poſt, ſine purgatorio rectà ad cælos euolarit. Interrogatus autem aliquando Henricus à quodam, num abſque purgatorio ad gloriam æternam tranſiturus eſſet, fidenter reſpondit: Beatiſſima Virgo Maria in exitu meo animam meam ſuſcipiet, & pluſquam trecentas animas mecum de purgatorio abducam.

K Certius porrò eſt obiiſſe hoc anno Chriſtophorum de Platæa Religioſum Sacerdotem ex Obſeruantia S. Franciſci, qui fuit vir magnæ virtutis, & præcipuæ deuotionis in S. Deiparam; in cuius honorem quolibet die, paruum eiuſdem Officium & precatariam coronam ac litanias recitabat; ieiunabat Sabbatis & peruigiliis feſtorum Deiparæ: vnde & meruit à Chriſto Domino reſcire ſuæ mortis diem ſex menſibus antequam decumberet. Mortuus verò eſt 30. Iulij, vt illa die docet Vincentius Charron in Calendario. Quod tempus, ſicut & reliqua, habetur ex Chronico Ordinis tomo 4. libro 8. cap. 64.

L Addendi ſunt iſtis glorioſæ Virginis famulis & alumnis varij Capucini, quos hic annus ad cæleſtem gloriam tranſmiſit, & de quibus loquitur Zacharias Bouerius in Annalibus eiuſmodi Ordinis hoc anno n. 22. 32. 69. Primus illorum eſt Antonius à Coriolano, Laicus, de quo hæc inter alia notantur: quòd cum in effodiendis Coriolani fundamentis ſollicitè operam nauat, fortè accidit, vt circumiecta defluente terra ſic derepente & obuolueretur & obrueretur, vt ea omnium oculis penitus diſpareret. Excitati tamen ruinæ fragore Socij ſubitò accurrerunt, à quibus ex ruderibus vix erutus, ſtatim gratias agens Deo, teſtatus eſt, Beatiſſimam ſibi Virginem albis veſtibus indutam, cùm primùm obrutus terra fuit, adfuiſſe, quæ animum addens ait: *Ne timeas, Antoni, nil tibi hic telluris caſus efficiet.* Et verò poſthæc quaſi in molli culcitra tutus inter rudera fuit. Alter eſt Alexius à Viglebano, adhuc Laicus Capucinus, vir humilis, ſimplex, tectus, & deuotus, qui Bergomi vitam meliorem hac miſera relicta denique ingreſſus eſt. Hic vicinus morti nonnullas in cella rogat ſibi accendi faces. Cuius rei cauſam interrogatur. Quamprimum, inquit, huc Beatiſſima Deipara ac Sanctus Ioſephus acceſſuri ſunt, quos digna veneratione proſequi oportet. Quæ vix reddiderat cùm clamare cœpit: En cælorum Regina ac S. Ioſeph adſunt: Aſſurgite fratres, genuflectite, ac dignis illos honoribus excipite. His dictis, ipſa die S. Ioſephi, extremū Deo ſpiritum commiſit. Tertius eſt Ioannes Gerundenſis in eodem Ordine Clericus, & adhuc Nouitius, ſed feruentiſſimus in Dei genitricem, cui illa ſub mortem apparens multis Virginum ſtipata agminibus, & verbis ſolatium exhibuit, & horam obitûs benignè reuelauit. Rurſum autem.

## Anno mundi 5565. Chriſti 1582.

A Vitam ſanctiſſimam cum glorioſa commutauit S. Thereſia, Diſcalceati Carmelitarum Ordinis fundatrix, vt patet ex eius vita per Riberam ſcripta. De qua etiam honorificè meminit Vincentius Charron 15. Octobris n. 1. & Balinghem 5. Octobris n. 2. & alij paſſim, qui deuotionem eius in S. Deiparam prædicant. Erat enim Thereſia in ipſa infantiæ propemodùm ætate propenſa in Virginem, cui ſæpè ſoluebat Roſarij preces. Adhuc duodennis, mortua matre ſua, coram Virginis imagine procumbens, eam obnixè precata eſt, vt ſe in filiam admittere dignaretur, ideóque ex hoc tempore ſemper ad eam confugiens in omnibus neceſſitatibus ſuis patrocinium eius præſentiſſimum experta eſt. Quantùm poterat de ea loquebatur & cum ea; pro cuius amore & Ordinem S. Mariæ de Carmelo reſtaurare, & propugnare cultum S. Ioſephi impensè inſtitit. Electa in Prioriſſam, Prioriſſæ loco ſeu ſtallo Diuæ Virginis imaginem

poſuit, quod facinus B. Dei genitria ſibi admodum placuiſſe ſignificauit. Antè B. Virgo ornauerat eam in viſione, veſte alba & monili aureo atque cruce pendula miri admodùm ſplendoris: alijs denique cumulauit gratijs, quibus & Thereſiæ pietas ita quotidie in Deiparam creſcebat, vt tamen à largitate Deiparæ longiſſimè ſuperaretur.

Sed & Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 5. Februarij, & vita Pij quinti, mentionem facit Guillelmi Raymundi, prolixiſſimi in Deiparam amoris, quem contigit hoc anno ita vita defungi, vt prius ſe ſpectandam ipſi præberet Beatiſſima Deipara cum Sanctis Dominico & Vincentio, necnon Pio quinto, Ludouico Bertrando, aliiſque Beatis hominibus, qui lectulum eius circumdederunt, & ad gloriam æternam amiciſſimè inuitarunt. Similiter Zacharias Bouerius in Annalibus ſuis huius anni n. 71. mentionem facit Viti Hyrminienſis, Laici Capucini ornatiſſimi virtutibus, & multa de tentationibus victoria illuſtris. Quem ſepè quidem Beatiſſima Virgo ſua ſpectabili præſentia exhilarauit: ſed ea potentiſſimùm viſitatione, & illum, & nos erudit, quà non ſolito amicta ornamento Viro apparens, docuit hunc ornamentorum defectum ex eo procedere, quòd integrum orationum ac ſalutationum penſum, quod ſolebat bona Mater ab eo percipere ab eo nondum percepiſſet. Integra quippe oratio integra veſte Dei genitricem exornat. B

Interim Pariſiis Rex Henricus tertius, inquit Spondanus hoc anno n. 10. cùm a bello vacaret, à grauioribus Regni curis animum relaxans, pietatis exercitiis ſtudioſiùs incubuit: Et menſe Martio Sodalitium Pœnitentium inſtituit, veſte alba à Nigris, Venetianis, & Leucophæatis, diſtinctorum; eiuſque Statuta publicauit titulo Congregationis Pœnitentium Annunciationis Beatiſſimæ Virginis, cui deuotiſſimum ſe ſemper fuiſſe dicebat, ſingulos ad nomen ei dandum inuitans: præeunte ad hæc Ioanne Baptiſta Caſtello Ariminenſi Epiſcopo, & tunc Nuncio Apoſtolico; & die 25. Martij in feſto dictæ Annunciationis, publicam Sodalium ſupplicationem, cui Principes & proceres aulæ, ac primatij Magiſtratus & ciues, ſaccis albis induti & facie velata interfuerunt, Rege nihil à cæteris diuerſo, celebrauit; Cardinale Guiſio crucem ferente, Duce Medanio ſiue Mayenio ceremoniarum Magiſtrum agente, Edmundo Augerio Ieſuita, & quodam Duperato Ordinis curam gerentibus; eáque pompa vrbem luſtrarunt; & rurſum nocte diei cœnæ Dominicæ feria quinta maioris hebdomadæ, quando ad maiorem venerationem faces adhibitæ ſunt. Hæc Regis deuotio à pleriſqúe variè accepta eſt; Sed ſatis eſt quòd bene accepta ſit à cæli Regina, cui Henricum deuotum fuiſſe teſtatur; tum quòd anteà inſtituerat Congregationem Confalonis Beatiſſimæ Virginis de vita ſana, ſiue ſaltus Vicenarum, Hieronymitanorum cæruli ſeu Veneti coloris, vbi ſe ſæpè & piè exercuerat; tum quòd poſteà fecit. Poſtridiè enim Paſchatis Rex vnà cum Regina coniuge, pedibus peregrinatus eſt Carnotum ad vota ſua Beatiſſimæ Virgini, ibi ſumma veneratione cultæ, offerenda, pro obtinenda à Deo eius precibus C & interceſſione prole. Lampadem autem argenteam aliáque varia munera obtulit, tria ſacra fundauit, & alia ſimilia præſtitit. Quibus exemplis excitatà populorum deuotione, menſibus ſequentibus, in multis Regni Prouinciis, ſupplicationes populoſæ, promiſcuæ multitudinis per decem, viginti, pluresue leucas peractæ ſunt, Clero corpus Chriſti, vel ſacras Reliquias efferente; Laicis cuiuſque ætatis & ſexus cum puris lineiſqúe veſtibus, & Crucibus ligneis, Litanias aliaſqúe ſacras preces modulantibus. Vide de iſtis rebus Scriptores Hiſtoriæ Gallicæ, & Spondanum loco citato, necnon Sebaſtianum Roulliard in hiſtoria Virginis Carnotenſis pagina 211. & Vincentium Charron in Calendario 26. Ianuarij n. 2. & 27. Iunij n. 2.

D Præter hæc in Regijs perſonis ſaoè plurimùm prædicanda, Hiſtoria Montiſſerrana miraculo 334. porrigit in vaſta pertinaciqúe tempeſtate multos agitatos, ſed & liberatos inuocata Diua Montiſſerrati. At Iacobus Breullius in Antiquitatibus Pariſienſibus lib. 4. inuocata S. Maria Virtutum apud Pariſios datam infanti nato mortuo vitam dicit: Et Ceriziertius parte 2. hiſtoriæ Diuæ Lætitienſis, cap. 5. n. 1. Sanatum aſſerit à contagio peſtis Fratrem Anſelmum Hutim, Religioſum Boni-fontis, S. Virginis Lætitienſis imploratione. De prioribus adhuc duobus miraculis mentionem facit Vincentius Charron Februarij 11. & 21.

E Verùm Talamoniis, quod Sanctonum maritimum oppidum eſt, Sacerdos quidam Societatis Ieſu, inter alia multa præclara, quæ præſtitit, inſtituit, vt ſingulis diebus B. Mariæ Completorium recitetur, diebus verò Dominicis & feſtis etiam *Matutinum* eiuſdem & Veſperæ; vt quoniam plerunque iis diebus, Sacerdotum inopia, Miſſa carent, ea ſaltem ratione pietatis calorem conſeruent. Ità Annuæ literæ Societatis Ieſu, & ex his Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 2. cap. 7.

F Addit Carthagena libro vltimo de mirandis Deiparæ §. 117. ex literis Indicis anni 1582. Quandam puellam Indicam, cùm à quodam infami puritatis deprædatore in anguſto & difficili loco deprehenſa fortè fortuna eſſet, inuocato nomine Ieſu ac Mariæ, ſubitò vidiſſe ſcelestum illum velut fulmine quodam afflictum ac proſtratum in terram, & ita euaſiſſe.

Vlteriùs hoc anno Recineti, Meſſanæ, Drepani, Andriæ, Aletij, Eboræ, Talabricæ, Abulæ, G Segobiæ, Fuldæ, Audomari, Limæ, varia ſunt inita atque inſtituta Sodalitia *Diuæ* Virginis, Congregationi illi annexa, quæ ſub titulo Annunciationis in Collegio Romano Societatis Ieſu erecta, & à Pontificibus approbata fuerat. Patet id ex Annuis literis Societatis Ieſu præſentis huius anni.

H Lætum verò admodùm eſt legere apud Nicolaum Trigautium libro 2. & ſequentibus de expeditione Chriſtiana apud Sinas ſuſcepta; quomodo, tum ope Beatæ *Deiparæ* in illud peramplum ac prænobile *Sinarum* Regnum, ianua Catholicis operariis & Chriſtianæ fidei aperta ſit, tum eiuſdem ibi Virginis cultus ab iiſdem operariis inuectus & amplificatus magnæ ſpem frugis ſanctitatiſqúe ingeſſerit. Etenim, quod illi primum in hoc Regno Sacellum erexerunt Sciau-

chini ſtetit in quo ſuper altari, Diuæ Virginis Imago collocata, tantam hominum abundantiam acciuit, vt affluentium numero locus eſſet anguſtus; tanta verò omnium deuotio fuit, vt non ſolùm multitudo laica, ſed ipſi quoque Idolorum ſacrificuli in ædem introgreſſi, venerabundi more gentis pauimentum frontè ſæpiùs percuterent. Paulo deinde pòſt, dictos operarios graui excipiente calumnia, iidem ab ea liberi effecti ſunt beneficio Matris Dei, cui ſe ſuaque cum fiducia commiſerant: cuius feſto Aſſumptionis, cùm ſeptem poſt annos, hoc eſt anno 1589. vt habet idem Trigautius libro 3. cap. 1. Sciauchiuo Xauceum, propaganoæ cauſa, fidei, demigrarent, opitulatricé eius dexteram experti ſunt. Quin & ibidem, die Præſentationis Virgineæ, quantum ſanè aduertere licuit, primum in Sinenſibus oris patratum miraculum, in puerpera laborante effulſit; quæ cultu Marianæ Imaginis, & recitatis in honorem ſeptem feſtorum Deiparæ ſeptenis orationibus Dominicis & totidem Salutationibus Angelicis, fœlicem partum obtinuit. Liberatæ verò a partu matronæ grati animi memoria non modica fuit: ſiquidem & ipſa, & familia tota Idola abiecit, ac præterea ſingulis ſeptimanis odores ac cereos miſit in Miſſam de Beata, quæ illa die celebrari conſueuerat. Sed & inſuper ſequentibus annis, viſum eſt non parum conducere ad fidem, ſi Deiparæ Imagines & Proregi & Regi venerandæ darentur: & vero has illi miro animi ardore ac ſtupore reueriti ſunt: vndè conſequenter Chriſti Præconibus conceſſum elegans palatium eſt non longè à Pechino regia ciuitate, in quo ſtatim, ex præconcepto voto, ſacellum Dei genitrici erectum eſt ab iis, quorum, vt paucia dicam, continuus labor eſt Sinenſium animos, plurimùm certè rerum ſpiritualium capaces, & Chriſti & Mariæ perfectiſſimo amore penitus imbuere. Iam verò.

## Anno mundi 5566. Chriſti 1583.

A Tiam miracula data ſunt per B. Virginem Montiſſerratenſem Nam miraculo 339. deuntur captiui, qui è Turcicis compedibus mare, & maris varia pericula euolantes, ſub ſidio inuocatæ Virginis reſpirarunt. Prælia diuerſa minoris ſplendoris & nominis.

B Quo eodem anno euolauit in cælum ex his li miſeriis Illuſtris Martyr Rodulphus Aquiua Ducis Atriæ filius, qui poſt Tyrocinium Romæ cum B. Staniſlao Koſtka laudabiliter in Societate Ieſu poſitum, & poſt octo deinde annos in Europa ſingulari virtutum exercitio tranſactos, lætus in Indiam perrexit, & Coculini vitam pro fide Catholica apud Salſetanos effudit: Hunc de Indica profectione iam prope deſperantem, quod eum iuſſa moderatorum retardarent, & omnem expeditionis ſpem præciderent, animauit Bernardinus Nurſinus, is qui poſteà Camillo de Lellis, de quo anno ſequenti, primus ſocius adhæſit, qui obuium Rodulphum artiſſimè complexus, non tantùm Oceani tranandi, ſed & ſanguinis pro Chriſto fundendi ei certitudinem fecit, & ita ſibi eſſe à ſanctiſſima Dei genitrice ſignificatum aſſeruit. Quam rem producit Alegambe in vita Rodulphi 15. Iulij, in libro illo, quem vocauit Mortes Illuſtres. Euolauit etiam in cælum B. Nicolaus Factor, Ordinis Minorum, egregius Deiparæ amator, cuius imaginem libentiſſimo animo ſolitus depingere, hæc ſubſcribere conſueuerat: *Aue filia Dei Patris, aue Mater Dei Filij, aue Sponſa Spiritus Sancti, aue templum totius Trinitatis.* Factus Nouitiorum Magiſter ſolebat hortari Nouitios ad cultum Deiparæ, aſſerens non poſſe Mariæ deuotum non proficere in Religione, ac deinceps bene mori. Audiſſe bis dicitur voces ab imagine Virginis, & a Deipara recepiſſe filiolum lumine conſpicuum cuius fulgore illuſtratus, ſicut corpus ſole, ita vmbram redderet. Ieiunabat ſingulis diebus Sabbati, aliáque præſtabat, quæ videri poſſunt in Chronico Minorum tomo 4. libro 8. & in eius vita per Bareſium ſcripta. Necnon apud Gononum in Chronico hoc anno; ac denique in Appendice ad Calendarium apud Balinghem 23. Decembris, & eodem die apud Vincentium Charton. n. 2.

C Præterea. vt docet Poſſeuinus in ſacro Apparatu, Cæſar Calderarius, quem alij ſcribunt Calderinum, Vicentinus, Canonicus Regularis Lateranenſis, Conceptus Scripturales explicuit in æde Annunciatæ Neapoli, & in Canticum Beatiſſimæ Virginis, quos & edidit. Addit iſti Scriptori Bibliotheca Marraccij, Chriſtophorum Moreoum, atque Auguſtinum Righinum, Minoritas: quorum hic Sermones de feſtis Deiparæ, ille Tractatum de Conceptione immaculata compoſuit. Balduinum Leres, Carmelitam, qui Collectarium Exemplorum & Miraculorum de B. Virgine confecit. Paulum Vicentinum, Dominicanum, qui Hiſtoriam Italicè ſcripſit, De Imagine S. Mariæ in templo Monialium SS. Sixti & Dominici cuſtoditæ Aſculi. Et, qui Sermonem vnum de Annunciatione habuit, Gabrielem Paleotum, Bononienſem Archiepiſcopum.

D Et hoc eodem anno tres Peruſij innocentes, morte nihilominus condemnati, ducebantur ad ſupplicium; ſed exortis horribilibus pluuiis, res in craſtinum dilata eſt. Interim author veri criminis agnoſcitur, & veri proinde innocentes à periculo mortis & infamia liberantur. Cognoſcentes hi beneficium Dei Matris, quam triſti ſuo in caſu ſæpè inuocauerant, paucis pòſt diebus ad Lauretanam ædem pro incolumitate ſua gratias acturi, ſuſpenſa de collo reſte, nudis pedibus inceſſerunt. Sic Annuæ literæ Societatis Ieſu. Quam rem malè reuocat ad annum Chriſti 1587. Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 3. cap. 11.

E Hoc vlteriùs anno, vt habent eædem literæ per Orlandinum ſcriptæ. In Collegio Montis Regalis ex Caſtellana Prouincia, accidit vt Sodales aliquot Parthenici, qui in contubernio viuebant, ingruente magna vi & imbrium, & tempeſtatum, Litaniis Diuæ Virginis recitatis, ſe quieti traderent, horâ ſic exigente. Verùm intempeſtâ nocte, ædium Dominus cum clamore eos excitat, iubet è domo excedere. Vix benè experrecti domo denique exierant, repentè tectum cum fragore concidit, domúſque corruit; adeóque nemini dubium fuit, quin eos à præſentiſſimo periculo ſua ſolita cura Dei Mater eripuerit.

F Ruſus literis eiſdem in Collegio Cocinenſi

hæc habentur:In pago Trauaocoris miles qoi ſe diabolo addixerat, in templum ingreſſus eſt, & corã Imagine Virginis aoxilium ab ea enixè implorauit. Ecce puer Ieſus viſus eſt in gremio Matris coram milite & cum milite lachrimari, imò & è Matris maoibus emicare fons aquæ totam perfundens aram; & ſimul hac copia ſuauiter admodùm efficacitérque miles admonitus eſt, quanta ſibi veniæ ſpes eſſet. De re comites certiores facti protinus accurrerunt, viderunt, explorarunt,vt talis miraculi fides amplior eſſet. Miles flagitia confeſſus Religionem vouit. Hæc historia,ni fallor, ſpectare videtur ad Beoedicti Goez, de cuius fœlici obitu dicetur anno Chriſti 1607.literâ B.

Interim Neapoli, & rurſum Aletij pro Clericis, Catanæ, Taurini,Toleti, Carauacæ, Olyſipone, & Eboræ inſtirutæ ſunt Parthenicæ Sodalirates. Sic habent Annuæ literæ Societatis Ieſu. G

Ar Bouerius in Capucinorum Annalibus hoc anno o.87. mentionem facit Pauli à Calauello, Laici Capucini,viri vt magnæ deuotionis, ita & ſingularis auſteritatis, qui Neapoli vitam clauſit extremam. Huic,cùm aliquando in Eccleſia oraret,Beata Deipara, quam eximiè colebat, è cælo tenui nubecula deſcendens apparuit, & verbis cæleſtibus ineffabilem quandam ingeſſit cnnſolationem. Interim ægrotus quidam curæ eius commiſſus præ dolore exclamat, Paulúmque inuocit: ad quem Paulus confeſtim relictâ Deiparà conſolans,poſtea, ſolutis debitis obſequiis,ad Eccleſiam rediit, Dei matrem etiamnum expectantem reperit,quæ eum & de Charitate & de Obedientia laudauit, & ad progreſſum ac perſeuerantiam plurimùm animauit. H

Herbitæ quoque in Sicilia, alius Laicus vir ex eodem Ordine, Vitalis Herbitenſis, diem ſuum obiit; qnem Deus præuenit benedictionibus dulce finis diuina illi per extaſim aperiendo, Chriſtúmque ſub forma pueruli in Eucharistia oſtendendo: cuius viſionis virture roboratus eſt non tantùm ad vitam Religioſam amplectendam; ſed ad ſumma etiam virtutum faſtigia tereoda, Paupertatis, Abſtinentiæ, Orationis, Humilitatis,& Fortitudlnis præſertim in dæmones, à quibus ſæpè laceſſitus, ſemper victor euaſit. Notabilis autem inter cæteras illa pugna fuit, quâ Herbitæ noctu dum orat à malis Spiritibus inuaditur, habitu ſpoliatur, longius à Conueotu abſtrahitur, & in puteum irrigando horto commodum,& verò deſtinatum penè deturbatur. Sed memor Deiparæ opem eius implorat. Præſentiſſima Virgo Vitali ſpectabilis apparet, & fugata Cacodæmonum tetra illa caterua, Athletam ſuum manu apprehendens, & materna voce conſolans, ad Monaſterium reduxit, vbi habitu reſumpto, & narratis quæ acciderant, meritas Deo grates & Deiparæ, tum ipſe, tum reliqui perſoluerunt. Demum permultis editis miraculis, ac vita per ſummam auſteritatem & innocentiam tranſacta, prænunciato ſui obitûs die, ſic mortuus eſt, vt anima eius viſa ſit ſub ſpecie lucis in cælum conſcendere. Ita prædictus Bouerius num. 88. & ſequentibus vſque ad 138. I

Idem verò adhuc n.146. noo negligenda dicit de Antonio Mariæ, Candidato Capocinorum, K cui io extremo morbo, cùm ſub Chriſti ſpecie malus genius illudere tentaret, adfuit Deipara Virgo.quæ ſolata pauentem, etiam animauit ad quotidianum magno animo ſoluendum Roſarij penſum. Et n. 148. eadem Sancta Deipara geminos Capucinos hiemali tempore Trinium flumen pedibus tranſuadantes, ſic exemit à periculo indubitatæ ſubmerſionis, vt etiam eorum veſtigiis vnda ſolida præberetur. Nunc.

## Anno mundi 5567. Chriſti 1584.

A ROmæ Gregorius Pontifex ad magis pietatem ſcholarium Collegiorum Societatis Ieſu, erga Beatam Deiparam excitandam & confouendam, ſtatuit vt iam ante viginti circiter annos inchoata Congregatio ſub inuocatione B. Mariæ Annunciatæ ſubſiſteret, eamque approbauit & confirmauit, & Indulgentiis muniuit, vt piis officiis & operibus exercendis quiſque diligenter vacaret. Ita Annales Sodalitatis, & Bullarium conſtitutione Gregorij 97. & Spondanus hoc anno n, 11. Nec dubium eſſe poteſt, quin occaſione huius Gregoriani ſtatuti,quæ iam in diuerſis mundi partibus Sodalitates multiplicari cœperant, magis ac magis deinceps multiplicatæ fuerint: quod apparebit in ſequentibus aliquot annis, in quibus obiter tangentur loca, vbi inſtitutæ ac propagatæ fœlices progreſſus habuerunt.

B Romæ itidem; præter hanc prædictam Sodalitatum B. Virginis in Collegiis noſtris confirmationem; initium habuit ineunte Septembri Congregatio Clericorum Regularium infirmis miniſtrantium, cuius fundator fuit Camillus de Lellis, vt dicitur in eius vita à Sanctio Cicatello eiuſdem Religionis Sacerdote Italicè ſcripta libro 1. cap. 13. Vbi id potiſſimùm aſſeritur, eiuſmodi Religionem incepiſſe Romæ in templo Diuæ Virginis quæ dicitur *ad miracula*. Ipſe verò Camillus deuotiſſimus in S. Deiparam fuit, Sacerdos factus primitias ſacrificij Eccleſiaſt in altari Diuæ Virginis Deo obtulit, & Rǫ tium ei quotidie cum magna cura perſoluebat pauperibus libenter ſeruiebat in domibus S. gini dedicatis, ſicut accidit noo tantùm in nodochio ſanctæ Mariæ ad miracula; ſed e S. Mariæ de Angelis ad Thermas. Mortuu rò eſt cum ingenti ſanctitatis fama anno Iulij 14. vt fusè habetur io eiuſdem vita.

C At Neapoli excitari cœptum eſt 15. Decem Templum Domus Profeſſæ Societatis Ieſu in norem Deiparæ Conceptæ, primúſque lapis ſitus eſt à Lælio Brancatio Archiepiſcopo rentino, præſente Duce Oſunnæ Regni Prorex & eius coniuge multiſque nobilibus. Quæ omnia fuſiſſimè deſcribit Spinellus tractatu de templis num. 52. additque non fuiſſe perfectum niſi anno 1601. quo ab Alphonſo Cardinali Geſualdo ſolemni ritu conſecratum eſt; multáſque inſignes illius templi Reliquias, ſeu lipſana Sanctorum, enumerat.

D Hoc eodem anno migrauit ad Dominum S. Carolus Borromæus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis, & Mediolanenſis Archiepiſcopus, vt patet ex eius vita apud Surium 4. Nouembris, ex qua etiam patet eximium eius extitiſſe in S. Deiparam amorem,

& illi

& illi amori non diſſimilem confidentiam. Huic quippe tanquam Patronæ ſuæ ſua omnia negotia ſedulò commendabat,& ſine tali commendatione nihil alicuius momenti conſueuerat aggredi. Officium B. Mariæ, quod ipſe ad optimam formam, reſtituerat,& à ſede Apoſtolica approbari curarat, flexis genibus recitabat quotidie cum corona Virginis, quam ne in itinere quidem omittebat. Omnibus feſtorum Deiparæ peruigiliis præter panem & aquam, nihil aliud ſumebat edulij potúſue. Nunquam niſi de genu ad campanæ pulſum Virgineam ſalutabat, de equo, ſi forte conſcenderat, deſiliens. Statuit, vt caput inclinarent Clericus & Sacerdos, qui in miſſa vel Officio nomen Mariæ effarentur. Voluit in Cathedrali ſua Eccleſia aram erigi Roſarij, & inibi quolibet primo menſis Dominico die ſupplicationem haberi geſtata B. Dei genitricis imagine. Inſtituit, vt in limine ædium Parochialium adſtaret Deiparæ ſtatua; vt imaginem eius milites deferrent in prælio; vt omnes, quantùm poſſent, in feſtis eiuſdem Euchariſtiam reciperent. Multa denique ordinauit, quæ vt Virginis cultum honorémque ſapiũt; ita prolixè ſatis continentur libro 8.cap.2. vitæ eius per Ioannem Petrum Guiſſanum conſcriptæ, & in aliis authoribus qui de Carolo ſcripſerunt, quales ſunt Auguſtinus Valerius Cardinalis Veronenſis, Petrus Ribadeneira, Ioannes Baptiſta Poſſeuinus, Carolus à Baſilica Petri, Carolus Biſcapus, & alij de quibus Spondanus hoc anno n.12. & Poſſeuinus in ſacro Apparatu, ad verbum, Carolus Borromæus.

E Franciſcus quoque Turrianus, Societatis Ieſu Sacerdos, animum Creatori reddidit die Præſentationis Beatiſſimæ Virginis: quo Deiparæ feſto creditur in cælum euocatus, quòd cauſa fuerit, vt expunctum ex Breuiario à Pio quinto feſtum Præſentationis, tanquam minùs antiquum, reſtitueretur obſeruaretúrque. Oſtendit enim feſtum illud à vetuſtis tum Græcis, tum Latinis Patribus frequentatum fuiſſe. Scripſit præterea idem Turrianus de Conceptione Beatiſſimæ Virginis, & Reſponſionem Apologeticam pro domo Lauretana ad capita Petri Pauli Vergerij hæretici, vt Poſſeuinus in Apparatu notat. De Turriano agit abundè Alegambe & Ribadeneira, vterque in Bibliothecæ ſuæ Catalogo ſcriptorum Societatis Ieſu. Agit & Balinghem & Vincentius Charron 21. Nouembris, & Gononus in Chronico hoc anno. Quo etiam honorabilis mors fuit Pauli Barcinonenſis, Capucini Clerici, cui Beatiſſima Virgo ſingulari pulchritudine amabilis & lucis ſplendore non viſitato voluit in morte apparere. Sic Zacharias Bouerius n.211. in Annalibus ſuis.

F Tranſlata hoc etiam anno eſt ad Forliuienſe Societatis Ieſu Collegium, præclara Imago B. Virginis infantem Ieſum fouentis gremio, vetuſtis nobilitata prodigiis. Etenim annis antè ſexcentis, eques nobilis, dum ſilueſtres feras agitat, eam inuenit trunco arboris impoſitam, & ſpecie ad pietatem inuitante: ablatam ex ignobili hoc loco deportari iuſſit in ædes; ſed poſtridiè ad eundem truncum arboris reperitur: iterum ablata, iterum reuertiſſe reperta eſt. Quod miraculum effecit, vt nobilis eques cœnobium ibidem Monialium conſtruxerit cœtu & frequentiâ clarum, quouſque Lutherana peſtis in Germania erupit. Tunc enim iſtius cœnobij tranſlata adminiſtratio eſt ad hæreticum, qui impiè ſub eo trunco, vbi Deiparæ Imago multa ſæcula conſtiterat, cellam vinariam effodi iuſſit: At non impunè. Tertio pòſt die horrea omnia, & pecus vniuerſum, & ædificiorum magna pars igne vaſtante conflagrarunt. Ipſe verò ſceleris author, cùm antè perueniſſet ad non exiguas honorum dignitates, non tantùm vltra non proceſſit; ſed multorum flagitiorum reus, coniectus in carcerem inhoneſto fine periit. Cœnobium, quoniam opulentum erat, manſit, & adhuc manet. Sed placuit Duci Brunſuicenſi, vt prædicta Imago inde hoc anno in dictum Collegium cum honore tranſportaretur. Ita Bencius in Annuis literis Societatis Ieſu ad Collegium Fuldenſe. De punitione huius ſcelerati hæretici mentionem facit Vincentius Charron 28. Octobris num. 5. ſed paulò aliter quàm à Bencio referatur.

G Hoc item anno, quod Orlandinus commemorat, in literis Annuis Societatis Ieſu & Collegio Olyſiponenſi, quidam antea valde pius, poſteà tam deſperatè nequam, vt etiam familiariter malo dæmone vteretur, ab ipſo tandem rogatus eſt dæmone, vt ſibi vitam & corpus immolaret. Annuit miſer ille, & dum locum ſecretum petit, vt laqueo ſe faciat victimam, concedit in ædem Beatæ ſacram Deiparæ, & cui antea multum bono animo obſequium exhibuerat, eidem poſtremum ſe commendat. Tunc mutatus ſubitò in virum alterum, pœnitentia ſingulari oſtendit, nunquam fruſtrà recurri ad miſerorum refugium S. Virginem Mariam.

H Sed inſuper ibidem aſſeritur in Sede Angolana, Nobilem Angolæ Principem, cùm in vltimum veniſſet ægritudine periculum, parauiſſe ſe ad baptiſma ſuſcipiendum. Incidit iſta celebritas in diem ipſum Dei Matris Natalẽ, aderátque Catechumenorum candidus Ordo, ſerico indutus ornatu, manibúſque præferens palmas, eáque pompâ proceſſum eſt ad baptiſmalem fontem. Cumulauit autem rei gaudium Luſitanorum aduentus tertium iam in bellica expeditione menſem inſumentium; hoc etiam magis, quod Dei Matris effigiem non ſine miraculo receptam ab hoſte referebant. Voluit hanc Prætor imaginem, quò Neophytis Ethnicíſque planum fieret, quanta eam veneratione colenda ſit Dei Mater, effuſa obuiam multitudine, ingenti gratulatione excipi apparatúque quàm maximo. Et his peractis recens baptiſatos honeſto conuiuio exhilarari.

I Quin & dicitur ab eodem authore in Goana domo, quòd miles quidam, cùm diu vocanti Deo pertinaci mente reſtitiſſet, ob eamque cauſam magnis cõſcientiȩ ſtimulis agitaretur; ſtratus ante Virginis imaginem externâ circumfuſus luce, quam ſimul conſpexere plures, mirum in modum confirmatus eſt ad ſequendum nutum diuinum. Quantis tenebris ſe expedit, qui luce Marianâ perfunditur?

Rurſus dicitur ibidem in Collegio Paſcuarenſi Prouinciæ Mexicanæ: viſam eſſe ab Inda muliere in valetudinario publico Beatiſſimam Deiparam viſitantem & cibantem ægros, ancillantibus ſanctis Magdalena & Catharina, quȩ etiam

Indam illam ſtupefactam de Virginis ſplendore, eſſe Matrem Dei edocuerunt.

Similiter, vt docent prædictæ Annuæ, in Pro- L
uincia Mexicana, cuidam Indo, cùm ſe quieti commiſiſſet, frater paruulus vita functus apparuit, fratris vitam grauiter accuſans; ſubinde Chriſtus apparuit minaci itidem reprehenſione Indum illum obiurgans. Exin acceſſiſſe viſa eſt Virgo cum Petro Apoſtolo, quæ ſupplex filio pro Indo meliora promiſit: addiditque Petrus, fruſtra Indum ſperare in Beatitudinem ingreſſurum ſe, quòd Petri nomine vocaretur, niſi opera præſtaret, quibus cælum Deus tribuere deberet. Deinde, vt meliùs, quid ſibi facto opus, Indus eugeret, deductus ab Angelo eſt in horribiles inferorum carceres, non ſine terribili formidine; deinde ſplendidiſſimam Beatorum in regionem, monituſque, vt ex iis locis, quem mallet, eligeret. Mirum eſt ab hac viſione quà ſanctitate vitam ſubinde ornauerit.

At Monachij, in Sodalitate B. Virginis, Præ- M
fectus præfuit Sereniſſimus *Maximilianus*, Ducis Bauariæ filius, & fratrem ſuum Philippum Ratiſponenſem Præſulem Sodalium numero adlegit. Quod habent eædem Annuæ.

Ex quibus vlteriùs addiſces, plures Sodalitates N
B. Virginis excitatas fuiſſe extra Romam, Romanæ primariæ poſteà copulandas; Tyburte pro ciuibus, Bracaræ Ruthenis, Duaci, quo vltimo loco inſtitutæ ſunt ternę, Legione, Valentię pro viris. O

Præter hæc, varia patrata ſunt à B. Virgine miracula. Lauretum petiit Iacobus Marchio Badenſis glande plumbeâ brachium traiectus, iam tamen ob votum conceptum Lauretum veniendi, ita imperfectè ſanatus, vt brachium mouere ille ſane non poſſet: Degenti in hoſpitio Vrſi, quod Laureti eſt, apparuit Virgo, & brachio motum reddidit cum omnium admiratione, vt fuſe narrat Turſellinus libro 5. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 6. vbi & donum eiuſdem Marchionis deſcribit. Similiter capitibus 4. & 5. deſcribit Ducis Ioyeuſiæ, Ducis Aumalæ, Ducis Eſpernonij, piam ex Gallia profectionem Lauretum, & dona: Item donum eximium Henrici tertij Francorum & Poloniæ Regis pro Delphino à Deo obtinendo. Ludouicus autem Richeomus libro de miraculis Sanctorum cap. 35 n. 12. ait medicum quemdam Lugdunenſem cæcum effectum, & poſt conceptum votum eundi Lauretum, & ſacratam cellam, purgatis priùs exhomologeſi peccatis, ſubeundi, confeſtim viſum recepiſſe proinde veniſſe Lauretum, Cellam Virginis penetraſſe, iterum in cæcitatem incurriſſe quòd, vti promiſerat peccata non priùs deterſerat ſacramento Confeſſionis. Ergo illis ablutis, confeſtim recuperato viſu, lætus exiliit, & quamplurimas Deiparæ gratias rependit.

Odo autem Giſſæus lib. 3. cap. 41. hiſtoriæ P
S. Marię de Podio, liberatâ hoc anno ait vrbem Anicienſem, ab impugnatione hæreticorum, qui æneo tormento ad portam vrbis applicato, flammam facere & portâ effringere molientes, perficere neutrum potuerunt; ſed fugâ capere coacti ſunt, relicto ibidem æneo tormento, quod ſequenti die poſt ſolemnem ſupplicationem, in æde B. Mariæ appenſum eſt. Meminit eiuſdem liberationis Vincentius Charron 3. Decembris n. 3.

Ex Scriptoribus autem, præter Turrianum de Q
quo paulo antè literâ E, qui operam ſuam Marianæ gloriæ locauerunt, Robertus Turnerus, Anglus, qui obiit Canonicus Vratiſlauienſis, vt notat Poſſeuinus in Apparatu ſacro, ſcripſit hoc anno orationes quinque de Aſſumptione glorioſæ Virginis, & has indicat Catalogus Richardi Gibboni adiectus ad calcem Homiliarum B. Amedei.

R Scripſit & Lazarus Cardona, Modicanus, Siculus, Iuris vtriuſque conſultus & Sacerdos, edidítque commentaria ad tres libros Iacobi Sannazarij de partu Virginis, quæ excuſa ſunt Venetiis hoc anno, vt idem Poſſeuinus habet.

S Rurſus Ioſephus Stephanus Valentinus edidit Defenſionem ſacri Roſarij B. Virginis Mariæ ab hæreticorum calumniis. Libellumque item conſcripſit de D. Virginis Roſario, atque Officium eius redegit in Ordinem Nicolaus Diaz, Luſitanus, Ordinis Prædicatorum, quem vixiſſe hoc anno, qui de eo iſta notauit, Poſſeuinus teſtatur. Nunc autem vlteriora proſequendo.

## Anno mundi 5568. Chriſti 1585. Sixtus quintus ſuccedit Gregorio decimo tertio.

A Menſe etenim Aprili Gregorius exceſſit è vita nunquam ſatis laudatus Pontifex, de quo Turſellinus libro 4. cap. 22. & libro 5. cap. 3. Balinghem item ac Vincentius Charron 10. Aprilis, inter alia aduertunt, cum ſeriò procuraſſe, quæ ad decorem Lauretanæ Domûs facere exiſtimaret. Nam & ſuperiorum Pontificum Indulgentias illi loco conceſſas auxit, & Pœnitentiariorum authoritatem ampliauit, & vias quæ Lauretum ducunt, alioquin aſperas & ſimul anguſtas, dilatauit atque molliuit, & pro Adoleſcentibus Dalmatis trecentis Collegium fundauit: addidit & duplicia muſica organa inſignis pretij. Hocque demùm anno Roſam auream in Dominica *Lætare* à Pontifice benedici ſolitâ, ſolitam item mitti ad Reginam terrenam aliquam, deſtinauit ad Reginam cælorum, aureo inſertam vaſculo, & ex tripode aureo eminentem ad ſeſquicubitum. Inſuper dicitur Sacellum B. Virginis in templo D. Petri ad vincula ditaſſe priuilegio liberandarum animarum è purgatorio facientibus in eo ſacrificium Miſſæ. De Sixto ſucceſſore eius dicetur ad annum 1590. litera A.

B Inter alia autem, quæ magno numero Laureti acciderunt (Nam multæ, tum Principum Italiæ, tum aliarum regionum, peregrinationes, & pretioſa donaria facta ſunt, quæ Turſellinus lib. 5. cap. 7. & 8. egregiè recenſet, præſertim Ducis Bauariæ, Ducis Brunſuichienſis, Cardinalis Madrucij, & plurimorum ſimilium) inſignis fuit Nicolai Caietani Cardinalis Sermonetæ in æde Lauretana, quam viuens amauerat, mortui ſepultura; vbi tabula marmorea, inſculpta literis deuotionem eius in Deiparam ſpirantibus, appoſita eſt, cum æneo Nicolai Cardinalis ſimulachro: lapidi autem qui ſepulto ſuperpoſitus eſt, eſt hic titulus inciſus: *Hic habitabo, quoniam elegi eam.* Adhuc huiuſce Cardinalis mentionem facit Vincentius Charron in Calendario 23. Maij num. 2.

C Hoc præterea anno, Menſe Iunio, placuit Beatiſſimæ Virgini peregrinos ſuos ad *Montem* Guardiæ prope Bononiam in Italia miraculoſa aquæ abundantia recreare: duæ quippe vrnæ antè vacuæ repertæ plenæ ſunt limpidiſſima aqua, & innumeris potandis peregrinis ſufficientiſſimæ fuêre. Quod miraculum duobus iterum poſt annis recurrit: vt hæc omnia recenſet Aſcanius Perſius in hiſtoria imaginis Deiparæ Montis Guardiæ, & ex eo Touſſaons Bridoul in Triumpho Virginis 10. Iunij, & eadem die Balinghem in Calendario. De imagine S. Mariæ montis Guardiæ nonnulla iam dicta ſunt anno Chriſti 1433. litera A.

D Menſe autem Februario diſceſſit ea hac vita Alphonſus Salmerón, vnus ex decem primis Societatis Ieſu inſtitutoribus, vir doctiſſimus, & qui tum concionibus, tum variis miſſionibus pro Eccleſia obeundis inſignis fuit. Hic in tertio ſuorum Commentariorum tomo fusè admodùm tractat myſteria, quæ ſpectant ad Virginem Deiparam & Infantiam Chriſti, pleniſſima eruditione varia iucundiſſimè & inquirens & ſoluens. Moritur quoque Matthæus Albenoſa, Societatis item alumnus & Sacerdos, & patria Aragonenſis, vir ſolidæ virtutis & intimæ deuotionis in B. Virginem: à qua paulo antè quam morte fungeretur, meruit viſitari, ſicut & a Beato Apoſtolo Petro: vnde tanta eſt conſolatione repletus, vt, velut Cygnus, hæc moriendo caneret: Videte oculi mei dulcem Ieſum bonum; videte oculi mei mori me nunc. Ita Nierembergius tomo 1. vitarum illuſtrium Virorum Societatis Ieſu. Sed &, vt notat Bouerius n. 27. 29. 60. Annalium Capucinorum, Capucini duo, Angelus à Foroliuio, & Auguſtinus de Albintemelio in ipſa morte læto Virginis aſpectu fuêre recreati. Item Bernardus Luſitanus. Quin prætereà addit, adoleſcentem quemdam ſegnem in recitando Roſario, miraculoſa globulorum Roſarij ſui ſine fili fractura commutatione & perturbatione, fuiſſe ad Capucinorum Ordinem auſteritatémque vocatum.

E Hoc item anno Orlandinus, in literis Annuis Societatis Ieſu, prodigium iſtud aduertit: Militem, qui ludo omnia amiſerat, infernis ſeſe deuouentem furiis, ſubitò priuatum fuiſſe vſu aurium & linguæ; quem poſteà tamen vtique recuperauit, implorata Virgine, cuius ædis miniſterio in perpetuum ſe addixit. Sic ille in Prouinciæ Luſitanicæ Angreoſi & Funchalenſi domo.

F Rurſus in Domo Profeſſa Valentina Prouinciæ Aragoniæ, meminit de meretrice quadam non ignobilis familiæ, quæ, propter ſcelera & homicidia ſua, damnata eſt ad abſciſſionem dexteræ, aurium, & capitis. Cúmque in itinere, quo ducebatur ad ſupplicium, in imaginem D. Virginis incidiſſet; ſtudio quodam pietatis incenſa, annulum magni pretij, ex ſuo detractum, Virginis inſeruit digito; non verò ſine mercede; nam dextra manus eius abſciſſa omninò non fuit, carnifice haud reſcíente iudicialis hanc partem ſententiæ.

G At Recineti, Sodalis quidam Parthenicus pugnis ab inimico calcibúſque malè vexatus, cùm perfacilè vlciſci poſſet iniuriam, erat enim fortè cum telo: Exæquans Tyro veterani virtutem, ad eum, qui Sodalitati Pater præerat, accurrit, ſtratúſque ad pedes: *Fuit*, inquit, *Pater vehemens animus vlciſcendi, ſed vt iracundiam continerem, vna Dei Matris charitas fecit. Huic ego iniuriam dono.* Prolatóque telo: *Exue* inquit, *apud ſe ferrum: hoc tibi ſit conciliatæ gratiæ ſignum, hoc contemptæ vltionis indicium.* Ita in prædictis Orlandinus Annuis.

H Et hoc etiam anno Neapoli Sodalitium Diuæ Virginis ſuccurrit miſerorum inopiæ, Virginum ſolitudini, vinctorum & captiuorum anguſtiis. Ac vinctorum quidem cauſa, Montem, quem vocant Pietatis: ad collocandas autem honeſta in conditione filias vectigal annuum inſtituerunt. Quæ quidem charitatis officia poſtmodùm quamplurimæ aliæ Sodalitates Parthenicæ imitatæ ſunt. Sic prædictæ Annuæ.

I Eædem ſic prætereà habent. Æger quidam *Dilingæ*, cùm Sodalium pietati multum omninò tribueret, ab eis ardenter ac ſummè contendit, vt pro ſe cæleſte Numen exorarent. Placuit obſequi ſtudioſè roganti, & decantatis ad B. Virginem Litaniis, quæ titulos ipſius continent, repentè morbo leuatus eſt.

K Aliquid verò perilluſtre in Belgio accidit ad immaculatæ Cõceptionis *Deiparæ* gloriam prædicandam. Erant legiones Hiſpanæ Duce Bobadilla in Bommelia Inſula, quam Mosa & Vahalis efficiunt. Eiuſmodi inſulam ruptis aggeribus inundarunt hoſtes, Hiſpaniſque ad ſublimia loca confugientibus, ipſæ altè inſurgentes aquæ, pluuiæ continuæ, frigoris & famis acerbitas, moleſtiſſimæ erant. Iamque aduerſarij de iis captiuandis, & per varia loca in Hollandia diſtribuendis, conſultabant & ſtatuebant; cùm miles Hiſpanus, dum ante contubernium, quod Empleoſi templo adſitum erat, terram ad munimentum fodit, primos inter ictus tabulam detegit viuis coloribus Conceptæ Dei genitricis effigiem habentem. Accurrunt ad ſpectaculum cæteri milites, & eo loci ac temporis (inſtabat enim peruigilium Marianæ Conceptionis) mirantur imaginem repertam, ſupplicantium ritu adorant, votum pro liberatione concipiunt. Nec fruſtrà; Nam ea nocte, quæ ſacrum Virginis Conceptæ anteceſſit diem, ventus adeò vehemens ac præter modum frigidus inualuit, vt ſtagnantes aquas & partim diſpulerit, & partim glacie acutiſſimè ſtrinxerit: ſicque data eſt via, non tantùm euadendi, verùm etiam hoſtes acriùs inſequend. Quam rem fuſiùs deſcribit Famianus Strada de bello Belgico ſecunda decade lib. 7. vbi etiam addit milites Hiſpanos tanti beneficij non euaſiſſe immemores. Nam paucis poſt acceptũ beneficiũ diebus præeunte Bobadilla cõflata horũ Societas eſt, qui ſe *Milites Virginis immaculatè conceptæ* appellari voluere. Ac ſuſcepto per Belgium tranſlatóque poſtea in Hiſpaniã exemplo, cultã fuiſſe Dei *Matrẽ* à ſtipendiariis militibus per huiuſmodi Sodalitates, ſcribit Alphõſus Vaſquius.

L Inter Scriptores autem vir doctiſſimus, & eloquentiſſimus, ac piiſſimus, Ludouicus Granatenſis, Ordinis Prædicatorij, Theologus clarus & ſuauis, Eccleſiaſticus orator eximius, ſuis operibus Chriſti Eccleſiam ita ditauit, vt varias de B. Virgine Maria Meditationes ſucci plenas ac deuotionis ediderit. Viuebat autem adhuc anno 1585. inquit Poſſeuinus in Apparatu, & verò multo pòſt obiit.

Ed dit quoque Ioannes de Lauardin, Abbas M
Stellæ, vitam B. Virginis, & quinquaginta capitibus eruditè diſtinxit, dedicauitque Eleonoræ Borboniæ Abbatiſſæ Fontis Ebraldi vt patet ex ipſo Ioannis opere. Bibliotheca verò Marraccij circa hunc quoque annum hos vlteriùs porrigit. Ipſum Sixtum quintum, Pontificem Maximum, qui de Conceptione orationem euulgauit, præter editas de eadem Conceptione varias ab eodem *Bullas*. Ex Ordine Prædicatorum hos ſequentes quatuor: Petrum Francbinu, Regioandú Spadonium, Didacum Ogea, Alphonſum E inoſam: quorum hic de imagine S. Mariæ de la Candelaria, quæ in Inſulis Fortunatis prodigiis effulget, librum ſcripſit: reliqui de Roſario, aut certè ad Roſarium ſpectantibus. Præterea Staniſlaus Hoſius, Cardinalis, pientiſſimus in Virginem, cuius in feſto mortuus eſt, nempe die S Mariæ ad niues anno 1579. hoc demum anno habuit impreſſam Coloniæ Explicationem ſuper *Aue Maria*. At præclarus Orator Marcus Antonius Muretus Hymnos egregios & multos. Martinus Baceius, Flander, Conciones. Ioannes Baptiſta Zappi, Expoſitionem in *Magnificat*. Thomas Coſtus, Ordinis Montis Virginei, Hiſtoriam S. Mariæ Montis Virginis, ediderunt.

Denique, vt hæc adhuc delibem ex Annois N
Societatis Ieſu, rurſum Neapoli in Domo profeſſa inſtituta eſt Congregatio Diuæ Virginis; item gemina Nolæ, altera Sacerdotum, altera opificum; Catazorij opificum; Barij binæ plebeiorum; Mantuæ; Mediolani in Domo Profeſſa; Brigantiæ; Murciæ; *Malacæ*; Poſnaniæ; Diuione; Traiecti. Nunc

## Anno mundi 5569. Chriſti 1586.

ROmæ in æde peruetuſta S. Ioannis Baptiſtæ, A
erat imago Deiparæ, quæ die prima Maij miraculis coruſcare incepit: vnde & ex fidelium eleemoſynis in melius reſtitui, & à populo frequentari in dies ampliùs & ampliùs habuit: vocata verò eſt *S. Maria à S. Ioannino* Ita Flaminius de rebus mirabilibus Romæ, & Spinellus tractatu de templis num. 36. Balinghem item ac Vincentius Charron 1. Maij.

Io Belgio ſimiliter celebris fuit miraculis B
imago B. Virginis *Sichemienſis*, ſiue *Aſpricollenſis*, aut *Montis acuti*, de qua Lipſius integrum librum ſcripſit, & meminit Miræus in faſtis Belgicis 8. Septembris, & Arnoldus de Raiſſe io Auctario 1. Iunij, & alij multi. Lipſius autem cap. 3. & 4. hæc potiſſimùm notat, quæ ad Chronologicam rationem ſpectant. In finibus Sichemij montem ſatis aſperum fuiſſe, & in monte quercum, & in quercu imaginem B. Virginis adfixam, quam ante multos, imò centum, annos paſtor reperiens domum abſtulit, ſed non ſine punitione; nam correptus eſt membrorum ſtupore, nec antè liberatus fuit, quàm per ipſius herum reportata eſt illa Virginis icuncula. Liberatione autem illa excitati multi ad B. Virginis aduolauerunt imaginem, auxilium ab ea & expectantes & experti. Circa annum 1580. amiſſa illa imagine, fecit peregrinantium perſeueranter continuata deuotio, vt hoc præſenti anno 1586. alia ſubſtitueretur à Senatu Sichemienſi, qui eam arculæ ligneæ impoſitam, quercui, vt priorem, adfixit. Affixa ſic ibidem manſit, donec anno 1602. Godefridus, Parochus Sichemienſis, detractam ac conuulſam a quercu poſuit in Sacello ligneo, cui aliud lapideum poſtea ſucceſſit, & conſecratum eſt anno 1604. die 13. Iunij; ac demum magnificum templum ab Alberto Archiduce & Iſabella Clara Eugenia, Belgarum Principibus, inchoatum, anno 1627 perfectum atque abſolutum eſt, crebreſcentibus ſemper magis ac magis miraculis. Videri poteſt adhuc Atlas Marianus lib. 1 imagine 18.

C Interim Laureti ex Cella Mariana prodigia funduntur: Præter enim ſeuerè caſtigatos, quòd è ſacra Virginis domo calcem ſubripuiſſent, quorum alij acutiſſima febre, alij poſſeſſione dæmonum vexati ſunt, de quibus Turſellinus lib. 5. cap. 9. & 16. Mitiſſimæ Virginis manum benignam expertus eſt Epiſcopus Hybernus, bis hæreticorum pyratarum inſidias incurſionéſque euadens. Adoleſcens item præſenti naufragio ereptus; de quibus idem author ibidem cap. 15. Additque deinde varia donaria, quibus multi Principes, Cardinales, & alij ædem B. Deiparæ honorarunt.

D Sed & Montiſſerrati, vota ſua obtulit ſeruatus à furore hæreticorùm, & ſanatus de tribus lethalibus percuſſionibus, inuocatione Beatiſſimæ Virginis, Ioannes Gelinos, vt dicitur in hiſtoria Montiſſerratana miraculo 349. & apud Vincentiú Charron in Calendario 4. Decembris n 3.

E Memorabile verò eſt, quod accidit Romæ Henrico de Heyden, Adoleſcenti Canonico in vrbe Treuerenſi, degente tunc temporis in Collegio Germanorum Societatis Ieſu. Hunc cùm reditum in patriam pararet, repentina febris inuaſit, & conſtitutum ad extrema, ante tribunal Chriſti rapuit accuſatum a dæmonibus ac penè deſperantem. Sed interceſſit B. Dei Mater, quæ dæmones in fugam conijcens ſerenauit Henricum, & ita ſolata eſt, vt poſt quatuor horas, plus minus, placida morte defunctus ſit. Id referunt Annales Sodalitatis Parthenicæ, & Bencius habet in literis Annuis Societatis Ieſu, atque exinde Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. § 5. n. 4. Vincentius Charron 30. Nouembris n. 6. Gaſpar Lechnerus libro 3. Sodalis Parthenij cap. 10. n. 15. & alij.

F Rurſus autem Bencius in prædictis Annuis loquens de Collegio Polocenſi in Polonia, mentionem facit de quodam puero deuotiſſimo in S. Deiparam, eodémque nepote Vladicæ Polocenſis: Eſt verò Vladica, Ruſſorum Græci Schiſmatis Antiſtes. Hic aliquando puer, cùm apud auunculum cum multis nobilibus menſæ intereſſet, vbi primùm audita eſt meridiana in æde Societatis pulſatio campanæ, nihil ueritus eſt tot ſpectantium exiſtimationem, confeſtim quippe genuflexus Matrem Domini de more ſalutauit. Subriſit Vladica, & reliqui grata admurmoratione rem ipſis inſolitam vltrò proſecuti ſunt.

G Idem quoque Bencius ibidem, tangens ea quæ ſpectant ad Collegium Claudiopolitanum, aſſerit de Principe Tranſſiluaniæ, eum quò promoueret magis acp roueheret Sodalitatem dedicatam Beatiſſimæ Virgini, oblatum ſibi eius patrocinium libentiſſimè ſuſcepiſſe, intérque Sodales cæteros voluiſſe etiam aggregari exemplo aliis

incitandis, pluſquam ſatis aſſeri poteſt, opportuniſſimo.

H At Neapoli inſtitutum eſt Sodalitium Beatæ Virgini naſcenti dicatum, quod conſtat pleriſque nobilibus. In his Principes duo; necnon totidem *Duces*, quorum alter regiæ claſſis in hac ora Præfectus; Marchiones ſeptem; Pontificis Maximi Nuncius; Epiſcopi tres; multi præterea, quos non magis nobilitas, quàm in Deiparam ardor commendabiles facit. Ita Annuæ eiuſdem Bencij.

I Sed & ibidem, vt aiunt eædem Annuæ. Dextera cuidam intumuerat, excreſcente indice in eam molem, vt ne totam corrumperet contagio manum, eſſet ignis neceſſariò admouendus. Ad Deiparæ perfugit patrocinium, & *S*odalibus commendatus, eo ipſo die quo digitus erat exurendus, ſanus & gratulabundus ad *S*odalitium acceſſit, periculúmque euaſit inhabilitatis ad Sacerdotium, ad quod iam ſacris initiatus meritò aſpirabat.

K Rurſus eædem Annuæ; Aletij, aiunt, in Prouincia Neapolitana, ardebat vnus febri, multò verò magis cupiditate ad Sodalitium Virginis accedendi, quò ſi iret, de recuperanda valetudine non deſperabat: venit vrente æſtu, domum incolumis reuertit.

L Sed & Antuerpiæ, erat olim in Prætoria Domo effigies D. Virginis è marmore, quam nouâ extructa Domo, architecti aut obliuione reliquerunt, aut certè contemptu; pro ea ponentes Coloſſum informi magnitudine, ſed non ſine pernicie ciuitatis. Tandem hoc anno conſilium captum eſt, perturbato Coloſſo, priorem ſuam ſedem cæli Reginæ reſtituendi. Eius ſtatua facta eſt Sodalium impensâ, pedum quatuordecim altitudine. Hęc cùm die Annunciationis regali corona ſceptróque inſignis, triumphali eſſet thenſa è Societatis Ieſu templo educenda, viſum eſt increbreſcente pluuia cælum inhorreſcere; vnde & hæretici iactare cœperunt, cæli voce Idololatriam Ieſuitarum damnari: ſed non deſeruit cauſam ſuam Dei genitrix; nam eo ipſo temporis veſtigio, quo efferebatur, ex turbido die ſerena lux & tranquillia rediit. Sic Annuæ literæ prædictæ.

M Olyſipone verò quædam puella inuitata ad ſcelus, fortiter non ſemel reſtitit, iterúmque tentata à perdito adoleſcente implorat Virginis auxilium; & ecce memorabili prodigio inoenis grauiſſimè vulneratur, & oculis caligine offuſa è cubiculo pedem effert, móxque neceſſariis Sacramentorum ſubſidiis miſerè deſtitutus repentina morte temeritatem ſuam luit. Ita Annuæ eædem.

N Puella alia vexabatur à diabolo, & omnes beſtiarum cantus & ſonos ore ſuo reddebat. Placuit diuinæ bonitati, vt expulſa dæmonis nequitia, puella veluti obdormiſceret; quam cùm excitaſſet, qui dæmonem expulerat Sacerdos, & quæreret vbi fuiſſet; digitum intendens ad aram glorioſæ Virginis: ibi, inquit illa, ibi fui. Sic Annuæ in Collegio Lucernenſi.

O Angræin Luſitania aleator male cedente ludo omnia amiſerat, deſperatione dæmonem inuocans, inuocatum repentè vidit terribili aſpectu. Conſternatus cecidit; & dum iuuatur parum aliquantùm, ſecedit dæmon: qui poſteà illi apparuit in via redeunti. Sed inclamans miſer homo Virginem Mariam, & ſacellum eiuſdem ingrediens, facta ibi Confeſſione reſpirauit liberatus à tanto hoſte. Sic Annuæ Bencij prætactæ.

P In quibus hæc præterea leges. Ater ſeruus, Mahometis ita immerſus erroribus, vt ſermonem de Chriſto ferre vllâ parte non poſſet, cùm Panormi ſupremum incidiſſet in morbum, per quietem à Beatiſſima Virgine admonitus eſt, vt abdicata Mahometis ſuperſtitione, Chriſtianam fidem amplecteretur; amplexus eſt, & baptiſatus paulò poſt euolauit in meliorem vitam, huic miſeræ mortuus.

Q In ſede autem Paſcuarenſi Prouinciæ Mexicanæ; Veneficia frequentari ſolita commutata fuere cum inuocatione Beatiſſimæ Virginis: & patrocinium eadem Diua Virgo erga ſuos clientes re ipſa comprobauit. Quippe in templo quod ibi viſitur, ineſt imago B. Deiparæ ad eius exemplar efficta, quam feciſſe olim dicitur S. Lucas; hæc innumeris coruſcat miraculis, quorum aliqua enarrant tum prædictæ Annuæ, tum Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 3. cap. 3. annuarum textum referens. Sed hic illud addendum, quòd prætactæ literæ paulò fuſiùs habent de muliere quadam, quæ piam hanc aſſueuerat conſuetudinem, vt quotidie diluculò ſalutatum Virginem veniret, & non niſi omnibus peractis Sacerdorum ſacris meridie domum tandem reuerteretur. Poſt mariti mortem, dum non recedit ab hoc inſtituto, erat in anguſtiis rei familiaris, & à multis incitabatur pium in Deiparam obſequium deſerere. Anxiæ mulieri Virgo apparuit valde blandè admonens, vt de veteri cõſuetudine nihil penitus remitteret; neque enim ſibi quicquam eorum, quæ ad vitam pertinent vitæ timeret defuturum: quod & factum eſt, magna illius conſolatione atque tranquillitate.

R Quin & delapſus quidam in medios latrones, dum de nocte conficit iter, & quædam magni pretij ac valoris portat, Matrem Domini quanto poteſt affectu ſuppliciter implorat: nec ſanè implorauit fruſtrà. Tunc ſiquidem temporis conſpicatur equum, nec ſtratum, nec infrænatum, ad ſe aduenientem, & ferè inuitantem ad aſcenſum: vtitur occaſione, inſilit apprehenſa iuba, eo ignorus quò tandem duceretur. Equus concito curſu refert ſeſſorem illum vnde diſceſſerat, non ſine geminata redeuntis & recipientium lætitia plauſúque Ita Annuæ ſuprà citatæ in Collegio Taurinenſi, & Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 3. cap. 7.

S Idem Bonifacius ibidem cap. 8. & Annuę prędictę. Feſto die, inquit, Viſitationis Diuę Virginis ab oppido, quod quatuor leucis abeſt, venit mulier Tornacum: in reditu tres lupi inuadunt, trahunt, veſtem lacerant, corpus raptant in locum aquis frequentibus oppletum; Et verò actum eſſet penitus de miſella, ni acceſſiſſet mulier eximia pulchritudine (Diua ſcilicet Virgo) quæ vt eam exemit manifeſto de periculo, ex oculis cernentis ſubitò elapſa eſt. Sic cum Bonifacio Annuæ Franciſci Bencij.

T In quibus pręterea dicuntur facta Sodalitia ſacratiſſimæ Virginis, Florentiæ pro opificibus, Neapoli ſub titulo Deiparæ Naſcentis; Catanæ pro Sacerdotibus; vnum Syracuſis; Minei facta quinque; vnum Sabatę in Liguria ex Collegio

Rr iij

Genuenſi; Pultoniæ pro vitis nobilibus; bina Nieſuuij; Cortraci, Valencenis; in colonia Pacenſi vbi vno die quingenti adſcripti ſunt, vt dicitur in Collegio Eborenſi, quando ſermo eſt de colonia Pacenſi.

Florebat verò, inquit Poſſeuinus in Apparatu, Fauſtinus Taſſus, Venetus, Ordinis Minorum, qui duodecim Sermones in honorem Deiparæ Virginis ſcripſit: Florebat quoque Iacobus Perez ſiue Pereſiut, Valentinus, Hiſpanus, dictus de Valentia, Chriſtopolitanus Epiſcopus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui edidit aliquid hoc anno in Canticum B. Virginis. V

Item Philippus Diez, Luſitanus, ex Ordine Sancti Franciſci, edidit hoc etiam anno Conciones quadruplices ſuper Euangelia anni, in quibus non pauci ſunt in feſta B. Virginis, vt conſtat ex ipſis Philippi libris. Sed & ex eodem adhuc Ordine floruerunt Antonius Paganus & Ruffinus Fachinus: quorũ hic ſuum opus inſcripſit, Maria refugium peccatorum, ille varia Epithalamia & Tropnæa Virginis poëticè deſcripſit. Ex Dominicanis Thomas de Trugillo varias Conciones. Ex aliis Ioannes Engredus libros tres Odarum de B. Virginis partu: & Horatius Guicciardinus, Mutinenſis, tres tantum Sermones euulgauit de Conceptione, Annunciatione & Virgine Viridario comparata. Quæ notat Marraccius. Z

Ad vigeſimum autem primum Iunij, diem clauſiſſe extremum dicitur *Martinus* Aſpilcueta Nauarrus; Quod *Bellarminus* aſſerit libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Balinghem item & Vincentius Chatron 21. Iunij, atque in Chronico Gononus, & alij. Erat autem Nauarrus doctiſſimus, & humani diuiníque iuris conſultiſſimus, qui plurima quidem ſcripſit, ſed excellenter de Pſalterio, ſeu Roſario Dei genitricis, quod genus precandi & vehementer laudat, & ſe frequentare teſtatur. Commentarios ſuos de Regularibus dedicauit S. Mariæ. Sanitatem pene mortuus ante viginti annos octauo Iulij in Carthuſia S. Mariæ de Paular, per eandem S. Virginem citiſſimè recepit; aliáque multa beneficia à Beata Domini Matre ſe habuiſſe dicit, tractatu de horis canonicis cap. 19. X

Hoc verò adhuc anno non pauca Bouetius in Annalibus ſuis de Capucinis agglomerat, quos vita valde piè tranſacta, contigit ad gloriam æternam Deique Matrem euolaſſe. Inter alios Michaël à Foro Cornelij, Concionator Capucinus, in morte aſpectu Virginis potitus eſt, & germano ſuo, quod didicerat à Virgine, eum breui amplexurum Religionem, fidenter prænunciat. Huic iuncti ſunt terni laici Capucini Antonius Bergomenſis, Bernardinus à Cherio, Antoninus Rheginus. Et Bergomenſis quidem Antonius præmonitus eſt à Dei genitrice comitata S. Franciſco & S. Antonio de proximo obitu, iterúmque viſitatus ab ea in ſua ægrotatione, & ſub horam mortis, cùm eſſent cacodęmones vehementer infeſti, adhuc ab eadem dęmones effugante & comitata prędictis cęlitibus plurimùm roboratus die Sabbati, dato Angelicæ Salutationis ſigno, vt antè prędixerat, lætus ex hac vita diſceſſit. At Bernardinus à Cherio, prętерquàm quòd frequenter à Deipara ipſi tradente filiolum & ſumma lętitia pectus eius complente viſebatur, vltęriùs author fuit Genuenſibus, AA

vt deuaſtante eorum ciuitatem peſte ſupplicationem inſtituerent in honorem immaculatæ Conceptionis, & feſtum illius ſolemni ritu celebraturos ſe vouerent. Quo voto nuncupato vrbs protinus à peſte exempta eſt. Denique Antoninus Rheginus, prioribus in virtute non ſuppar, imò etiam maior in gratia miraculorum, tanta inſuper familiaritate in Virginem fuit, vt quicquid vellet à Deipara obtineret. Quare cùm anno Chriſti 1571. Rhegina ciuitas graui omninò lue laboraret, effuſo in preces Beata Dei Mater luce circumfuſa apparens. *Antonine fili*, inquit, *quid à me gratiæ expetis? fidenter pete, accipies.* Illo ſuggerente liberationem vrbis à peſtifera ſtrage. Placet, inquit Virgo, quod petis, admone Vicarium Archiepiſcopi ſupplicationem inſtituat, ſicque ciuitas libera remanebit. Antonino autẽ monitionem in cunctam protrahente, miſit Virgo binos Angelos, qui ſub habitu Capucinorum Gubernatorem vrbis admonerent de ſupplicatione generali in Eccleſia Capucinorum S. Mariæ de Conſolatione facienda: qua demum inſtituta, Diuæ Virginis ope peſtilentia ceſſauit.

## Anno deinde mundi 5570. Chriſti 1587.

A REportatæ ſunt plures inſignes victorię contra Angolanos ope Beatiſſimę Virginis ſpectabiliter gladium tenentis & aduerſarios terrentis. Has eleganti ſtilo deſcribit Bencius in annuis literis Societatis Ieſu, & ex eo Spinellus tractatu de exemplis n. 59. Poiręus item Triplicis coronę tractatu 2, cap. 7. §. 3. n. 11. ac Vincentius Chatron 7. Octobris n. 5. In quibus prolixiùs non immoror, cùm, ſi quid maximè faciat ad Dei genitricis gloriam, pręcipuè notandus terror ille fuerit ex ſpectaculo apparentis ac minantis Virginis. Sed hîc adhuc aduerto ex Miechouienſi Diſcurſu 220. n. 42. Templum hoc anno erectum fuiſſe, in quo repoſita eſt Imago B. Deiparę miraculis illuſtris, quam contigit paucis antè annis in Catalonia reperiri in editiſſimo Pyræneorum loco, ibidem iam à tempore incurſantium Maurorum diutiſſimè latitantem. Hanc verò reperiri ſic contigit. Bubulcus circa locum illum boues paſcebat, cum repentè taurus iuxta fontem in genua decumbens atque altiſsimè mugiens, caudáque blandiés, bubulcum alióſque acciuit, qui terra aliquantùm ibidem effoſſa, elegantem offendunt Deiparæ ſtatuam, cui tugurium vel ſacellum tumultuariè confeſtim ædificant, donec, crebreſcentibus in dies prodigiis templum hoc anno conſtructum eſt, & Ordini Prędicatorio vltroneè donatum.

B Sed & Beatus Adrianus Eſtius, Præmonſtratenſis, Antuerpię mortuus eſt, cùm hęc diceret ad Virginem verba: *Monſtra te eſſe matrem.* Non multò antè ab ea didicerat diem & horam mortis ſuę, cùm viſitaretur ab ea. Habet hęc Bibliotheca Pręmonſtratenſis Ioannis le Paige lib. 2. & Vincentius Charron in Calendario 2. Decembris.

C At Romę, Beatus Fœlix de Cantalitio, vir multę gratię & virtutis, ac multiplicium miraculorum, vitam cum gloria æterna commutauit,

Digitized by Google

habens in morte Virginem adiutricem & conſolatricem. Erar is ex Ordine Capucinorum, & côuerſus ſiue Laicus, vt vocant, atque adeo erga Virginem propenſus, vt fixam io ea perpetuò mentem haberet. Ieiunabat Quadrageſimam vnam in honorem eius à die 29. Iunij vſque ad Aſſumptionem, & in peruigiliis feſtorum eiuſdem ſubtrahebat ſibi omnia præter panem & aquam. Continuò, etiam quærendo eleemoſynam, Roſarium tenebat & percurrebat. Interdum, propter oimiam teneritudinem amoris erga Chriſtiparam, omnia alia omittere cogebatur, & cum ea agere, colloqui, conuerſari. Dedit ei Beatiſſima Virgo puerulum ſuum in vlnas, vt feruorem ſuum, magnum ſanè illum & inexplebilem, abundè expleret. Morienti adfuit & lætitiam infudit, aliáque eiuſmodi priuilegia conceſſit, de quibus Chronicon Ordinis Minorum tomo 4. lib. 8. cap. 15. Meminit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13 §. 2. n. 30. Balinghem & Vincentius Charroo 18. Maij. Bouerius fuſiſſimè hoc anno.

D Præter hos, obiit Germanus Valens de Guelis, Epiſcopus Aurelianenſis, de quo Claudius Robertos in Gallia Chriſtiana, Catalogo de Epiſcopis Aurelianenſibus, teſtatur fuiſſe B. Virgini valde & tenerrimè deuotum, cui Monaſterium Pimpoſij, & Prioratus Burgi, quibus præerat, dedicata ſunt: quam ex voto nuncupato ſic affatus eſt.

*Otia ſic turba non intellecta prophana*
*Et mihi des ſacris me praeſſe tuis.*
*Scilicet agnoſcit propiùs tua Numina Myſtes,*
*Nexu, vſu, æternum mancipióque tuus.*

E Obiit quoque Burdigalæ Ioannes Sangenotius Sacerdos Societatis Ieſu, vir multæ virtutis & deuotionis io Deiparam, quæ triduo ante mortem ei apparuit. Quatuor aotè menſibus ſignificauerat Prouinciali ſuo breui ſe moriturum: nec fuit vana prædictio, mortuus enim eſt die S. Laurentij, qui titularis ei in menſtrua diſtributione obtigerat. Sic Bencij Annuæ literæ quæ plurimum eum commendant, & Ioannes Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 4. cap. 18.

F Scripſerunt autem de Beata Virgine Cunerus Petri, Epiſcopus Leouardienſis, & Ioannes Buſæus Sacerdos Societatis Ieſu. Prior, vt docet Poſſeuinus, edidit curſum B. Virginis, in vſum Religioſorum Ordinis S. Benedicti, emeodatum & auctum. Poſterior, vt habet Alegambe, Apodixim Theologicam pro ritu orandi Roſarium B. Virginis, viginti propoſitionibus comprehenſam. Et deinde Roſarij Hyperaſpiſten, hoc eſt, Depulſionem Cauillationum, quibus Caluiniſta quidam Heidelbergenſis eiuſmodi Apodixim fruſtrà obſcurare conatus eſt.

G Prætereà Raphaël Bonellus Archiepiſcopus Raguſæus, edidit Italicè duos libros Sermonum vberes & plenos eruditionis; in quorum primo inter alia multa, agit de Aſſumptione Virginis. Edidit autem eos Venetiis hoc anno, inquit Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Quamquam Bibliotheca Mariana ait prodiiſſe Romæ anno 1581. typis Cameralibus impreſſos duos Raphaëlis Sermones de Aſſumptione. Sed & prætereà aſſerit eadem Bibliotheca, Onuphrium Zarrabinum edidiſſe Venetiis Homilias vberes in feſta Deiparæ. Ioannem Baptiſtam Lumbardum Romæ Librum Canticorum B. Virginis. Franciſcum Oſſetum, Barcinone Poëma ſacrum de Diua Montiſſerratenſi. Tilmannum Breidembachium Hiſtorias diuerſas de Dei genitrice.

H Mirum verò eſt, quod habet Bencius in Annuis literis Societatis Ieſu de Collegio Bracharenſi, quòd die Natalis Domini, poſt meridiem, fœdè fuit de cælo tactum; præſertim turris, volantibus hinc inde fragmentis lapidum, flammiſque; itémque porticus, cuius ſtratum, columnas, parietes, violentia diſiecit atque comminuit. Erat in porticu perelegans Virginis Deiparæ ſimulachrum, quod eo die veſtibus auro & gemmis intertextis ſplendebat: ingentes lapides ampliùs vndecim ad pedes Virgineæ ſtatuæ magno impetu ceciderunt; inter ruinas ac flammas perſtitit illa incolumis, ita vt ne in veſtibus quidem minima ignis alteriúſue rei nota fuerit eidem inuſta. Quæ res omni poſteà ciuitati magnam attulit admirationem & lætitiam.

I Hoc prætereà anno, ſicut habet idem Bencius, Coloniæ Scholaſticus, cuius nomen erat in albo Sodalium Diuæ Virginis, mortuus eſt, cum priùs ſe ipſi ſanctiſſima Virgo ſpectandam obtuliſſet vna cum Angelo cuſtode. Solebat ille nonnullas S. Mariæ, aliaſque imagines pigmentis & auro illinere; has omnes, & pictos acu atque opere plumario floſculos, antequam moreretur deſtinauit ad Sodalitium adornando altari. Refert hanc adhuc hiſtoriam Bonifacius in hiſtoria Virginali libro 4. cap. 18. & Vincentius Charron 5. Decembris num. 3. Addit idem Bencius, etiam Neapoli Beatam Deiparam ſe videndam dediſſe puellæ morienti.

K Idem verò author, dum euentus explicat, qui Madridij in Prouincia Toletana hoc anno acciderunt, meminit de quodam paſtoritiam vitam agente, adoleſcente quidem, ſed à dæmone illuſo, deſperatéque ſentiente: quem benigna Domini mater ab igne & ab vndis, in quæ mala ſe libens præcipitem dederat, magna miſeratione liberauit. Rem habet & pulcherrimè deſcribit in Triplici corona Poiræus tractatu 3. cap. 11. §. 2. num. 2. Hanc verò Bencius loco ſuprà citato ad longum exponit, non ſine inſigni venuſtate.

L At Molſemij, vt idem rurſus habet, in templo Collegij collocatum eſt vetus ſimulachrum Virginis, miraculis iam olim clarum, quodque aliàs ab hæreticis in præterfluentem Lagonum proiectum mulier à Deipara de greſsûs impotentia ſanata, beneficij memor, clam extractum ſeruauit, & moriens ſeruandum commendauit donec in Collegio poneretur.

M Quin & Legionem, quæ eſt ciuitas Hiſpaniæ, contendiſſe quemdam idem author aſſerit, vt delictorum, quæ dudum commiſerat, in ſacramẽto pœnitentiæ maculas elueret apud aliquem de Societate Ieſu presbyterum: ſic ſe monitum à S. Deipara ſpectabiliter apparente per viginti vices, cui, vt deuotus Cliens, duodecimum iam annum in perſoluendo Roſario diligentem dabat operam.

N Rurſus habet idem Bencius in Prouinciæ Mexicanæ Domo Topozotlanenſi, mulieri cuidam iam duodecim annis a viro ſuo abſtractæ, & varus ærumnis affectæ, dum ſuas anguſtias noctę

illuni Virgini Matti daptometet, auditam fuiſſe teſpondentis Virginis vocem animantis eam, & ad toletaotiam fiduciámque adhortan-nis; ſimúlque ttanſmiſſum fuiſſe per ianuæ rimas tam ſplendidum lumen, vt Autotam iam eſſe indicaret, quod deinde lumen, tecedente Virgine, teceſſit.

O Addit inſuper, quòd Angelopoli eſt effigies Deiparæ Vitginis, quæ ſignis collucet: vnde & puetulo tepeotè reddita ſanitas ad eam adducto. Eodem in loco vitum quemdam plenum virtute monuit Dei mater de die & hora, quà de hac vita decedetet. Mulietem auettit a mutatione antiqui boni propoſiti. Ab homine Indo exoſculante ſuam imaginem, eliminat dæmonem.

P Nec minor Patamæ in Ptouincia Perüana S. Virginis fulſit miſeratio: nam ægrotis duobus viſa ſpecies ſanctiſſimæ Virginis, vni poſt tertium, alteri poſt decimum diem, mortem prænunciantis. Eſtque in oppido Copacabaui imago Deiparæ illuſtris miraculis, ad quaoi veniens homo laborans inflatione tibiarum, ſanatus confeſtim eſt, & verſus ſiue canticа ſpitiualia de Chriſto Patiente ac Reſurgente, tepentè eſt diuinitus edoctus: quos verſus ipſum Virgo populati lingua edocuit. Refert autem illos Bencius, ac latinè teddit in literis annuis Societatis Ieſu, non huius anni, ſed anni 1589. Quorum initium ſic habet.

*Pater en noſter, genitor noſter,*
*Rigidis clauis in cruce fixus.*
*Cor transfixum cuſpide amoris.*
*Cruor è toto corpore manans*
*Omnes circum proluit artus. &c.*

Q Eboræ in Luſitania, mira accidit eluuio menſe Decembtis huius anni, domos ſimul euettens & abſotbens homioes ac belluas. Alutarius quidam, ideſt, pelliom & coriorum concinnator, ſalutata, quam domi habebat, imagine Virginis exiit incolumis relicta domi familia. Omnia deglutientibus vndis, parcitum eſt matri & filiis ante Deiparæ imaginem proſtratis magno miraculo. Hæc fuſiſſimè commemorat idem Bencius, qui ſaquentia etiam proſequitur in Collegio præſertim Auenionenſi.

R E Sodalibus, inquit, Auenionenſibus primam hoſtiam litaturus quidam in patriam abiit. Iam ſacra erat amictus veſte, irtuuot hætetici, & omnibus aliis formidine digreſſis, Sacerdotem circumſtant. Roſarium, quod in manus ſumpſerat, vi auellunt atque in ignem abiiciuot. Tum quærunt cui ſe dederet. Reſpondet ſe iampridem Chtiſto & B. Matri eius dediſſe, tum magno animo hæc fatus elabitur ex eotum manibus veſte, vt erat, ſacra indutus, abditúſque per decem horas mirificè latuit, quæſitus ab omnibus, & à nemine repertus. Poſtridiè quietus ſacrificauit; & vt ad lætitiam nihil deeſſet, Roſarium in igne integrum tepertum eſt.

S Alius cùm iter faceret inumbrante nocte, recepit ſe in diuetſotium, quod poſteà intellexit à lattonibus obſideri. It cubitum, Deum orat, Deique Matrem adhibet aduocatam: nec fruſtrà. Nocte enim adultâ, in cubiculum eius, quod erat noo vna parte peruium, ittumpere conati graſſatores, aditum reperire nûquam potuerunt. Sic illæ Aoouæ in Collegio Auenionenſi.

T Denique Tautini geminum eſt Diuæ Virgiois inſtitutum Sodalitium, alterum Virorum, Catechumenorum alterum: & Nouocomi Nobilium; Veronæ; Toloſæ, & utic ſub titulo Deiparæ Conceptæ. Quæ omnia doceot antea citatæ Annuæ. Poſt hæc.

## Anno mundi 5571. Chriſti 1588.

A IN Suecia Cœnobium Rothenſe fœlicitet miſit in cælum B. Guilleinium Ordinis Præmonſtratenſis, de quo Bibliotheca eiuſdem Ordinis per Ioannem le Paige libro 2 pagina 598. & Vincentius Charton 28. Martij n. 3. aiunt, Guillelmum eximia fuiſſe dilectione præditum in Deiparam, à qua ſæpiùs viſitati meruit in vita, in morte verò quam maximè. Tunc enim ei Diua Virgo apparuit comitantibus Sanctis Catharinâ atque Barbarâ Virginibus & Martyribus. Fuerat olim Guillelmus fœlici donatus memoria à Beata Virgine.

B Monachij Sodalis quidam Parthenicus, cùm in ſe ſtudioſo examine diſquiretet, Reginam Angelorum orauit, vt omnia peccata ſibi fas eſſet confiteri, ne vno quidem prætermiſſo. Ergo ante faciẽ orantis decidit è ſublimi pagella, quę minutis literis quoddam peccatum exprimebat: hoc addito, ſi illud aperiret, piéque Roſarium tecitaret in honorem Deiparæ, bene ſecum actum iri: auxit miraculum, quòd nullus alius præter dictum Sodalem chirographum illud intelligere potuit. Ita Bencius in Annuis literis Collegij Monachienſis.

C Idem autem Bencius ibidem, hoc eſt, in literis Annuis Societatis Ieſu ſpectantibus ad hunc annum 1588. loquens de Collegio Racebolano, quod eſt in Prouincia Indica; fuiſſe, ait, extructam ædem *Deiparæ Catechumenorum*. Ab illis ipſis, quibus extruebatur, è loco diſtanti lapides humeris longo agmine conuectabantur, interim Chriſtianam doctrinam concinentibus. Ethnicus diues, cùm exiſſet è vineulis, ex voto palmetum centum arboribus frequens, ad vſum templi Deiparæ attribuit. Alter Ethnicus mercator è domo ædi proxima celebritatem proſpectabat: ſemel poſt meridiem oppreſſus ſomno vidit ſe genibus ſupplicẽ ad altare protepere, & à Sacerdote Dei Matri commendari. Somnium acceptum pro conſilio fuit: ipſe, cum vxore & liberis quinque, auxit numerum Catechumenorum.

D Hoc itidem anoo idem Bencius verba faciens de Domo Profeſſa Neapolitana, ait: Nobilẽ mulierẽ ex conſilio Sacerdotis à Diua Virgine ſanitatem expoſtulaſſe: In ſomois ei apparuit Virgo, ægrotam manu leniter apptehendit, atque in alteram lectuli partem obmutauit ac demum animauit, vode illicò cooſecuta eſt ſanatio.

E Verba verò faciens de Collegio Neapolitano, meminit de quodam Sodali parthenico ægroto, quem remiſſum in patriam, per iter alius de nocte ſeruabat, noo ſine magno ſolatio: viſa eſt eoim illi Deipara præbens potionem decumbenti: Et verò ipſe æger ſimul atque pro valetudine orauit B. Virginem meliùs omninò habuit febre depulſa.

F Præterea dicit, In Collegio Barienſi fœminam quæ acu Dominicum corpus indignè perfoderat, vnde

Digitized by Google

vnde ſtillæ Sanguinis eruperant, ab ipſa Deipara primùm quidem cum indignatione, deinde cum commiſeratione conſpici viſam. In Iaroſlauienſi puellam ab Equite, viro perdito, & equo inſidente, in agro deprehenſam, inuocata Virgine, liberatam ne pudicitiæ iacturam faceret.

G In Friburgenſi autem Collegio; primò loquitur de muliere, quam ex vrbe egreſſam ſollicitabat quidam ad turpe flagitium. Exorat illa tantillum ſpatij, donec e ſiluæ proximæ referat vicinia gradum. Ergo ſiluam intrat, & ſupplex facta B. Virgini, confidentię plena regreditur cæleſti comitante Ephœbo, quem illa quidem non videbat ſentiens tantùm ſe animoſam factam ad reſiſtendum: Vidit verò libidinoſus & timuit. Secundò de puella quadam Bernenſi, quam Muſculus impius Calniniſta & à fide volebat, & ſaltem à recitando Roſario ſeducere: ſed ita illa conſtans fuit, & in bono perſtitit, vt etiam dæmonem ter ſibi apparentem, & iter, quo petebat Friburgum ad Patres Societatis Ieſu alloquendos, impedire conantem, ter ipſa contempſerit. Hanc de puella poſtremam hiſtoriam ex Bencio refert Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. c, 6. §. 4. n, 11.

H Sed ruſſus addit idem, qui ſuprà citatus eſt, Bencius, in Collegio Mexicano, mulierem nomine Franciſcam, cùm magnis à Deo illuſtrationibus perfunderetur, raptam fuiſſe aliquando ad ſpectandos inferorum ignes & cruciatus, ac cæli ſumma gaudia. Poſteà a ſancta Deipara remiſſam fuiſſe ad corpus, vt ſolita exerceret charitatis officia, & conuenientem ſibi compararet coronam. Quod illa ſolicitè poſtmodùm præſtitit.

I Barij iterum, quædam fœmina non confiteri obſtinauerat muliebri pertinacia: ſequenti nocte ad diuinum tribunal adducta, flammis ſempiternis addicenda erat, niſi Deipara de quærendo per confeſſionem remedio admonuiſſet, quæ viſio væcordiam diſcuſſit: quare paulò poſt confeſſa, in ore communiter habebat: *Deo gratias, ab inferis ſum erepta.* Sic Annuæ Bencij.

K Secundum quas denique in oppido Veſnuij montis inchoata eſt Virginis Sodalitas, & hæc pro Nobilibus. Item in oppido Finarino alia Nobilium, alia adoleſcentium. Rurſus Leodij maior Congregatio; Aquiſgrani duplex; Mediolani; primorum ciuitatis; In Monte regali Siciliæ; In ciuitate Alquerienſi in Aragonia; Angræ & Baiæ.

L Venit autem voti promiſſi reus Petrus Taſſius ad Monteſerratum, pro pręſeruatione filiolæ ſuæ, quam rota carri lapidibus onerati ſupra collum puellæ tranſiens, nihil, inuocata Virgine, læſerat. Quod habet miraculum 353. hiſtoriæ Montiſſerranæ, & Vincentius Charron 12. Auguſti n. 3. Habet itidem Bouerius hoc anno n. 46. de Antonio Faneſtris, Capucino & Sacerdote multis à Deo viſitationibus illuſtrato, eum vita hac miſera relicta tranſiſſe ad beatam, fuiſſéque priùs monitum à Beata Virgine ſub poſtremam ſui obitus horam, vt ſuum illi ſolueret officium; adhuc Virginis laudes in eius ore perſonabant, cùm è terrenis iſtis ad ſempiternas in cælo laudes decantandas fœliciter euocatus eſt.

M Prodiit hoc inſuper anno Venetiis libellus Bartholemæi *M*etunæ ex Ordine Minorum, complectens vitam B. Virginis, ſed lingua Hetruſca. Qod Poſſeuinus in Apparatu notat. Quod verò idem Poſſeuinus eodem loco habet de Godefrido à Driel Theologo Herbipolenſi, quem ait hoc anno edidiſſe *Hyperaſpiſten*: Ille Godefridus eſt nomen mutuatum à Ioanne Buſæo, de quo anno præcedente dictum eſt litera F. Quam rem addiſces ex Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum Societatis Ieſu.

N Sed prætereà Siluanus Radius, vel Razzius, Manardus, Florentinus, Monachus Camaldulenſis, edidit ruſſus Venetiis librum miraculorum B. Virginis Italicè ſcriptum. Item vitam eiuſdem Virginis, & collectariam orationem ad Chriſtum atque Chriſtiparam. Seraphinus quoque Pagnius è Sancta Maria ſcripſit, Diſcurſum de Conceptione B. Virginis, Mantuæ. Quæ omnia docet Poſſeuinus in dicto Apparatu.

O At Marraceius hos vlterius enumerat non ignobiles de Virgine Scriptores; Dionyſium Peronetum, Carmelitam. Remigium Florentinum, Dominicanum. Ioannem Pinedam. Franciſcanum, Guillelmum Lindanum. Gaſparem Ancaranum, Ioannem Iulitum. Philippum Seruiſtium & Hippolytum Sanctinium, qui duo poſtremi compoſuerunt de Diua Lucenſi varia. Quin & Iacobus Regnardus Rodolphi Imperatoris Muſicus, edidit Mariale quatuor, quinque, ſex, & octo vocum Oeniponti. Mulieres quoque Baptiſti Vernacia & Lucretia Strozzia à laudanda Virgine ſtilum non temperarunt. Nunc autem.

## Anno circiter mundi 5572. Chriſti 1589.

A INcipit in Comitatu Vindauſcenſi, vulgò, *Le Comtè de Venaiſſin* Diœceſis Auenionenſis, magis clareſcere cæleſtibus prodigiis, imago *B. Virg. à Nazareth*, quam hæretici, cum aliis pluribus ſanctorum ſtatuis, & authenticis chartis ac ritualis in ignem proiecerunt: ſed aliis omnibus conſumptis ipſa innoxia permanſit, aliquibus tamen locis dehiſcens, vt his hiatibus, tanquam tot apertis oribus væſaniam hæreticorum deteſtans ſugillaret. De ea vide Poiræum Triplicis coronæ, tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 40.

B Interim inuocatione B. Mariæ Lætitienſis Caſtellum Blenenſe ab incendio, quo proximus pagus ardebat, liberatum eſt; & poſteà donum votiuum caſtelli ex argento affabrè facti ad Diuam Lætitienſem eſt delatum. Quod habet hiſtoria Lætitienſis cap. 22. & Ciriziecius 2. parte hiſtoriæ nouæ Lætitienſis cap. 8. n. 1. Vincentius item Charron 2. Iunij n. 4. Idem autem Ciriziecius ibidem cap. 10. n. 3. enarrat ſanationem cuiuſdam Matronæ de pluſquam triginta plagis grauiſſimis, quos ex tormento bellico ſuſceperat.

C Montiſſerrati autem, vt habet miraculum 357. Montiſſerratæ hiſtoriæ, & Vincentius Charron 24. Maij. n. 4. tabulam votiuam menſe Iulio appendit Franciſcus Cuynat Sacerdos, quòd natanti in aquis, & ſubitò viribus deficienti ac deliquium paſſo, inuocata Virgo adfuit, quæ prehenſum traxit ad portum.

D Ad hæc quoque tempora pertinere videtur miraculum, quod Granatenſis habet in 2. parte

ſymboli ſectione 10. & Poiræus ex eo Triplicis
coronæ tractatu 3. cap. 3.§. n.3. & accidiſſe di-
cunt Salaciæ, vulgò *Setubal* vel *Alcaçar de ſal*,
in Hiſpania, quo canna piſcatoria fracta, im-
plorato auxilio B. Virginis, ita reſtituta eſt, vt ſo-
lum fractionis veſtigium alba linea notatum re-
manſerit; ſicque euitata Nobilis equitis, ad quem
hæc canna pertinebat, & qua delectabatur, præ-
feruida iracundia, quam omnes domeſtici, & præ-
ſertim coniux, vehementer timebat.

Prodierunt verò hoc anno opera emendatio- E
ra Bernardini de Buſto, vel de Buſtos, aut etiam
de Buſtis, Mediolanenſis, & ex Ordine Mino-
rum, non Prædicatorum, vt vult Ferreolus Lo-
crius in Anacephalæoſi ad annum 1480. In qui-
bus operibus prædictus Bernardinus agit de ex-
cellentiis Reginæ cæli, & vberrimè de Roſario.
Viuebat autem adhuc anno 1492. vt notat Mar-
raccius in ſua Bibliotheca Mariana, qui præte-
reà addit, prodiiſſe à Bernardino Officium imma-
culatæ Conceptionis, quod anno Chriſti 1480.
Sixtus quartus ſummus Pontifex approbauit.
Prodiit item Euangeliſtæ Marcellini, ex eo-
dem Minorum Ordine, Corona duodecim
ſtellarum B. Virginis, & alia quædam, quæ ante
mortem, quam obiit anno Chriſti 1593. emiſit in
vulgus. Prodiit denique diſputatio Henrici
Anſlei Sacerdotis, de Virgine incomparabili, &
Sacroſancta Dei genitrice Maria. De quibus om-
nibus agit Poſſeuinus in Apparatu ſacro.

Sed &, vt idem ait Poſſeuinus, Lucas Ferri- F
nius, Florentinus, Ordinis Seruitarum, hoc præ-
tereà anno viuebat & florebat; ſcripſitque Salu-
tationis Angelicæ expoſitionem, in qua quin-
quaginta duo Chriſti Domini nomina iucundiſ-
ſime ſanè eſt interpretatus. Incipit Italicè: *La
Sapienza di Dio.*

Ruffinus autem Scauiotus, Raguſæus, librum G
Italicè edidit, prænotatum, Corona Beatiſſimæ
Virginis in ſalutationem Angelicam, Neapoli
anno 1589 excuſum. Quod notat ibidem Poſſe-
uinus. Hunc Marracius appellat Scacciottum.

Et eodem anno Guillelmus Aſſonleuillius, H
Atrebas, orationem Panegyricam de Annuncia-
tione B. Virginis Mariæ Louanij emiſit in lucem;
vt teſtatur Deſſelius in Belgica Bibliotheca. Cui
dat ſocios Bibliotheca Mariana; Archangelum
Caracciam, Dominicanum, Petrum Padillam,
Carmelitam, Dominicum à Buſchetto, Capuci-
num. Ioannem Vimphelingum, Ioachimum
Landolt. Didacum Perez de Valducia, quẽ Mar-
raccius Clericũ ſæcularem facit, & Bouerius in-
ter Capucinos enumerat, vt paulò poſt dicetur
litera CC. Bartholomeũ Valuerdium, qui ſcriptis
ſuis Virginem adornarunt. Et Horatium Guar-
gantes, atque Aurelium Vrſinum, qui poëſi.

Bencius autem in Annuis literis Societatis Ie- I
ſu anni huius, loquens de Collegio Angrenſi in
Luſitania, ait, Diploma Pontificium, quo conce-
debatur Sodalibus peccatorum remiſſio, fuiſſe
Angræ propoſitum magna gratulatione. Et qui-
dem effigies Auguſtiſſimæ Deiparæ, manu illud
explicatum exhibens, circumlata eſt ornatiſſi-
ma thenſa humeris Sodalium. Variis locis viſe-
bantur actores Dramatum, cantoréſque audie-
bantur. Dei Matris laudibus celebrabatur via
omnis & perſonabat.

In Domo autem Profeſſa Neapolitana, me- K
morat idem author, pleriſque inuocationem Di-
uæ Virginis plurimùm profuiſſe. Nam & ægro,
quamplurimis peccatis obruto, veniam impetra-
uit, apparens ei vna cum Euangeliſta *S.* Ioanne,
& *S.* Franciſco de Paula. Alterius vxori ſteri-
litatem abſtulit. Alij mitigauit animum, & ab
homicidio patrando ad benignitatem inuocata
conuertit.

L In Collegio autem Catacenſi, deſcribit audax
facinus matronæ nobilis in famulam ſuam pul-
chritudinis excellentis, cuius faciem nouacula
ſecuit, & vulneribus confudit, ne eſſet aliis libi-
dinis incitamentum: ſed & pium famulæ conſi-
lium ad Deiparam confugientis, & commendan-
tis innocentiam ſuam, promittentiſque perpe-
tuam pudicitiam, aperit; quam audiit Virgo, pri-
ſtinúmque decorem ad plenum reſtituit.

M In Taurinenſi, mentionem facit de iuuene
quodam, qui ſe, ob furto ſibi ereptã pecuniam,
& morte ſublatum patrem ſuum, deſperatione
commotus dedidit diabolo; à quo in varia præ-
cipitia ductus, exemptus eſt tamen, inuocata
Virgine, quæ ei adfuit, & ex præcipitiis ad ſa-
cellum deduxit vicinum Taurino, in quo iuue-
nis, cùm illac tranſiret, fundere ad Deiparam
conſueuerat preces. Sic verò deductum non ſine
increpatione reliquit, iniunxitque ſeriò vt con-
fiteretur; quod cùm, quamuis difficulter, feciſſet;
ſic demum contempſit diabolum, vt ab eo nec
palam, nec occultè eludi potuerit.

N In Iaroſlauienſi, meminit de quodam vinculis
mancipato, qui voto nuncupato pro libertate
ſua repentè apertis foribus vinculiſque diſruptis
liber factus, ad Virginem Czeſtochouienſem vo-
tum ſoluturus contendit.

O Rurſus in Collegio Potoſino, de quingentis
propemodum in cuniculo metallorum oppreſſis,
quibus ſe ſpectabilem ſpecie Dynaſtæ præbue-
rat dæmon, vt eos ad mutuam adhortaretur
necem; aſſerit ſeruatos fuiſſe, inuocata Virgine
quæ Copacabani colitur: quam gratiam ad ſu-
periorem annum affirmat pertinere, cùm adue-
nerit die Natali Virginis anni 1588. refert nihi-
lominus illam in præſenti anno; ſiue quia adhuc
hoc anno Mariæ grates perſoluerunt, ſic eius
ope liberati; ſiue aliam ob cauſam, quam ibi non
exprimit.

P Item in Collegio Bracarenſi, habet de Turca
quodam famulo prænobilis viri; qui cùm iuſſus
à Domino ægrotante, temporarium altare artifi-
cioſè extruxiſſet, & imaginem Deiparæ deſuper
poſuiſſet cum floribus ac fronde virenti; ſenſit
ad Chriſtianam fidem ſe magis commotum ma-
giſque propenſum: cui etiam B. Deipara de
nocte apparens, perſuaſit vti baptiſmum ſuſci-
peret. Huius beneficij etiam meminit Poiræus
Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 6. n. 17.

Q Sed & Bencius proſequitur, ac Franciſcã Man-
ſonã fundatricẽ Collegij, quod eſt Medinę, mor-
tuam eſſe dicit. Ea cùm finem vitæ adeſſe ſibi in-
telligeret, teſtamento cauit, vt annuus honor
fundationis (qui nempe exhiberi ſolet à Socie-
tatis hominibus fundatoribus ſuis) nemini mor-
talium haberetur, ſed Dei genetrici: proinde
offerretur cereus ipſius imagini, quæ colitur in
Collegij templo: quod & factum eſt. Hoc ip-
ſum ex Bencio refert Ioannes Bonifacius in hi-
ſtoria Virginali, lib. 2. cap. 16.

R Vterque autem author locis citatis vlteriùs affirmat, quòd in Sede S. Iacobi, quę eſt in Peruana Prouincia, in templo magnificè inſtructo, ſacellum pulcherrimè pictum additum eſt, dicatum nomini B. Virginis, quæ Cæſarauguſtæ in Aragonia colitur ſupra columnam; atque hoc ipſum poſtridiè Calendas Februarias ſumma omnium gratulatione factum eſt: ſtatim verò à concione inuentus eſt vir nobilis Aragonenſis, qui aureos centenos quotannis ſacello aſſignauit.

S Fuldæ autem Lothetana quædam muliercula cœpit improbare cultum Sanctorum, & ore ſacrilego dicere Catholicis: Quid iſta vobis Maria, Idololatræ, quæ vobis eſt omnia, quid feret, etiamſi velit, auxilij? Cui Catholicus: miſeret me temeritatis tuæ, ſed nec diu eris inulta. Vaticinium fuit: paucis poſt diebus agitur infœlix in furorem & turbatur àmente. Sic Annuæ eædem.

T Sed & dono dederat Sacerdos quidam Societatis Ieſu alicui Indo imaginem B. Virginis, vt haberet ſtimulum ad fundendas preces: quod quodam die dum facere negligit, ſequenti nocte inſpectante vxore & filio corripitur à dæmone tanquam ad inferos pertrahendus. Nec ante dæmon eum deſeruit, quam ſumpſiſſet prædictam imaginem & preces addidiſſet; ad cuius aſſumptæ aſpectum, quaſi eam ferre non valens, celeri fuga ſe dæmon proripuit ſcintillas relinquens & ſulphur, fœda abeuntis veſtigia. Sic eædem Annuæ in Sede Paſcuatenſi Prouinciæ Mexicanæ.

V In Peruuio autem quidam impius Iudicæ mulieris corruptor, cum cælum vndique tonaret, & ea territa tempeſtate pellex Mariam inuocaret, ipſe blaſphemus in Matrem Domini: inſanis, inquit, putas Mariam poſſe nobis opitulari? His dictis confeſtim fulmine correptus eſt, & à pellice lectóque aliquot paſſibus diuulſus coram ea crematus. Fuſius rem explicat Bencius in Annuis literis huius anni. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9. 5. 10. o. 2. Gononus in Chronico & Vincentius Charron 6. Nouembris n. 4. Quam tamen hiſtoriam reponit ad annum 1588. cùm Bencius, ea quo deſumpta eſt, referat eam ad hunc annum in citatis Annuis ad Collegium Pacenſe Prouinciæ Peruanæ.

Z Præterea Vercellis, quidam aleator imprecatione facta eiuſmodi; inuadat me malus dæmon, ni res ita ſe habeat; tetra exorta vmbra circum parietes oberrante, tota nocte videntibus aliis, vexatus eſt: nec, quamuis inuocato cælo, obiecta cruce, conceptis votis, tetra caligo illa antè diſparuit, quam auditum fuit matutinum ſalutationis Angelicæ ſignum: tunc enim euanuit, & iuuenis ad remedium Confeſſionis confugit. Sic Annuæ Bencij prædictæ.

X Et Auenione, ſpectrorum ſomniorúmque terroribus ad propoſitum Congregationis Beatæ Mariæ ingrediendæ reuocatus eſt quidam, in quam deinde receptus fœdis imaginibus caruit. Vt eædem Annuæ teſtantur.

AA Quæ etiam habent de quodam, qui Louani profectus, vt parentes priùs ſalutaret, quàm Sodalitati Diuæ Virginis nomen daret, in itinere à prædonibus captus eſt. Agnouit cunctationis pœnam, vouitque, ſi liber abire poſſet, celerem Sodalitij acceſſum. Votum valuit; cuſtodibus ſomno ſepultis, vinculiſque diſſolutis fuga elapſus Soſpitatrici Virgini votum exoluit.

BB Demum ramos extendit Sodalitas Virginis, & plantata eſt Conſentiæ tribus cœtibus diuerſis, Nobilium, Opificum, Diſcipulorum. Panormi duplex facta eſt opificum. Auguſtæ Vindelicorum; Turone; in vrbe Huetenſi in Hiſpania, pro Sacerdotibus: in vrbe denique Chitenſi in Peruuio ſita. Et hæc fermè hactenus ea Bencio. At Bouerius in Annalibus ſuis. n. 5. & ſequentibus: Meliorem inquit, in cælo vitam fœliciter iniit *Dominicus à Buſchetto*, Capucini Ordinis Concionator & Sacerdos, qui omnibus virtutum donis conſpicuus, qua erat in *Dei* genitricem pietate, & qua cælitus accepta facundia omnes populos tū priuatim acceptos, tū publicè collectos ad illius venerationem excitabat, docebatque præſertim hac ſalutatione honorare. *Aue ſacroſanctum Dei templum, Maria, cunctorum Spes mortaliū: Tu Spiritus Sancti ſacrarium, certū miſerorum refugium: Qui ad tuū currunt præſidium, Mortem non timent nec dæmoniū. Quare te precor, Virgo pia, vt mihi ſis ad cælum via.* Quam ſalutationem Italico metro pulchre reddiderat. Tres hic Mariæ ſeruus, dum adhuc viueret, mortuos excitaſſe dicitur, præter alia innumera miracula quæ tum viuus, tum defunctus patrauit. Dicitur &, cùm fatigatus eſſet à via, læto potu fuiſſe à Diua Virgine exceptus. Inſuper dicitur ab eadem fuiſſe edoctus, quibus illam verbis inuocare deberet, quorum hæc extrema ſolummodo ad nos peruenere. *O Maria mater dulciſſima Ieſu noſtri Saluatoris: Si tuus filius, meus dulcis Ieſus, meus quoque frater eſt amabiliſſimus: & ſi filij tui pater, meus quoque pater eſt amantiſſimus: vnde mihi negare potes, quin tu quoque, ô Beatiſſima, mea ſis mater dulciſſima. Mater ergo mea dilectiſſima filium audi ad te clamantem; & te Matrem inuocantem Virgo Mater ſuſcipe.*

CC Non de hoc ſolo Capucino mentionem Bouerius hoc anno facit, tres adhuc præclaros proponit Deiparæ famulos, qui corporis ſarcina depoſita ad Deum euolarunt, duos *Sacerdotes*, vnum Laicum. Alter Sacerdotū eſt Didacus de Valduccia virtutis inſignis, & de quo paulo antè, qui ſuam in Dei Matrem charitatem oſtendit ſcribendo inter alia opuſcula volumen de immaculata eius Conceptione. Alter *Sacerdotum* eſt Guido Finarienſis, qui vita cum pietate ad extremum vſque perducta, morti appropinquans Beatam Virginem in ſtrato genuflexus his verbis ſalutauit: *Aue filia Dei patris, Aue Mater Dei filij, Aue Sponſa Spiritus ſancti, Aue templum totius Trinitatis.* Et hoc modo genuflexus animam Deo reddidit. Laicus Capucinus eſt Raynerius à Burgo Sancti Sepulchri: qui in Baptiſmo Santi nomen adeptus, in Religione habuit nomen Raynerij. Hic puerulus adhuc, inter alias preces, quotidie perſoluere ſolebat quinquies ſalutationem Angelicam. Tanto verò amore virginitatis ferebatur, vt ne in coniugio, cui patris imperio colla ſubdidit, illam amitteret, vouerit per integrum ſe menſem in Lauretana domo operam ſuam nulla mercede locaturum, ſi amittendę virginitatis periculum euaderet. Deo ac Deipara propitiis euaſit, ſiquidem breui ſponſam eius mors irruens ſuſtulit, & liberum à con-

iugio Santum ad ſoluendum Deiparæ nuncupatum votum quantocyus dimiſit. Peſtilentia ſublatis parentibus ſoror ſuperſtes erat, quam impenſiùs Diuæ Virgini commendans, ſtatim Virginem & adſtantem videt, & dicentem audit: *Sante, quid ſollicitus es? meta animum exue, ſororis curam geram, purum mihi famulatum exhibe.* Religionem ingreſſus, & Raynerij nomen ſortitus, vt perpetuam virginitatem excoluit, ita Virginis perpetuæ Matris Domini ſeruus fuit; cuius filij infantiam ita medullitus colebat, ita amplectebatur ex animo, ita verſabat voluebàtque, vt ſemper cum Virgine & Virginis puero verſari videretur. Nec vana ſanè fides fuit, nam præterquam quòd omnes ad cultum Deiparæ, qua exemplo, qua voce permouebat; præterea Chriſti Domini infantuli, & Matris infantulum geſtantis effigies, lapidi diuinitus inſculpta, in ipſius felle poſt mortem reperta eſt. Quæ omnia fuſiùs Bouerius deſcribit, multáque numerat miracula, quæ Raynerius patrabat inuocata Virgine his Eccleſiæ verbis: *Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, &c.* Ac demum addit Raynerium diem obiiſſe in Conuentu S. Mariæ nouæ, Tuderti.

## Anno autem mundi 5573. Chriſti 1590. Vrbanus ſeptimus Sixto ſuffectus eſt, & Gregorius decimus quartus, paulò poſt, Vrbano.

A Romæ ergo Sixtus quintus mortem Auguſto menſe obiit, vir verè in Deiparam propenſus, in cuius honorem initio ſui Pontificatus Lauretum ciuitatis iure donauit, & decorauit ſede Epiſcupali, auxit integro Monte, quem Regalem vocant; & ſingulis Piceni ciuitatibus, vt ſuas quæque inibi excitarent ædes imperauit. Sculpi ex arte tres portas templi æneas curauit magna impenſa quadraginta millium ſcutorum. Romę extruxit famoſum ſacellum Præſepis Domini apud S. Mariam Maiorem, quod ſacellum tribus libris heroico carmine deſcripſit Hieronymus Badeſius hortatu Cardinalis Syluij Antoniani. Extulit etiam Sixtus quatuor præcelſas pyramides, vnam ante S. Petrum in Vaticano, alteram ante S. Mariam Maiorem, tertiam ante S. Ioannem in Laterano, quartā ante S. Mariam de populo. Approbauit & confirmauit anno 1586. Ordinem S. Mariæ Fulienſis. Feſtum Præſentationis S. Mariæ ex Calendario euulſum reſtituit. Quæ omnia conſtant partim ex vita eius per Cicarellam, partim ex Turſellino libro 5. hiſtoriæ Lauretanæ cap. 11. partim ex Chronica Ordinis Minorum tomo 4. lib. 5. cap. 10. partim ex Balinghem & Vincentio Charron 14. Aprilis, partim denique ex Donio d'Attichy in floribus hiſtoriæ Cardinalium in Syluio Antoniano.

B Sixto mortuo ſublectus eſt Vrbanus ſeptimus, cuius breuis Pontificatus duodecim dierum, non permiſit eum multa præſtare in honorem Diuæ Virginis. Notat tamen Spondanus hoc anno n. 20. eum teſtamento ſuo legaſſe bona ſua Sodalitati B. Virginis Annunciatæ in dotes calamitoſarum Virginum.

C Interim Florentię Dux Ferdinandus in gratiarum actionem de filio ſibi genito inuocata Virgine Annunciata; eidem Virgini dono obtulit Candelabra argentea pretio quater millium aureorum. Sic Franciſcus Bocchi, Tractatu de miraculoſa imagine Annunciatæ Florentię, & Vincentius Charron in Calendario 12. Maij n. 3.

D At literæ Annuæ Societatis Ieſu mentionem hoc anno faciunt in Collegio Lauretano de Iafredo Veneto, qui cùm magnus eſſet peccator, & in extremam ægritudinem deueniſſet, viſione raptus eſt ad Chriſti tribunal: accuſato à dæmonibus, & mœſto ac lugenti, necnon Virginis potentiſſimam opem enixè imploranti, obtinuit remiſſionem Virgo, eidémque apparens ſolatium ingeſſit, atque aliis circumſtantibus Iafredum lucis ſuæ radios aſpicere permiſit, vt fuſiùs habent prædictæ annuæ, ex quibus idipſum repetunt, Gualterus in tabulis Chronologicis, ac Vincentius Charron 16. Martij n. 2.

E Eædem literæ Annuæ aſſerunt in Domo Profeſſa Neapoli, de Sodali quodam Parthenici cœtus, quòd cùm certa prece ſeipſum quotidie Diuæ Virgini commendaret, eius etiam præſentiſſimum auxilium ſenſit. Nam extra domum ab hoſtibus cinctus, & crebro ſcloporū diſploſu appetitus, illæſus euaſit, parte ſolùm veſtitûs aliquantulum ambuſta. Quin & dicitur ibidem, quòd truculentioris viri vxor, ab illo optione data veneni aut ferri, implorata Virgine illud præeligens hauriénſque incolumis euaſit.

F Hoc itidem anno, vt fidem faciunt eædem Annuæ, Dilingæ dyſenteria permoleſta erat; correptus eſt ea Scholaſticus quidam illuſtris familia, ſed virtute magis: qui intelligens appropinquare mortem, ad vltimum ſe certamen comparat ſub patrocinio B. Virginis; quę & lectulo affuit, in tabula præferens eius nomen & aliorum quorumdam aureis literis. Addidit migraturum ad cælites poſt exactum breue aliquod ſpatium in igne purgante. Narrauit hoc lætitiæ ac ſpei plenus Sacerdoti vicino: & Sacerdos illicò rogauit eum, per amorem Dei genitricis, vt cælo receptus poſtularet à Deo morbi, qui Collegium diſturbabat, ſedationem. Quod & factum eſt: nam ab eius obitu nullus ampliùs eſt mortuus hoc morbo, aut ægrotauit.

G Oeniponti, etiam vir nobilis & erga Deiparam præclara mente, in cuius honorem exornauerat templum, & ſacras ædes obierat peregrè longè diſtantes, diuturni vi morbi, & viſum & auditum amiſit: Non tamen triſtatus eſt aut ſpem abiecit recuperandæ valetudinis, affuturum tempori patrocinium Deiparæ aiebat: Nec fruſtra; ſequenti Sabbato viſus videre lucidam nubem intrantem & penetrantem caput, & deſquamantem membranas oculorum: dein ſibi plenè reſtitutus eſt: adeóque vouit peregrinationem aliam ad ædem Lauretanam in gratiarum actionem.

H Louanij, vir Conſularis deſperata à medicis valetudine, vt primùm ſe, ſi morbo ſupereſſet, Sodalem fore B. Virginis vouit, meliùs habuit. At Leodij æger pedibus, & iam altero, ita lue graſſante, mutilandus erat: Ceruienſem maluit adire Virginem, quæ fulget miraculis in Hannonia (de ea ſuprà dictum eſt anno Chriſti 1100. & 1326. litera A) iuit ægrè ſe trahens ac furculis incumbens, ibique tellecto Mariani beneficij

Digitized by Google

argumento ſuis pedibus Leodium reuertit.

Turnone matrona parturiens tertium iam diem acerbis doloribus diſſerebatur, nihil proficientibus remediis, viro eius venit in mentem, Deiparæ paruolam effigiem admouere laboranti. Mira res! ſimul contactum corpus & partu ſolutum eſt.

K Brigantię in Luſitania, Sodales Parthenij apparatam inſtituêre pompam Regum Vatúmque ſacrorum, ac Patriarcharum, qui vel à prima mundi origine vixerunt, longo ordine procedentium; claudebat agmen is, qui Gregorium Magnum referebat, portans imaginem Virginis. Ibidem, cuidam ſibi deuoto, ſed ob crimen patratum penè deſperanti, atque vrbem fugienti, adfuit Sanctiſſima Virgo, & renouans Iordanis miracula per medium fluuij alueum hinc & hinc diſcedentibus aquis, ad ædẽ ciuitati proximam reduxit, & ſpe plurima repletum conſolans ex eius aſpectu repentè euolauit.

L In Collegio autem Neapolitano dicitur, quòd Deipara Virgo miſit quempiam veſtitu peregrinum, vt alium moneret de peccatis occultis & ſacramento expiandis. In Brerano quemdam vulneribus octodecim in via confoſſum, implorata Virgine, non modo à morte fuiſſe ſeruatum, ſed & a ſenſu doloris extitiſſe immunem, cùm neceſſaria vulneribus medicamenta ponerentur, à quibus breui conualuit.

M Inſuper in Collegio Placentino, Virgo quædam, vbi virginitatem vouit Deo, tam acerbis támque horribilibus viſis rerum impudicarum cœpit a dæmone affligi, vt dies ac noctes miſerè ſe haberet; ſed ſuſcepto voto inuiſendæ Virginis Deiparæ Placentinæ, omnibus illis importunis figmentis exempta eſt. Hæc & alia, quæ dicta hactenus ſunt à litera D, continentur in literis Annnis Societatis Ieſu, imò & ea quæ ſequuntur.

N Ingolſtadij, quidam cultui Deiparæ deditus, graui perpetrato ſcelere, quietem capiebat nocturnam: ſub primum ſomnum excitatur à voce ſuppliciom de flagitio commiſſo repoſcente: implorat peccator Patronam veterem, & inuocata adeſt, pellitque hoſtem talia truculentiùs frendentem: Enimuerò ſumma iniuria eſt, me vnicum propter peccatum, quod admiſi primus, æternis addici ſuppliciis; hunc ſceleribus opertum ad ſpem veniæ reſeruari. Huius ſtrepitum vocis domeſtici omnes facilè audiuerunt; cuius ſono validè ad pœnitentiam reuocatus eſt peccator ille. Sic prædictæ literæ Annuæ.

O At in Paſcuarenli Sede, quę eſt apud Mexicum, profligatus iuuenis, de nocte poſt ingentem ſtrepitum, videre viſus eſt draconem horribili ſpecie; exclamanti, vxor, Mariam, inquit, Dei matrem inuoca. Inuocauit, & fugit ſpectrum. Tumqoe audita vox eſt, adiret Societatis Patres, ſarcinam abiiceret peccatorum. Quod eſſe factum aſſerunt citatæ Annuæ.

P Broxellis, fuit miles, qui in expeditione Gallica, cùm prædæ primitias B. Deiparæ vouiſſet, irruptione facta in hoſtes, petitus eſt ferrea glande; aduſta duntaxat veſte cætera impenetrabilis fuit. Sed & eiuſdem Dei matris Imago in templo, qood quatiebatur vndique vi tormentorum, medias inter ruinas ſtetit non loco ſed numine defenſa, auxitque hoc plurimùm Virginis venerationem, vti docent Annuæ. Quæ etiam aiunt, Pariſiis preces à Sodalibus factas fuiſſe pro incolumitate vrbis, quam dirè diuexabat & peſtis & hoſtis. Præterea Siluanectenſem Epiſcopum petiiſſe in Sodalitium Parthenium admitti. Vrbem ſtetiſſe auxilio Dei genitricis, quam Lutetia Patronam ſemper agnouit & amauit. Votum illam feciſſe mittendi nauigium argenteum, ornatum inſtructúmque (ſignũ eſt Senatûs populique Pariſienſis) ad ædem Lauretanam, & faciendi pedeſtrem peregrinationem ad Carnutenſem, quæ nouem leucis diſtat.

Q Rurſus apud Di[illegible]nem, iter faciens Parthenius Sodalis incidit in latrones, ſemel iterúmque ſclopo diſploſo, tamen percuſſus non eſt, adeóque accelerãs fugam notum implorat S. Virginis auxilium. Iam ſpatio multo euaſerat, cùm prædator ferox citato equo in peditem fertur mucrone diſtricto; & proximè caput gladio petiturus erat, ſed clienti Virgo adfuit: nam prolapſus repentè equus ſic equitem impedit, vt interim alter ſalutem fuga inueniret. Ita prædictæ Annuæ, quæ paſſim ſimilia Virginis Deiparæ ſubſidia, tum Niuernis, tum Neapoli, tum Taurini, & nunc ab inſidiis, nunc à naufragio, nunc denique à variis morbis & periculis, fusè accumulant.

R Habet & iſtud Gaſpar Lechnerus in ſuo Sodali Parthenio libro 3. cap. 8. n. 12. Leodij pannos lineos commodarat mulier in vſum Sodalitij B. Virginis ad aliquot dies. Poſt vſum redhibitos lauandos ſepouit. Cùmque videret maritum ſuum, octoginta virum annorum, grauiter decumbere, ſpei plena aliquid per lineos illos pannos clementiſſimam Dei matrem efficere poſſe, eos ad ignem calefactos applicat decumbenti marito, & ſubitò liberatur dolore ac morbo. Ita nihil adeo exiguum eſt, quod non iuuet, ſi Virginis honori ſeruierit.

S Auenione, quinquennis puerulus ex edito quinquaginta pedibus loco in viam ſtratam decidens, inuocata ab omnibus rem ſpectantibus Diua Virgine, incolumis ſublatus eſt, perturbatus tamen aliquantùm; ſed breui ad ſe rediit, & triduo pòſt in publica ſupplicatione apparuit, mirabunda ciuitate, accenſam facem manu prætendens, vt gratiis agendis ſe ſiſteret Soſpiti Virgini, cuius ope, bonis deprecantibus, retinuerat vitam. Rem Annuę fuſiſſimè deſcribunt: & ex iis hauſit Bonifacius in hiſtoria Virginali lib. 3. c. 14.

T Agenni, turmæ hæreticorum ex improuiſo ingreſſæ diripiebant ferro flammiſqúe omnia. Deſperatis in rebus Epiſcopus voto implorat Virginem Lauretanam, & repentè terrores panici in hoſtes incubuerunt, & in fugam verſi ſunt. Quod rurſum latè Annuæ referunt.

V Sed & eædem: De tota, aiunt, retexenda vita Sodalem Neopolitanũ admonuit Virgo ſanctiſſima octauo antequam moreretur ille, & ea ſe videndam ipſi præbuit effigie, qua cernebatur, in ſacello Sodalitatis.

Z Dolæ, adoleſcens morbo afflictus, cùm à præceptore ſuo monitus fuiſſet, vt votum ineundæ Sodalitatis Deiparæ conciperet; vt fecit conualuit. Sic Annuæ literæ.

X Aiunt eædem prætereà, Romanum Sodalem vitæ Religioſæ initia poſiturum, ad ſuos priùs valedicturum excurriſſe: Iumentum quo vehebatur in foſſam decidit, & crus ſeſſoris opprimit, & vterque fermè voluitur in præcipi-

tium abruptæ rupis. In re deſperata Deiparam implorat: repentè, vel vix credens ſuis oculis, eripitur ex periculo; equus in præcipitium & exitium ruit.

AA Piratioingenſes barbari in Iodos Neophytos irruerant magno oumero, & oppido capto ſimulachrum Virginis ex argilla factum, cum ludibrio tractatum capite motilarunt. Verùm paulò pôſt, vehementer à Luſitanis ſimul ac Neophytis verberati, in iguobilem ſe coniecerunt fugam. Sic Annoæ in Piratininga Braſiliæ.

BB In Vaxaceoſi Collegio Prouinciæ Mexicanæ, Sacerdos quidam Societatis Ieſu pauperculam mulierem moribuodam iouiſit, quæ vt eum vidit, ſigno crucis oſtenſo; *Hoc*, inquit, *Pater cacodæmonem expello*: & paulò pôſt viſitauit eam Beatiſſima Dei Mater comitata multis de Societate Ieſu Beatis homioibus; ſicque pleniſſima gaudio diſceſſit. Hoc literæ Aonuæ præcitatæ habent, & Bonifacius in hiſtotia Virginali lib. 4. cap. 18. Sed eædem literæ ibidem addunt, quemdam copioſum atque opulentum virum, qui nondum homines viderat de Societate, excepiſſe eos, qui aduentabant, magna ſignificatione humanitatis; tum cauſam tantæ benignitatis ſciſcitantibus ſubieciſſe: conſpecta mihi ouper Dei mater comitantibus aliquot viris eadem veſte, qua vos vtimini, præcepit vos vt adiuuarem, quibus poſſem rebus. Neque aliter certè ille fecit.

CC Rurſus eædem literæ teſtantur, Nouirios duos ex Nouellarienſi Probationis Domo Lauretum profectos, in itioere querela quadam, ſeu altercatione concitatos fuiſſe: hos in reducto quodam loco ab itinere quieſcentes ſubitò modeſta Virgo admonuit, ne iurgia ampliùs mouerent: & hæc pauca locuta pertranſiit. Senſerunt ſe verò commotos veneratione in Deiparam; & mirati datum conſilium, cùm nemo mortalium de ſuo litigio ſcire poſſet, petita viciſſim venia, ſuum reliquum iter magna concordia & lætitia abſoluerunt.

DD Prætereà in Collegio Romano tertia Virginis Sodalitas acceſſit ad duas veteres; Laureti noua inſtituta; Tabernis in Italia duæ, virorum Nobilium, & Adoleſcentium; Drepani, opificum; In monte Regali, opificum Agricolarúmque; Veronæ, Clericorum adoleſcentium; Genuæ; Fuldæ, Eccleſiaſticorum; Monaſterij; Duaci pro Religioſis. Sicut patet ex literis Annuis prætactis.

EE At Spinellus cap. 20. n. 58. commemorat oon leuem puoitionem cuiusdam mulieris, vocabatur Aurelia de Prete, quæ blaſphemiæ ſuæ in ſanctam Deiparam hoc anno commiſſæ graues poſtmodùm ærumnoſaſque pœnas dedit, quas fuſiſſimè Miechouienſis explicat diſcurſu 220. ſuper Litanias o. 31. ex Spinello citato. Idem verò Spinellus tractatu de exemplis n. 16. & ante eum Turſellinus libro 5. c. 8. hiſtoriæ Lauretanæ, habet de nobili Belga, qui cum octo equitibus improuidè in octingentos milites incidens, implorata Virgine, fortiſſimè reſtitit: à quibus, vt pote hæreticis, Virgo innocuum ipſum & ſocios exemit. Præter hæc idem Turſellinus ibidem cap. 17. meminit de duobus, quibus S. Maria eâdem ſpecie, quâ Laureti colitur, oblata deſperatam à medicis ſalutem reddidit. Et cap. 19. Decano Cathedralis Eccleſiæ Cracouienſis ſurdo aurium vſum recuperatum ſignificat.

FF Eodem aono Rex Mogoris, licet adhuc Ethnicus, magnâ tamen ſolemnitate celebrauit feſtum Aſſumptionis, & ſuperbo excelſam throno imaginem Deiparæ a Rodolpho Aquauiua Societatis Ieſu Sacerdote acceptam collocaos, ſuis omnibus Priocipibus, Ducibus, Aulicis, præcepit, vt eam venerabundi exoſcularentur & colerent. Præiuit omnibus filius Regis: quos autem Rex in hoc officio vidit eſſe promptos & alacres, Equites poſtmodùm creauit. Quod Du Iarric tomo 2. rerum Indicarum, & ex eo Vincentius Charron 15. Auguſti n. 9. atque eadem die Balinghem num. 33. ac demum Gononus in Deiparæ Chronico hoc anno referunt.

GG Quo etiam anno viuebat Ioannes Euangeliſta Mormilius, Neapolitanus, Monachus Caſſinenſis, qui de glorioſa Virgine verſu heroico Italicè multa conſcripſit, vt docet Poſſeuinus in ſacro Apparatu.

HH Ex quo etiam authore colligitur ad hunc annum vixiſſe Iodocus Coccius, Bilcueldianus, & Canonicus Iuliacenſis, vir magnæ lectionis; qui inter diuerſa opera, librum vnum edidit de Deipara Virgine Maria, in quo allatis authoritatibus ſanctorum Patrum conuellit hæreticorum huius temporis omnes errores atque blaſphemias circa Beatam Dei genitricem.

II Sed & obiit Auerſæ menſe Octobri Romanus Sincerus, Siculus, Monachus ſancti Martini de Scalis Panormi, & Abbas S. Laurentij de Auerſa Congregationis Caſſinenſis, qui ſcripſit hiſtoriam S. Mariæ de Monte-regali. Quod Poſſeuinus iterum teſtatur loco antè citato.

KK At ex Marraccio hoc anno floruerunt, & ſcriptis illuſtrarunt Virginẽ: *M*artinus Garcia, Sermonibus piis. Bartholomæus Vuangerus, Piis Meditationibus & Concionibus Marianis. Antonius Polrus, Libello de pulchritudine Mariæ. Ioannes Baptiſta Gnocchus, Opere prænotato, Schola Matris Dei. Georgius Schenck, Medicus, Libro Miraculorũ Imaginis S. Mariæ Vallẽſis in Alſatia. Damianus de Vegas, Diſcurſu & Concionibus de immaculata Conceptione. Chriſtophorus Varſeuicius, Crocouienſis Canonicus, Encomio. Guilielmus Alottus; Oraculis, figuris, nominibus, Deiparã in ſcriptura indicantibus. Thomas Garzonius Lateranenſis Canonicus, Vita Mariæ. Conſtantinus Maſſinus, ibidem Canonicus Tractatu de Imagine S. *M*ariæ de Creta Caſalẽſis Diœceſis. Iacobus Graſſius, Benedictinus, octo Sermonibus. Proſper Roſettus, Seruita, itẽ Sermonibus ſuper *Aue Maria*, quorum titulus eſt, Lilium Salutationis Angelicæ. Vualterus Rotarius, ſiue Ramaker, Eremita Auguſtinianus, Libro in Salutationem Angelicam. Et ex Prædicatorio Ordine: Vincentius de Boſna. Melchiot Varacens. Aurelius Coſimus. Iodocus Garganus: Duo priores de Roſario ſcripſere; tertius Italicè reddidit Originem Imaginis S. Mariæ à Quercu prope *V*iterbium; quartus opus edidit prænotatum, Parthenia.

LL Hoc demom anno admonet Bouerius ſex ex Capucinorum familia egregiè in Deiparam animatos deceſſiſſe ex hac vita. Horum quatuor, videlicet Paulo à Soreſina, Timotheo Seneoſi, Michaëli à *V*enafro, & Ludouico ab Alcamo, Bea-

ta *Virgo* in obitu apparet; & ex his Ludouico puerulum Ieſum ſingulari priuilegio vltro in vlnas tradit. At Anſelmo Bononienſi, Concionatori, olim cùm preces in choro effunderet dignata eſt ſe ſpectabilem Deipara præbere veſte candida amictam, & caput eius in ſuo ſinu Virgineo mira ſuauitate reclinare. Petro denique à Martina, Laico, ſic adhuc olim candido veſtitu apparuit: vt cùm adhuc is puer ad eam confugiſſet, tarditatémque tum ingenij, tum memoriæ præſertim, quâ complecti non poſſet, quod ſorores eius poterant, Apoſtolicum Symbolum, obiecíſſet: ſic eum momento edocuit, vt Symbolum Nicænum quod cantari in Miſſa conſueuit, facilè recitaret. Vide ſi lubet, hæc omnia apud præcitatum authorem hoc anno n.13.34.70.71.75. Sequente autem.

## Anno mundi 5574. Chriſti 1591. Innocentius nonus defuncto Gregorio ſuccedit, ſedétque Pontifex.

A Quo etiam anno, die 21. Iunij, moritur B. Aloyſius Gonzaga Societatis Ieſu Religioſus, vix Religionis quinquennio expleto. Quod docet vita eius per Virgilium Ceparium ſcripta. In qua etiam ample deſcribuntur varia, quę à Diua Virgine beneficia recepit, & quę ipſe officia pro tot beneficiis rependerit. Nam in primis natus eſt beneficio Virginis Lauretanæ, cui facto voto, periclitans Aloyſij mater pro ſè & ſuo fœtu ſpondens, fœlicem demum experta partum eſt. Sed Aloyſius adhuc puerulus cum lacte ebibens deuotionem Marianam, Salutationem Angelicam frequentiſſimè iterabat; & ad quemlibet, quem aſcendebat gradum, eandem recitabat. Vix decem annos natus, vt ſimilior Diuæ Virgini appareret, Florentiæ in æde Annunciatæ Virginitatem Deo vouit. De ſtatu vitæ deliberans, à Virgine iuſſus eſt Societatem Ieſu ſequi. In Societatem admiſſus, humilitati comparandæ patrocinium Virginis adhibuit. Tantam per Virginem virginitatis puritatem obtinuit, vt nullis vnquam carnis ſtimulis commotus, nullis diuexatus rerum turpium imaginibus extiterit. De eodẽ Aloyſio agunt, & præter hæc, alia referunt Spinellus cap.35.n.32. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3.cap.5.n.3. Balinghem & Charron 21. Iunij, atque alij multi.

B Paulò poſt Aloyſium deceſſiſſe de vita dicitur B. Ioannes de Cruce, Carmelita Diſcalceatus, ſocius & adiutor S. Thereſiæ in formando & reformando Ordine Carmelitarum. Præter alia dona, quæ à Matre Dei recepit, adhuc adoleſcens in puteum delapſus, Virgine protegente, non eſt aquis demerſus. Prophetia, miraculis, virginitate clarus, die Sabbati mortuus eſt 14. Septembris, vt habet Chronicon Carmelitani Ordinis. Huic verò addit Bouerius quatuor Capucinos eximiæ virtutis & eximij cultûs in S. Deiparam. Bernardum Ebolenſem, Angelum Foroliuienſem, qui an ſit diuerſus ab Angelo de quo anno 1585. literâ D. dictũ eſt, omninò neſcio, Ioannem à Colleamato, & Iacobum Cremenſem, quibus omnibus benigna Dei Mater ſe in exitu vitæ ſenſibiliter videndam voluit exhibere: ac Ioanni quidem in extremo agone contra dæmones victoriam præbuit: at Iacobo Cremenſi, non in obitu tantùm ſed etiam alias aſpectu frui Mariano liberaliter conceſſum eſt, præſertim in graui malorum ſpirituum pugna: tunc enim inuocanti clientulo ſuo ſpectabiliter apparens: *Ne metuas*, inquit, *Iacobe, non hic vitæ tuæ exitus erit, ſtudioſius mihi famulare*. Solo ille pane & aquâ in peruigiliis feſtorum Beatæ Deiparæ vti conſueuerat, & alia præſtabat quibus Dei genitricis affectum ſibi perample comparabat. Præter hoc autem inſuper idem Bouerius exceſſiſſe de vita dicit Bernardum Ioienſem, Laicum & Nouitium, quem ſanauerat Virgo à graui ſurditate, radioſa ipſi apparens; ſanauerat autem, quo poſſet ille in Religione ad finem vitæ perdurare. Exceſſiſſe item affirmat Laurẽtium Oſcenſem inſignem miraculis inuocatione patratis B. Deiparæ, euius imaginem ſecum ferre ſolebat & ægris præbere piè deoſculandam. Sæpè eiuſdem aſpectu iucundè potitus eſt; atque illo præſertim itinere, quo Româ egrediens Catalauniam profectus petiit. Tunc enim illa ei obuiam facta ſtipata duabus Beatis virginibus conſolationem mirabilem ingeſſit. A Solebat bonus ille Pater, quæcunque ab eo per amorem *Virginis* petebantur, promtus erogare, & peruigilia feſtorum Deiparæ ſine vllo cibo, cum ſumma abſtinentiæ virtute religioſè tranſigere. Lege, ſi placet prædictum Bouerium hoc anno n. 22, 23. 28, 39. 45. &c.

C Sed & obiit quoque Ioannes Miræus, Epiſcopus Antuerpienſis; & hic obiit duodecimo menſis Ianuarij, ante fermè omnes iſtos Chriſtiparæ famulos, de quibus hîc mentio facta eſt: Is explorauit, inquiſiuit, & ſcripto conſignauit, imò prælo mandare cœperat, *Beneficia & Miracula D. Virginis in Aſpricollie honoratæ*. Ex quo Lipſius fatetur ſe hauſiſſe, quæ in lucem emiſit: & Philippus Numannus, populo Bruxellenſi à ſecretis, quæ ipſe euulgauit ſermone patrio anno 1606. vt eodem anno dicetur. Deſſelius verò, in Bibliotheca Belgica, hæc omnia de Ioanne Miræo grato animo commemorat.

D Sed & beneficio Virginis Monſerratenſis, Clemens Tantina, Parochus in Eccleſia de Callus, percuſſus fulmine in turri ſuæ parochiæ, quam ipſe conſcenderat, vt inde tonitruum exorciſmo ſedaret, inuocata Diua Montiſſerrata, ab ea in ſomnis apparente ſanatus eſt, vt pleniùs dicitur in miraculo 163. hiſtoriæ Montiſſer- B ratenſis, & apud Vincentium Charron 15. Maij n. 6. Similiter miraculo 365. & apud Charron 14. Decembris n. 5. Liberatur quidam Ioannes Lymos ex prædonum manu & plagis, atque ex putei præcipitio; omnia mira benignitate efficiente Deipara.

E Duo verò dant Annuæ literæ Societatis Ieſu hoc anno memoria digna, quæ duo Dolæ contigerunt. Iactabatur puer continua ac diuturna febri mortem omninò allatura: venit in mentem votum dicandi ſe Dei genitrici in eius Sodalitio; & verò votũ emittitur die feſto Annunciationis: febre confeſtim ita puer liberatus eſt, vt mutata fuerit ex cóntinua in quartanam. Ergo recurritur ad eam, quæ iam medelam attulerat, & die Viſitationis in ſodalitio confeſſus puer, ſanatus reuertit, ſed viribus planè debilitatis

Digitized by Google

Te.tio igitur aditur Deipara, ſed ad Montem Rolandi, nomen eſt templi Mariani prope mœnia vrbis miraculis clari: venit interim equo vectus, & ſcipione nixus in ædem ingreditur: et audito ſacro, relicto ſcipione, ſuis pedibus, non requirens equum, domum repetiit.

Ibidem, cùm filius pio parenti diſſimilis negotium faceſſeret patri, pater Euchariſtia F
percepta rem Chriſto commendauit. Chriſtus audiit, & puero viſus eſt minas intentare, ni ſe ſubderet patri, imò febrem immiſit, à qua releuatus oblitus eſt Dei minarum. Interim rogatur à Sodalitij Præfecto, vt nomina Sodalium perſcribat, ſcitè quippe ſcribebat; ſcribenti, & nondum Sodali, offert ſe ſpectabilem Beatiſſima Virgo dicens: *Hoc age, rem mihi gratam facis; nec ego vſquam tibi abero.* Quo viſo territus lætuſquè, audè adſcribi in Sodalitatem petijt, & ad optimos mores deinceps ſe conuertit.

Demum Saſſari in Sardinia inſtitutum Soda- G
litium eſt Beatiſſimæ Virginis: Camberij; Anicij; Toloſæ minus; Diuione Sacerdotum aliud, aliud opificum; Tarraconæ; Toleti in Domo Profeſſa; Duplex in Collegio Mexicano. Sic *Annuæ* literæ à Bencio conſcriptæ.

Omiſi propemodum Scriptores Marianos, H
Antonium Caraffam, Cardinalem, qui Catenam Patrum in *Magnificat* è Græco Latinam reddidit. Antonium Aluares, Franciſcanum, qui Conſiderationes ſcripſit in Euangelia feſtorum Deiparæ. Beliſarium Morgautium, qui Lucenſis Virginis Hiſtoriam edidit. Gaſparem Sanches, Societatis Ieſu, qui Conciones in præcipua Diuæ Virginis feſta. Thomam Boſium, Oratorij Romani, qui vitam Mariæ, & Tractatum de cultu eius ad poſteros ſtudioſe tranſmiſit. De quibus Marraccius. At

## Anno mundi 5575. Chriſti 1592. Clemens octauus Innocentij loco regimen Eccleſiæ ſuſcepit.

ET hoc quoque anno inductus Ornieti mos eſt Deiparæ Virginis ab omnibus conſalu- A
tandæ, quoties, ad æris campani ſignum, publicum initur à magiſtratu conſilium: quæ res in eum finem potiſſimùm exercetur, vt commodiùs & fœliciùs deliberatio ſuccedat & tranſigatur ab omnibus. Omnes enim in illum finem quantum poſſunt conferunt, hi ſententias promendo, iſti precibus adiuuando. Quod commemorat Franciſcus Carettonius in Annuis Societatis Ieſu, in miſſione Prouinciæ Romanæ.

Sed & Beatiſſima Virgo ſpectandam ſe præ- B
buit morienti Patri Hieronymo Ruys de Portillo; qui hoc anno Limæ in India Occidentali poſt multos in quærendis animarum lucris labores, necnon etiam miracula, animam Creatori hoc anno placidè reddidit. Ita Nierembergius in Hieronymi vita, tomo 1. de viris illuſtrium Virorum Societatis Ieſu.

Quo etiam anno obiiſſe dicitur Beatus Paſ- C
chalis Baillonus, primùm paſtoritiam vitam, dein Religioſam apud Recollectos peragens. Tanto ille affectu in Deiparam ferebatur, vt adhoe in ruſtica vita, Officium Diuæ Virginis, aliaſquè preces in illius honorem quotidie recitaret; frequenter Roſarium vel manu vel collo geſtaret; ſemperquè genua flecteret audito nomine B. Mariæ Virginis; neque haberet quicquam frequentiùs in ore, quàm quod ad laudem Beatæ Deiparæ aliquo modo pertineret. Habuit locum in Catalogo Beatorum anno 1618. per Paulum quintum Pontificem, vt habet Vincentius Charion in Calendario 17 Maij n. 1. qui prædicta ... fert ex Chronico Minorum tomo 4. lib. 9. D... etiam agit hiſtoria Recollectorum per Carolum Rapine 3. decade: vbi etiam dicitur ingreſſus eſſe in Religionem à Beata Virgine vocatus, quæ ei cum Diuis Franciſco & Clara ſpectabiliter apparuit, cùm eidem Virgini ſacellum quoddam ſiue Eremitorium extrueret.

In agro autem Eboreoſi Regni Luſitaniæ, D
duo Sanctæ Virginis effigie impreſſa numiſmata, Senatori cuidam ex diotino morbo in delirio verſanti memorabile ſanè dederunt præſidium contra dæmonis fraudes. Cùm enim ob lucida quæ nonnunquam babebat, interualla, relictus eſſet ſolus à ſuis; hunc dęmon adorſus eſt, & primò inſtigauit, vt in viam lapide ſtratam ſe præcipitem ex alto proijceret: ſed ſic præceps deiectus non læſus eſt: ergo rurſus dæmon inſtigat, & ſpecie humana illi iterum apparens, vrget, vt ſeſe profundum in puteum immergat: ſuper aquam numiſmata ſuſtinent, & Deipara iuuans conſpectu ſuo exhilarat, donec, poſt duas horas, extractus exinde eſt cupidiſſimus Deo & Deiparæ placendi, liber ab inſania, & à priſtina ægritudine, atque à præſenti periculo. Ita Ioannes Franciſcus Carettonius in prædictis Annuis literis Societatis Ieſu, ſub finem Miſſionum Prouinciæ Luſitanæ.

B Sed & idem Franciſcus in iiſdem Annuis pro Prouincia Germaniæ Superioris, ait, quemdam tam ardenti deſiderio Sodalitij Ingolſtadienſis exæſtuaſſe, vt, quamuis ægerrimus, baculo ſe traxerit ad cœtum Sodalium; in quem cùm eſſet cum aliis receptus, miraculosè conualuit. In Miſſionibus autem Prouinciæ Romanæ ait, piam mulierem in Montefranco poſtulaſſe à Beata Virgine morbum coniugi ſuo & verò impetraſſe, vt nempe ille ab impia & ſcandaloſa vita, quam iamdudum babebat, hoc morbi remedio ita puniretur, vt & eximeretur. Quod & factum eſt. In Prouincia autem Aquitaniæ loquens de Congregationibus Diuæ Virginis ait, quemdam ſolitum à viginti & tribus annis B. Deiparæ ſoluere coronam precariam, cùm ſemel incuria omiſiſſet, nocte ſequenti raptarum quidem fuiſſe à dæmone, ſed & à Matre Dei ſic adiutum, vt tamen moneretur bonæ ſuæ conſuetudinis non omittendæ.

F Inſuper Neapoli, quidam iniuriam fratris interempti, neque priuatim vindicauit, neque publicè indicio perſecutus eſt: ſed B. Virginis amore ita remiſit, vt omni ope contenderit, vt fratricida inter Sodales adlegeretur, quo & culpam citiùs agnoſceret, & eam etiamnum vehementiùs deteſtaretur, mirabili ſanè Chriſtianæ ſtratagemate vindictæ. Quod non ſilent, ſed vt debent collaudant, iſtæ Annuæ prædictæ.

G Item in Collegio Salernitano, Sodalitates Beatæ Deiparæ quatuor exortæ ſunt; Rhegini Congregatio opificum; Nolæ ſtudioſorum:

Aronæ:

Atonæ; Geouæ in triremibus; Pettocoti; Poſnaniæ rurſum: Ratiſbonæ: Commotouij: Brunæ ex opificibus: Viennæ in Auſtria ex Adoleſcentibus: Toleti minor. Apud Mexicanos in Collegio S. Ildephonſi, & in Collegio Vaxacenſi. Ita literæ eædem Annuæ: quamquam aliquas iſtarum ſodalitatum ad annum ſopetiorem reuocant, ſed minùs noonunquam diſtinctè.

H Notat verò perappoſitè Bouerius non paucos Capucinos ita hoc anno animam reddidiſſe, vt magnam pattem Matianatum laudum hoc loco efficiant. Nam præterquàm quòd tecitatis D. Mariæ litanijs io certo quodam vrbis Andriæ Monialium Cœnobio iuſſione Chetubini à Nucibus Concinatore Capucino, ex eodem Monaſterio dæmones expulſi ſunt: vlteriùs vitæ finem iniit Laicus Capucinus Samuel a S. Aotimo, hunc iam ab iofantia incepiſſe dicont ſemel die Sabbati, nec ante meridiem, mamillam deguſtare, quam ieiunij conſuetudmem reliqua vita conſeruauit, illa die in honorem Virginis ſolo pane & aqua ſola veſcens. Adhuc ſæcularis quotidie corollam precatiam ſoluit. Cumqúe quadam die, vna cum cutru quo ille vehebatur in profundam foueam protueret, à Beata Virgine ſpectabiliter apparente in foueæ margine ſtatuitur illæſus. Vitæ quoque finem inuenit Vincentius Adrienſis, Capucinus Sacerdos, cui, cùm raptaretur à dæmone per Dormitorij viam, ſiue ambulachrum, accurrit glorioſa Virgo, & magna ioce conſpicua effugato dæmone, immortalem gloriam certò adptomiſit, quam is poſteà, Annuntiationis paulo pòſt luceſcente die, comitante Virgine ingreſſutus erat. Quod & factum eſt. Denique adhuc ex Capucinis finem viuendi fecit, Bartholomæus Cæſenas, Sacerdos, qoi olim io ſæculo inter ſcelera aliqualem in Deiparam deuotionem ſernans, eam quotidie hymno, *Stabat mater doloroſa*, venerari conſeuerat. Aliquando illam tecitans orationem in extaſim abiit, & in igneum pelagus ſe depoꝛtari vidit, in quo piæ dolore Deiparam inclamat, quæ dexteram porrigens Bartholomæum è pelago eduxit, & eductum ita affatur: *A di filium meum, & veniam pete grauiter commiſſorum*. Ille veritus præſentiam Iudicis ſeueritatémque metuens multùm tefugiebat. Et verò tandem aliquando accedens ſemel iterumqúe grauiter repulſus eſt: donec tertia vice ab ipſa Virgine introductus, ſic admiſſus eſt, vt promitteret vitam pœniteotia meliorem reddere. Aliàs adhuc ab eadem Virgine admonitus eſt, vt perfectam Regulæ ſectaretur obſeruantiam, nec Chriſtum exciperet tribus lancibus, quarum duæ cibo exhibendo commodiſſimæ & erectæ eſſent, tertia tortuoſa & fœdè inclinata epulas non ſine horrore effunderet. Vide Bouerinm n. 14. 29. 44. 56.

I Scripſit autem hoc anno Ioannes Vuchalius, Societatis Ieſu Religioſus erat & Sacerdos. Hic ſcripſit Cracouiæ, Meditationes de B. Maria vt habet Alegambe in Bibliotheca, aſſerens eum mortuum eiſe anno 1608. ſed præſente ſcripſiſſe. Scripſit item & Ambroſius Neapolitanus, Auguſtinianus, Epiſcopus Samoſenſis, & Mantuanæ Eccleſiæ Suffraganeus digous: ſcripſit autem ille Conciones in ſalutationem Angelicam, & canticum B. Mariæ Matris Dei. Ita in ſacro Apparatu Poſſeuinus.

K Vlterius dat iſtos *Bibliotheca Mariana*; Franciſcum Bocchium, Florentium, qui Florentiæ excudit De Imagine Annunciatæ. Laurentium Cuperum, Carmelitam, qui hoc an. Antuerpię edidit Sertum roſaceum precum ad Deiparã, & bieonio pòſt mortuus eſt, ſcriptis prius aliquot Sermonibus in feſta Mariana. Alphonſum de Oroſco, Auguſtinianum Eremitam, qui varias Orationes, Conciones, Annotationes Tractatus de B. Virg. cõſcripſit. Ludouicum de Torres, Dominicanum, qui fecit Declamationes ſex in *Salue Regina*. Et Auguſtinum de Capitis, Minoritam, qui verſu Hetruſco, præcipua Mariæ myſteria cecinit.

## Anno deinde mundi 5576. Chriſti 1593.

A EXpertus eſt Bartholomæus Vergara adoleſcens inſignem erga ſe D. Virginis protectionem, à qua admonitus de hora ſuæ mortis, breui ex morbo quo affligtabatur venturæ, ſuſceptis ritè ſacramentis, contra ſpem medicorum ſubitò mortuus eſt. Hiſtoriam fuſiùs refert ex literis Patris Gaſparis Perrolæ Poireus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 3 §. 3. n. 13. & Vincentius Charron 28. Septembris n. 3.

B Hoc inſuper aono refert Collegium Neapolitanum varias Deiparæ gratias Sodalibus ab ea exhibitas. Vnus enim eorum, cùm à ſicario peteretur, aduerſus ferrum quod identidem ſtringebatur, B. *Mariæ* Virginis auguſtum nomen oppoſuit. Pro mortuo deinde relictus, veſtimento pluribus locis perfoſſo, ipſe intactus. & cute ne leuiter quidem perſtricta, euaſit. Alter ruentis impetu plauſtri proſtratus, Virginem inuocauit, & eros quod tota obtritum credebat, incolume ſubtrahit. Tertius ſeptimum iam annum ex oculo grauiter laborabat, precatus ardenter Deiparam, globulum inſtar ciceris ex oculo eiicit, ac repente ſanatur. Quartus in vinculis detentus morte mulctandum ſe credebat, enixè imploratam Virginẽ videt in ſomnis præcipientem certo cuidam Iudici, vt hominem ſoluat. Paolò pòſt ille ipſe Iudex abſoluit. Sic Annuę literæ Societatis Ieſu à Turſellino compoſitæ.

C Eædem uerò in Collegio Auguſtano habent, Duos homines deſperatione agitatos, impeditos à Deipara fuiſſe, ne ſibi vel cultro, vel reſte mortem conſciſſerent. Mulierémque à morbo corporis, inuocatã Virgine, liberam eſſe factam; tum vt ſpiritus, ſuo etiam, quo tenebatur, morbo, efficienter [illegible]aretur, iterum morbo fuiſſe implicitam: & demum recurrentem ad eandem Diuam Virginem, tam à corporis, quàm à ſpiritus fuiſſe ægritudine exemptam.

D Similiter in Oetingenſi Reſidentia, Quidam votum perſoluit ob filium à ſubmerſione ſubtractum inuocatione Diuæ Virginis quæ Oetingæ colitur. Et quinquagenaria mulier idem præſtitit ob peſtilentiam, quam iam contraxerat, ope Dei genitricis depulſam, & loquendi facultatem, quã quinque annis caruerat, recuperatam.

E At in Domo Cracouienſi, vindicta quædam deſcribitur hoc loco memoranda, de quodam milite, qui Argentorati ſimulachrum Virgi-

T 5

nis ligoeum gladio ferire molitus, & caput ab humeris tollere, cùm tertio ictu rem conſicere oequaquam potuiſſet, irriſus à ſociis aliquando tandem ferire imaginem deſtitit. Sed non deſtirit ira diuioa, quæ eum redeuntem ad hoſpitium ſuum eodem die, & iactabundum de ſuo illo facinore ſubita motte extinctum ſubripuit.

F Io Billomenſi Collegio, memoria fit de quodam apud hoſtes captiuo, quem inoocatio & votum ad S. Deiparam, & elabi fecit ex cuſtodia, & domum è veſtigio reuerti.

G In Madridienſi, pia mors exprimitur cuiuſdam adoleſcentis, qui ne ſacrameotis priuarus è vita diſcederet, monitu Deiparæ ad ea procuranda incitatus eſt peramanter. Iis denique receptis, ſæpiùs Diuæ Virginis effigiem, quam è collo ſuſpenſilem geſtabar, & alloquens & exoſculans traoqnilliſſimè mortuus eſt. Fortè is ipſe Vergara eſt, de quo ſuprà hoc anno litera A.

H Rurſus in Mexicana Prouincia hæc eriam duo aduertere licuit. Primom in Guaxaquenſi Collegio, eſt effigies B. Mariæ pluribus miracnlis conſpicua. Alterum in Topotzolano, quædam mulier à ſurtilego incitata ſortilegiis vti pro fure cognoſcendo qui domum expilarat: maluit rem Deiparæ commeodare: reuertenſque domum, quæ ablata fueraot reſtituta reperit. Inſnper ibidem B. Deipara adoleſcentem quemdam io ſe bene affectum in octaoum diem ad cæleſte gaudium iouitaoit: iouiratus, poſt octo dies defunctus eſt. Quin & eius ſororem eadem S. Virgo cohortata eſt ad perpetuam caſtitatem ſeruandam; haoc illa deinceps illibatam ſeruare generosè ſtatuit.

I Duaci, quidam io numerum ſodalium D. Virginis adlectus taotos in pietate & tam excellentes fecit progreſſus, vt perfectum mundi contemptum aſſecutus tranſitoriis rebus oihil adhæreſceret: Vicinus morti Dei Marrem inuocans, & identidem eius aoxilium implorans, in eius honorem ſe oudum ſuper nudam humum deponi iuſſit, ibiqúe terram deoſculans, & beata Mariæ ac Ieſu oomina deuotiſſimè iterans æquiſſimo animo è vita diſceſſit. Ita Anooæ, & ex eis Gaſpar Lechoerus cap. 5. n. 2. libri 2. Sodalis Parthenij.

K Vlteriùs Romæ inſtitutus eſt Antiſtitum ac virorum Nobilium cœtus B. Virginis in cælum Aſſumptæ: qui alteri ſodalitati dictæ famolorum dedit occaſionem: dum enim Domini in oratorio ſuo verſantur, famuli Domioorum egreſſum præſtolantes, io alio cœtu Chriſtianis præceptis ad ſalutarem Sacramentorum vſum requiſitis optimè informantur. Neapoli autem io Domu Profeſſa, ioſtituta eſt Sodalitas Sacerdotum. Barulis vna ſtudioſorum, altera opificum. Salerni quarta eſt adiecta pro Philoſophis & Iuriſperitis. Melitæ tres enatæ, equitum, opificum, ſtudioſorum. Angelopoli vna. Sic Annuæ prædictæ.

L Eodem quoque anoo in cælum demigrarunt Emanuel Fernandes & Martinus de S. Dominico, ambo Sacerdotes Societatis Ieſu, & inſignes Apoſtolici viri, atque Indiarum operarij, quorum geſta recenſet Nierembergius tomo 1. Illuſtrium virorum. Et de Emanuele id potiſſimùm aſſerit, diem mortis ſuæ diuinitus præcognouiſſe, & paulò aore mortem Diuæ Virginis ſpectabili aſpectu recreatum fuiſſe. Quam rem habet etiam Godignus libro 3. de rebus Abyſſinorum cap. 16. & Petrus Iarric tomo 2. hiſtoriæ Indicæ lib. 3. cap. 19. necnon Iacobus Damianus in ſua ſynopſi lib. 2. cap. 12. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 4. o. 8. & Vincentius Charron 25. Decembris. n. 17. De Martino autem idem Nierembergius, oon tantùm docet Chriſtum ſimul & Beatam Virginem ipſi in hora mortis apparuiſſe, ſed præterea ab eadem S. Domina virginitatis dooum recepiſſe, cuius ſe mancipium dicebat, cui ſingulis diebus deuotiſſimè ſoluebat Roſarium, ſingulisq́ue ſabbatis ieiunium ſeruabat, eui ſenex aut debilis, cùm non poſſet Miſſiones longinquas frequentare, altare & imagioem erigebat omnes conuocans ad honorandam atque ſalutandam Virginem, in eo præcipuè iotentus, vt deuotionem Marianam omoium cordibus imprimeret. Et verò Beata ipſa Virgo multos peccatores Confeſſionis cauſa ad eam dirigebat, illos vel per ſeipſam admonens: vt videre eſt in citato Nierembergio. His iungendus Capucinus Concionator Alphonſus Lupus, quem ex his vitæ miſeriis beata mors meliori tradidit, de quo hoc anoo Bouerius. n. 23. expreſsè aſſeuerat, à Sancto Philippo Nerio viſam Sanctiſſimam Virginem, quæ Alphonſo Lupo cum feruore conciooanti & Apoſtolico zelo Dei gloriam propaganti, oon adſtaret tantùm, ſed & verba dictaret, quæ in fructum multorum ille profunderet.

M Sed & apod Redooes Franciſca Coüarort moleſto ac diuturno morbo ad vitæ terminum addncta, adeòque & deficiente omni motu ſepulchralibus linteis inuoluta, & in loculo poſita, poſtmodùm adueniente ſorore eius, & *Virginem Mariam de bono nuncio* inuocante, reſpirauit, & à mortuis diu reuixit. Quod Vincentius Charron refert 10. Auguſti n. 10. ex archiuio Prædicatorum prope Redonas.

N Accidit præterea, vt hæreticis Maurianam vallem infeſtaotibus, quidam ex iis pedeſtrium turmarum Ductor, oomine *La Plante*, inuaderet Sacellum S. Mariæ *de Charmes*, illudq́ue ſpoliaret. Verùm his onuſtus ſpoliis nuoquam potuit è ſacello egredi, cæcus quippe effectus obrepebat ad parietes, noſquam ianuam inoeniens. Demum, à ſeruo admonitus, cùm detracta ſpolia loco repoſuiſſet, cæcitate expulſa liber abijt: ea tamen rabie fuit, vt in egreſſu ſtatuam Deiparæ ſclopeto vuloeraret. Non diu dilata eſt pœoa, vix caſtra attigerat, cùm globo catapultæ ferreo, neſcitor vnde eruperit, miſerandum in modum traiectus interiit. Ita ex hiſtoria S. Mariæ de Charmes Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 13. Septembris.

O Ex ſcriptoribus autem Mariaois obijt Caſſini Angelus Sangrinus, Benedictinus; qui inter alia multa & deuota opera ſcripſit librum vnum vario carmine de laudibus B. Virginis, & Pſalterium eiuſdem carmine Sapphico. Sed & in lucem dedit Chriſtophorus Siloeſtraous Veronenſis, Carmelita, Lectiones in Canticum *Magnificat*. Quæ omnia ex Poſſeuio[?] conſtant.

P Obijt quoque Benedictus Herbeſtus, Roxolaous, Societatis Ieſu 4. Martij Iaroſlauiæ, & inter ea plurima quæ ſcripſit, eſt Roſarij Beatiſſimæ Virginis expoſitio pergrata. Ita Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum Societatis Ieſu.

Q Ex Marraccij autem Bibliotheca hoc adhuc anno, 27. Maij mortuus eſt Alphonſus Sancius Societatis Ieſu, egregius venator animarum in vaſtiſſimo Sinarum Regno, qui ſcriptis Concionibus in omnia *Deiparæ* feſta ſuum in matrem Dei teſtatus eſt ſtudium. Ediderunt præterea hoc anno, Chriſtophorus Silueſtranus, Carmelita, de quo iam paulo antè, Tractatum de excellentijs Epoidis ſacræ à Diua Virgine Maria Simoni Stock datæ, præter lectiones varias in *Magnificat*, & alia; ac deinde anno 1619. obijt. Valentinus Leuchius, Paſtor Eccleſiæ Erfordianæ, Hortulum liliorum, in quo multæ ſunt orationes ad Virginem: Mariale, ſeu Conciones de B. Maria: Roſarium, & Vitam B. Mariæ. Torquatus Taſſus, Italorum Poëtarum facilè princeps, patriâ Surrentinus, Charitum mel dictus, Poëma heroicum de lachrimis Dei genitricis; mortalitatis compede ſolutus eſt anno 1595. die 25. Aprilis. Et Mutius *Sfortia*, Monopolitanus, Hymnos. Iam verò

## Anno mundi 5577. Chriſti 1594.

A CLemens Pontifex Romanus, nono Septembris conſtitutionem tulit de approbatione Sodalitij *B. Mariæ de ſuffragio*, nuper Romæ inſtituti, ad orandum pro liberatione animarum in purgatorio exiſtentium. Quod Spondanus aduertit hoc anno n. 4.

B Idem autem Spondanus ibidem n. 3. mentionem facit de libro inſcripto, Miracula fidei, ac de annulo Regis Salomonis, quem dictatum volunt à Virgine Maria Sancto Iacobo Zebedæi; & inuentum ferunt in Hiſpania in monte Sancto Granatæ cum multis alijs libris Sancti Cæcilij & ſociorum eius Concilia continentibus; de quibus libris omnibus Poſſeuinus diſſerit in Apparatu ſacro, Verbo Cæcilij: & tam hic, quàm Spondanus in ea mente ſunt librum prædictum Virgini falsò attribui.

C Erigi quoque cœptum eſt in vrbe Senenſi nobiliſſimum templum B. Mariæ, quam dicunt à *Prouenzano*, propter miracula propemodùm innumerabilia perenni ferè, & ciuium, & aduenarum concurſo celebratum. Ita Spinellus tractatu de templis. n. 54.

D At Laureti, homo facinoroſus, antè factam confeſſionem, ſacram Virginis cellam bis conatus ingredi, bis diuinitus repulſus eſt, ſimulachro quodam vmbroſo eidem obnitente, quod fusè depingit Turſellinus cap 27. hiſtoriæ Lauretanæ libro 5. At cap. 28. eiuſdem libri, de quodam loquitur, qui patraturus cædem in æde Lauretana, diuinitus confeſtim mutatus eſt & placidus effectus. Capite item 26. de duobus agit, quos mortis è faucibus, & ob vulnera atrocia ſuſcepta omninò deſperatos, B. Virgo eripuit. Denique cap. 25. de armillis quibuſdam D. Virgini oblatis, quæ ſuâ ſponte, ad ingenerandam offerenti maiorem fiduciam, Chriſti pueri manibus inſertæ fuerunt. Quamquam hoc poſt remum prodigium magis pertinere videtur ad annum præcedentem.

E Ad hunc varia miracula alibi acciderunt. Nam Valentiæ in Hiſpania puella quædam nomine Andrietta è tecto cadens & inuocans B. Virginem è Monte Serrato, non fuit vllatenus læſa. Quod non tacuit hiſtoria Montiſſerrana miraculo 368. & Vincentius Charron 6. Februarij n. 4. Præterea Salmurij puella quædam quatuordecim annorum contractis adeò tibijs vt incedere non poſſet, à matre ſua inducta in ſacellum S. Mariæ Ardillienſis repentè ſanata eſt. Sic hiſtoria S. Mariæ prope Salmurium, & Vincentius Charron in Calendario 29. Iunij n. 6.

F Interim exceſſit hoc anno de vita Eleonora Auſtriaca Domina Duciſſa Mantuæ, cuius ea erat in Deiparam deuotio, vt quotidie Officium Coronamque Diuæ Virginis recitaret, & à vigeſimo quinto Martij vſque ad Natalitia Chriſti ſoleret quotannis, ſingulis illis interiectis diebus, perſoluere viginti quatuor ſalutationes Angelicas in honorem earum horarum, quas in vtero B. Virginis Verbum Incarnatum permanſit. Conſueuerat præterea offerre *Deiparæ*, & id quidem perſæpe, ſummam triginta duorum millium ſalutationum Angelicarum, quas per ſe, vel per alium aut alios, curabat recitari; quod genus precationis vſurpatum in Germania vulgò appellatur *Pallium B. Virginis*: Omni autem ſtudio laborabat, vt tota familia ſua, præſertim liberi, pietatem in Deiparam conciperent, creſcerent in ea, & eâ quodammodo lactarentur. Fuſiùs ea explicantur in vita eius, quam ſcripſit Folcarius à S. Stephano, & apud Touſſanum Bridoul in Triumpho Virginis 2. Nouembris; qui etiam aduertit Eleonoram obiiſſe die 5. Auguſti, qui conſecratus eſt feſto Sanctæ Mariæ ad niues.

G Sed & in extremis Sinarum partibus, Franciſcus de Petris, Societatis Ieſu Religioſus & Sacerdos, in menſe Nouembri reddidit generoſam animam, vt habet Nicolaus Trigaultius in expeditione Chriſtiana apud Sinas libro 3. cap. 8. vbi etiam docet Franciſcum ab ipſa Matre Dei ad Societatem fuiſſe vocatum, atque inſuper animatum ad perſeuerantiam. Et in lethali poſtremâque ægritudine, hymnum *Magnæ Dei* parenti ſacrum, ad alterum lecticæ latus appendi iuſſiſſe, vt frequentiùs iteraret.

H Ad Dolæ, Sodalium vnus moriens à mente abalienatus nihil niſi pietatem ſpirabat, nihil loquebatur niſi diuinam Matrem: Extrema illius vox fuit: *In cælum eundum eſt? ita eſt: eamus Deum Virginemque oraturi.* Alius ibidem hora antequam exſpirauit, Crucifixi ſignum in manus ſibi tradi poſtulauit, ſibi vltimum imminere certamen dictitans, ſimulque rogauit Sodales præſentes ne ſe in eo tempore desererent. Certauit, auditusque eſt ingeminãs hanc vocem, *Credo*, & nonnunquam iterans, *Non ita eſt, mentiris.* Demum quaſi victoria parta tranquillus: *Quam bonum eſt*, inquit, *B. Matri in eius Sodalitio famulari.* Tum diuinæ bonitati gratias agens animam cùm pace emiſit. Ita literæ Annuæ Societatis Ieſu.

I Ingloſtadij, ea fuit Sodalium Parthenicorum in Virginem pietas, vt iis, ſolo ieiunij verni tempore, plus ducentæ zonæ cilicinæ diſtributæ fuerint; nec tamen petentibus omnibus ſatisfactum eſt, & fuit qui vrticas & roſarum ſpinas pro cilicio corpori applicaret. Ibidem exceſſerat

è cœtu Sodalium vnus aliquis ſine cauſa iuſta. Iuſta adfuit cæli vindicta. Dum equo facit iter, excuſſus tam graui caſu alliditur, vt medici, non minùs quàm triennij curatione, luxatos artus reſtitui poſſe dicerent. Sentit illicò miſer vnde fluxerat mali origo: ſpondet ad Sodalitatem reditum, & opinione omnium celeriùs conualeſcit. Sic Annuæ eædem.

K Romæ, eodem anno Calendis *Maij* ad Sodalium Marianorum cœtum vocatus quidam detrectauit; is circa horam veſperarum dum ſe rixantium turbæ parum caute immiſcet, interimitur. Alius ibidem iam tertiùm aut quartùm conuentu Sodalium neglecto, dum die Dominica, circa horam piarum exercitationum Parthenici cœtûs, ſe Tiberis aquis abluit, homo peritiſſimus natandi, immergitur. Ita Annuæ prædictæ.

L Hoc quoque Taurini contigit: Adoleſcens nobiliſſimus alterum adoleſcentem tuendum ſuſceperat, quem alij ad corruptelam ad ſe trahere nitebantur. Sic iuuabat Sodalis Sodalem, Patronum hunc corruptores inuadunt non minùs viginti, & gladiis ſtrictis punctim cæſimqúe petunt, ſolum, & ſolo Virginis præſidio tectum; veſtibus bene ſciſſis incolumis euaſit Patronam expertus Virginem. Sic legitur ibidem.

Bayæ in Braſilia, Mulierem, quam dæmon ad deſperationem incitatam ſæpè necare tentauerat, ſeruauit Deipara, & ad gratiam Confeſſionis adduxit. Prætereà imago B. Virginis triduo fluctuans ad littus eiecta, recepta ab incolis magnæ venerationi ac lætitiæ fuit. Quod eædem Annuæ aſſerunt.

N In Molucis verò Inſulis ligneum B. Virginis ſimulachrum raptum à Barbaris, non potuit ab iiſdem aut frangi malleis aut igne comminui, aut etiam in colorum pulchritudine labefactari. vnde factum eſt, vt ſacræ imagini amplior veneratio habeatur. Et ita teſtantur prædictæ literæ.

O Viennæ in Auſtria quidam ſcholaſticus Parthenicorum Sodalium de numero vnus, viciniſſimus morti & Virginem vidit, & cantato *Salue Regina*, addidit verba S. Elizabethæ: *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Quibus in verbis tranquillam animam emiſit. Id potiſſimùm habent Sodalitij Parthenij Annales hoc anno n. 21. & exinde Vincentius Charron 5. *Decembris* n. 4.

P Scriptores Mariani hoc anno aliquot numerantur. Inter alios eſt Vincentius Brunus, Ariminenſis, è Societate Ieſu, qui ſcripſit Italicè Meditationes in ſeptem feſta B. Virginis, & diem clauſit extremum Romæ die decimo tertio Augusti, vt docet Philippus Alegambe. Brunum moriendo comitati ſunt, Ioannes Oſorius, & Franciſcus Bencius, ambo ex eadem Societate: quorum hic, De alma Domo Lauretana Poëma in honorem Virginis compoſuit: ille Conciones ſeptemdecim in feſta *D*eiparæ. Ita idem Alegambe, & ex eo Bibliotheca Mariana.

Q Obiit etiamnum Brixiæ die ſexta Octobris Proſper Martinengus, Monachus monaſterij Sanctæ Euphemiæ Brixienſis, Congregationis Caſſinenſis, qui in laudem Beatiſſimæ Deiparæ tot hymnos compoſuit, quot annis ipſa B. Virgo vixiſſe perhibetur: ſic docet Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Sed addit Bibliotheca Mariana Iuliú Gratianum, Tarniſinum, qui Vitam Virginis carmine heroico edidit: & Franciſcum Panigarolam, Minoritam, dein Epiſcopum Aſtenſem, qui Homilias diuerſas, & Poëma Hetruſcum de Lauretana Domo in laudem Deiparæ modulatus eſt. Atque ambo hoc anno mortui ſunt.

R Sed & ex Capucinis, hac relicta vitæ palæſtra, ad requiem iuerunt, Bernardinus à Collepetracio, Concionator; atque Andreas Cremonenſis, Sacerdos, ambo in Deiparam egregiè affecti. Et quidem Bernardinus ſæpè ab ea viſitari meruit, & donis cæleſtibus ornari: quem etiam aiunt, in perpetuæ ſanctimoniæ ſignum, ab eadem Deipara corona ex cæleſtibus floribus compoſita fuiſſe decoratum. At Andreas in extremo agone impetitus à Dæmone ſub forma leonis rugiente, omni metu liberatus eſt præſentia Virginis & S. Franciſci. Vnde ille exclamans, *En Virgo Deipara, en Beatus Franciſcus*, animum Creatori reddidit. Ita enarrat Bouerius hoc anno n. 35. & 54.

S Idem verò author eodem anno n. 2. & 4. aliqua, quæ hoc loco prætermittenda non ſunt, in medium profert. Quidam, inquit, vſuratius ægrotans lucra vſuraria ſoluere negligebat: Iamqúe dæmones ſenſibiliter infeſtabant: monuerunt Capucini quidam, vt Litaniæ Diuæ Virginis piè recitarentur, quibus de genu perſolutis, mira res! vſuratius non tantùm confeſtim reſipiſcit, legatqúe ſummam ad extinguẽda fœnora longè ſufficientem: ſed præterea recreatus Deiparæ ac Diui Franciſci aſpectu placidè ſimul atque piè ex hac vita diſceſſit. Inſuper Maſſæus à Viſomartio, Laicus Capucinus, in poplite tam difficili vlcere torquebatur, vt malum remedia ſuperaret. Confugit ad Virginem cuius Conceptio inſtabat, & annuente Superiore ſe immaculatæ Conceptionis peruigilium perpetuo ieiunio celebraturum ſpondet. Die Conceptionis manè ita integrè curatus eſt, vt vix veſtigium appareret.

T Denique Officium Recollectionis Feſtorum Diuæ Dominæ noſtræ Louanij ordinatum eſt, & à Romano Pontifice Clemente octauo approbatum impreſſum fuit. Quod notat Ferreolus Locrius in Anacephalæoſi.

## Anno verò mundi 5578. Chriſti 1595.

A NOtabilia ſunt, quæ Clemens Pontifex ad honorem Diuæ Virginis, & bonum Eccleſiæ geſſit. Nam die decimo tertio Octobris approbauit ac de nouo inſtituit Congregationem Clericorum ſæcularium ſub inuocatione Beatæ Mariæ, ab Alexandro Epiſcopo Lucano, ſiue Lucenſi, in ſua ciuitate ante aliquot annos erectam, vt aduertit *S*pondanus hoc anno n. 15. vbi etiam admonet, quòd prædictam Congregationem poſteà Paulus quintus Matris Dei Congregationem noncupari voluit, attribuens ei regimen ſcholarum piarum in Vrbe ad pauperes gratis erudiendos à ſe erectarum. A quo tamen cùm eadem Congregatio ſe deinceps excuſaſſet,

idem Paulus ad opus aliud pium, aliâ Congregationem pauperum Matris Dei ſcholarum piarum inſtituit, quam poſtmodùm Gregorius decimus quintus in verum Religionem Clericorum Regularium cum emiſſione trium votorum ſolemnium erexit. His prætereà adiungit Spinellus tractatu de templis n. 39. Clementem fundaſſe ac ontaſſe templum S. Mariæ in Quirinali, cum Dnmo refugij, in qua puellæ Virgines educantur,& communiter dicitur *S. Maria Refugij.*

Magnum autem opus Clementis hoc anno fuit recõciliatio Henrici quarti Fraocorum Regis ad noem Catholicam,& abſolutio ab hæreſi. B
Quod opus, vt ad gloriam Dei fieret,& Eccleſiæ bonom, multas ad Deum ſanctamque Deipatam fundi preces curauit, ſupplicationes totâ vrbe peragi iuſſit, quadraginta horarum celebrari orationem voluit, ipſéque Pontifex duobus diuertis diebus ſub auroram cum familia ſua nudis pedibus, ad S. Mariam Maiorem iuit, ſacrumfecit,& inde demiſſo capite, flenſque ac oeminem reſpiciens, neque benedictionem occurrentibus, vt notis eſt, impertiens, domum remeauit. Inter conditiones prætereà abſolutionis, hanc vndecimam aſcripſit; vt, legitimo impedimento ceſſante, quotidie coronam Beatiſſimæ Virginis, quam pro patronâ ſuâ Henricus Rex aſſumeret, & quartâ quâque feriâ Litanias, ſingulis Sabbatis Roſarium eiuſdem Virginis recitaret. Hæc plenius ſcripta animaduerti poſſunt apud Spondanum hoc anno n. 7. & 9.

Qua eodem anno elateſcere cœpit diuinis prodigijs in Sabaudia S. Maria montis Regalis, vulgo *de Mondeny*:& hoc quidem tempore inſigne illod fuit, quod factum in magna multitudine peregrinantium, eò magis etiam ſplendeſcit. Peregrinantes enim illi in quodam oppido liberaliter excepti, tantùm abeſt vt hoſpitibus ſuis moleſti fuerint ob conſumptam annonam, vt potiùs agnouerint omnes ad maius crementum, quæ ſupererant, reliquias veniſſe, quàm anteà ſumma fuiſſet. Quam rem aſſerit hiſtoria S. Virginis de monte Regali c. 8. compoſita à Philippo Maria Roffredy. In qua etiam originem deſcribit imaginis S. Mariæ, quæ in monte Regali honoratur; quam ſcilicet furnarius, cùm non poſſet in furno decoquendæ calci ignem excitare, tecuſantibus lignis concipere flammam, monitus à filia ſua, vouit ſe erecturum & in columna lapidea rite collocaturum. Potitus voto ſuo confeſtim hanc imaginem erexit; & iuuit erexiſſe; nam deinde omnia proſperè euenerunt:& audito proſpero illius euentu, etiam alij eò confluere, cœperunt, ac beneficia à Dei genitrice cum fiducia exſpectare. C

Fuit verò hic annus admodùm frequens & celebris in morte plurium alumnorum B. Deiparæ: Nam & mortuus eſt S. Philippus Nerius,& Leonardus Geruſius à S. Seuerino, ac prætereà Franciſcus de Morales,& Ioannes Fernandes,& alij. Omnes inſignes gratijs à Deipara receptis. D

Et qoidem hoc anno obiiſſe S. Philippum Nerium conſtat ex eius vita per Antonium Gallonum conſcripta, ex qua etiam habemus præſtantem fuiſſe affectum, quo in D. Virginem ferebatur Philippus. Nam præterquam quòd initio fundans Oratorium, voluit vt Oratorij ſigillum exhiberet S. Virginem circumcinctam radijs & E

filiolo ſuo in brachijs onuſtam: prætereà Oratorium fundauit in Eccleſia Diuæ Virgini dedicata & conſectata, nempe in Eccleſia S. Mariæ de Vallicella, vt dictum eſt anno Chriſti 1575. literâ A. Poſteà verò æger,& in lecto decumbens viſitatus eſt à S. Deipara, & ab ægritudine leuatus, quod accidit anno 1594. In omnibus autem negotijs ſuis ad eam recurrebat, & nihil niſi eâ conſultâ aggrediebatur. Notabilis verò eſt ſanatio Cæſaris Baronij, adhuc Oratorij Sacerdotis, poſtea Cardinalis, quam Philippi preces ad Deiparam fuſæ, deuotique gemitus firmam obtinuerunt: præter quam quòd multas alias curationes adhuc Philippus adeptus eſt inuocatione B. Deiparæ: imò multi valetudinē ſanam integramque ſæpe conſecuti ſunt implorantes Virginem per merita Philippi. Hæc adhuc videre poteris in Vincentio Charton 26. Maij n. 1.

F Sed prætereà obiiſſe item hoc anno Leonardum Geruſium conſtat ex Spinello tractatu de templis num. 39. Vnde etiam habetur, quomodo Eccleſiam *S. Mariæ à Charitate* ad campum Martium cum adiuncta domo conſtruendam curarit ex eleemoſynis piorum, vt in hac domo charitatis, ſub B. Virginis præſidio, pueros educaret, opificio alicui addiſcendo iuuaret, ac tandem conditione aliqua, in quâ & honeſtè,& cum ſatisfactione vitam ducerent, communiret. Huic iungendus eſt Clemens a Gramioa, Capucinus Sacerdos, de quo hæc pauca, ſed notanda, expreſſit Bouetius hoc anno n. 30. Poſt aliquot menſium morbos & dolores in his verbis exſpirat. *Maria mater gratiæ, &c.*

G Sed & Franciſcum de Morales, Sacerdotem Societatis Ieſu vitæ terminum hoc anno habuiſſe ait Nierembergius in eiuſdem vita, tomo 5. illuſtrium Virorum Societatis Ieſu: vbi etiam docet eidem Franciſco perſæpè apparuiſſe Deiparam, quam eximiè colebat, & in cuius honorem quotidie Roſarium dicebat coram auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

H Denique diem quoque extremum clauſiſſe Ioannem Fernandes, egregium illum Doctorem ſimul & concionatorem Societatis Ieſu, habet idem Nierembergius in Ioannis vita, quam complectitur tomus 5. vitarum Virorum illuſtrium. Hunc verò aiunt, cùm adhuc Scholaſticus eſſet, monitum fuiſſe à B. Virgine de ingreſſu futuro in Societatem,& de profectu quem erat facturus in literis. Apparuiſſe quoque illi Chriſtum ſimul cum Deipara diebus octo ante mortem, præcepiſſéque, vt ſe ad talem diem, ineundæ vitæ æternæ præpararet. De eodem Ioanne Fernandino meminit Alegambe, quem vocat Ioannem Ferdinandum. Meminerunt & Annuæ literæ in Collegio Palentino, quas pro hoc anno Beretarius conſcripſit Societatis Ieſu ſcriptor.

I Hoc vlteriùs anno eædem citatæ Annuæ manifeſtè teſtantur, Senis in Italia, Sodalitatem diſcipulorum Virgini Matri dedicatam primariæ Romanæ fuiſſe, diebus iſtis, aggregatam: qua occaſione diſcipuli omnes ad ædem B. Virginis, cui à Prouenzano nomen eſt, & extra mœnia magna religione colitur, iuerunt, tanta modeſtiâ & pietate, vt viri nobiles non poſſent aſpectu ſatiari. Librum Carminum in B. Matris laudem à ſe ſcriptorum, venuſtéque compactum illum,& deinde ſpecioſum vexillum ſacro templo donâ

dederunt. Poëma dictum eſt, habitáque in ipſius Virginis laudem non inelegans oratio.

K Io oppido verò S. Agathæ apud Mamertinos; ſororis necem quidam cogitabat, ægrè ductus ad concionem audit de iniuriis condonandis: aliquantùm mouetur, & ſpondet ſe poſtridiè rediturum. Noctu per ſomnum ab Æthiope terretur, niſi conceptum ſcelus animo eiiciat: terrorem Virgo blando alloquio abſtergit, & vt ſcelus deponat manſuetè admonet. Manè is templum petit, ſed duo truculenti Æthiopes cum diſtrictis gladiis aditu eandem prohibent. Territus ille ſpectaculo concidit; & tunc implorata Virgine importuna ſpectra euaneſcunt. Quare ille templum ingreſſus voto ſe obſtringit deponendi ſceleris, vitámque in meliùs mutandi. Quod & præſtitiſſe referunt prædictæ Beretarij Annuæ.

L Sed & Mediolanum Aronâ, dum octo de Societate per Ticinum naui uehuntur, in ſcopulum illidunt, nauiſque dehiſcens dum dat fluctibus viam etiam ſubmergi incipit. Votum fit peregrinationis ad B. Virginem Monteregalenſem, & nauis ſubitò in alterum reuerſa latus ſubducit eos periculo. Quod notant prædictæ eædem Annuæ.

M Ex quibus inſuper agnoſcitur, quòd Diuione, ea fuit Sodalis cuiuſdam in B. Virginem deuotio, vt licet ea graui morbo primùm recreatus, difficillimo anni tempore, itineribus per belli licentiam infeſtis, ſex leucarum iter nocte confecerit, ad hoc vt tempeſtiuè Congregationi S. Virginis intereſſet, & peccata expiaret, pulcherrimo ſanè exemplo deuotionis in Mariam. Sed & Annuæ eædem fuſiſſimè deſcribunt varia miſericordiæ opera à Cæſaraugustanis Sodalibus exercita in Noſocomio, cum totius ciuitatis gratulatione ſimul & admiratione.

N Adhuc Diuione contigerunt duo. Primum vt captum adoleſcentem ab hoſtibus, & notabilis pecuniæ pro redemptione poſtulatum, voto facto ineundæ Sodalitatis, B. Virgo, hoſtis animum emolliens, ita liberauerit, vt iuuenis ſine pretio abire permitteretur. Votum implere tardans iterum captus, pretium pactus ſoluit; hoſtes ſolutum negauêre, biſque ſoluere coëgiſſent, niſi, rurſus voto iterato B. Deipara adfuiſſet. Alterum, de virgine, ſeu iuuencula quadam, quæ poſt vitam ſanctè tranſactam, morti proxima, Deiparæ aſpectu Angelorúmque Beatorum, ſæpè recreata eſt, & quatriduo antè prædixit tali ſe die morituram. Sic prædictæ Annuæ.

O Quæ præterea aiunt, quòd Romæ in Domo Profeſſa geminæ cœperunt Sodalitates, prior Virginis naſcentis pro Magiſtris officinarum: poſterior Virginis Aſſumptæ pro opificibus mercede conductis. Florentiæ ortum habuit minor. Catanæ quarta addita. In Monte regali Opificum iuniorum. Genuæ Studioſorum. Cremonæ Nobilium. Auenione altera grandiorum. Doiæ in conuictu. Brugis. Turiaſone. In vrbe Eccleſienſi pro ciuibus. Cazorlæ. Oueti. Valentiæ. Balearicæ in Aragonia pro viris. Baëſæ, altera opificum, & altera ſtudioſorum. Valliſoleti in Domo Profeſſa. Abulæ nobilium. Quas omnes hoc aut præcedente anno initium duxiſſe teſtes ſunt prædictæ Annuæ, imò aliquot tantùm anno ſubſequente.

P Addit his Balinghem in Calendario ſanctiſſimæ Virginis 20. Februarij, Archiducem Erneſtum, Belgij moderatorem, antequam Vienna in Belgium veniret, vt, nomine Philippi ſecundi Hiſpaniarum Regis, Belgarum ſuſciperet regimen, contuliſſe ſe ad Diuam Virginem Cellenſem, inclitam miraculis & famâ longè conſpicuam, cui ſuppliciter profectionem ſuam modumque regiminis plurimùm commendauit. Quare exhomologeſi purgatis peccatis, ſactáque menſa paſtus, coram Confeſſario promiſit humile obſequium Diuæ Virgini in reliquam vitam, & in huius rei teſtimonium quotidianam Roſarij recitationem.

Q Poſt hæc Bibliotheca Mariana, velut Heptachordum nobile, enumerat hoc anno ſeptem de Deipara Scriptores. Franciſcum Fooranam, qui de Roſario ſcripſit, cùm eſſet Prædicatorij Ordinis. Mauritium Hylaretum, Minoritam, qui Homiliam de immaculatæ Mariæ Conceptione, & alias edidit. Hieronymum Guadalupenſem, de Redemptione Captiuorum, qui Arcana Deiparæ Virginis myſteria expoſuit. Lucillum Martinengum, Benedictinum, qui Virginis Vitam conſcripſit. Ludouicum item, ſiue Aloyſium Martinengum, qui Vitam Virginis, ſed carmine Italico compoſuit. Ioannem Antonium Viperanum, Iuuenatenſium Epiſcopum, qui Elegiam & Odam de Deipara elaborauit. Iacobum denique Typotium, Germanum, qui Homilias in præcipua S. Virginis feſta dedit. Verùm.

## Anno mundi 5579. Christi 1596.

A FVit inſignis peregrinatio & aduentus Emanuelis Ducis Sabaudiæ ad B. Mariam Montis regalis, quæ ſuperiore anno inceperat plurimis miraculis fulgere, vt ibi dictum eſt literâ C. Statim atque Dux locum à longè vidit, ab equo deſcendens magnâ animi pietate pedes proceſſit, ſuſceptiſque poſteà deuotè tum Pœnitentiæ, tum Euchariſtiæ Sacramentis, varia dona obtulit, præſertim lampadem argenteam, torquem compoſitum ex nonaginta ſex pyropis, & triginta duobus adamantibus; ſummam deinde mille ſcutorum ad fabricandam ædem, & alia quæ prolixiùs proſequitur hiſtoria S. Mariæ de Montdeuy, & Vincentius Charron 31. Martij n. 4. Quam peregrinationem eodem anno idem Dux iterauit non minore pompa ac liberalitate, adductis eò cum coniuge ſua ſuis liberis, & pulcherrimis etiam oblatis donis: quod ſupradicta hiſtoria fuſiſſimè expendit cap. 32. & Vincentius Charron 1. Iulij n. 6.

B Crebra inſuper & præclara facta ſunt apud prædictam Virginem hoc anno miracula, vt conſtat ex eadem prædicta hiſtoria S. Mariæ Montis regalis cap. 10. & 14. vbi adducuntur aliqui non tantùm à vulneribus grauiſſimis ſanati, aut à membrorum ariditate liberati, & vigori priſtino redditi: ſed præterea nouem dæmones fuerunt expulſi è puella quadam Mediolanenſi nomine Magdalena, & viſus reſtitutus quatuor ſaltem cæcis, quorum vni B. Virgo apparuit, & in itinere iuuit ac deduxit euntem.

C Ex famulis autem Diuæ Virginis relicta terra ad Deum tranſiit Franciſcus Toletus, primus è Societate Ieſu aſſumptus in Cardinalem, ſci-

entia & virtute eximius, qui præter excelleotes laudes, quas de Virgine paſſim effudit in Commentariis, quæ ſcripſit in Lucam: vlteriùs in eiuſdem honorem & quadraginta dies ante Aſſumptionem ieiunabat, & ſingulis diebus ſabbathi ſolo pane & aqua veſcebatur; iiſdemque diebus ipſe pedes à domo ſua ad Eccleſiam Diuæ Mariæ maioris, quæ ſemileuca minimùm diſtans erat, ſacrificium facturus procedebat; in qua deinceps Eccleſia ſepeliri voluit poſt mortem, quæ contigit die Sabbati 14. Septembris. Beatam Deiparam moriens ſuarum facultatum voluit & ſcripſit hæredem. Plura vide apud Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum Societatis. Item in vita eius, quam ſcripſit Michaël Vaſques, & præmiſit Cõmentariis in Lucam; atque Nierembergius tomo quinto Vitarum: necnon apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. c. 10. §. 2. n. 1. & Vincentium Charton ac Balinghem 14. Septembris. Meminit etiam de Toleti morte Spondanus hoc anno n. 23. & inter cætera ait, ei Lotetiæ celebri officio fuiſſe parẽtatũ in maiori Eccleſia Beatiſſimæ Virginis, Regis Henrici quarti iuſſu, in animi grati teſtimonium de præſtanti opera ab eo pro ſua cum Eccleſiæ reconciliatione nauata, de qua dictum eſt anno ſuperiore litera B.

D Præter Cardinalem Toletum, obiit ex eadem Societate Ieſu Martinus Albertus Sacerdos, Valentiæ in Hiſpania, quem B. Virgo in Societatem vocauit, & ſæpè viſitationibus ſuis exhilarauit, præſertim cùm in humilibus Domûs officiis, & ſordibus euerrendis aut exportandis laboraret. Iuſſit deinde & deſignauit eidem eadem B. Deipara, quomodo imaginem Conceptionis depingi curaret, edicens vt efformaretur induta Virgo veſte alba, pallio cæruleo ſuper humeros, manibus ante pectus iunctis, luna ſub pedibus, coronâ à Patre æterno & Filio ad læuam dextramque poſitis ſupra caput appenſa, columba demum deſuper imminente. Quæ omnia fusè deſcribit Nierembergius tomo 5. Vitarum.

E Rurſus obiit ex Societate Pater Emanuel Sa, ſuis ſcriptis ſatis toto Orbe cognitus, de quo Philippus Alegambe, eum, ait, obitus ſui diem prænunciaſſe, quòd ei ſe Beatiſſima Virgo Maria & Sanctus Pater noſter Ignatius videndos obieciſſent. Nec obſcuræ ſunt coniecturæ alias ſæpè, præſertimque prima ætate, cæleſti viſo pueruli Ieſu diuinæque Matris fuiſſe recreatum. Obiit verò 30. Decembris.

F Ex Ordine autem S. Franciſci mortuus eſt venerabilis Pater Ripa Tranſo, vt habet Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6. §. 4. n. 9. & Chronicon Minorum tomo 4. libro 10. ac Gononus in Chronico Deiparæ anno 1595. Quem docent in meditandis Virginis doloribus ſtudioſiſſimum fuiſſe. Cui petenti per iſtos dolores a Deipara cordis puritatem, apparens illa, trepidantem ne illuderetur, & nimis anxium, non tantùm firmauit; ſed inſuper, manu ad pectus ipſius appoſita, recreauit his verbis: *En quam tantopere deſideras cordis munditiem.*

G Moritur & Angelus de Paz ex eodem Minorum Ordine, ſed Recollectus, ſingulariter erga Deiparam affectus, per quam dicebat fluere omnia Dei dona, ſicut per collum cibi omnes, qui ad ſtomachum deferuntur. Animauit eum beatiſſima Virgo eidem ſpectabilis facta, vt ſcriberet commentarium in quatuor Euangeliſtas, prout Sixtus quintus ab eo poſtulabat. Ita Chronicon Minorum tomo 4. libro 10. & Balinghem in Appendice Calendarii ad 23. Auguſti, & hiſtoria Recollectorum per Carolum Rapine 9. decade.

H Addendus his ex Seraphico Capucinorum Ordine Ambroſius Zizonienſis, Sacerdos, vocatus ad Religionem hanc viſione quadam, qua B. Virgo viſa eſt ipſi delabi de cælo, & præ aliis Ordinibus, quos omnes videbatur benignè ſalutare, familiarius agere, verſari & colloqui cum Capucinis. Item addendus Pacificus Italus, Capucinus Laicus, qui Sabbatum in honorem Virginis abſque cibo ducebat, & orans meruit Deiparæ ſuaui præſentia frui. De quibus duobus agit Bouerius hoc anno n. 29. 30. 32.

I Septimo loco mortuus eſt ex Minimorum familia Antonius de Riſolco impensè deuotus in Virginem, cuius in ore frequenter reſonabat Mariæ nomen, ſicut erat in corde. Contigit autem vt nonagenarius per domûs ſcalas aſcendens peroolueretur à primo gradu ad imum, quo in caſu, viſa eſt ipſi Beatiſſima Dei mater luce fulgens in veſte alba, quæ ipſum ita ſuauiter excepit, vt nullum ex eiuſmodi caſu dolorem, nullam læſionem acceperit. Sic Chronicon Minimorum, & Vincentius Charton 7. Iulij n. 2.

K Idem autem Vincentius 8. Maij n. 3. Meminit, ſicut & hiſtoria Montiſſertana miraculo 92. de infantulo nato mortuo, quem ſuſcitauit glorioſa Deipara inuocata à Guillelmo Canille infantuli parente, & votum faciente de viſitanda quotannis Sancta Virgine Montiſſerratenſi. Meminit & ſupracitatus Bouerius n. 58. de ſiccitate quadam & nimio æſtu, quo cùm omnia Panormi exareſcerent, Capucini Patres priuatam ſupplicationem inſtituêre ad quaſdam S. Mariæ ædes, ad quas procedentes nudis pedibus omnes poſitis ſandalijs, pſalmoſque pœnitentiales flebili voce decantantes, pluuiam à S. Deipara vrbi petiuerunt; & huc vſque negatam poſt publicas ſupplicationes atque orationes, tam copioſam obtinuere, vt ſequenti nocte largè terra immaduerit, & paulò poſt grata viriditate floruerit.

L Scripſerunt verò pro gloria Diuæ Virginis amplificanda Iulius Fatius, Neapolitanus, Societatis Ieſu, & Philippus Maria Roffredus Conſiliarius Ducis Sabaudiæ. Et hic quidem ſcripſit hiſtoriam S. Mariæ de Monte regali, vt Poſſeuinus docet in Appendice ad tomum primum Apparatus, verbo Exempla: Ille autem edidit, ſanè paulò antè, Myſteria dierum Diuæ Mariæ Virgini dicatorum, & hoc anno obiit menſe Ianuario, vt habet Alegambe. Præter hos adiungit Marraccius, Leonardum Cernotum, & Petrum Spyſkem, Canonicos: quorum hic diuerſa Diuæ, quæ Thioleti colitur, miracula collegit: ille poëſim ſuam in laudem glorioſæ Virginis exercuit. Prætereà ex Dominicanis, Archangelum Gozzeum, Epiſcopum Tribuorum & Marcanæ, natione Dalmatam, qui de Roſario & Roſarij Confraternitate edidit libros duos. Et Antonium Nauarrum, qui Con-

ciones ſcripſit in Deiparæ feſta. Vlteriùs Saluatorem Sardum, Capucinum, qui plures Corollas in honorem S. Virginis, myſteriorum varietate contexuit. Et Ioſephum à Coſta, Societatis Ieſu, qui de feſtis Mariæ Conciones vulgauit. Ac denique Matthæum Catalanum, Siculum, à quo eſt Italicè ſcripta Hiſtoria B. Virginis de Ittia ſiue de Conſtantinopoli: Quæ enim Conſtantioopoli dicebatur olim Virgo Odigitria, nunc in Sicilia mutilo ac decurtato nomine appellatur Virgo de Ittia, ſiue de Conſtantinopoli, cuius feſtum celebrari ſolet feria tertia poſt Pentecoſtem. Vide de his, ſi lubet, Carthagenam libro 18. de Arcanis Deiparæ Homilia 9. His autem præclaris authoribus adiungi meretur Ioannes Maldonatus, cuius commentaria in *Miſſus eſt* & in *Magnificat*, imò in totum Lucam & alios Euangeliſtas, hoc anno Muſſiponti euulgata ſunt, mortuo Maldonato; & quamplurima cootineot honorificentiſſima Matri Dei.

Sed & Annuæ literæ Societatis Ieſu multa hoc M
anno pandunt, quæ ſequentibus commatis libenter ſubijcio. Ingloſtadij, Adoleſcens oobili loco oatus, & corpore atque ingenio præſtans, cùm antè in Sodalitio B. V. ſatis laudabiliter vixiſſet, poſteà voluptatis illecebra corruptus cultum Deiparæ & deſeruit, & irriſit. Sed non impunè: Nam poſtridie Purificationis, poſtquàm eum ſociis ſuæ laſciuiæ, per molram noctem compotaſſet, ſomno oppreſſus dum ſupra tabulam vino plenus ſtertit, caodela corripiente eius induſium, comburitur; nec potuit tam citò remedium afferri, quin priùs ambuſta hoc incendio cutis & penetralia ſemiuſtulata fuerint, vnde tabes coaſcens octiduo pòſt eundem eiecit è vita.

Oenlponti verò ciuis honeſtus poſtquàm io N
album Sodalium Diuæ Virginis relatus eſt, Dominicis & Feſtis diebus duos pauperes in honorem Reginæ cæli menſæ ſemper adhibuit. Idem eiuſdem Reginæ amore, partem ædium ſuarum Sodali egenti incolendam tribuit. Ibidem quoque graodis oatu ciuis ſtatuerat aliquot annis antè Sodalitati ſe ſe adiungere; maledicorum retardarunt rumores, donec iter faciens prolapſus grauiter in latere offendit: negligentiæ tunc ſuæ memor, ſpondet Virgini, ſe cùm primùm conualuerit, oomen Sodalitati traditurum: Confeſtim Deiparæ expertus eſt opem, & paulò pòſt plenè conualoit. Rurſus ibidem, Alteri apertè falſi ſont ac denuntiarunt quidam familiares, ni à B. Virginis Sodalitio oomeo ſubduceret, ſe neque ipſam neque liberos ipſius amicorum loco poſtmodùm habituros, imo abiecturos rebus accidentibus aduerſis. *Tantò ergo*, inquit ille, *ſtudioſiùs in Sanctiſſimæ Virginis, quæ neminem deſerit, amicitiam & obſequium me dedam.* Et verò mirum eſt quantis virtotum in proximos exercitiis ſe ibidem Sodales io honorem Deiparæ hoc anno impenderint, quę fusè recenſent Annuæ prædictæ literæ.

At Montibus in Hannonia, effrænatus hęreti- O
cus veſano amore inſidiabatur iotegritati cuiuſdam molieris, quam fortè compegit in eas aoguſtias, vnde nulla vi poſſet euadere. Sed illa inuocaus Diuam Virginem Hallenſem, vidit amentem illum quaſi fulmine ictum ſubitò in terram ſemianimem corruere: vnde & facultatem nacta fogit, & ille ſic percuſſus didicit noo ampliùs moleſtus eſſe honeſtæ mulieri.

P In Auſcitana verò ciuitate, die quodam Diuæ Virgioi ſacro, cootigit, vt dum tota quædam familia in templo, vel in Sodalitio occupatur honorandæ B. Deiparæ, repentè ædificium totú corruerit, omnes oppreſſurum niſi cultus Diuæ Virginis extrà euocaſſet.

Q At Cæſarauguſtæ, quidam in Deiparam aliquamtulùm pius, ſed illecebris voluptatis admodùm implicatus, Deum admooentem ſeqoi detrectans, ſenſit per noctem quaſi circumuoluto angue fauces ſibi comprimi, vocemque ad aures allabi; breui periturum, ni ſacrameotorum medecina vtatur: tali excitatus oſtenſo Deiparam implorat, & remedium eodem die ſuis vulneribus adhibet.

R Paſcuaci autem in Prouincia Mexicana, eſt effigies Sanctæ Mariæ miraculis clara, ad quam incolæ magno cooeurſu confugiunt in ſuis rebus, & concurſa magno profectum multum recipiuot.

S Quidam Olyſipone in patrlam rediens latronum mioas implorata Virgine euaſit; alius de oocte admonitus vt proriperet ſe de lecto & cubiculo, ne ruina opprimeretur, ibidem nempe Olyſipone, hoc beneficium recolit Deiparæ interuentu acceptum.

T Argyrinæ in Sicilia, matrona quædam cum larua ſæpiùs colloquium miſcuit, & locum magni alicuius theſauri ab eadem audiit: cupiditate auri venit ad locum: tunc verò terra hiatu dehiſcens in barathrum traxiſſet mulierem, niſi in ipſo periculo Ieſum ioclamaſſet: in illa ſiquidem inclamatione terræ labes ſtetit, & dimidiam tantùm mulierem abſorpſit: quam cùm molti extrahere niterentur, non antè potuêre, quàm monitu cuiuſdam puellæ Virginem Matrem inoocarent; tunc enim potueruot. Hanc rem habent prædictæ Aonuæ iu Domo Profeſſa Panormitana.

V Io Collegio autem Parnomitano, aliquem legimus, dum Genuam per mare peteret, crudeli tempeſtate per duodecim dies fuiſſe iactatum, & Virgine implorata, ſeruatum. Alium eadem Virgo à Turcis & periculo naufragij prohibuit. Alium etiam à ſubminiſtrato ſibi veneno; vt fuſiùs io prædictis Aoouis dicitur.

Z Sed & Mamerti, Adoleſcens à veſana muliere ad ſcelus ſollicitatus, inuocatâ Beatâ Deiparâ, ipſius auxilium hoc modo expertus eſt: repeotè mulier velut ſpectrom apparet, & velut alterum caput Meduſæ colubrinis crinibus: quâ ſpecie, terrore potiùs quàm amore captus iuuenis, mulierem potuit verbis caſtigare, non amare.

X Quin & Nouellarienſes ſupplicationem hoc anno fecerunt ad imaginem S. Mariæ, quæ eſt in vrbe Lepidi, proximè diſtante à Rhegio, quæ imago miraculis celebris eſt. Supplicationem reddidit ornatiorem lætum puerorum agmen, qui angelorum ſpecie candidati feſtiuo cantu Virginis laudes reſonabant. Ad templum cùm ventum eſt ante ipſam aram Virgiois à tribus pueris breue poëmatium proounciatum eſt, grato omoibus ſpectaculo.

Z Denique cœperunt inſtitui Sodalitia B. Virginis

ginis, Panormi duo in Domo Profeſſa, Clericorum vnum, alterum opificum. Nouocomi aliud. Tria in *Monte regali*. *Vnum* Potoſij. Ar

## Anno mundi 5580. Chriſti 1597.

IAm incipiunt in Iapooia ſubite martyrium A recentes in eo tractu Catholici, & moti io Cruce ad conſpectum Nangazaquenſis ciuitatis. Ibi enim lato in campo viginti ſex, partim Religioſi, partim ſæculares, crucifixi ſunt, initiantes hoc ſuum ſacrificium ſub auſpiciis Beatæ Deiparæ, cui etiam reliqua Chriſtianorum turba vouit ædificaturam ſe Eccleſiam *S. Mariæ Martyrum* in eo martyrij loco, quando pax Chriſtianis in Iaponia refulſerit perſecutiooe ſedata. Hæc fuse ediſſerit hiſtoria Iaponum per Franciſcum Solierium ſcripta tomo 1. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 7. §. 4. n. 5.

Euolauit autem in cælum, bujus temporis B Thaumaturgus in India Occidentali, Ioſephus Anchieta, Sacerdos Societatis Ieſu, Apoſtolico ſpiritu vir pleniſſimus, quem Beata Dei genitrix Societati dedit, vt ipſe ſe dederat Beatæ Dei genitrici; ob cuius amorem virginitatem Deo vouit adhuc adoleſcens & ſæcularis. Crebras ille habuit de Deipara viſiones: inſignis eſt illa qua miſſus ab ipſa fuit ad Ioannem Fernãdium, vt eum moneret, velle B. Deiparam, vt in Societatem Ieſu ipſe Ioannes ſtatim ingrederetur; poſt octo dies moriturum eum; & quas in templo recens extructo *B. M.* de Baia appenderat campanas, pro ipſomet Ioanne defuncto eſſe primitus pulſandas. Inter barbaros Tamuyenſes viuens egregio verſu compoſuit vitam & geſta B. Deiparæ, nihil veritus cultros Braſilorum & humanis carnibus inſidiaotia guttura; quibus, cùm ſæpè diem Ioſepho iodicereot, quo eum deuoraturi erant, blanda reſpoofione: *Non permittes*, inquiebat, *hanc ferocitatis veſtræ ingluuiem Beatiſſima Domina.* Bis mille & octoginta ſex diſticha io honorem Virginis ex voto compoſuit, eáque ſic poſtremum clauſit.

*En tibi quæ voui Mater Sanctiſſima quondam*
*Carmina, cùm ſæuo cingerer hoſte latus,*
*Dum mea Tamuyas præſentia mitigat hoſtes,*
*Tractoque tranquillum pacis inermis opus.*
*Hîc tua materno me gratia fouit amore*
*Te corpus tutum menſque tegente fuit.*
*Sæpiùs optaui, Domino inſpirante, dolores*
*Duráque cum ſæuo funere vincula pati.*
*At ſunt paſſa tamē meritā mea vota repulſam,*
*Scilicet Heroas gloria tanta decet.*

Plura de Ioſepho Anchieta videre potes in vita eius per Sebaſtianum Baretarium, & per Nierembergium tomo 2. *V*itarum. Item apud Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Balinghem in Appendice 9. Iulij. *V*incentium Chartoo 9. Ianuarij n. 2. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. n. 8. & alios, multi enim de eo ſcripſerunt.

Præterà mortuus eſt inſignis non minus ſan- C ctitate, quàm ſcientia Petrus Caniſius, cuius eruditiſſimum opus de *B. Maria* Deipara ſcriptum, has à Staniſlao Cardinali Hoſio elicuerunt voces: Non putare ſe quemquam de *B. Maria* hactenus aut doctiùs aut deuotiùs eo ſcripſiſſe. Dæmonem fugauit ab Energumena inuocatione Diuæ Virginis; & eius adhuc defuncti Roſarium miracula patrat. Magnas eius laudes & Apoſtolica facinora videre poteris apud Alegambe; & apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. n. 9. Balinghem item ac Vincentium Charron 21. Decembris, necnon apud Nierembergium tomo. 2. Vitarum. At Bouerius. n. 28 & 34. In morte, inquit, præſentia Virginis potiuntur Franciſcus Arelatenſis, Concionator Capucious, & Matthæus Salinenſis Nouitius. Bernardus verò Æticnſis, Sacerdos, voto concepto de ieiunio perpetuo diebus Sabbati in honorem Virginis, ab hectica febre curatur.

D Hoc præterea anno emiſit in lucem ſingulari ſtili eruditiooe ac proprietate hiſtoriam Domus Lauretanæ Horatius Turſellinus Societatis Ieſu Sacerdos vitæ innocentia ac ſanctitate clarus, de quo Alegambe in loco antè citato, Poſſeuinus in ſacro apparatu. Vbi etiam & Poſſeuinus idem mentionem facit de Chriſtophoro Veruchino Ordinis Capucinorum inſigni pietate ac doctrioa, qui hoc anno de vita Beatiſſimæ Virginis doctè ac piè ſcripſit.

E Ludouicus quoque Zibramontius, Mantuanus, vir laicus quidem, ſed nobilis & politioribus literis excultus, pias Meditationes & Contemplationes Latinè atque eleganter ſcriptas reliquit, diſtributas in quatuor partes; quarum ſecunda pars tota ad Beatiſſimam Virgioem Mariam pertinet. Obiit verò Ludouicus hoc anno, vt habetur ex Apparatu Poſſeuini. Aggregat ad prædictos Scriptores Bibliotheca Marraccij, Ioannem Deſpruetis, Præmonſtratenſem, & totius Ordinis Generalem, qui editis Sermonibus in feſta Deiparæ, hoc anno mortuus eſt 17. Maij. *A*ngelum Roccam, Auguſtiniani Eremitam Ordinis, qui hoc anno Romæ Opuſculum ſcripſit de Præſentatione Deiparæ; Item varias *A*nnotationes, Scholia, & Indices in varia *A*uthorum de Matre Dei opuſcula fecit, & pòſt mortuus eſt 6. *A*prilis anno 1620. Gaſparem à Melo eiuſdem Ordiois, cuius Commentaria in *Miſſus eſt* & *Magnificat*, & alia Sancti Lucæ, hoc anno *V*alliſoleti prodiere. Gabrielem de Talauara, Ordinis S. Hieronymi, à quo eſt Hiſtoria Imaginis, templi, ac miraculorum S. Mariæ Guadalupenſis: & Tractatus quinque obſeruatiooum in eandem Hiſtoriam. Iacobum *V*iecium, Societatis Ieſu, Polonum, qui maternâ linguâ Conciones edidit io Deiparæ feſta, & obijt hoc anno Cracouiæ, 27. Iulij. Petrum Couttiu, aliis Courlinum, Carmelitam, qui rurſus Conciones. *A*lphonſum denique Iſachinm, Rhegienſem Iuriſconſultum, qui Italicè ſcripſit Relationem mirabilis Imaginis S. Mariæ Rhegienſis.

F Interim diuerſis miraculis Beatiſſima Deipara orbem, hoc adhuc anno, recreauit. Nam per *V*irginem Montiſſerratenſem infantúlus trriennis io puteo ſubmerſus excitatus ad vitam eſt, vt dicitur in hiſtoria huius *V*irgiois miraculo 375. In qua etiam, ſed miraculo 377. ſanatus quidam aſſeritur, qui mediâ corporis parte paralyticus erat: quæ duo prodigia retulit *V*incentius Charton Februarij 9. & Nouembris 18. Prætereà voto facto ad S. Mariam *V*icenſem,

Vn

muta mulier ac ſurda auditum loquelamqúe recepit: de quo idem Charron 21. Decembris n.6. Qui ruſſus die 6. Iunij n.4. refert, ex manuſcriptis B. *Mariæ* de bono nuncio prope Redonas, liberationem qua Thomas Champrond euaſit ex manu prædonum, qui eum tum funibus ſtringebant, tum varia vexabant tormentorum carnificina.

Demum Sodalitates erectæ ſunt, Brixiæ Clericorum; Veſuntinæ; Calari; Salmanticæ; & Turnonæ ex vna duæ factæ. Vt videre eſt in literis Annuis Societatis Ieſu. H

## Anno verò mundi 5581.
## Chriſti 1598.

CLemens Pontifex Ferrariam petens, quæ ſe ei ſine ſanguine ac cæde voluntariè dediderat, Lauretum profectus eſt, & Deiparæ Domum opimis præſtantium donorum atque multiplicibus ornamentis abundè decorauit. Quod Spondanus hoc anno notat n.1. Miechouienſis autem diſcurſu 280. n.41. hoc eodem anno extructum eſſe ait in agro Tuencarta pulcherrimum Dominicanis templum, in quo repoſita eſt B. Deiparæ imago dictæ de valle viridi, vulgò *de Valle verde*: quæ ſic dicta eſt, quod ab opilionibus reperta ſit inter ſparta & vepres, ex quo loco ſemel & iterum ad auguſtiorem locum tranſlata, ſemper ad ſpartarium ſenſibiliter per aërem leui nube atque iride deuecta cum ſtupore omnium conceſſit: vbi tandem illi ſacellum, ac deinde templum hoc anno poſitum eſt. Eſt porrò ager Tuencarta in Hiſpania. A

Sed hoc etiam anno moritur Philippus ſecundus Rex Hiſpaniæ, in Deiparam haud vulgariter deuotus: cuius mortem huic anno aſſignant, Spondanus n.10. Antonius Lopes in Chronico, Vincentius Charron 13. Septembris n.3. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 15. Qui etiam addunt, in eo Philippum pietatem ſuam aduerſus Deiparam declaraſſe, quòd eius imaginem in extremo morbo & præ oculis ſemper habere voluerit, & ſemper habuerit: quòd dum ſanus ac florens eſſet, ſingulari ſtudio ac fiducia Diuam Virginem coluerit, præſertim bene affectus in B. Mariam de Valnanera ſiue de Valle venaria, cuius in conſpectu ſeptem lampades voluit ardere continuò, ad id fundatione factâ: De cuius S. Mariæ fonte voluit quoque, quamdiu ægrotauit in Cœnobio Stellæ, non verò de alio bibere, panemqúe quo veſcebatur ex eodem fonte confici. Eccleſiam, quæ Antuerpiæ Collegiata erat & S. Mariæ dicata, petiit à Paulo quarto erigi in Cathedralem. Tum Monſerratenſi, tum Guadalupenſi Virgini, vtrique ſigillatim, decem ducatorum millia aſſignauit, aliáque dona diſtribuit. B

Moritur & hoc anno Ignatius Martineſius, Societatis Ieſu feruentiſſimus Eccleſiaſtes & Sacerdos, de quo meminit Doutremannus in tabulis virorum illuſtrium Societatis Ieſu, & Alegambe in Bibliotheca, necnon Nierembergius tomo 1. vitarum. Balinghem item atque Charron 28. Februarij. Ac denique Poiræus Triplicis coronæ tractatu. 4. cap. 9. §. 3. n.1. De quo viro cùm multa præclara ſint; vt pote qui Orator fuit acceptiſſimus Regi Luſitaniæ Sebaſtiano; ad gloriam Diuæ Virginis hoc potiſſimùm facit, quòd cùm Catechiſmo populos inſtrueret, accidit vt peteret Auditoribus à ſuis num quis auderet coram aliis altè orationem proferre Angelicam? Omnibus tacentibus, dimiſſa puellus, quam ſugebat, mamilla, ſtatim eloqui cœpit, expeditéque fari Angeli verba ad Virginem. Et hinc ſumpta occaſione, Ignatius Auditores ſuos vehementer eſt exhortatus ſæpè Virginem ſalutare. Tota ciuitas Olyſipo, illo extremùm exſpirante, viſa quoque eſt mœſtitudine exſpirare. Exſpirauit autem is ſuauiſſima cum Deipara permiſcens colloquia. C

D Moriuntur quoque hoc anno ex Ordine Capucinorum Franciſcus à Paterno, Saluator à Tiſſa, Humilis à Tyraceno, Michael Gallus, Petrus Vſtagenſis, Ioannes à Caſtro Baroniæ: quorum quinque poſtremi Laicorum ſorte contenti, primus Sacerdotio ornatus, Deo Deiparæque non vulgariter ſeruierunt, vt Bouerius ad hunc annum aduertit n. 27. 48. 57. & 62. Et quidem, vt notat idem author, Ioannes à Caſtro Baroniæ, licet antequam moreretur in ſalutis diſcrimen perductus ſit ob furtum papyraceæ cælaturæ, tantillæ rei, ſed tamen contra Regulam cuidam fratri Capucino ſine licentia ſubductæ, nihilominus in extrema vitæ linea Virginis Deiparæ aſpectu recreatus eſt. Quale beneficium tum Petrus Vſtagenſis, tum Michael Gallus etiam lætè experti ſunt. Humilis autem à Tyraceno de die mortis ſuæ, quæ contigit feſto Annunciationis, à B. Virgine admonitus, poſt octo ægritudinis dies oloris inſtar cantans placidiſſimè exſpirauit. At Saluator à Tiſſa Meſſanæ quidem corpus depoſuit; ſed cùm tanto fuiſſet priùs cum Cælitibus familiari commercio, vt ægrotantis, & ſic impediti à recitando, quod ſolebat quotidie, Virginis Officio, toto illo ægrotationis tempore Angeli è cælo ad eum accedentes, mirabiliter vicem ſuppleuerint. Denique Franciſcus à Paterno, Paterni defunctus eſt, & cùm magnarum vir eſſet palmarum atque facinorum, Paternenſes ſuos ciues nobiles Octauium Cardonetum & Auguſtinum Fararium quondam audiit quando ingererent, ſibi animum manere ancipitem circa feſtum Conceptionis Deiparæ, quòd viderent Dominicanos & Minores inter ſe oppoſitos. Tuncque ille: Hæc, inquit, res animum aliquando ſollicitauit: ſed prolixiùs Numini commendanti voces hæ de cælo auditæ ſunt ab Angelis cantatæ: *Gaudeamus omnes in Domino diem feſtum celebrantes ſub honore Beatæ Virginis, de cuius Conceptione gaudent Angeli, & collaudant filium Dei.* Non dicunt de cuius ſanctificatione.

E Hoc prætereà anno Abrahamus Bzouius Ordinis Prædicatorum, & poſteà continuator Baronij in Annalibus Eccleſiaſticis, emiſit in lucem Theſaurum laudum ſanctiſſimæ Deiparæ ſuper canticum *Salue Regina* quadraginta concionibus. De quibus Poſſeuinus in ſacro Apparatu: & ipſe inſuper Bzouius in ſuis Annalibus anno 1239. n. 8. Sed &, teſte Marraccio in Bibliotheca Mariana, idem Bzouius ſcripſit Monile gemmeum Diuæ Virgini ſacrum, duodenas eius virtutes explicans & miracula viginti

quatuor apud Clarummontem Poloniæ à Virgine patrata referens. Scripſit & Trilogium, hoc eſt, Conciones tres in ſingulas Deiparæ feſtiuitates. Item varia de Roſario; necnon Florida *Mariana*, nempe Panegyricos viginti quatuor, & Conciones octo in præcipua S. Virginis feſta: ac demum Romæ mortuus eſt anno 1636.

D Petrus etiam Creſpetius Ordine Cæleſtinus in lumen emiſit ſummam Theologicæ fidei Lugduni, vt ait Poſſeuinus ſæpè ſuprà citatus, in eaque ſumma in laudem Deiparæ ac feſtorum eius quamplurima congeſſit, ſub verbo Maria, vt videre eſt ex ipſomet opere, & ex Catalogo Richardi Gibboni, qui ad calcem eſt Homiliarum B. Amedei. Sed & hos recenſet Bibliotheca Mariana: Ex Ordine Eremitarum *S.* Auguſtini, Aurelium Corbellinium, qui ſcripſit Italicè Sertum in ſalutionem Angelicam. Ex *D*ominicanis, Alphonſum Cabreram, qui doctos pióſque Sermones in feſta Deiparæ. Et Leandrum Albertum, qui Italicè Chronicon Imaginis S. Mariæ in monte Guardiæ prope *Bononiam*, & miracula conſcripſit. Thomam Stapletonium, Anglum, *D*octorémque Louanienſem, qui Sermones octo in Deiparæ feſta. Ioannem Blondellium, Paſtorem Tungrenſem, qui Miracula quædam Diuæ Tungrenſis typis dedit. Franciſcum Vinaldū, ex Monte Regali in Pedemontio, qui de *V*irgine de Vico à Monte-regali diſcurſum compoſuit. De qua etiam Virgine, Marcus Antonius Gara, Pedemontanus Medicus, & pius Poëta, Cantus quatuor confecit. Catharinam etiam Vanniniam, Senenſem Monialem, quæ Modum excitandi & inſtruendi ad recitationem Roſarij condidit.

E Nicolaus item Ribbius, Hannonius, Athenſis, Theologiæ Doctor, atque Protonotarius Apoſtolicus, edidit Bruxellis binas Panegyricas orationes, alteram de Annunciatione, alteram de Conceptione immacolata S. Deiparæ, ambas in honorem glorioſæ Virginis. Quod habet Deſſelius in Bibliotheca Belgica.

F *Sed &* Annuæ literæ Societatis Ieſu, in Collegio Biſuntino mentionem faciunt de quodam adoleſcente, qui cum morti proximus eſſet Sodalitatem D. Mariæ multis lachrimis expetiit; Ergo Marianorum Sodalium Catalogo adſcriptus, conualeſcere cœpit ſimúlque ad meliorem frugem priſtina liberioris vitæ reuocare ſtudia.

G Ingolſtadij verò, nouus quidam Scænola manum tamdiu prunis admouit, dum peſtilens voluptatis flamma per viſcera ſe inſinuans graſſari deſineret; dignus Sodalitio Virginis, & ob fortitudinem, & ob temperantiam, vtramque Parthenicam. Sic prædictæ Annuæ.

H In Collegio Ocanienſi, quod eſt in Toletana Prouincia, ſic eædem memorant: Honeſta puella ſeſe virginitate conſecrauerat Dei Matri: hæc in morbum incidit die decimo ſeptimo menſis Decembris: morbo implicatam viſibili ſpecie territauit dæmon, atque vigilanti etiamnùm intentauit minas. Verùm ſic afflictatam conſolatur B. Virgo, hoſtémque abigit, & octauo pòſt die, hoc eſt, Chriſti Natali puella defuncta eſt cum perſpicua ſpe præmij vitæque æternæ.

I At in Domo Probationis Brunenſi, quę eſt in Prouincia Auſtria, habetur Nouitium quemdam venientem in tyrocinium incidiſſe in noctis caliginem ſummâ hyeme. Pereundum erat in tali conſtituto caſu: ſed fuſis ad Deiparam precibus, adeſt qui ducit ſuauiter in tutum, & poſteà repentè abiit deſinens vlteriùs videri, & ex oculis euaneſcens.

K In Collegio Auguſtano id legitur: Illuſtri familiâ nata Virgo, cùm ignoto medicis morbo multùm affligeretur, voti cauſa Oetingam profecta, vbi colitur deuotè Dei mater, vti dictum eſt anno Chriſti 580, literâ A, & ſæpè aliàs Patronæ Virginis opem ſenſit. Alium Lauretana Virgo aqua liberauit intercute.

L Sed & in ipſa Reſidentia Oetingenſi continentur hæc digna notatione. Mulier præuidere futura cupiens coniectores ſiue diuinos percunctata erat: Diuinarunt illi harioli fœminam ſe adhuc in multa coniecturam flagitia: ſollicitam propterea deſperatio agebat, & verò nulla quies curas animi angoreſque leuabat. Tandem è cælo iuſſa Oetingam ire, iuit; ſe è peccatis in quæ ſe coniecerat, eiecit; & iam diuinatos euentus pleniſſimè contempſit. Mulier alia liberata eſt ope Virginis à nocturnarum ſtrepitu laruarum, & à gelato aliquando, aliquando ignito contactu palpationéque. Eâdem Oetingenſi Virgine Soſpitatrice, impedita eſt mater, quam dederat filius, ineffabili facinore adimere vitam. Et duo vorticibus impliciti iam iámque mergendi, vitato periculo euaſerunt. Infans quoque aquarum vi atque impetu abreptus in profundo hæſit, & inclamatâ ſanctâ Deiparâ, recuperatæ vitæ ſigna dedit. Naucleri ſeruus in cymbam alligatam, neſcio quid allaturus, dum ſe demittit, ab extenſo fune imprudens in flumen excutitur: in imo cæruleâ veſte fulgentem matronam videre viſus eſt; ſimul, ignarus modi, puncto temporis reſtitutum ſe cymbæ obſtupuit; & Oetingæ quò gratiùs gratias ageret Matri gratiæ, labes conſcientiæ emaculauit. Denique emortuus fœtus reuixit ad baptiſmum.

M In Monaſterienſi Collegio iſta ſunt: Duo Iconomachi luerunt in exemplum. Alter cæmentarius oppidi Rhenenſis pretio accitus in Lingentis territorij pagum ab imagine corruente obrutus eſt. Alter nobilis cùm in monaſterio iam vaſtato iconculam D. *V*irginis reliquam inueniſſet, in eam calces alliſit, addito impio ac nefario conuitio: ſenſit illicò vſtulari pedem eâ parte, quæ temerarat Deiparæ effigiem, & ibidem naſci pulpoſa verruca incepit, ſpeciem gerens violatæ imaginis. Adhibiti vulnerarij peritiſſimi, ſed fruſtrà: perſequebatur hominem impium Magna Mater, nec antè pœnam iſta intermiſit, quam ille vitam nefarius emiſit.

N In Reſidentia verò Embricenſi, Energomena quædam Ida nomine ſanatur Deiparæ ſtatuâ, quam, cùm multis precibus, Parthenici Sodales eidem admonuiſſent, ægritudo abiit. Sed & in Gerundenſi, Miles captus ab hæreticis, & duobus annis ad negandam Catholicam fidem ab iis inuitatus, atque in carcere dirè afflictus, prece demum ad Deiparam ardentiùs fusâ, ſenſit ſe ſolutum vinculis, fugitque ad littus non admodùm remotum: natandi imperitus, ſed diuino motus inſtinctu ſeſe æquori committit, & mediis fluctibus medióque mari, fultus ope pulcherrimæ matronæ, in contrarium littus tandem euaſit incolumis, indéque Gerundam progreſſus, ſtatuit

poſtquam conualeſceret, in gratiatum actionem, Religioſum habitum inſtirutumqúe aſſumere. Et hæc omnia à litera I, buсuſque enarrata ptodunt literæ Annuæ Societatis Ieſu.

R Eædem verò hoc iterum anno diſertè teſtantut & docent, in Meſſanenſi Collegio t Afrum quemdam octogenarium ad fidem fuiſſe conuerſum admonitione S. Vincentij ipſi apparentis; ac deinde vocibus ſonoris Sanctiſſimæ Virginis, non quidem ſe ſpectabilem exhibentis, ſed tamen loquétis & dicentis ſe ſe eſſe Mariam, quam in templo dicto *della Grotta* Mamerrini veoerarentur. Accenſa prætereà Afro faa apparuit, ſed cuius manu mouebatur non apparebat.

S In Collegio autem Panormitano obiir Ioannes Baptiſta Martinus, humaniorum Magiſter ſtudiorum, qui pauló antequam exſpiraret interrogatus, vtrum B. Virginem agnoſceret (erat contra S. Mariæ maioris imaguocula, quam è cubiculo, prope valetodinarij lectum in quo erat, aſportandam eurarar, & ſub earremum ſpiritum ante oculos ſuſpendi voluerat) reſpondir: ſemper ſibi Virginem agnoſcendam ſeſe præbuiſſe. Spirirum tandem eahalauir ſub hæc verba: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab boſte protege, & bora mortis ſuſcipe.*

T Rutſus in Domo Profeſſa Mediolanenſi hæe legere eſt. Tres armati hoſtili animo virum diſceſſurum de templo pertinaciter eapectabât. Ille de inſidiis admonitus, ſe vitamqúe ſuam Deiparæ commendat, & hae commendatione quaſi clypeo tectus egreditur; egreſſum mimici mueronibus & ſclopo perſequuntur, ſed fruſtràt ſanus & integer euadit, & pauló pôſt paa inter omnes conficitur.

V In Genuenſi Collegio affetuntut iſta: Virgini ſeu iuuenculæ cuidam dæmon ſimulato Deiparæ habitu ac fotma ſeſe oſtendebat, fucumqúe ei aliiſqúe faciebat, qui eam tanquam ſanctam & magnæ perfectionis mulierem ſtudioſè venerabantut. Datum eſt ei conſilium à Patribus Societatis, vt ſpuris à ſe hoe figmentum tepellar; repulit, & maaimo ſuæ ſalutis periculo liberata eſt.

Z In Collegio Toloſano, Sodales, operâ Virgnis per Litanias imploratâ, teconciliarunt duos ptæcipuos vrbis Senatores, & alium qui fea integros annos ab vxore ſua impottuniùs diffidebat, fœliciter redintegrarunt.

X In Anicienſi autem, vitandi peccati remedia quidam adoleſcens aut negligebat vecordiùs, aut certè non, ea qua par erat, cura eadem adhibebar, alioquin ad pietatem vtcunque propenſus: Huic adſtitit de nocte B. Virgo, & graui oratione caſtigauit: quo nouo ſpectaculo territus de lecto deſiliit, & ab illa minas niſi reſipiſceret intentante, prouolutus in genua veniam ſupplea poſtulauit. Tum Miſericordiæ mater placari viſa ſubitò diſparuit; ae iuuenem magno amore virtutis incenſum, fiducia plenum, & ſui tenacem propoſiti reliquit.

AA At in Collegio Viennenſi Prouinciæ Auſtriæ hoc notatur. Tenebatur inter Turcas vnus aliquis Chriſtianus, grauibus compedibus onuſtus: voto ſoſpirat ad Virginem quæ colitur ad Cellas; locus eſt celebris inter Nonia iuga Styriæ; huc concepit votum, Deiqúe præpotentiſ ductu, longè per medias hoſtium regiones, ſecum trahens pedicas ferreas, in Chriſtianorum ditionem euaſit, vbi in morbum incidit ex ærumnoſo itinere. Hinc qui pedes ire non potuit Cellas, toto iuit animo, miſitqúe compedes indices memoris animi in Deiparam ſui. Tandem ipſe paucis pòſt diebus piè eſt mortuus, vt teſtantur prædictæ Annuæ.

BB Liberatur quoque hoc anno quidam, inuocatâ S. Virgine de Monre regali, à frauduleota dæmoois machinatione ac violentia, quas triſtitia merſum ac penè deſperantem, præcipitem volebat dare in puteum: vt fuſiſſimè dicitur in hiſtoria S. Mariæ de Montdeuy cap. 13. & apud Vincentium Charron in Calendario 19. Auguſti num. 3.

CC Sodalitates demum B. Virginis hoc anno enatæ ſuut: Maceratæ tertia ſtudioſorum, quatta opificum. Anconæ altera ſtudioſorum, altera nobilium. Patauii tertia: tertia quoque oobilium in Monte regali. Abulę Opificum, Et apod Mexieanos, Valliſoleti & Guaaacij. Quę omnia videre facillimè potes ea antè eitatis Annuis. Sed iam.

## Anno mundi 5582. Chriſti 1599.

A MVltiplicia miracula liberali S. Virginis ſubſidio in orbe patrata ſunt. In primis Venetus quidam, cui nomen erat impoſitum Nicolaus Francus, captiuitatem ſæuam, videlicet Turcicam, fœliciter euadit inuocatione Diuæ Aoicienſis: ſe enim cum ſuis maoicis ferreis proiiciens in mare, vt aſſequeretur quaſdam naues Chriſtianorum, ſenſit ſe liberatum ab eiuſmodi, vinculis omniaqúe rectè procedere implorata S. Virgine de Podio. Quod aduertit Odo Giſſæus in hiſtoria Deiparæ Anicienſis lib. 3. cap. 40. & Vincentius Charron 25. Auguſti n. 5. At inuocatione S. Mariæ de Monte regali Caſtellanus Almaſeriæ eaimitur ab infeſtatione dæmonum: curatur item quidam à febre maligna: & quædam mulier varia infirmitate diuexata perfectè liberatur, vt enarratur in hiſtoria Virginis de Montdeuy, cap. 16. & 17. Similiter inuocata S. Maria de Lætitia, innocentia Henrici Bellangerij de homicidio accuſati manifeſta facta eſt, quam prodidit quidam ad ſuſpendium condemnatus, declarans homicidium iſtud à ſe fuiſſe perpetratum, docens etiam quo in loco ſit corpus hominis occiſi, in ſignum ac probationem veritatis. Id babet Ceriaierius in hiſtoria Lætitienſi 2. parte cap. 12. n. 5. Et antiqua hiſtoria cap. 4. ac Vincentius Charron 22. Iunij n. 2.

B Inſuper è vitæ miſeriis euaſit ad Deum Mathias Boſſemyus, Cancellarius Vniuerſitatis Duacenæ, qui fundauit Xenodochium in honorem S. Virginis, eidemqúe omnia bona ſua mente prompta legauit. Quod notat Ioannes Buzelinus, & ea eo Vincentius Charron 4. Februarij n. 3. Item Miræus in centoria Scriptorum Belgij, necnon Poſſeuinus in ſacro Apparatu. De Boſſemyo autem hæc adbuc Deſſelius diſertiſſimè enumerat: Mathias, inquit, Boſſemyus Amſtelodami natus, Louanij Doctor Theologiæ renſiciatus, ac poſteà Cancellarius, vir fuit magnæ virtutis, & quotidie ſpeciali deuotione ad B.

Virginem Dei genitricem ter emittebat hanc
oratiunculam: *Virgo ſingularis, inter omnes mitis,
nos culpis ſolutos, mites fac & caſtos.* Sacrificanti
lachrimæ erumpebant. Mortis memor, amici
demortui cranium ante oculos in muſæo habuit,
& viginti ferè annis ante mortem loculum ſibi
præparari voluit. Obiit ſacro ſumpto viatico
Ieſum & Mariam identidem ingeminans anno
1599. Februarij die 4. Ita Deſſelius in *Bibliotheca
belgica.*

Edidiſſe verò aiunt ad eundem hunc annum C
Ioannem de Lapide, Carthuſianum domus *Baſileenſis*, Tractatum de Conceptione immaculatæ
& Beatiſſimæ Virginis; ſed exiſtimo verius illum
longè antè vixiſſet ſicut patet, ex dictis ad annum
Chriſti 1494. ex Mariana Bibliotheca, quæ Carthuſianam Bibliothecam Theodori Petræi in eã
rem allegat. Edidit &, in eadem familia Carthuſiana Prior Generalis, Ioannes Michael, Conſtantienſis, Specialia deuotionis exercitia ad *B.* Virginem: vt habet Marraccius. Iuuenalis autem
Ancina, Oratorij Romani Sacerdos, & poſteà Salutienſis Epiſcopus, ſtudio flagrans in *D*ei genitricem, euulgauit hoc anno, Templum Harmonicum B. Virgini erectum; & deinde obiit anno
1604. die 31. Auguſti. Ex Ordine verò Auguſtinianorum, Aurelius Filuccius, Sermones: Iacobus Albericus, Hiſtoriam S. Mariæ de populo in
alma Vrbe, ſcripſit. Ex Minoribus Iacobus Suares, Sermonem de Conceptione. Ex Clericis
Regularibus Somaſchæ, Iacobus Maria Staſſanus, Tractatum de lachrimis & planctu Mariæ
ſuper paſſione & morte filij, elaborauit. Quæ
omnia habes ex Marraccio, & nonnulla ex Poſſeuino in Apparatu ſacro.

Qui præterea Poſſeuinus eodem in loco ait D
Alexium Porrum, Romanum, Theologum, Carmelitanæ alumnum familiæ conſcripſiſſe tractatum in *Aue maris ſtella.* Suprà verò citatus
Marraccius mentionẽ facit Iolij Cæſaris à Cruce, quẽ ait Italicè ſcripſiſſe, Diſcurſus breues ſuper omnia myſteria Roſarij. Item Cælij Nicolij,
qui Paduæ excudit, De miraculis Diuæ Virginis
in Eccleſia ſuccurſus ciuitatis Rouigij. Denique
& Blaſij Viegæ, Societatis Ieſu, qui ſuper illud
Apocalypſis cap. 12. *Signum magnum apparuit in
cælo*, addidit de Sanctiſſima Deipara Commentaria tria exegetica.

Alegambe verò in Bibliotheca Scriptorum E
Societatis Ieſu docet Ioannem Rebellum, Luſitanum, Societatis eiuſdem Sacerdotem, ſcripſiſſe
hoc anno Eboræ typis Emanuelis Lyraoi, de
Roſario B. Virginis. Et addit de eodem; eum
Dominicæ Paſſionis perpetuum extitiſſe meditatorem, Beatiſſimæ Virginis addictiſſimum ſeruum, in cuius patrocinio acquieſcebat, in eáque
& laudibus eius vbique prædicandis multus omninò erat; demum obiiſſe anno 1602.

Idem etiam de Iacobo Gretſero adiungit, eum F
fuiſſe quidem vndecunque doctum, & inter valde multa opera, quibus Eccleſiam, Societatem,
& ſe, plurimùm illuſtrauit, collegiſſe libellum De
vita & rebus geſtis B. Virginis, in gratiam Sodalitatis atque Sodalium eiuſdem B. Virginis.

At Annuæ literæ Societatis Ieſu memorabile G
facinus commemorant Sodalis Parthenici, quod
in Mexico contigit: ſcilicet adoleſcentem quemdam & caſtum, & in Diuam Virginem pium
quædam impia deperibat, ſed fruſtrà: Amor
enim Virginis pudicitiæ comes eſt eiuſdémque
ſeruator. Quare illa rabie acta ad eum bellaria
mittit venenis infecta, quibus pereatineſcatus.
Miſſa ad ſe dona recipit adoleſcens, ſed ea dia,
quâ in Virginis honorem ieiunare ſolebat, ergo
reſeruat guſtanda in craſtinum. Sed craſtino die
venenum apparuit; nam bellariis conſpertis multo vermes prodiderunt ſe certa veneni indicia;
vnde & nota inſanæ incõtinentia mulieris, & materna Virginis in ſuos prouidentia eſt. Rem hanc
præterea habet Gaſpar Lechnerus libro 2. cap. 8.
n. 25. & Vincentius Chatroo 20. Nouembris n. 3.
vbi anno rem dicit accidiſſe 1609. ſed mendosè.

H Apud Montem autem Regalem in Prouincia
Mediolanenſi obiit Ioannes Baptiſta *V*aninus,
Societatis Ieſu Sacerdos, vir multis annis & virtutum cumulis plenus, qui ſub mortem dicere ſolebat, ſe magno beneficij loco ponere, quòd affecta ætate ad ædem B. Virginis (*Beata enim Virgo præcipuè colitur apud Montem regalem, vt
ſæpe ſuperiùs dictum eſt*) ea obedientia miſſus
eſſet, quaſi a tanta Regina dignus habitus, qui
extremos ſuos labores in eius præcipuum honorem collocaret. Ita *A*nnuæ.

I Mirum verò eſt quomodo implorata Virgo
clientibus ſuis prompta fideliſque adfuerit Nam
præterquam quòd deploratam ſalutem multis
reddidit inuocata. Prætereà imminentem ab inimico cuiuſdam iugulo mucronem clementiſſimè
auertit. Cuidam membris omnibus capto ſpectabilis facta, ſpem bonam erexit. Alium, cuius os
fœdè intumerat, & fœdius amici incitabant, vt à
veneficis opem & auxiliũ quæreret, inuocato ſuo
nomine ſanauit. Eſt qui delapſus ex alto, Virgine
implorata læſus non eſt. Eſt denique qui circumdatos coronâ iuuenum armatorum, poſtquam ſe
Virgini commendauit, ſtatim ab ignoto quodam
homine manu prehenſus eſt, & in ædes ſuas ſubductus, ſolatio verborum animatus, & ipſius ſubitanea euaneſcentia ſtupefactus. Quæ omnia
patent ex Annuis prædictis.

K Imò hæ prætereà ſequentia hæc habent. Et
in Collegio quidem Conimbricenſi, implorata
Virgo eſt à Patribus Societatis, qui manent in
hoc Collegio, vt ſua interceſſione vellet bacchantem iamdudum peſtem comprimere. Inſtitutæ
ſunt in eum finem multæ preces. Simulachrum
Virginis erectum, quale eſt mulieris in Apocalypſi deſcriptæ; cantica diuerſa muſicè depromptã; habita & concio vehemens, dicta poëmata,
& oratoriæ artis floſculi diſperſi; Theſes etiam
Philoſophicæ, imò & Theologicæ propoſitæ in
laudem Beatiſſimę Matris. Quę omnia facta
ſunt die Aſſumptionis, & in gratiarum actionem pro peſte beneficio Deiparæ aliquando tandem ſuppreſſa. Iucundum verò vel hîc obiter
animum ad theſes illas aduertere, quas in honorem Deiparæ Theologi propoſuerant: ſunt
enim & curioſæ, & ad laudem Virginis non
parum conſpicuę. Primus ſic proponebat:
Meliúſne fuiſſet viuam ſine funere iniſſe Virginem in cœlum, an mortuam & humatam reuixiſſe, & à ſepulchro ad cæleſtia delatam? Alter
ſic quærere voluit: An quę à Chriſto Deo petebantur ſuo proprio nomine, an quę nomine
Matris, citiùs libentiúſque daret? Tertius inquiſiuit: An Spiritus beati, qui Virginis in cœlum

delatæ feſtum diem celebrabant, matetno magis hoouri applauderent, an ſanctitati ? Quartus deniqoe: Aulâne vteri ſanctiſſimi filium è cælo veoientem auguſtior concepit; an ipſam in cælum euolantem magnificentior receperit. Vide reliqua io Annuis, in quibus fusè explicantot aliæ erga B. Deiparam grati animi ſignificationes.

L Et hoc etiam ſunt aono Brigantini experti ſubſidium Diuæ Virginis cootra peſtis furorem. Simulachrum quippe Virginis, quam ab Querceto vocant, ſolemni pompâ ſupplicabundi detulernnt: quæ deuotio deſiderij ſui compotes eos fecit. Quod docent prædictæ Annuæ.

M Auenione verò ex Sodalibus quidam, cui negotium erat magoi momenti obeundum, Diuam Dominam Dooorum adit conſilij expetendi gratia. Recitanti Roſarium ſomnus irruit, in quo ſoiooo Virgo optima quid ſit factitandum admonet, quis, quando adeundus. Quod iterum nocturno io ſomoo reperit. Vnde boous Sodalis ſequitur datum coonlium, & ita à certa præſeotiqúe igoominia, quam maximè timebat, fortunatè oomioò ereptus eſt; ſicut referunt prædictæ Annuæ. Quæ rurſus eodem in loeo commemorant, ſeruatos à naufragio in cariosa ſupra Rhodanom cymba duos Sodales Parthenicos D. Virginem inuocantes.

N Commemorant inſuper Vieonæ in Auſtria, paralyticum aonorum quinque, voto D. Virgini ad Cellas nuocupato, valetudini reſtitutum. Item quempiam poſt epotum poculum amatorium, quod miſera mulier potandum illi præbuerat, deſperatione agitatum, voto ad prædictam Virginem emiſſo, ſanitatem recuperaſſe. Spiræ denique aurigam, dum *Mœoum* incautiùs & altiùs ſubintrat, abreptum violeoto flumine, implorata Virgine Deipara, euadendi viam nactum fœliciter fuiſſe.

O At Alberſtadij, mortua eſt nobilis quædam virgo ſeptuageoaria maior, cui olim decimum quartum annum agenti, & variolarum morbo laboranti, atque à medicis deſperatæ, implorata Beatiſſima Virgo apparoit, dixitqúe: Nec morituram hac ægritudine, nec niſi Sabbato, ſibi die dicato, oec inter hæreticos, quos inter tunc moribunda degebat. Quod & cootigit, vt prædictę Annuę habent in Collegio Heiligenſtadiano.

P Gandiæ autem albo Sodalium Virginis *Dux* ipſe ſupplex adſcribi poſtulauit ab ijs, quibus ius eſt admittere. Qood Ducis exemplum quamplures permouit, ac præſertim Primores, vt ſeſe cultui Mariano magoo animo dedicarēt. Ibidem ante Sacellum Deiparæ quidā ſpiritum viodictæ; quem conceperat acerbum, ob amorem S. *V*irginis, depoſuit, & conſilium necis, quam parauerat fratri ſuo, in meliùs conuertit, *S*ic Anouæ.

Q At in Mexico nonnullus zelotypiæ œſtro amarè agitatus, ipſo die Reſurrectioois *D*omini, immani facinore, ſuam ipſam coniugem crudeliſſimè ferro iouadit. Cui miſerabili, dum Virginem implorat, ſic diuinitus ſubuentum eſt, vt ferrum quaſi cereum eſſet, innocentia corpori cedendo pepercerit, ſeqúe io ſe reflexerit. Quo miraculo cooiux ipſe poſtmodùm delinitus, & meliores mores induit, & vnà cum coniuge multas gratias B. Deiparæ reddidit. Quod factum, non ſine grato ſpectaculo, prolixius perlegi poteſt in Aooois literis.

R Io eodem Mexico, Quidam Sodalis, quaſi oon ſatis putaret ſe Deo tradidiſſe, cupiebat alios habere, & facere participes eiuſdem boni. Ergo amicum admonet, vt obſequium Virginis in Sodalitate ſuſcipiat. Trahebat ille moram, ſed morbo correptus dedit alteri occaſionem iterum admonendi, ex pertinacia & tarditate ſua huiuſmodi ægritudinem omninò ipſi accidiſſe, voueat ioire Sodalitatem & ſperet in *V*irgioe. Vouit æger, & poſtera die dolore leuatus eſt, Sic Annuæ prædictæ.

S Obiit hoc ioſuper anno Franciſcus à Villa regali, Coadiutor Laicus Societatis Ieſu, qui miro ardore io Deiparam ferebatur, immaculatam Cooceptionem eius contiouò propemodùm laudaodo, ita vt etiam Roſarij loco euolueret hæc verba globulos enumerando precarios: *Propter puriſſimam & immaculatam Conceptionem Matris tuæ miſerere nobis.* Salutationem Aogelicam ſolebat io tricliuio magna cum deuotiooe coocioere, omneſqúe obuios, ipſa etiam mancipia ſolebat inuitare, vt ſecum Deiparam & filium eius collaudate ac prædicare vellent. Pleous omni genere virtutum præſertim charitate & humilitate euolauit io cæluoi. De quo Aoouæ prædictæ honorificè ſanè mentiooem faciunt.

T Quarum adhuc teſtimonio propagatæ ſunt Deiparæ Congregationes, Laureti: Tybure; Panormi pro ruſticis; io vrbe Calactenſi; Veronæ binæ; Conſentiæ tribus quarta adiecta; *A*quilæ Nobilium; *V*alenceois Virorum; Rigæ; Pompeiopoli; Gandiæ. Et apod Mexicanos in ſede S. Gregorij Congregatio Iodorum; & in ſede Taitaiona. Ita legitur in *A*nnuis prædictis.

V Hoc vero taodem loco ſilendum oon eſt, quod proſequitur Bouerius io Capuciois *A*noalibus o. 5. & ſequentibus: Scilicet Tononij, hæc vrbs eſt apud *A*llobroges, inſtituram fuiſſe Domum B. Mariæ de Compaſſione, quæ inſeruiret pro hæreticorum tum Gebeonenſium tum aliorum cooueerſione, nutriendo ibidem & erudiendo pugiles ad hoc miniſterium deſtioatos. Cuius Domûs fuodationem plurimum promouit Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux, ſtabilioit Clemens *VIII.* adinuenit Cherubious Mauriaoenſis, Capucinus Conciooator. Inſtitutam autem fuiſſe aiuot ſub inuocatione Diuæ *V*irginis de Compaſſiooe, quòd Virginis erga miſeros compaſſioni atque pietati, hæreſum interitos meritiſſimè adſcribitor.

Z Idem inſuper Bouerius ibidem n. 30. 39. 92. mentionem facit trium Capucinorum, quos ex hac vitæ miſeria ad cæleſtem patriam Prouidentia vocauit. Primos eſt *A*nſelmus à Serra, Laicus, virtute eximius in Prouincia Barienſi, quem præſentia Deiparę placidè morientem multùm exhilarauit. *A*lter eſt ſimiliter Laicus, Iuniperus à Guſſaco, quem pia Dei Mater de die mortis admoouit io feſtum Natiuitatis eius, & ante mortem viſitauit ac roſarum floribus benigniſſimè donauit. Tertius oumeratur Franciſcus Narenſis, Clericus, cui, cùm *A*grigeoti cum morte luctaretur, triduo vltimo vitę Regina

Digitized by Google

Angelorum alba veſte induta, regióque duodecim ſtellarum diademate coronata, ſtipata Sanctarum virginum agminibus ſępiùs apparuit. Iam verò ineunte ſęculo decimo ſeptimo poſt Chriſtum exortum, adeóque.

## Anno mundi 5583. Chriſti 1600.

EVeniſſe videtur, quod Triplicis coronę A
tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 35. Poirçus refert de vrbe Hiſpalenſi, in qua cùm quidam non ſatis piè ac prudenter de B. Virginis immaculata Conceptione peroraſſet: non tantum vrbs ipſa alium Oratorem rogauit de Conceptione præclarè diſſerere, & ab alio indiſcretè prolata reuocare ac refutare: Sed præterea B. Deiparæ obtulit auleum octogiota millium ducatorum, in quo hęcerat epigraphe literis ex gemmis & ex adamantibus ſcripta: *Mater Dei concepta eſt ſine peccato.* De qua etiam re loquitur Altas *Marianus* lib. 1. imagine 20.

Apud Sanquintinum in Aremoricis à multis B
annis religioſe conſeruata Zona Beatiſſimæ Virginis, quam inibi Comites Lauallenſes Sanquintini Domini ex Ieruſalem allatam poſuiſſe dicuntur, hactenus coruſcabat mirabilibus prodigiis: hoc verò anno ſingulariter coruſcauit. Nam cùm hæc Zona ſit ex filis albis reticularim diſpoſitis per maculas diſpares, contigit vt templum Collegiale *S. Mariæ*, in quo ſacrum iſtud lipſanum reconditum erat, immani incendio totum conflagrauerit, nec pepercerit ignis vllis aut Reliquiis, aut vaſis, aut metallis; ſed ipſum etiam æditυum verterit in cineres. Nihilominus reperta eſt illa Zona intacta, conſumpta tamen ſua arcula ſimul cum inuolucris Zonam illam antè obuoluentibus. Quæ omnia patent ex proceſſu verbali facto per Andream le Porc Epiſcopum Briocenſem, & ex Vincentio Chatron in Calendario 8. Ianuarij n. 3.

Hoc quoque circiter tempore accidiſſe videtur mirabile auxilium B. Virginis, quod præſtitit C
ciuitati Chilenſi, quæ vocatur Imperialis, & quæ obſeſſa à Barbaris fame ſitiqúe abſumebatur: confugientibus enim obſeſſis ad S. Deiparam, aduolarunt minutæ aues, quæ comeſtæ ſedarunt famem: medius deinde in ciuitate puteus, anteà ſiccus, aquam effundere ſufficientem cœpit, qui vrbe poſtmodùm liberata confeſtim ſiccatus eſt. De qua re Spinellus tractatu de miraculis n. 9. vbi hoc fusè narrat D. Virginis auxilium ex literis Roderici Cabredi Prouincialis Societatis Ieſu in regno Peruano, qui viuebat hoc tempore, vt ex Alegambe manifeſtum eſt.

Addit idem Spinellus ex eodem Cabredo, eodem tempore ſcapham fuiſſe ab obſeſſis mira- D
culosè confectam, vino in picem commutato, cùm pix abſolutè deeſſet: & in eadem ſcapha tres milites Hiſpanos cum tribus aliis miſſos fuiſſe, qui auxiliatrices copias, vel ex Valdiuia ciuitate, vel ex ciuitate Conceptionis accerſeſſent; quos ita B. Virgo pergentes Valdiuiam, quam iam Barbari inuaſerant, è proximo portu auulſos, ad Conceptionem incolumes direxit, vt de patrocinio eius, non niſi animo ingrato & irreligioſo, illi ſe dubitare permitterent. Totam hanc & vrbis Imperialis liberationem, & ſcaphæ directionem latè deſcribit Alphonſus Ouaglius in Relatione Regni Chilenſis lib. 5. c. 13. Quam relationem Italicè ſcripſit & edidit Romæ anno 1646. In qua præterea addit varia miracula facta interceſſione *Diuæ Virginis ad Niues*, cuius ſtatua honorabatur in ciuitate Imperiali, & ad quam in ſua illa prædicta obſidione ciues Imperialenſes confugerunt. Inter quæ, varia cenſentur valde notabilia contra impugnationes & exercitus Barbarorum, quos ſæpè iam in agmine feruentes, ipſa Virgo cum Diuo Iacobo ſpectabilis, aut domum iubebat repetere timore ſtupefactos, aut puluere etiam in oculos coniecto penè excæcatos in fugam iaciebat: quæ pleniùs explicat prædictus Ouaglius in præcitato libro cap. 14. & 15. Vbi etiam mentionem facit imaginis. *S. Maria de la Ligua*, duarum circiter altitudine palmarum; qua publicè per campos, ſiccitatis tempore, ac deuotè delata, ingens ſubitò pluuia obtenta eſt; aliàque ſubinde diuerſa miracula ſecuta. Libro demum ſeptimo cap. 20. prolixè deſcribit imaginem D. Virginis repertam in antro prope Araucum in Prouincia Tubulia Regni Chilenſis, quæ imago vulgò vocatur *S. Maria de Arauco*. Hanc imaginem ſic ex ſaxo ſolus author naturæ efformauit, vt venę lapidis, nulla interueniente artis operatione, diuerſis coloribus S. Dominam noſtram filiolum tenentem perfectè repræſentent, nigro capillitio defluxo de vertice per collum & humeros, vultu albo, veſte purpurea, pallio flaueſcente ex auro, cum ſuffultura cærulei coloris, mira intuentium exhilaratione. Quam imaginem Indi plurimùm venerantur; nec inde pauca à Virginę conſequuntur beneficia.

E *Sed* & ad hoc etiam tempus eueniſſe Poiræus ait, Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6. §. 4. n. 6. vt celebri cuidam Iuriſconſulto; cuius nomen de induſtria ſilet, Beatiſſima Dei Mater, & contritionem & continentiam obtinuerit. Cùm enim ille moribundus in lecto decumberet, & adeſſet Confeſſarius, qui conſcientiæ labes exciperet; ſe Chriſtus Dominus medios inter S. Virginem, & aliquem ex hominibus Beatis (Ignatium Loyolam indicare videtur) ſpectandum propoſuit, iratóque vultu condemnationem minari viſus eſt: ſed impediit procumbens in genua B. Deipara, pro clientulo ſuo ſpondens tum meliorem frugem, tum conſtantiorem in poſterum continentiam. Quod reipſa factum eſt.

F Paulò pleniùs rem hoc ſenſu digerunt non ſemel citatæ Societatis Ieſu Annuæ literæ. Vicarius, inquiunt, Auenionenſis febre ad extrema redactus, inuocatam Virginem, quam à iunioribus annis, votiuis orationibus diuerſis honorare conſueuerat, vigilans in oratione vidit, imò etiam arguentem de multiplici negligentia audiit: inſtitit verò tum precibus multis, tum pœnitentia ſalubri placare cæli iram. Paulò pòſt ergo redeuntem vidit Virginem cum Chriſto & S. Ignatio Loyolæo, quorum trium ſermò erat de ægrotantis ſalute. Et quidem Ignatio valetudinem exorante, Chriſtus fidem emendationis poſtulabat. Virgo petiit ab ægroto, quidnam faceret ſi vita daretur? Ne fruſtrà data ſit, inquit. Tum eadem à filio petiit, vt ratam vellet firmamque ejuſmodi condonationem e

Chriſtus annuit, & hauſto, è latere ſuo ſangoine corpus iacentis allinere viſus eſt, & ſtatim ſanatus eſt æger. Hæc babent Aoouæ Societatis anoo 1601. & accidiſſe aiuot anno præſenti 1600.

G Obiit autem boc eodem anno B. Maria Razzi, ex Ordine Domioicano, quæ feruentiſſimo amore ſeruiebat S. Deiparæ, à qua ſæpè viſitata eſt, & vna quidem vice ſpecioſiſſimam ab ea ſibi ſupra caput impoſitam coronam recepit, Regináque appellata ab eadem eſt, & Chriſto Domino pretioſi dooo anouli ab eo accepti deſponſata: Altera autem vice puerulum Ieſum amplectendum & geſtandum ſuſcepit ſumma dilectioois atque pietatis teneritudine. Iſta aliáque recitat de ea Chronicon Ordinis 2. parte, & nonnulla Balinghem ac Vincentius Charron 7. Ianuarij.

H Mortuus quoque eſt Henricus Henriques, Societatis Ieſu alumnus, qui in India Orientali, & ora præſertim Piſcaria, ad quam a B. Franciſco Xauerio miſſus eſt in locum Antonij Criminalis pro Chriſti fide ibidem interfecti, crebris, & magnis laboribus inuictè perfunctus eſt. Inter alia quæ ſcripſit, eſt vita Beatiſſimæ Virginis lingua Malabarica. Quod notat Alegambe, qui ait Henricum mortuum Punicali 6. Februarij.

I *Sed* & mortuus item, vt habet Bouerius n.23. Placidus à Tyraceno, Syracuſanæ Prouinciæ Capucinus Clericus in Deiparam vehementer deuotus: mortuus & in Hetruriæ Prouincia Bartholomæus Piſanus ſimiliter Clericus: & Dominicus Vernnenſis *S*acerdos, quos omnes in morte ſenſibiliter apparens B. Virgo ſolata eſt. Denique & Petrus Petacienſis Nouitius, qui B. Virginem hoc dulci alloquio compellabat: *O vnica ſpes mea, ô Virgo Beatiſſima, ter millieſquè benedicta, iam me in ſinum tuum ſuſcipe.*

K Balinghem verò in Calendario 28. Maij, & poſt eum Gononius in Chronico. & Touſſanus Bridoul in Triumpbo Virginis eâdem 28. *Maij*, aiunt, Amſbergam Vveſtphaliæ ciuitatem ita conflagraſſe, vt tota curia in cineres, lapides io calcem, & ferrum in ſcoriam verteretur. Nihilominus in adito Curiæ ſtatua B. Virginis ad murum poſita & cancellis ferreis ibidem præmunita, cum omni ſuo apparatu ex ſerico rubeo, candelis aliquibus, ac ramis, ita illibata permanſit, vt ne fumum quidem ſenſerit, candelæ neque læſę ſunt, ramuſculi manſere penitus integri. Quæ res omoibus iure magnam admirationem attulit.

L Sanationes prætereà factæ ſuot, inuocatione B. Deiparæ de *M*onte regali, quæ mulierem fracto crure, primùm quidem ſubitò com fulchris incedere dedit: Deinde venientem ad ſacellum ſuum perfectiſſimæ reddidit ambulationi ac ſanitati. Sic baber Hiſtoria D. Mariæ de *M*ontdeuy cap. 17. & Vinceutius Charroo 18. Iulij. num. 2.

M Fermè omiſſi ſunt ſcriptores aliquot *M*ariani, qui ſicut Henricus Henriquea, de quo paulò antè literâ H, noo mediocriter gloriam B. Deiparæ ſuis laborum induſtrijs auxerunt. Scripſit ergo Horatius Pancirola Rhegienſis de locis ſacris & Reliquiis vrbis Romæ, in qua vna vrbe docet extare tres & ſexaginta ædes Beatiſſimæ Virgini dicatas. Scripſit & Ioannes Baptiſta Guarinus, Cremonenſis, & Canonicus Regularis Lateraneoſis, librum Italicum de Hierarchia, ſiue de ſacro Regno Beatiſſimæ Virginia Matris Dei ac Reginæ cæli, quo plurima de dignitate & virtutibus ipſius ad excitandam Chriſtianorum pietatem doctè ac piè enarrantor. Ita Poſſeuinus io Apparatu.

N Edidit verò Pariſiis interpretationem Salutationis Angelicæ Theodorus Marcilius, Arnhemienſis, Gelder, Eloquentiæ Profeſſor Regius, vt aduertit Deſſelius in Bibliotheca Belgica, vbi & eum obiiſſe notat anno 1617. Quanto verò impetu hic ſe intermiſcet triginta propemodùm Authorum feruentiſſima turba, qui ſæculi decimi ſeptimi primitias & primum eius annum ſcribendis Deiparæ Laudibus decorarunt? Horum nomina & ſtudia Bibliotheca Marraccij vberiùs explicat. Vix ea delibare permittor. Sunt ex Ciſtercienſi familia; Fulienſis Congregationis, Ioannes à *S*. Malachia, qui Miracula D. Mariæ de Mondenich deſcripſit; non Fulienſis, Chryſoſtomos à Viſitatione, qui de verbia Dominæ libros plurimos cõfecit. Sunt ex Ordine Minorum: Antonius de la Crux, qui diſcurſus in feſta Deiparæ. Didacus item de la Vega, Conciooes nouem. Homilias Franciſcus Picardus. Precationes Henricus Buſquey. Petrus Varonâ de Valdiuielſo Tractatum io *Aue Maria*. Lambertus à S. Trudone, Coronam Beatæ Virginis. Sunt ex Ordine Dominicanorum: Matthias Faſanus, qui compoſuit Mariale Virginis. Raimundus Paſchalis, qui de Roſario. Petrus Martyr Baccionus, qui Hiſtoriam S. *M*ariæ de Quercu. Ioannes Sagaſtizaual, de Roſario, Roſariiquè Indulgentiis, atque miraculis. Ee Fabianus Birconius, Sermones. Sunt ex Ordine Carmelitico Martinus à Peraza, qui Conciones. Nicolaus Natalis de *S*enis, qui librum de Aſſumptione. Ex A[illegible]anis: Ludouicus de Azeuedo, qui Ma[illegible] Diſcurſus de Maria. Ex aliis: Hernan[illegible]antiago, Sermones, & de Virginis dolo[illegible]. Martinus Alphooſus de Viualdo, De verbis Dominæ noſtræ. Melchior à Caſtro, de vita Virgioıs libros duos. Leooardus Zibibbius, Breuem modum meditandi Roſarij. Laudé Roſarij, Cæſar Obert' Taorini Profeſſor. Petrus Diaz, De miraculis S.M. de virtutibus. Ludouicus Blanchus, Roſam myſterioſam, Turrim Dauidicam, & alia, carmine Italico. Oonpbrius Maoeſcal, varias Conciones. Franciſcus *Dio*nyſius Faneoſis, Colloquium de Humilitare Mariæ. Franciſcus Moſchus, Paradiſum & Hortulum Marianum. Alexander Turaminius, Opus prænotatum Annunciata, ſiue Pulcbritudines Virginis Italico metro præſtitit. Thomas Vvorthingtoous, Anglus, *S*ocietatis Ieſu, quam iam grandæuusn iniit, librum de Roſatio Antuerpiæ excudit. De quibus vel pauca, vel nihil in ſua Belgica Bibliotheca loquitur Deſſelius. Tanto ergo numero, certè non contemnendo, in laudes Marianas Scriptores inſudarunt.

O Sed &, vt babet idem ibidem Deſſelius, hoc quoque anno Vvalrandus Caoultius, Hanno, *Sa*cerdos edidit *D*uaci, *M*iracula Diuæ Virginis apud Tungros, Camberones, atque Ceruios in Hannonia. Miracula item Diuæ Monſerratenſis collegit & dedit io lucem Franciſcus à Turre Eremita, ſed Gallicè tantùm. Quod notat Matthæus

ctarius Oliuerius Benedictinus, in ſua, quam ex
illo, Gallicè item confecit, hiſtoria Montiſerrana
anno 1617. & Reginæ Franciæ confectam dedicauit.

Præter hæc autem, refert Ioannes de Carta- P
gena libro vltimo de Deiparæ mitendis §. 215.
haud ſilendam vindictam, quæ hoc anno prouidentiâ
diuinâ inflicta eſt in vrbe Zamoſſa, aduerſus
matronam quandam hæreticam, quæ
blaſphema in S. Virginem, & præterea feſtum
Anounciationis ſuperbè violans; eo ipſo die in
rheda ex vrbe egreſſa, in ipſo ad villam ſuam
itinere aluum exonerans, à valido vento per
ſuas ipſas ſordes fœdè raptata eſt, & ita illiſa, vt
miſeram animam efflare coacta ſit. Hæc ſe habere
dicit Cartagena ex literis Patris Triuimij
Rectoris Pragenſis Collegij, quem obiiſſe annó
1618. teſtatur Alegambe in Bibliotheca Scriptorum
Societatis Ieſu.

Sed idem Cartagena ibidem præterea addit Q
§. 183. non minùs ſanè memorabilem punitionem
blaſphemi cuiuſdam, qui in ſacello *S. Mariæ ab arcu*, quod eſt inter Nolam ac Neapolim,
poſtquam luſiſſet tudiculis, & improbè iratus
Virginis imaginem inhoneſto vulnere cum pila
luſoria fœdaſſet, ſanguine fluentem horruit
imaginem, atque immobilis factus captus à Iudice
eſt, ac patibulo ſuſpenſus cum luſoriis inſtrumentis.
Huius punitionis pictura extat in pariete
prædicti Sacelli, quam hoc loco ſaltem
profero, licet eam anno 1516. accidiſſe aſſerit
Cartagena, tum vt ne penitus omiſſa ſit, tum
quia bene coniungitur cum præcedente punitione,
tum quia idem author vtramque commemorat.

Multa verò, & memoria digna, habent Socie-
tatis Ieſu Annuales literæ, quæ ſequentibus R
breuiculis ſectionibus obiter perſtringuntur.
In Conſentino Sodalitio Prouinciæ Neapolitanæ,
quidam minùs probatis moribus degebat,
& in adeundo cœtu negligens. Sæpè monitus vt
reſipiſceret, & Sodalitium frequentaret, ni
vellet ex albo Sodalium expungi, indignabundus
reſpondit: Ego verò ad Sodalitium tunc ſcilicet
veniam, cùm hoc mihi caput abſciſſum &
hæc crura ac membra. Infœlix augur fuit paulò
enim pòſt in manus incidens inimicorum diſſectus
eſt illis partibus, quas deſignauerat, & miſerabiliter
interfectus.

Foroliuij, dum Virginis imago, de qua di- S
ctum eſt anno 1584. literâ F. in honeſto loco à
Rectore Collegij componeretur, lamina ferri
quadrata propè apparuit foramen obſtruens,
quâ reuulsâ, repertæ ſunt occultatæ in eo foramine
variæ inſignes reliquiæ, & inter eas palmaris
portio manicæ dexteræ B. Virginis: quæ res
& Collegium, & ciuitatem compleuit lætitiâ, &
Epiſcopus ipſe à lachrimis ad conſpectum tanti
theſauri ſe temperare non potuit. Ibidem tamen
repertus eſt ſceleſtus, qui cum blaſphemiis
S. Virginem impeteret, ſubitò & linguâ obmutuit,
& neruis contractus eſt, & ſiniſtro latere
emortuus: Nec ſanatus poſteà eſt, quamuis vtique
ſerò ſapuerit.

Sed & obiit Olyſipone Italus quidam, qui
olim captus, & Algeriom à Mauris deductus, T
de Chriſto negando validè ſollicitatus eſt ab eis
permiſit ſe demum ritu Mohometano circumcidi.
Sed noctè increpat apparens Deipara, &
fugæ conſilium præbet; imò & auxilium, ſi
velit. Immitis animus, non ſatis agnoſcens
Virginis præſentem & efficacem potentiam,
neglexit. Poſtea in nauali prælio a Luſitanis
captus & pro Turcâ habitus, viginti quinque
annos remigum miniſterio addictus eſt, perfidiæ
ſuæ meritas pœnas luens. Qum & aliàs intereà
ſacrilegij ſui horrore commotus, iterum a Virgine
viſitatus eſt, & increpitus de ſocordia ſua.
Demum cum fortè inter rixantes immiſcet ſe,
ſaxo ad caput percuſſus moribundus cecidit;
tuncque iubente Deiparâ & vocauit Confeſſarium
de Societate Ieſu, & vitæ ſceleribus retexis,
mortem obiit eâ quâ prædixerat & die &
horâ.

V Occauiæ in Hiſpania, oſtenſum eſt cuidam
iuueni, quando erat in ſomnis, quantùm ipſi
vtilis eſſet deuotio in Deiparam. Siquidem
dæmonem ſe perſequentem videre viſus, nunquam
eum à ſe remouere potuit, donec vel in
ſomnis implorata Virgo, viſa cælo delabi & fugare
dæmonem ab eo, cuius, inquiebat, ſalutem
a Deo obtinui, quique me quotidie recitato
Roſario honorat. Hoc viſo animatus iſte iuuenis,
dedit ſe ad recitandum in poſterum bis
Roſarium quotidie.

Z In Domo Probationis Villategienſi, vnum ex
præcipuis mediis, ad Nouitios Societatis Ieſu in
via perfectionis adiuuandos, fuit deuotio in S.
Deiparam, quam exercuerunt erga imaginem
extractam ex ea, quam D. Lucas depinxiſſe dicitur:
Octiduò enim toto nihil aliud actum eſt ab
iis, quàm quod ſpectat ad obſequium eiuſdem
Virginis loquendo & meditando de ea, imitando
virtutes eius, deprecando eam, &c. Cuiuſmodi
octiduum ſeruari conſueuit in Feſtiuitatibus
eius: & experientia conſtat hac arte magnum
concipi feruoris ardorem, perſeuerandique magnum
deſiderium.

X Valliſoleti, imago B. Virginis, quam antè
aliquot annos horrendum in modum vulnerauerant
hæretici Angli, illata eſt cum ſolemni
pompa, & magnifico apparatu ac gaudio in
Collegium Anglicanum, quod eſt Valliſoleti;
Reginâ Hiſpaniæ Margarite, multiſquè nobilibus
ſolemnitatem iſtam ſua deuotione ac præſentia
cohoneſtantibus.

AA Camberij, Sodalis quidam Parthenius vehementer
percuſſus, poſtquam alij Sodales Litanias
D. Virginis in Sacello Sodalitij pro eo perſoluerunt,
dolore ac febre caruit: paulò pòſt ita
conualuit, vt pedes venerit in Sodalitium gratias
acturus, & ſimul veniam petiturus de omnia, qua
efferbuit ira, propter quam ſicâ in imo ventre
percuſſus fuerat.

BB In Reſidentia Biburgenſi mentio fit de Allerſtorffenſi
Diuæ Virginis templo, votorum nuncupatione
percelebri, quod hoc anno reſtitutum
eſt, multò quàm antè fuerat capacius, elegantius,
artificioſius; & quod multis donariis
auxit Dux Bauariæ Vvillelmus, aliique.

CC Cracouiæ, puella à tenera ætate parentibus
orbata deuenit in manus matronæ hæreticæ,
non ſine periculo perdendæ ſalutis. Admonet
eam, loquens per obuiam ipſi puellæ imaginem,
Beatiſſima Virgo, & mandat vt vitet funeſtum
hoſpitium, & fidei dogmata diligenter addiſcat.
Quod & factum eſt,

DD Polnci, manus arida mulieri redintegrata eſt, voto ouncupato inuiſendi templum D. Virginis Polocenſis. Czeſtocnuiæ, voto item facto peregrinationis ad Virginem Czeſtocouienſem, nobili fœminæ ſanitas, quâ annum caruerat, reddita eſt. Et Monfortij in Caſtilia, inuocatione S. Mariæ, cui *Antiquæ* cognomen eſt, a certiſſimo naufragio Coadiutor quidam Societatis Ieſu ſeruatus eſt.

EE Melitæ, iuuenis quidam B. Virginis deuotus, ſacrum illi recitabat Officium, ſtatiſque diebus cibo abſtinebat: ſed quamuis ſæpiùs confiteretur, a graui ſcelere non temperabat. Erat huic aſſinis vitæ integrior, cui Virgo apparens iuſſit moneret alium illum affinem ſuum, corrigeret mores, Deum ipſi iratum parare fulmen breui euibrandum niſi reſipiſcat. Monitus ille pollicetur meliorem frugem: ſed promiſſi immemor, non ſe corrigit: iterum ac tertiò Deipara ſe videndam præbet, iubet vt iterum atque iterum moneatur, totaque ſcelerum proponatur ſcena, tempus, locus, perſonæ, vt monitus ſentiat rem feriò ac diuinitus fieri. *Vicit* tandem B. Virginis charitas, reſipuitque ille meliorem ad frugem vita compoſita, &, vt par erat, longè deuotior in Matrem Miſericordiæ.

FF *Apud* S. Mariam Montiregalenſem in *Sabau*dia, hæc inter cætera narrata miracula ſunt. Multi à peſtilentia fuerunt erepti, quæ Taurinum præcipuam regionis vrbem latè populabatur. Æger à ſubmerſione exemptus. *Surditate* alius liberatus. *Alij* à deſperatione & iam parata reſte.

GG Demum erectæ ſunt Congregationes Deiparæ, *Senis* opificum. In vrbe Caltaniſettenſi alia Nobilium, alia plebeiorum, tertia ſtudioſorum maiorum, quarta minorum. Nouocomi opificum. Toleti in Domo Profeſſa. Calari tribus adiecta quarta. Louanij Ciuium. Et quæ hactenus à litera R. deinceps allata ſunt ex *Annuis* literis Societatis Ieſu pro anno 1600. exactè porriguntur. Interim,

## Anno mundi 5584. Chriſti 1601.

A Religioſam vitæ profeſſionem amplexa eſt quæpiam mulier, quæ anteà meretricio victum quæritans, propter amorem tamen Virginis nunquam ſe hoc peccato die Sabbathi maculabat, quantumuis ad id à pleriſque magno propoſito præmio inuitaretur; ſic videlicet *Diua* Virgine deuotionem illam magno fœnore munerante. Quod refert Auguſtinus *Manus* in hiſtoria rerum memorabilium in Eccleſia geſtarum cap. 80. & ex eo Vincentius Charron 1. Iunij n. 2.

B Inſuper hoc eodem anno ad B. Virginem Salmurienſem, ſiue Ardillienſem, ſeptenni infirmitate diuexata mulier perfectam ſanitatē cum gaudio ſuſcepit. Quam hiſtoria D. *Virginis* prope Salmurium Ioannam Girard vocat, & totam rem ad longum explicat; ſimulque *Vin*centius Charon 3. Iunij. n. 3.

C Sed & *Venetiis* editum eſt opus Capoleonis Guelfutij, Tifernatis, de Beatiſſima Virgine, inſcriptum Roſarium, ſiue Poëma Epicum carmine Hetruſco, quod Capolen inter multos corporis cruciatus, quindecim libris, quaſi è Roſis quindecim coronam, contexuit, inquit Poſſeuinus in ſacro Apparatu. Memorabile verò eſt, quod habet *Bouerius* hoc anno n. 56 in *Annali*bus Capucinorum de B. Virginis Corolla, quæ ſeptuaginta duas *Salutationes* Angelicas comprehendit. Nouitius quidam in Conuentu Terlitij *Barienſis* Prouinciæ, dum piſce in menſa veſcitur, à tranſuerſa gutturi ſpina ita male afficitur, vt ſanguine ex vulnere fluente cùm nullum eruendæ ſpinæ remedium ſuppeteret, profuſis in cella lachrimis à Deo opem atque auxilium poſtularet: quo tempore paululum obdormiſcens, ſibi humerum concuti, vocemque his ſe compellantem audiuit: Quid gemis? ſi vis à ſpina liberari, in Eccleſiam quamprimùm te confer, ibique B. Virgini Corollam quæ 27. Salutationes Angelicas complectitur, perſolue. *Mox* ille voci obtemperans, in Eccleſiam pergit, Corollam piè recitat, cumque ad extremam ſalutationem perueniſſet, cum ea ſimul erutam ſpinam euomuit. Hoc ſanè facto Corolla illa Virginea non parum commendatur.

D Sed hoc inſuper anno Carolus Burgouiæ Marchio, religionis cauſa apud *D.* Virginem in eremo, quæ eſt in Heluetia, pedes iit, cum tribus duntaxat ea aula ſocijs. Toto itinere ſacrificanti Sacerdoti inſeruiuit; itinerarium quotidie in via recitauit; quam viam Roſarium, Litaniæ, de rebus piis ſermocinationes, rudium qui occurrebant inſtructiones & adhortationes leuabant, non currus vel æqui, quos oblatos à ſubditis modeſtè recuſauit. Quæ res deſcribitur in literis Annuis Societatis Ieſu, vbi ſermo eſt de Collegio Oenipontano.

E At Louanij, Mathias Houius, Archiepiſcopus Mechlinienſis, conſecrauit nouam Eccleſiam *S. Mariæ in via Flaminea*; cuius Eccleſiæ occaſio fuit, ſtatua quædam B. Virginis filium mortuum in ſinu ſuo deuotè geſtantis, quam Matrona quædam ex vicina arbore detrahebát, & ſingulis Deiparæ feſtis colendam apponebat in præparata, ad ſuæ domûs fores, & pulchris inſtructa velamentis ara. Diſplicuit dæmoni cultus iſte, diſplicuit & libertinis; qui facto, quaſi ebriorum, furore illac tranſire ſtatuerunt, & imaginem inde auulſam auferre, & ablatam perdere. Verùm reſtitit Virgo, & ſtatuam, quamuis ſatis modicam, ita ponderoſam reddidit, vt à ganeonibus iſtis non potuerit moueri. Hoc miraculo excitati populi, primo Sacellum eo loco, deinde completam Eccleſiam extrui & ſacrari curarunt. Ita Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 4. Iunij, poſt Auguſtinum *Vvichmans* lib. 2. cap. 2.

F At Annuæ literæ Societatis Ieſu, in Brunenſi Domo Probationis mentionem faciunt de adoleſcente quodam nobili, cui de vitæ ſtatu deliberanti bis apparuit Deipara Virgo, ſemel cum S. Ioanne Baptiſta tenente nomen Ieſu, & cum S. Iacobo coronam precatoriam ſuis manibus geſtante; aliàs cum paruulo Ieſu benedicens eidem Nobili, & iubens inire Societatem Ieſu. Meminit quoque Alegambe in Bibliotheca, hoc anno Antonium Cauaignac, natione Gallum, patria Ruthenenſem iniſſe Societatem Ieſu, in qua poſteà, ſed quo anno neſcitur, edidit hiſtorias, tum B. Virginis Lætitienſis apud Campanos, tum B. Virginis Cignanenſis apud Ruthenos.

G Rurſus Annuæ habent, quæ poſtmodùm hoc reliquo anno dicenda obuenerunt. Burdigalæ, adoleſcens quidam nocturnis in choreis traiecto per medium corpus enſe, mortifero vulnere grauiter percutitur; animam efflaturus Patrem Congregationis Deiparæ aduocat, ſpondet ſe datum Congregationi nomen ſi vitam a Beata Virgine impetret; & verò hæc poſt paucos dies pleniſſima reddita eſt. Vnde voti reus ad Congregationem venit, & prætereà tabulam ſupplex ſalutiferæ Virgini appendit.

H At Lemouici, quædam nondum hæreſi abiuratâ, de ea tamen abiuranda cogitans, inuocatâ Virgine, à graui morbo ſanata eſt, quæ ſanatio non exiguè ſuam accelerauit conuerſionem.

I Sed & puella quædam S. Virgini vehementer deuota, neſcio quo caſu à lupo correpta eſt, & tanquam ouicula ab eodem rapiebatur. At ad Diuam Virginem conuerſa *Salua me*, inquit *ô Beata Virgo*. Nec vanæ preces extitêre: puellam lupus ſtatim depoſuit, aliamque eſcam ſedandæ fami ſuæ ocyùs inquiſiuit. Quam rem habent Annuæ in Miſſione Tononenſi Prouinciæ Lugdunenſis; in qua etiam fusè ſub finem deſcribitur expulſio mali dæmonis à muliere ope Beatæ Virginis in monte Armonæ, non longe à Tonono.

K Dolæ verò vnus è Sodalibus Parthenicis cùm è pedibus grauiſſimè laboraret, & varijs fruſtra tentatis remediis nihil omninò profeciſſet, Deiparam implorans confeſtim ſanus exiluit. Quin & Veſontione tres ſubſidium Virginis, non ſine miraculo, ſensêre. Vnus ex alto cadens, inuocatâ Mariâ, leuiter tantummodo læſus eſt. Alter ex tecto ruens, & læſus Deiparam implorans, octauo pòſt die conualuit. Tertius in præcipitio poſitus, Diuâ virgine aduocatâ, medijs in rupibus ſubſtitit. Etiam Oetingæ frequentata ſunt miracula: Mutæ tum vni, tum alteri reddita vox; deſperabundæ ingenerata fiducia; & ſimilia nonnulla. Imò in Domo Atrebatenſi, ope S. Virginis Inſulenſis, venerabilis & grandæua vidua a deſperatiſſimo morbo confeſtim ſeruata eſt.

L Præter hæc Neapoli, Parthenius Sodalis hominem lenonem ac vitijs deditum fortè obuiam habuit, de cuius ſalute cùm ſollicitus eſſet, inuitauit eum, vt in proximum templum ſecum ingrederetur, magni momenti negotia ſibi eſſe cum eo breui verbo communicanda. Ergo ingrediuntur, tamque affectuosè ardenterque Sodalis Deiparam implorat, vt deinde primo congreſſu hominem huc vſque ſceleratum & peccatis perditum ad bonam frugem reuocarit, non paruo vtique animarum zelo atque portento.

M Aletij, Quidam cùm è cætu Sodalium ignauè defeciſſet, & vitiosè vitam etiamnum perageret, noctu per ſomnium Æthiopem videt fœdè homines in fruſta cædentem: horruit; cùm pulcherrima mulier eidem apparens *Experiêre*, inquit, *ſæuiſſimas huius Æthiopis manus, niſi ad priſtinum vitæ genus pœnitentiæ auxilio redieris.* Diſcuſſo ſomno, oranti B. Virginem, ipſa niueo fulgens amictu apparet, iubet Sodalitium repetat, ſi imminens ſalutis ſuæ periculum libenter velit effugere.

N In Collegio *Monteregalenſi* Mediolanenſis Prouinciæ hoc legitur. Imago chartacea Diuæ Virginis extracta ex ea quæ in Monte regali colitur, applicata ad caput nobilis Genuenſis, qui dolore dentium, & propter auulſum dentem, copioſa ſanguinis excreatione laborabat, confeſtim accerſiuit ſomnum, ſtitit ſanguinem, omnemque dolorem compeſcuit.

O *Mutinæ*, adoleſcentulus è Sodalitio, ſolitus quotidie B. Virginem recitato honorare Roſario, rus profectus ſuum Roſarium domi fortè fortuna reliquerat. Petit mutuum à matre cum qua tunc erat, & deinde ex incuria, dum ludit, amittit. Matris veritus iram ad Matris Dei miſericordiam confugit. Permota Virgo tam filiali prece, illi per quietem ſe offert mirabili ſplendore, & materno affectu locum indicat, in quo roſarium amiſſum deliteſcat, ibique repertum eſt.

P Foroliuienſis ciuitas in ſumma ſiccitate, S. Mariæ ſacrum vouit, & ſupplicationem ad ædem Mendicantium cum eleemoſyna iis diſtribuenda. Re peracta non minus copioſus quàm opportunus venit imber. *Saſſari*, tumidum flumen quidam traijciens, vitæ diſcrimen, inuocata Deipara, euaſit & vehi ſuper aquam viſus eſt, donec in ripa exponeretur incolumis.

Q Virduni, cuidam obiecta vigilanti ſpecies Deiparæ eſt, quæ manu coronam eximij ſplendoris porrigens admonebat, vt eam ſi obtinere vellet, Religioſæ vitæ ſtatum amplecteretur. Eidem cum grauioribus tentationibus premeretur, implorata Virgo adfuit, & magna animi voluptate præcordia perfudit.

R Demum hoc anno Gandiæ adhuc erecta eſt Sodalitas S. Virginis. Cordubæ erectæ ſunt duæ. Veſuntionenſis diuiſa. Hactenus literæ Annuæ. Iam verò, Bibliotheca Mariana Scriptores diuerſos introducit, qui pro Diua Virgine laborarunt. Alphonſus Ciaconius edidit Methodum recitandi Roſarium. Aſcanius Perſius ſcripſit tribus linguis, Italica, Græca, & Latina Hiſtoriam Imaginis S. Mariæ in Monte Guardiæ prope Bononiam adſeruatæ, in templo S. Lucæ opificis ſui. Chriſtophorus Marianus, Auguſtanus, Trophæa Mariana ob hæreſim triumphatam. Ioannes Beroartius, Mechlinienſis Iuridicus, Orationem Panegyricam de Annunciatione. Laurentius Pignorius, Patauinus, Poëma in Imaginem S. Mariæ Montis Guardiæ. Cuiuſmodi Poëma etiam conſcripſit Robertus Titius Burgenſis: ſed hic Latino, ille ſermone Italico, Ex Ordine Minorum: Melchior Huelamoa, Hiſpanicè edidit Diſcurſus Prædicabiles ſuper *Salue Regina*. Ex Carmelitis, Didacus Martines à Coria, Protectionem B. Mariæ ſuper Ordine Carmelitico. Ex Eremitis *Sancti* Auguſtini, *M*elchior de Arazil, Librum de Nominibus Mariæ. Ex Clericis Regularibus Matris Dei Lucæ fundatis, ipſe primus fundator, Ioannes Leonardius, Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis S. Mariæ in portico de Vrbe: eundem de multa in Deiparam pietate commendat *M*arraccius, & obiiſſe dicit Romæ anno 1609. Ex Tertiariis Sancti Franciſci; Ioannes Antonius Brandius, Hetruſco carmine cecinit Poëma heroicum de Roſario S. Virginis. Ex Societate Ieſu, Petrus Thyreus, Apodixim Theſium de Roſario Matris Dei.

## Anno mundi 5585. Christi 1602.

A AD aliam vitam tranſit Philippus Emanuel à Lotharingia, Dux Mercurianus, qui à bello Turcico rediens, Norimbergæ obiit. Eâ erat deuotione in S. Deiparam, vt quotidie recitaret vna cum Roſario Officium Diuæ Mariæ. Fundauit Nanneti ſacellum, in quo eiuſmodi Officium quotidie decantatur. Domus Lauretanæ viſitandæ votum emiſit; atque erga auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum inſignem venerationis & cultus affectum conceperat. Quod teſtatur B. Franciſcus de Sales Epiſcopus Gebennenſis in oratione funebri de eo. Et Vincentius Charron 19. Februarij n. 3. Huic iungere debeo Benedictum Rhegienſem, Concionatorem Capucinum, & Fridericum à Tiferno Metaurenſi, Sacerdotem, quorum vterque egregiè in Deiparam ſtudioſus extitit: & propterea prior ſæpè in vita à B. Virgine viſitatus eſt, à qua & puerulū Ieſum aliquando accepit: ſolebat dicere quæcumque dona acceperat Virginis interceſſione omnia accepiſſe. Poſterior autem non ſemel aſpectu Virgineo, & colloquio B. Antonij de Padua donatus, etiam è vita decedens Mariæ item intuitu, & præſentia Diui Franciſci fundatoris iucundiſſimè fruitus eſt, & de gloriæ poſſeſſione ab iiſdem certior factus. Hæc habet Bouerius hoc anno, n. 30. & 54. Qui vlteriùs n. 62. commemorat, quomodo viſa Virgo eſt, prope Concionatorem Capucinum librum tenens, in quo omnia quæ fundebat ille, ſcripta continebantur.

B Præterea, pro ſolita benignitate Deiparæ, & Hallis & Sichemij, & ad S. Mariam de Cuſtodia gratia curationum effuſa eſt. Nam Hallis, vt habet Lipſius cap. 33. & Vincentius Charron 22. Februarij n. 4. Geryon Parmenterius, nobilis vir & miles, eximitur à periculo ſubmerſionis, Diua Virgine Hallenſi ipſi apparente, & ad ripam fluminis eundem attrahente. At Sichemij Ioannes Hagelius Tillemontenſis, maior quamuis ſexagenario, ab hernia nihilominus ſanatur, vt idem Lipſius in Diua Aſpricollenſi cap. 22. prodidit. Ex archiuio autem Beatæ Mariæ de Cuſtodia, & ex Vincentio Charron 14. Martij n. 5. conſtat Renatam Arnault ex ægritudine cæcam effectam, & brachiis ac manibus mancam, voto facto viſitandi prædictam S. Mariam de cuſtodia, confeſtim ſanatam eſſe; quæ poſteà votum cum Matre ſua adimpleuit, & biennio tantùm poſt eò peruenit: vnde nata ſit tam ſera tarditas non ſat omninò liquet: cum Renata in agro Andegauenſi commorans non longè diſtaret à S. Maria de Cuſtodia quæ apud Andegauos coruſcat miraculis.

C Ex ſcriptoribus autem in Mariam bene affectis, Manfredus, Manfredonius, Rector ſiue Parochus S. Crucis in oppido Tractus Patauini, quod vulgò vocatur *Piaue*, librum Italicè edidit, inſcriptum: *Diſcurſus viginti prædicabiles ſuper hymnum Beatiſſimæ Virginis, Aue Maris ſtella*. Ita Poſſeuinus in Apparatu.

D Ianus quoque Lernutius, Brugenſis, indiuiduus Iuſti Lipſij comes, edidit Louanij Idyllia filio Dei & Magnæ Matri Virgini ſacra. Quod Deſſelius teſtatur in Bibliotheca Belgica. Sicut & Bibliotheca Mariana teſtatur, Vincentium Iacobillium, Fulginatem Iuriſconſultum, ſcripſiſſe Rimarium ſpirituale, & Sermones multos de B. Maria.

E At Lucretia Marinella, Veneta virgo, Vitam Beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, carmine & ſolutâ oratione Italice atque eleganter ſcriptam dicauit Sereniſſimo Principi & Reipublicæ Venetæ, vt habet Poſſeuinus paulò antè citatus. Quibus Alegambe addit Antonium Viuianum, Societatis Ieſu, Petracoratem, qui de Pietate erga Deiparam Gallicè libellum edidit, & hoc anno Toloſæ vitæ ſuæ terminum inuenit, aut certè ſubſequente.

F Brixiæ autem in Lombardia Alexander Luciagus in ſua patria obiit, vir multis virtutibus clarus, ſed præſertim deuotione in Deiparam; quam, vltra magna negotia, quæ in Dei ac Deiparæ cultum perpetuò tractabat, quotidie recitato Roſario, & ſingulis feſtis perlecto eius Officio ſtudioſè colebat. Quin & pauperes diligenter docebat Salutationem Angelicam; & Diuam Lauretanam Virginem bis deuotè inuiſit. Ita vita eius per Octauium Hermannum conſcripta, & Vincentius Charron ac Balinghem 7. Maij. Et literæ Annuæ Societatis Ieſu, in Domo Profeſſa Mediolanenſi, quæ eum hoc anno obiiſſe teſtantur.

G Sed & eædem literæ Annuæ adhuc reliqua, quæ hoc anno ſequuntur, commemorāt. Et quidem in Collegio Mediolanenſi, quod & Braidenſe dicitur, de quodam Sodali fit mentio, qui cùm eſſet è prima nobilitate, & illo tempore, quo auditores ad ſcholas confluunt, Sodalitij Mariani locum expurgaſſet, boloſerico pallio purgamenta extulit. Sodales carpere & cauillari occeperunt, quòd ſordes pallio coopertas ad vitandum ruborem deportaſſet: Enimuerò reſpondit, ruborem mihi non iniicit famulatus ſanctiſſimæ Virginis. Cùm igitur iterum rediiſſet ad opus Chriſtianæ humilitatis, bis quoque reiecto pallio ac pileo ramenta in atrium luce media extulit.

H Taurini Sereniſſimus Sabaudiæ Dux, die immaculatæ Conceptionis, cum quinque ſuis filiis Sodalitium Diuæ Virginis inuiſit; cui ipſe adſcriptus eſt, eóque ipſo die tres Principes natu grandiores ſua illi nomina dare quoque voluit, ac natu maximum patronum Sodalitij conſtituit: per quam occaſionem multi Equites torquati, qui Ordinis ſui Virginem Annunciatam Dominam ac Patronam habent, in Sodalitium cooptati ſunt. Sic prædictæ Annuæ, quæ donum etiam Ducis datum Virgini explicant.

I Auenionenſis Sodalitij Præfectus hoc anno factus fuit Dominus Epiſcopus Venſienſis; qui palam teſtatus eſt, plus ſe gloriari, quòd inſcriptum nomen Sodalitati haberet, quàm mitra ſua & Epiſcopatu. Iſta quippe ſunt oneris & honoris inſignia; illa teſſera ſalutis & Marianæ protectionis pignus. Sic eædem Annuæ.

K Apud quas rurſum diuerſis locis hæc perleges. Carcere detentus, inuocata Virgine, quæ in Monte regali colitur vidit ſe penè inſperatò liberum, votáque ſoluit ſuæ liberationis, vt dicitur in Monteregalenſi Domo. In Collegio Conimbricenſi, habes cæcum quemdam admonitu diuino veniſſe ad Deiparam Lapenſem, & inſtillato lampadis, quæ coram Deipara collucet,

Digitized by Google

oleo, rediiſſe videntem homines tanquam arbores. In Reſidentia Alangalaogenſi Philippinarum: Paruulus quidam acerrimo laborans oculorum dolore, remedij poſcendi gratia Sacerdotem adiit, cuius monitu, recitata puer Angelica ſalutatione, repentè ſanatus eſt. Arauſij quod eſt oppidum verſus Auenionem, ſcabies peſſima iuuentutem depaſcebatur: Concionator, ad hoc malum auerruncandum, publicas indixit D. Virginis Litanias, ad quas ſub veſperam afflictus populus confluebat. Mira res! Catholicorum filij filiæque ad vnum omnes intra biduum periculo erepti ſunt: hæreticorum proles omnibus propè in familiis occupata, & ex iis extincti innumerabiles. Turnone, hæretica inuitata, vt filiam ſuam ægrotantem Virgini commendaret, noluit; negans inuocandam: Orauit tamen Deum, vt filia ſua ſanaretur, ſi Mater Dei oranda erat, confeſtim ſecuta ſanitas eſt. Dolæ, Sodales moribundum Sodalem conueniunt; ecce interim ſalutationis Angelicæ ſignum publicum datur: pro ægroto certatim Virginem implorant. Mirum! Illis ſurgentibus, moribundus ad ſe reuertitur & viuit, & valet non immemor beneficij. At Oetingæ longè crebriora miracula facta ſunt: alius febre liberatus, alius ab horrore cacodæmonis, alius à vulnere ſclopeti, alia à dolore puerperij, alij à contritione membrorum & contuſione, alij à membrorum contractione, alij ab aliis malis.

Sed, vt dicitur in Domo Probationis Treui- L
renſi, puella quædam deuota in Virginem à teneris annis, inuitata à parentibus ſuis vt ſibi ſponſum deligeret ſæpiùs inuitata eſt, & ſæpiùs diſtulit, rémque Virgini commendabat; tum viſa eſt per ſomnum Virgo Virginum monens, vt in Baruuich ſeſe conferret ad feſtum Conceptionis, ibi intellecturam cui marito iungenda ſit. Iuit dictâ die, Sacerdotem de Societate inuenit, à quo edocta eſt, Dei Matrem velle illam virginem caſtam deſpondere Chriſto.

Fuit quoque hoc anno ſolito celebrior pere- M
grinatio ad B. Virginem Grupnenſem: ſiquidem maior fuit confitentium & communicantium frequentia, & maior Nobilium aduentus, & magnifica dona maiore copia & pretio oblata. Ipſe etiam quidam morti proximus, ſolemni formula vbi ſe Dei Matri in Sodalitio dedicauit, meliùs vtique habuit, febre, veluti rore diuino ſuperfuſo, ardorem remittente.

Denique Mediolani in Domo Profeſſa Soda- N
litas Virginis vna erecta eſt. Ibidem in Collegio eſt adiecta quarta. Conimbricæ vna Opificum. In vrbe Portuenſi vna Nobilium. Murciæ addita tertia. Tarracone in Domo Probationis, vna ciuium. In vrbe Vrgellenſi, vna Primariorum. In Reſidentia Silana, Selliæ, Nouodomi, Vinoxbergæ, Iaroſlauiæ, diuerſæ excitatæ.

## Anno autem mundi 5586. Chriſti 1603.

IMago B. Virginis Sichemienſis ſanguinem A
ſtillaſſe viſa eſt, infecítque variis notis admotum ad eam detergendam ſudarium. Id Lipſius aſſerit in Diua Aſpricollenſi cap. 5. Ad quam rem plurima conſecuta ſunt hoc anno miracula, quæ idem Lipſius proſequitur multis capitibus. Nam & puella claudicans correcta eſt, cap. 6. Et paralyſis ac languor corporis ſublati, cap. 8. Et hernioſi multi ſolidati cap. 11. & aliæ ſimiles aut etiam difficiliores ægritudines depulſæ, vt ex aliis patet capitibus.

B Qualibus etiam miraculis, pro more, ſplenduit Lætitienſis Virgo; ac præſertim cum Claudium Fabrum, Lugdunenſem Iudicem Tributorum, qui in itinere Rothomagenſi ſibi brachium fregit de equo cadens, ab illa fractura, poſt renouatum, quod emiſerat votum & obtulerat, eodem momento ſanauit, ita vt omnes facilè brachij functiones perficere poſſet: vt habet tum antiqua Lætitienſis hiſtoria cap. 17. tum noua Cerizierij 2. parte cap. 14. n. 4. tum Vincentius Charron 12. Octobris n. 3.

C Hoc quoque anno Andreas Soto Hiſpanus, Ordinis S. Franciſci, Hiſpanicè tractatum edidit prænotatum: Contemplatio crucifixi, & conſideratio Chriſti ſuper cruce, ac de doloribus, quos B. Virgo paſſa eſt ad pedem crucis. Qui tractatus Italicè redditus à Raphaele Fabrica ſacerdote Societatis Ieſu, excuſus eſt Venetiis eodem anno 1603. apud Baretium, ad inſigne Beatiſſimæ Virginis. Quæ Poſſeuinus ait in ſacro Apparatu. Vbi etiam addit de Angelo Franciſco Tignoſio, Ordinis Seruitarum Theologo, qui duodecim ab ſe habitas Mediolani Lectiones edidit Italicè, quas inſcripſit, Regium diadema duodecim lapidum pretioſorum, quo Canticum *Salue Regina* expoſuit, dicatum Sereniſſimæ Reginæ cæli.

D Ioannes etiam Auila, Hiſpanus, Concionator doctus, deuotus ac præclaris virtutibus præditus, ſcripſerat tractatum vnum de S. Ioſepho ſponſo Virginis, & octo de Beatiſſima Virgine, quos in lucem hoc anno emiſſos ait Poſſeuinus in Apparatu ad Appendicem tomi primi. Verùm de Auila ſuperiùs dictum eſt anno Chriſti 1569. literâ C.

E Sed & Thomas Bonus, dignitate presbyter, & Lucenſis in Italia ciuis, inter opuſcula plurima quæ typis in publicum edidit; ſcripſit orationem de B. Virgine, inquit idem, qui ſupra citatus eſt, Poſſeuinus in Apparatu. Quod idem teſtatur Marraccius, addens etiam ſcripſiſſe Conradum Sittardum, Dominicanum, de Roſario. Hippolytum Doneſmundum, Minoritam, Hiſtoriam S. Mariæ Gratiarum Mantuæ: & poſtmodùm Sermones ſeptem in *Aue Maria*. Ioannem Azor, Societatis Ieſu, Opuſculum de ſeptem feſtiuitatibus glorioſæ Virginis: & ex eadem familia, Gregorium de Valentia, quæſtionem de Sanctificatione Virginis. Gabrielem Vaſquez eiuſdem Societatis, & in Theologia eximium Doctorem, quindecim circiter Diſputationes; de cultu, ſanctificatione, Maternitate, & aliis ad Deiparam ſpectantibus. Ioachimum Mullerum, Libellum miraculorum S. Mariæ Oetingenſis. Gregorium Aichinger, Liturgica, ſiue ſacra Officia ad omnes dies feſtos Magnæ Dei Matris per annum celebrari ſolita: deinde Virginalia, & Tricinia, quibus Antiphonæ, Hymni, Litaniæ, &c. in honorem Virginis decantantur.

F At verò, ſicut teſtis eſt Perreolus Locrius in Anacephalæoſi, Broxellenſes & Antuerpiani peſte grauiter diuexati, Sichemienſis Virginis au-

xilio ſoſpitati perfectæ redditi ſunt : in cuius gratiæ memoriam dona ad B. Virginem ſubmiſerunt, & ſe facto anteà voto, ſicut par erat, liberarunt. Teſtis item eſt Zacharias Bouerius in Annalibus Capucinis hoc anno num. 16. Antonium à Francica, Capucini Ordinis ſacerdotem, paulo ante mortem cæleſti viſo ſic in paradiſum euectum, vt dum ſe in ſua reflectit peccata, animum contraheret, iudiciaque Dei plurimùm vereretur. Hunc Virgo conſolatur, & vt alumnum ſuum Beatus Franciſcus agnoſcit, demum inter Martyres Sanctoſque Confeſſores collocati ſe videt, vel potiùs breui collocandum agnoſcit, ſicut illi contigit paulo pòſt egregia ac verè religioſa morte perfuncto.

Hoc quoque anno fœcundæ ſunt in gloriam S. Virginis Annales literæ Societatis Ieſu, ex quibus deprompta ſunt reliqua, quæ ſequuntur. Lucernæ, quidam præ pudore peccatum aliquod in Confeſſione aperire non poterat, ſed illius expiandi cauſa Diuæ Virgini ſingulis diebus Sabbati Roſarium recitare promiſerat. Non ſuſtinuit tantam fallaciam in ſuo cliente Dei Mater, per quietem monuit & perſuaſit vt confiteretur. G

At Treuiris, magnifica inſtituta eſt ſupplicatio in honorem Virginis à Sodalibus in ipſa hebdomada Virginis Aſſumptæ. Prodibant bini armis pœnitentiæ inſtructi, cum multa cereorum luce & candelabrorum. In medio Sacerdos crucem prægrandem geſtabat byſſino pellucente velo obductam. Ponè erat Præfectus aurata in veſte, cinctus hinc Diacono, illinc Subdiacono, tribus aliis ſequentibus in Dalmaticis auro grauibus ; ſequebantur multi Canonici, Doctores, Theologi, Magnates, & alij ; qui omnes extra vrbem ad ædem Virginis proceſſerunt, & poſt ſalutatam Virginem, aliàque pietatis ibidem vſurpata exercitia, ad urbem eodem apparatu regreſſi ſunt. H

Herbipoli, quidam proniſſimus ad iurandum, poſt tentata nequicquam varia remedia, ſic dedidicit iurare. Suaſum eſt ei, vt quotidie, vbi è lecto ſurrexerit, ter recitatâ oratione Dominicâ & Angelica ſalutatione, Virginis opem in eam rem imploret, ſimúlque ad ſcholas rediens præceptori ſignificet num id præſtiterit. Fecit, quod ſuadebatur, & perfectiſſimè prauam conſuetudinem exuit. I

In Reſidentia Bruxellenſi, implorata Virgine Montis-acuti, non tantùm fuit liberata quædam à frigida febre : ſed inſuper alia ab importunis aſpectibus dæmonis, nunc ſub ſpecie hirci, nunc canis, nunc aliqua alia monſtroſa, apparentis. K

In Collegio Brerano Prouinciæ Mediolanenſis, quidam perfectionis iter ingreſſus impuriſſimis cogitationibus pulſari incepit: remedium petiit à Confeſſario à quo recepit particulam veſtis ſericæ, qua B. Virginis Lauretanæ ſimolachrum circumamictum fuerat, illam digito ſuo alligauit magna cum fiducia ac pietate, omniſque turpium imaginum cohors repentè diſcuſſa eſt. L

Vercellis, ſolebat alius ſingulas B. Virginis effigies de via peculiari precatione ſalutare. Inſidiis aduerſariorum exceptus, & variis ictibus lacerato indumento, ope Virginis, quam inuocabat, euaſit incolumis. M

Miſerum ſimul & pauperem hominem, auidum tamen pecuniarum, multis modis illudebat dæmon, & ad deſperationem vrgebat, Breduli nomine vocabatur. Et eiurato Deo ac Redemptore, ſacróque baptiſmate ; etiam premebatur, vt deteſtaretur S. Deiparam : ad hoc poſtremum adduci non potuit. In cuius rei gratiam adfuit eadem Beatiſſima Virgo, quæ cæruleis amicta veſtibus apparens reuocauit a deſperatione. Ceſſauit autem moleſtus eſſe illi, à quo agitabatur, diabolus, poſtquàm ſacramento abſolutionis Bredulus expurgatus fuit : Qui etiam deinde gratias acturus profectus eſt ad S. Mariam de Montdeuy, ſiue Montiſregalis. Quam hiſtoriam fuſiùs referunt prædictæ Annuæ. N

O Sed in hoc genere deſperationis ſanando adhuc emicuit S. Maria Lapenſis in Lamacenſi agro. Mulierem enim, quæ ſcelerum furiis & deſperatione, in altum puteum præcipitauerat ſeſe, ac penè ſubmerſerat, implorantem demum auxilium Virginis à Lapa, Beatiſſima Deipara adiouit, adeo vt mulier ſubitò ſe inde auferri ſublimem ſenſerit, & ſupra putei oſtium in tuto collocari. Id habent eædem Annuæ in Collegio Conimbricenſi.

P Et vt varia ſimul complectar. Viennæ in Auſtria, vir primarius iam penè animam agens, facto voto ingrediendi Sodalitatem B. Virginis, conualuit, votumque compleuit. Muſſiponti, Sodalis quidam poſt euocatum Sacerdotem, cui grauiter laborans confiteretur, repentè ſenſibus deſtitutus eſt; confeſſarius implorata Virgine obtinuit, vt æger ſibi reſtitutus beneficium abſolutionis recipere poſſet. Ibidem alterius Sodalis longè diſpar exitus fuit, qui ob prauos mores ex Sodalium numero expunctus, paulò pòſt in flumine lauandus ingrediens, inexpectatò extinctus eſt. Dolæ, quidam ex morbo lecto affixus, delatus in ædem Virginis extra vrbem, non prius orandi finem fecit, quàm ægrotandi. Veſuntione, vaſtum exortum incendium, vt piis Diuę Virginis Sodalibus pepercit, ita deſertoris cuiuſdam integram domum penitus abſumpſit. Biburgi in Germania, vir quidam omnia bona ſua Beatæ Virgini legauit. Sic Annuæ prædictæ.

Q Denique incepit Sodalitas Virginis hoc anno, Conimbricæ, ſcholaſticorum. Nobilium Numantiæ, tum Lucronij, Compoſtellæ, Perpiniani & Vbedi Scholaſticorum, Nobilium, & Sacerdotum. Limæ ciuium, Tornaci Nobilium, Duaci Ciuium. Annuæ ita. Poſt quæ.

## Anno mundi 5587. Chriſti 1604.

A Cœpit Ordo Monialium Annunciatarum Genuenſis ciuitatis, fundatrice Maria Victoria Genuenſi : quæ primò fuit matrimonio iuncta ; donec eidem ſubtriſti ob mortem coniugis, & ob vehemens onus quinque liberorum, apparuit B. Deipara, & cùm prędixiſſet de liberis, eos ſanctè victuros intra religioſarum familiarū ſinum, ſuperaddidit & ipſam fundatricem futurā noui Ordinis ſibi ſpecialiter dedicati. Quod & factum eſt. Hoc enim anno, quinto Auguſti, ſuſcepit Maria Victoria ſanctæ conuerſationis habitum de manibus Horatij Spinolæ Archiepiſcopi Genuenſis ; fuitque habitus veſtis alba, & ſcapulare cū pallio cærulei coloris. Moniales autem vocatæ ſunt Annunciatæ, quòd præcipuā deuotione ad myſteriū Annunciationis B. Mariæ aſſi-

cerĕtur. Hic verò Ordo diuerſus eſt ab allo eiuſdē nominis, quem inſtituit B. Ioanna filia Ludouici vndecimi Francorum Regis, vt dictom eſt anno 1498. literâ B. De hoc autem poſtremo Annunciatarum Ordine agit Spoodanus hoc aono n. 9. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12 §. 7. n. 34. Vincentius Charron in Calendario 25. Martij o. 10. & Gononus in Chronico.

B Quo eodem anno mortui ſunt multi egregij B. Mariæ famuli. Primus numerabitur Beatus Gaſpar de Bono, Minimus, de quo hiſtoria Generalis Minimorum lib. 4. & Vinceotius Charroo 14. Iulij n. 3. & Gononus hoc anoo magnifice ſatis loquuntur, eumquè dicunt iam à teneris aſſueſſe recitando Officio Diuæ Virginis, cuius & nomen frequeoter implorabar: quæ imploratio tunc maximè ipſi vtilis fuit, cùm in puteum cum equo deiectus, & præterea ab aduerſario milite bipeoni grauiter vulneratus, ſeoſit tamen ſibi porrigi vires, vt periculum iſtud euaderet; io cuius gratiæ memoriam Ordinem Minimorum ingreſſus, ſemper deuotiſſimum exhibuit ſeſe in Deiparam, ad cuius cultum præcipuo ſtudio iuniores trahebat.

C Alter famulus Virginis, qui ad immortalitatem tranſiit, eſt Pater Hieronymus Caruallius Societatis Ieſu Sacerdos, de quo Nierembergius tomo 4. Vitarum, ac Dourremanous in Catalogo virorum illuſtrium, & Vincentius Charron cum Balinghem 24. Octobris, teſtantur eum Luſitanum fuiſſe quidem oatiooe, & multis tum naturæ, tum gratiæ donis refertum; ſed præcipuè inſignem tenerâ io Beatam Virginem familiaritate, qua ci & crebrò apparebat, & ſolata etiam ipſum aliquando eſt meditantem & paulò acerbiùs horrentem pœnas purgatorij, declarana ſe eſſe matrem & Aduocatam peccatorum, ac fidelem amicam non tantùm in hac vita, ſed & poſt obitum. Prædixit & eidem tempus mortis, quindecim annis antequàm moreretur, vt ex quibuſdam ipſius Hieronymi ſchedis animaduerſum denique eſt.

D Obiit prætereà tertius Deiparæ famulus, Franciſeus à puero Ieſu Diſcalceatus Carmelita, & frater Laicus, vt vocant; in cuius cubiculo ſtatua Virginis erat, ad cuius pedes ſolebat, è domo ob negotium aliquod egrediens (præſertim ſi negotium iſtud tangebat Pœnitentes Mooiales, quas ille procurabat) ſubiicere ſtatuam dæmonis, orans Virginem, vt ſcabioſum illum, ſic dæmonem vocabat, ab inferendo nocumento arceret, aut ne quid mali importaret: qood cùm omittebat, ordinariè experiebatur res oon ita fauſtè fœliciterq; procedere. Solebat quoque idem Frācīſcus ante Chriſti Natalitia pauperes multos ex collectis variè eleemoſynis reficere, quorum numeaus oonnunquam ſupra mille & ducentos excreſcebat, eos autem omoes Sacramento Confeſſionis expiatos hortabatur ad laudandum Chriſtum Virginis filium, & Chriſti digniſſimam matrem. Hæc videri poſſunt ex vita ipſius, ſicut & tempus mortis eius; atque apud Balinghem 22. Decembris, Charron 26. eiuſdem menſis, Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 3. §. 10. o. 6. & alios.

E Obiit quoque Genuæ Proſper Malauolta Ferratienſis Societatis Ieſu, qui pium Italicè libellum compoſuit, cui titulus eſt: Pia exercitia ſuper Coronām 12. virtutum B. Mariæ; & modus eam quotidie ſpiritualiter coronandi. Adde huic ex Marraecio egregios Virginis laudatores, Franciſcum à Pereda, Dominicanum, qui Madriti librum edidit, De mirabili imagine Sanctæ Mariæ de Athoca. Petrum Follechium, & Petrum Hontoium, Minoritas, qui ambo varias Conciones de Deipara ſcripſerunt. Antonium Nauarrum, de Redemptione Captiuorum, qui ſcripſit Hiſpanicè, Abecedarium Virginale de excellentia nominis Mariæ, & de miraculis S. Mariæ de Illeſcas. Cæſarem Guſachium, Ordinis S. Hieronymi, Coogregationis Feſulanæ, Generalem, a quo exiit Italica liogua, Corona B. Virginis Gratiarum Brixiæ, cum prima fundatione templi, & primis miraculis eiuſdem. Paulom Morigiam Ieſuatum, qui præter vitam Virginis, quam compoſuit, prætereà edidit Italico idiomate Hiſtoriam imaginis B. Mariæ à S. Celſo Mediolani: & Hiſtoriam atque originem famoſi fontis S. Mariæ de Carauaggio: item Hiſtoriam & originem S. M. de Monte ſupra Vareſium. Valerium Ximenez, Carmelitam, Epiſcopum poſteà Algarbenſem, qui Cæſaraugaſtæ excudit, Stimulum deuotionis ad B. Virginem de monte Caroielo: & de Confraternitate Scapulatis ac, demum oiortuus eſt 18. Septembris anni 1634. Ioannem Farinart, Camberonenſem Priorem Ciſtercieoſis familiæ, qui de Virgine Camberoneoſi egregiè ſcripſit.

F Quo etiam tempore Celſus Cittadious dedit io lucem libellum Italicè ſcriptum, cui titulus eſt Partenodoxa; ſiue Expoſitio Cantici Petratcæ ad Beatam Virginem matrem. Cui Celſo adhuc ſocios Marraccius adiungit, Horatium Nardinum, Neapolitanum, qui carmine Italico edidit Precem deuotam & Madrigalia ad Reginam cæli: & poſteà Virginem Conſolatam, ſeu Coronam S. Mariæ afflictorum Conſolatricis. Ioannem Rallum, Aretinum, qui centum Madrigalia. Iulium Roſam, qui ſtilo Italico deſcripſit, Hiſtoriam Imaginis S. Mariæ in monte Carſoli apud Samnites, quæ vulgò dicitur S. Maria Egenorum. Samuelem Loyaerts, qui Enodationes, ſeu Coociones in feſta Deiparæ ſcripſit, & hoc anno obiit. Tapiam de la Camara, qui dedit Hiſpanicè Diſcurſus quatuor De ſolitudine & doloribus Virginis.

G Robertus verò de Hauport, ſcripſit Gallicè Triumphum cæli ac Theatrum Mariæ, in quo continentur miracula B. Virginis Tungrenſis, Camberonenſis, & Ceruienſis: edidit autem anno præſenti, vt ootat Poſſeuinus in Appendice ad tomum primum Apparatûs, verbo exempla.

H Scripſit quoque varia in honorem Diuæ Virginis Lucas Pinellus Amalphitanus, Societatis Ieſu Theologus, qui Moſſiponti in Lotharingia Theologiam publicè profeſſus eſt. Scripſit enim Meditationes deuotiſſimas de B. Virgine & de vita eius ex antiquis ſanctis Patribus. Item Meditationes myſteriorum Roſarij cum Litaniis Beatæ Virginis. Quod habet Poſſeuinus ibidem.

I Sed & Atrebati, io templo Cathedrali, prodigia, ad quandam Deiparæ imaginem, cui à Floribus nomen eſt, renouata ſunt, inquit Ferreolus Locrius io Anacephalæoſi. At Bouerius n. 65. docet Ioannem Mariam, Clericum Capucioum, cùm eſſet Nouitius Inyci, ſiue Cameracæ,

Digitized by Google

orando obtinuiſſe à Beata Virgine, non tantùm vt à ſcabie quâ timebat liberaretur: ſed præterea donum facillimè legendi, cùm antea non niſi tardè moleſtéque legeret.

K Præter hæc autem, varia miracula facta ſunt, tum Sichemij, tum Lætitiæ. Nam apud Diuam Lætitienſem, & muto redditur loquela, & à ſubmerſione puella liberatur: quod habet Cerizierius 2. parte cap. 7. & 9. Apud Diuam autem Sichemienſem, & ab hernia quidam afflicti ſoſpitantur, & paralyticæ ſua redditur firmitas, & ſimilia præſtantur, quæ politè deſcribit, & eleganti ſuo more Iuſtus habet Lipſius. Quin etiam Balinghem 6. Iulij addit apud Diuam Hallenſem vulnus incurabile in militis manu & in brachio enormiter ac cæſim perfoſſo curatum mirabiliter fuiſſe.

L Librum etiam miraculorum D. Virginis Ditelbacienſis, quo tum vetera, tum noua eius beneficia continerentur, edidit hoc anno Herbipoli Eucharius Sangrius, Doctor Theologus Augustopolitanus, quæ docet Poſſeuinus in ſacro Apparatu. At Marraccius addit, Eucharium ærumnoſam hanc vitam in meliorem commutaſſe, anno circiter 1620.

M Sed prodigia illa maximè notanda ſunt, quibus hoc anno Iuſtitia diuina blaſphemos in B. Virginem caſtigaſſe dicitur. Hollandis ergo Montem acutum occupantibus, accidit vt quidam miles hæreticus equo cæco vtens: ſi, inquit, verè Maria cæcis viſum reſtituit, protinus iſti meo equo idem beneficium præſtet. Vix impius hæc verba finierat, cùm equus cœpit videre, & cæcus eſſe miles. Ita Balinghem & Vincentius Charton die 9. Septembris: Sichemienſis enim Virginis hiſtoria, non illa quam ſcripſit Lipſius, ſed recentior alia, nam apud Lipſium id non reperitur, niſi fortè in aliqua iuniore editione fuerit poſtmodùm id adiectum. Rurſus quidam alius in partibus Lemouicenſium, apud Sacellum Diuæ Virgini ſacrum, & vulgò dictum, *Noſtre Dame de Beſſiere*, cùm ruſticum irridens ab eo poſtularet, à quanam Diua Virgine plus auxilij ſperaret, an à vetere, an à noua, (erant enim duæ Virginis imagines in illo tunc ſacello) addereque malle domum ſuam igne conſumi, quàm Virginem colere: ſubitò vidit turbine quodam igneo corripi domum ſuam & miſerè abſumi, ipséque deinde paulò pòſt mortuus eſt. Habet id Poiretus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 9. §. 10. num. 6. & ex eo Vincentius Charton 8. Septembris n. 13. & Gononus in Chronico hoc anno.

N At ex Annuis literis Societatis Ieſu habemus hæc reliqua, quæ hoc loco poſtmodùm dicenda conſequuntur. Itaque Camberienſis ciuitas hoc anno ſolemnem inſtituit proceſſionem ad Beatam Virginem Montis regalis, quæ eſt in Pedemontio, diſtatq; à Camberio duodecim itinere dierum. Fauit autem B. Dei Mater plebi ſibi deuotæ: nam ex quadringentis circiter, qui illi ſupplicationi interfuerunt, nullus malè ſe habuit licet ferè omnes pedibus incederent.

O Vnius verò horæ itinere Crumlonio diſtat templum S. Mariæ Caiouienſis, in quo hoc anno varia ſurſum miracula facta ſunt; præſertim in quadam puella quam tabes infecerat, & quæ hoc morbo arcebatur à ſeptis Religioſæ vitæ. Hæc, procurato Caiouij ſacro pro poſtulanda ſanitate, ſanitatem confeſtim adepta eſt.

P Sed & quidam auriga appetebat variis conuiuis Grupnam proficiſcétes, ipſámque Dei Matrem in cuius obſequium celebrabatur profectio. Id præſertim contigit, dum non longè illinc plauſtrum vini duceret. Monetur ab aliis, vt Beatam Virginem reuereatur, & ne conuitiis afficiat. Spreuit ille recte monentes. tuncque ſubitò curru ſubuerſo, ruptóque vaſe, omne vinum effuſum diſperiit. Quod commemorant Annuæ in Collegio Commotouienſi.

Q Præterea in Domo Probationis Brunenſi, Nouitius quidam corpore & animo æger, tentationéque contra vocationem difficili pulſatus; cùm periclitaretur de vita: En, inquit ad Beatam Virginem, vides conſtitutum in periculo; ſi eſt ad laudem & gloriam filij tui, vt in hac Societate viuam & moriar, ſanitatem mihi impetra. Promitto enim ſi ſanitati reſtituar, in ea me eſſe manſurum. Dixit, & mox meliùs habuit.

R Vlteriùs in Collegio Auguſtano, Puella quatuordecim annorum, patrem habens hæreticum ac Lutheranum, ingredi in ſacrarum Virginum Collegium, & in eo vitam ducere Religioſam conſtituit. Dum furit pater, & omni modo quo poteſt puellæ propoſitum impedit, B. Virgo eam admonet, quâ arte incipiat illud atque perficiat: quid, & quibus, & quando ſcribat. Sicque res abſoluitur.

S At Louanij, ſexagenarius Sodalis moriens Sodalibus aſtantibus dicebat: *Experior nunc, quàm verum & ſolidum ſit morienti ſodalem fuiſſe, & Dominam noſtram ac patronam ſupplicem coluiſſe.* Ibidem alius Sodalis vicinus morti noluit antè confiteri, quàm de negligentiis ſuis petita eſſet Sodalitati vniuerſæ venia: interim tamen febris ardor rationem euertit. Deſperantibus medicis Sodales ad preces confugêre, & æger confeſtim ad lucem mentis & tranquillitatem rediit, ritequé cõfeſſus placidè mortuus eſt.

T Inſuper expulſa eſt febris epota aqua in quam lignum ex quercu B. Virginis Sichemienſis coniectum fuerat. Et adoleſcens Heluetius, cuius tibiæ fermè inflexæ erant, & ſtupendum in modum contractæ, ad ambulandum aptus redditus eſt.

V Sed & Cortraci, deſperanti ac mortem ſibi præparanti puellæ, ob celatum in confeſſione ſcelus, apparet B. Deipara, & ad ſpem reducit frugemque meliorem. Quo etiam loco, quidam ſolitus quotidie viſitare ædiculam S. Mariæ, vt bene mori obtineret, quamuis multis vitijs obnoxius eſſet, tamen imparatus hinc non diſceſſit, ſed bona confeſſione præmunitus.

Z Ipris, Senator quidam, vir quadamtenus à B. virginis Sodalitate alienus, factus æger petijt in Sodalitatem admitti, & votiuam Sodalium orationem Virgini recitauit, Sodaliſqué poſteà ab omnibus ſalutatus eſt, quæ res non tantùm læta, ſed & ſalutaris eidem fuit recuperata ſanitate.

X Eboræ, vir deuotus in B. Virginem, quotidie templum eius ſedulò inuiſebat: accidit vt illud inuiſeret lethali culpa obſtrictus; tanta repentè animi corporiſqué moleſtia ſenſit ſe premi, vt ſe velut mortuum & damnatum putaret. Sed

inuocata

Digitized by Google

inuoceta Vrgine, & voto facto de pœnitentia ſuſcipienda quantocyùs; quantocyos quoque dolor oonis abceſſit, omniſqúe turberio.

AA Carauacæ, Pictor aliquis, tabulam Diuæ Virginis cùm pinxiſſet, ob pium amorem eiuſdem Virginis, pretium quinquaginta argenteorum liberaliter temiſit: cùm autem domum ſuam rediret, eſt viginti quatuor vulneribus è ſicariis atrociter percuſſus, & quaſi mortuus relictus. Tum implorans Beatam Deiparam io Xenodochium proximum delatus,& e Chirurgis vtcunque lenteis ac ſtupâ obligatus, poſtridie perfectè ſanatus repertus eſt. Tanti eſt eſſe liberalem in Dei geoitricem.

BB Sodales duo nauim conſcenderent in oppidum ituri prope Neapolim ad puerorum mentes catechiſmo erudiendas; exorte tempeſtate, vni viſa eſt Deipara, quæ & gratom ſibi eſſe opus, quod facereot, ſignificauit, & iuſſit vt mortis faciem non horrerent minaſqúe tempeſtens. Sodalis ed hæc gaudio eaſiens ad Deiparæ pedee ruebat illos eaoſculaturus; ſed oblata ſpeciès euanuit ſecura tamen tranquillitate magne.

CC Valliſoleti, Iudæa quædam nomine Serra, væhementi morbo decumbeos, inuitabatur à Chriſtianis, vt fidem amplecteretur Chriſtianam; ſed ille in taotùm ægrè tulit illorum iouitationes & preces, vt etiam ſumpto gladio ſe vellet interficere, vt ſe eriperet è Chriſtianorum, vt dicebat, importunitate. Nihilomious apperente ipſi de nocte Deiparâ, & obteſtante vt coouerteretur, & Chriſtianam legem ſuſciperet, in qua baptiſata vocaretur Agoes: tendem conuerſa eſt ac baptiſata, & ſimul eum ſuſcepto baptiſmo repentè ſanata.

DD Tutiaſone, Sodalis quidam Sacerdos turpi amore fœminæ implicitus, Sodalitatem D. Virginis frequentare prætermittebat. Officij ſui non ſemel admonitus reſpondit: ſibi inſtar eſſe mortis in ea verſari. Quam reſponſionem ſua breui pœna ſubſecuta eſt; pugione quippe eſt confoſſus à marito prædictæ fœminæ in flagrante eum delicto depreheodente.

EE Io Reſideotia Antipolana Inſularum Philippinarum, Mulier Chriſtiana Dei oblite, cùm eſſet in dolore partùs, ad leuandum eiuſmodi dolorem bis Idolis ſacrificie obtulit, ſed fruſtrà: poſteà conuerſa ad Virginem, & voto facto de meliore vita, liberata eſt, & fœliciter edidit prolem: ſed poſtmodùm oblita promiſſi, meruit à Deo, & prole, & vita priuari. Scilicet infidelitas erga fidelem admodùm Deiparam res eſt oimis exoſa cælo.

FF Barij, Quidam Sodalis à mercatore quodam cootumelioſè tractatus, videns de Societate Ieſu fortè obuiū hominem, *Non vulgaria diuinæ charitatis pignora ſunt*, inquit, *Pater, in Beatæ Virginis verſari patrocinio: nam vndenam tantùm mihi charitatis tribui ſperem, vt inſultantem mercatorem æquo animo pati poſſim*? Nobilis erat domi ſuæ ille Sodalis, ſed longè nobilior ſuperera propter Virginem iracundia.

GG Beneuenti, zelotypiæ ſpiritu quidam in coniugem agitatus, conſuluit dæmonem, vt verum reſciret: mendacia locutus eſt dæmon, & nefaria de illa coniuge. Miſerata Beata Virgo vtriuſque coniogis miſeriam, virum in ſomois arguit, & certum reddit de integritate ſuę coniugis, quæ id auxilij meruit à S. Deipara, quòd in eius bonorem quotidie reciteret tertiam partem Roſarij, & ter in hebdomada ieiunaret.

HH Mediolaoenſis Domus Profeſſa miſit ſacerdotem Moduëtiam, vbi inter alia quæ præſtitit, morem induxit de B. Virginis Litanijs concinendis, & de ſermone ſingulis Sabbatis babendo de ipſius vita. Quod factum eſt omnium cooſeoſu & gratulatione.

II Mootibus Hannoniæ, vir primarius ex equeſtri Ordine maluit carere Magiſtratu, quàm Sodalitio carere, quæ res alios ad cooſtantiam coofirmauit.

KK Demum inſtitutæ ſunt Coogregationes magnæ Matris; duæ Alij in Sicilia, vt dicitur in Collegio Syracuſano nobilium altera, altere plebeiorum. Ibidem per decē dies, à prima poſt meridiem vſque ad tertiam noctis horam, ingentium ſaxorum fregor in omnibus Sodalij tectis exauditus eſt, quibus hominum hoſtis dæmon territare Sodales voluit, ne in præclaro cœpto perſiſterent: ſaxa quippe & per aerem ferri, & in tecta ruere animaduertebaotur, author tantæ rei oon deprehendebatur. Sed tam greuibus ſaxis oe tenues quidem tegulæ vel comminutæ, vel loco motæ ſunt, vnde & oppidani vanos hoſtis conetus luculenter riſerunt. Rurſus eodem anoo Alexaodriæ in Italia, Scholaſticorum Sodalitium iochoatum eſt. Ilerdæ Theologorum ac Iuriſconſultorum. Malacæ Nobilium. Gandiæ Ciuium. Marcenæ ſtudioſorum; ſicut & Guedalajaræ in Mexico. Item Lemouicis, Luxemburgi, Bruxellis, Lublini. Quæ omnia ex Annuis prædictis patent. Nuoe autem.

## Anno mundi 5588. Chriſti 1605.

Menſis Martij die tertio terrenam habitationem cum æterna mutauit Romanus Pontifex Clemens octavus, de quo iam ſuprà dictum eſt anno Chriſti 1595. litera A & B. Cui ſuccedens Leo vndecimus, ſedenſqúe in Petri cathedra per dies tantùm viginti ſex, Paulo quinto gubernaculum Eccleſiæ reliquit.

A IS, Paulus ſcilicet quiotus, veriis ſtudiis Beatiſſimam Virginem Deiparam prolixè hooorauit. Erat ex familia Burgheſiorum, & initio ſui Pontificatus templum S. Mariæ Maioris ornauit diuerſo mundo atque artificio: primò quidem reparanda turre, quæ fulmine tacte vitium noo leue fecerat: ſecundò fuſili campane meiore reſtauranda, quam creſſiorem reſtituit; tertiò ſacriſtie dilataoda & odæo amplificando; quartò ædificando & oroando Sacello dicto Burgheſio, in quo repoſita eſt imago Beatæ Deiparæ à S. Luca depicte, in medio quatuor columnarum ex iaſpide, circumpoſitis variis gemmis, adamantibus, pyropis: io quo etiam ſacello præter ſacerdotalia veſtimenta magni pretii, pretioſa quoque eſt argentea ſupellex: Crux ex argento bis mille & ampliùs librarum; ſtatuæ Apoſtolorum duodecim argenteæ ſex millium ſcutorum

Candelabra & ſimilia alia, cum fundatione locuplete pro miniſtris qui B. Deiparæ in hoc loco ſeruiant: quinto extulit inſuper præcelſam columnam, in maceriis veteris templi Pacis repertam, cui inſiſtere fecit imaginem Virginis æneam. Præter hæc alia multa adiecit, quæ abundè enumerat Bzouius tomo 17. Annalium, & Vincentius Charron 3. Martij n. 3. Qui etiam aduertunt Paulum ædificaſſe in monte Quirinali ſacellum alterum ampliſſimum in cultum Deiparæ. Mortuus autem eſt anno 1621. vt notat ad hunc annum Spondanus, & alij.

Menſe autem Aprili, euolauit ad immortali- B
tatem Pater Petrus de Anaſco, Societatis Ieſu ſacerdos, natione Peruanus. It cùm adhuc iouenis viginti duorum annorum grauiſſimo teneretur morbo, Beatiſſimam Virginem, quam, impensè colebat, inuocauit: Illa viſibili ſpecie mox adſtitit filiolum ſuum vlnis complexa, & ſolata clientem, ac ſoſpitatē pollicita, iuſſit vt filio ſuo in Societate Ieſu militaret. Societatem ille paulò poſt complexus maximâ vſus eſt erga Deiparam familiaritate, ad quam confugiebat in omnibus ſuis negotiis; ſabbato ieiunabat in eius honorem, & ſuauiſſima grati animi memoria beneficiorum acceptum compenſabat. De eo, & actis, ac morte eius, agunt Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis, & Nierembergius tomo 1. Vitarum, & alij, qui aiunt eum obiiſſe Tocumanis hoc anno 12. Aprilis. De eo Balinghem meminit eadem die, Vincentius Charron 31. Decembris n. 5. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. § 5. n. 57. alij.

Inter eos, qui hoc anno ſcriptis ſuis B. Dei- C
param illuſtrarunt, primus enumerandus venit Ioannes Bonifacius, Societatis Ieſu ſacerdos, natione Hiſpanus, patria Ciuitatenſis, qui tum Pariſiis, tum Coloniæ edidit, Hiſtoriam Virginalem de B. Mariæ vita & miraculis, in qua pulcherima quæque exempla ad eius imitationē & amorem inflammantia adducit. De eo agit Alegambe ſuprà citatus. Alter eſt Georgius Brunus, Colonienſis, Theologus B. Mariæ ad Gradus, de quo Poſſeuinus, Vitam, ait, B. Mariæ deſcripſit. Tertius Illephonſus Giron Ordinis Prædicatorij, qui Moguntiæ ſcripſit, Promptuarium Concionum Æſtiualium Domini Ieſu Chriſti, & B. Virginis, atque omnium ſanctorum. Ita idem qui ſuprà Poſſeuinus.

Adhuc è Scriptoribus pro B. Virgine excel- D
luit, qui hoc anno mortuus eſt, Franciſcus Arias, Hiſpalenſis, Societatis Ieſu, qui librum de Imitatione B. Mariæ Virginis, & de Roſario eiuſdem edidit: In quibus diuinas ſanctæ Matris virtutes piè admodùm deuotéque explicat, & eaſdem omnibus imitandas proponit. De eo Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu.

Petrus quoque Simonius, Iprenſis Epiſcopus, E
mortuus eſt. Ipſe ſcripſit ad Iuuentutem de Conceptione Beatę Virginis Mariæ, de eiuſdem Aſſumptione, & de Differentia partus Euæ ac Mariæ. Multa item alia, quæ poſt mortem eius publici vſus fecit Ioannes Dauid Societatis Ieſu Theologus, ipſius ſed ſub nomine Simonij. De Simonio mentionem facit Deſſelius in Bibliotheca Belgica. Addit his Marraccius tres ex Societate Ieſu, duos ex Minoribus, ſex ex Ordine Prædicatorio, & alios inſuper octo. Ex Societate ſunt: Georgius Scherer, qui Conciones in Feſta Virginis edidit. Ioannes Roxas, qui reddidit Hiſpanicè Hiſtoriam Lauretanam Turſellini, & de quo præterea loquemur paulo poſt litera N. Staniſlaus Grodicius, qui ſuas ſuas Cōciones, ſed pro ſingulis Deiparę feſtis quadripartitas compoſuit. Ex Minoribus, Balthaſar Pacheeus, qui Sermones; & Marcellus de Ribadeneira, qui De mirabilibus excellentiis Coronæ B. M. conſcripſit. Ex Dominicanis, Andreas Mendes, qui Hiſpanice ſcripſit de laudibus Virginis & Conciones. Didacus de Ianguas, qui itidem Conciones viginti duas. Gerardus Flander, de Roſario. Ioannes Baptiſta Braceſcus, De laudibus Virginis. Marcus Antonius Seraphinus, Sermones. Michaël à Furno, de Roſario S. Mariæ. Ex alijs, Ioannes Baptiſta Signius, Canonicus Regularis, edidit de miraculis S. Mariæ de Fonte, ſub maiori porta Vrbeuetana; quod opus inſcripſit: Fontes admirabiles. Daniel Gæophilus, Hiſtoriam & miracula Sanctę Mariæ Hieruntinæ. Guido Caſonus, Venetus, Odam de laudibus Virginis, piaſque Meditationes in feſta Deiparæ. Henricus Baccus, Neapolitanus, Italico ſermone de gratiis & miraculis B. Virg. de Monte Carmelo. Marcus Aurelius Grattarola, Mediolanenſis, Meditationes pias de Roſarij myſteriis & aliquot Deiparæ feſtis. De Roſario item Matthæus de Bruyere, Gallus, Gallicè. Et inſignis Muſicus Iacobus Reinerius, *Magnificat*, *Salue Regina*, & alia eiuſmodi cum Officio Diuæ Virginis ad ſingularem harmoniam concinnauit.

F At verò ex Annuis literis Societatis Ieſu; Panormi, alius obtinuit à Deipara, vt acerbo dolore lateris, quo premebatur, ſedato; veniret in Sodalitium, ibique Euchariſtiam reciperet: alius vt gratis à triremibus eximeretur, ad quas in ſeptennium damnatus fuerat. Alius Neapoli ne raptatus à moloſſis, in quos inermis inciderat, aut diſcerperetur in fruſta, aut vulneribus impreſſis importunius cruentaretur. Mediolani alius improuiſò à multis aduerſarijs cinctus à ſclopo diſploſo impetitur, ſola veſte perfoſſa, euaſit incolumis: alius repentino caſu per duas horas creditus exanimis, poſt votum pro eo conceptum, ſubitò conualuit. Alius Compluti ſic à periculo ſubmerſionis eſt repētè ſubtractus, vt veluti ſemiſopitus, & ſupra fluctum, tanquam ſupra lectum, molliſſimè iacens, ad littus placidè delatus ſit: Quem iam anteà, Officium Deiparæ præſtitum, à lethali impacta ſica, ipſa ſica mirabiliter retuſa, liberauerat. Alius Cæſaraugustæ dæmonis impetuoſum aſſultum, nunc in forma canis, nunc in forma hominis fuſci ſe ſpectabilem oſtendentis, euaſit. Fuit Arequipij in Peruana Prouincia, quæ implorato Virginis auxilio, liberata eſt à ſcelere & ab vnguibus violenti raptoris virginitati eius inhiantis. Fuit qui in Reſidentia Samarenſi Philippinarum Inſularum, imagine Diuæ Virginis, omnes improbi magi artes, atque dæmones, irrito conatu euanuiſſe aſpexerit, ſuumque ſcelus in iis perquirendis deſteuerit. Fuit qui ibidem vehementi dolori, rurſum Virginia imagine, ſubitum remedium attulerit.

Draguiniani, in Prouincia Lugdunenſi, iuxta

Auenionem; ſupplicatione, & Litaniis in honorem Deiparæ dictis, repentè de cælo obtenta eſt pluuia. Turnone, precibus Sodalium ad Virginem fuſis, diuturnus æger reſtitutus eſt. Et Ratiſponæ, voto ad Diuam Oetingenſem concepto, quis ab hetnia liberatus eſt.

H Rurſum Turnone, Nobilis miles hæreticus, conſpecto Sodali Parthenico in Noſocomio ægris miniſtrante, ſenſit ſe pio illo exemplo plurimùm commoueri ad fidem Catholicam. Inuitatus præterea eſt, vt Collegium iniret, ſi cuperet de rebus fidei luculentiùs doceri; inuitatus ſpopondit, & diem craſtinam edixit. Sed præuenit Deipara, à qua de nocte admonitus, & aduerſus errores doctus, & confirmatus, mirabiliter ſe ſenſit ad pietatem inflammari; quare poſtridie abiurata hæreſi, etiam molitus eſt alios reuocare ab ea.

I Aticij, Baro quidam inſignis tum rebus in militia geſtis, tum maximè virtute & martyrij deſiderio, vicinum ſe ſentiens mortis, Sodalium precibus, ipſe etiam Sodalis, ardentiſſimè ſe commendauit. Interim apparet diabolus, quem Diui Martini increpatione compellans: *Quid adſtas*, inquit, *cruenta bellua? nihil in me funeſti reperies*: tum ſerenior factus, *En ego*, inquit, *te vides pulcherrima Virgo, verè benigna parens, præſens tuis in calamitate.* Quibus dictis addens; *In manus tuas, &c.* placide emiſit animam.

K Lanipergij, Sodalitas *B. Virginis*, quò vel creſceret, vel foueretur pietas populi peregrinantis ad Diuæ Virginis quærendum auxilium; quindecim ſtatuas in campo Lycin æquis à ſe paſſibus diſtantes erexit, quæ quindecim myſteria Roſarij repræſentarent. Monaſterij, quædam Mater familias, diebus feſtis Beatæ Virginis, ſuam familiam ad ſupernacaneos labores adigens, Annunciationis die ter in deliquium incidit, & ſequentibus diebus bis idem paſſa eſt, donec Numinis vindictam agnoſcens, veniam commiſſi poſtulauit. Hildeſemij, puella à milite ad flagitium impulſa inuocata D. Virgine, euaſit. Embricij, recitata ſalutatione Angelica, quamuis ægrè, obſeſſa puella à malo hoſpite diabolo liberatur.

L Sed & Dux Populenſis viciniſſimus morti, palam fatebatur, ſe, ſi quid boni aut virtutis haberet, totum id hauſiſſe ex Sodalitate Neapolitana B. Virginis: filióque ſuo præcepit, vt Neapolitanis Equitibus Sodalitatis exoratis, in eam ſe admitti flagitaret, nihil ſe præclarius, nihil illi ſe maius relicturum. Quod effatum habent Annuæ in Collegio Aquilano.

M At eædem in Collegio Genuenſi, mentionem faciunt de adoleſcente quodam, qui librum ſibi chariſſimum, & Italico carmine, obſcœno tamen, compoſitum, in honorem Virginis ſcidit, & ſciſſum in mare proiecit; paulò poſt Bononiam profectus, ſe totum B. Virgini in Carmelitarum Ordine dedicauit. Sic videlicet Iuſtorum lux & perfectio creſcit, & bene vtentibus minore gratia longè maximas Deipara rependit.

N Obiit verò in Collegio Madritano Ioannes Roxas, Societatis Ieſu Sacerdos, de quo Annuæ prædictæ aſſeuerant eum fuiſſe ſumma religione in S. Dei Matrem, in cuius honorem ſingulis Sabbatis ieiunium ſeruabat: & cuius vt venerationem longiùs diffunderet, Lauretanam hiſtoriam vernaculo ſermone donauit.

O In ſede autem Sancti Iacobi extra muros, quæ eſt in Peruana Prouincia, Indus quidam audito concionatore de fructu deuotionis in Deiparam verba faciente, adeo eſt pietate in Virginem ſuccenſus, vt ſe eidem in ſacello perpetuum ſeruum magno animo conſecrarit. At in Collegio Zebuano Philippinarum Inſularum, quidam homo edoctus fuit a B. Virgine vt nomen Ieſu crebriùs inuocaret: *Cùm cubas*, inquiebat, *inuoca nomen Ieſu, cùm è lectis ſurgis, de die, de nocte, quantum potes appella nomen Ieſu.* Sic Annuæ. Quæ rurſum in Reſidentia Samarenſi aiunt, quandam mulierem Biſayam, Mariam nomine, fuiſſe ſuauiter à Beata Virgine de nocte admonitam, ne ampliùs in verba blaſphemiæ ſe defluere pateretur.

P Nanceij abſolutum eſt templum Domûs Probationis Societatis Ieſu, quod quarto die Septembris à Domino Antonio Fournerio Epiſcopo Baſilitano, Primicerio ac Suffraganeo Metenſi, conſecratum ac dedicatum eſt in honorem *S. Mariæ Annunciatæ*, in quo templo conſtruendo, totáque Domo ædificanda Dominus Antonius de Lenoncourt Primas Lotharingiæ ſuam liberalitatem, & amorem in Deiparam oſtendit; ſuis enim illa omnia ſumptibus erexit; quamquam poſteà aliqua ædificia inſuper adiecta ſunt, ex impenſis fundationis, quam Dominus Dux Erricus à Lotharingia Epiſcopus Virdunenſis fecit, vel etiam ex piorum hominum collatis eleemoſynis.

Q Ibidem hoc anno, iam inſtitutam S. Virg. Sodalitatem, peruigilio Conceptionis, ſua præſentia & datis ſuis nominibus, præter expectationem, inierunt ad quinquaginta præclariſſimi viri ac nobiliſſimi, quibus exemplum dedit Illuſtriſſimus Princeps Comes Vademontanus, qui poſtmodùm fuit Dux ſereniſſimus Franciſcus huius nominis ſecundus. De quo adhuc erit ſuus dicendi locus anno 1632. quo obiit.

R Interim Taurini facta Sodalitas eſt D. Virginis pro ſtudioſis Iuriſprudentiæ ac Medicinæ. Item Parmæ duplex. Carthagine in Peruuio vna. Vna in Collegio Chuquiſaquenſi. Quæ omnia ſicut & ſuperiora manifeſta ſunt ex Annuis prædictis Societatis Ieſu.

S Præter iſta omnia, ſeges ingens miraculorum orbem exhilarauit. Quippe ope Virginis Lætitienſia Ioannes de Maurecourt ſeruatus eſt ab incendio, & à corporis ſecutura ruina ex immani ſaltu, quem fecit ex feneſtra ſuperioris contignationis in vici pauimentum. Similiter ſeruatus eſt & puer eius, vt fusè dicitur in hiſtoria Lætitienſi, & apud Cerizierium 2. parte cap. 8. n. 2. Rurſus ope eiuſdem Virginis, Nicolaus le Maire liberatur à ſubmerſione, vt habet Cerizierius ibidem cap. 9. n. 2. Et vt idem ait cap. 10. num. 5. Margarita Mindre Aremorica, voto facto ad Diuam Lætitienſem à ruptura tibiæ ſanatur, de quo miraculo meminit Vincentius Charron 19. Nouembris. n. 3. Qui Vincentius iterum 9. Nouembris n. 2. ex hiſtoria Sichemienſi refert, Aduocatum quemdam nomine Blaſium Mallian, veneno infectum, ſanatum fuiſſe ope Diuæ Sichemienſis. Addit multo magis mirandum Odo Giſſæus libro 3. cap. 43. Hiſtoriæ S. Mariæ de Podio, in Samuele Pottal Caluiniano, qui cum noctu cerneret ſpiritus malignos, abigebat eos formato manu Crucis ſigno: quem cùm admoneret

Angelus cuſtos, vt ad fidem Romanam conuerteretur, conſultatio quam cum Miniſtello habuit, ſeriùs in ſuo errore detinuit. Nihilominus quia Diuam Virginem Anicienſem inuocauit, à plaga mortali, qua paulo pòſt penè interemptus eſt, & ſimul ab hæreſi, fœliciter eſt liberatus.

Addit his Bouerius hoc anno n. 33 Michaële T Angelo Badenſi, Concionatore Capucino, laudes B. Deiparæ Frauvenfeldæ apud Heluetios magno feruore explicante, malignum ſpiritum, qui mulierem ibi præſentem obſidebat, ferre non potuiſſe. Quare mulierem ab Eccleſia rapiens, ipſe velut bubo cum vomitu erumpit, non ſine queralis quibus in tali prædicatione deturbari lamentabatur. Præterea, Nouitius quidam in Prouincia Aquitaniæ matris blanditiis ad ſæculum regreſſus, ſuæ deinde culpæ pœnitens ad Virginem confugit, obteſtatus eam, quam longè potentiorem ad ſe reſtituendum fatebatur, quam potens fuerat mater carnalis ad eum auellendum: meruit à Deipara viſitari, & ab ipſa audire, an crederet id ipſam poſſe. Quo reſpondente, eam eſſe Omnipotentiſſimam: Redi, inquit Virgo, ad Capucinos, & quæ à me audiſti eis narra, illi te recipient. Viue mihi & Religioni fidelis. Hæc ibi n. 34. Iam ad alia veniamus.

## Annus mundi 5589. Chriſti 1606.

INſignis fuit morte aliquot eximiorum Diuæ A Virginis famulorum, & non modica miraculorum meſſe, quæ variis in regionibus abundauit. In primis apud Virginem Lætitienſem, Rolandus Gennux ſanatur à vulnere per gladium facto, vt habet hiſtoria Lætitienſis cap. 17. & Ceſizierius 2. part. cap. 10. n. 6. ac Vincentius Charron 17. Maij n. 3. Præterea ope eiuſdem Virginis à ſubmerſione erepta eſt puella filia Adrianæ Launoy: ereptus quoque Guillelmus Fende, vt refert idem Ceſizierius ibidem cap. 9. n. 3. & 4. At apud Sichemium Monialis paralytica curata eſt, imò duæ, imò tres, à diuerſis morbis, de quibus Lipſius & alia hiſtoria Sichemienſis: & ex his Vincentius Charron 30. Iulij n. 3. & 5. Auguſti n. 4. & 10. Septembris n. 4. Nec dubium eſt in aliis quoque locis, ſiue Laureti, ſiue Montiſſerrati, & ſimilibus, percrebuiſſe paſſim miracula, quorum tamen memoria ad nos nondum peruenit. Eſt notabile adhuc, quod habet idem Vincentius 24. Nouembris n. 4. ex literis Archiduciſſæ, de quodam Miniſtello Polono, qui cùm in B. Virginis imaginem concione inepta inuectus eſſet, poſtmodùm domum rediens ab equis protritus eſt, & illis quidem equis ſua indole mitibus, atque poſt huius hominis interitum adhuc non iracundis.

Inter famulos Deiparæ, quos mors abſtulit B hoc anno, chorum meritò ducit B. Gratia Valentina ex Ordine Minimorum, quam glorioſa Dei mater viſitatione ſua ſenſibili voluit ante mortem confortare, vt dicitur in hiſtoria Minimorum, in lib. 7. vbi eſt vita eius multa continens rara præſertim circa auſteritatis eximiæ ſanctum exercitium: & apud Vincentium Charron 16. Ianuarij n. 3. quo die puriſſimam animam reddidit Creatori.

Reddidit quoque ſequenti menſe, ſub finem C menſis, ex eodem Ordine, Beatus Simon Garcia, vt habes in hiſtoria Minimorum lib. 4. pagina 615. De quo eadem hiſtoria fusè, & Vincentius Charron 27. Februarij n. 3. ac Balinghem eadem die, necnon etiam Gononus anno 1507. in Chronico, prædicant eximium in Deiparam cultum. Vixdum enim fari edoctus, iam continuò immurmurabat ſalutationem Angelicam: factus grandior ſæpè terebat Roſarium, imò quotidie, & magno quidem deuotionis ſenſu: conuentum deinde ſanctæ Mariæ de Victoria ingreſſus, & indutus habitum Minimorum, iſtam orationem, quæ ſequitur, non ore tantùm frequentabat, ſed vbique illam fermè ſcribebat: *Aue filia Dei Patris. Aue Mater Dei filij. Aue ſponſa Spiritus Sancti. Aue templum totius Trinitatis.* In amplexu imaginis crucifixi, & Roſarium manu tenens ac Virginem inuocans exſpirauit.

D Tertius ex eodem Minimorum Ordine, & quidem Tertiarius ac Laicus, eſt B. Andreas de Caſtellomaro, cuius vitam & mortem habet liber 2. hiſtoriæ Minimorum, apertéque teſtatum retinet, eum non in morte tantùm à B. Virgine viſibiliter fuiſſe viſitatum, à qua & ſui obitus horam nouit: ſed præterea ſolitum fuiſſe, ea, quæ faciebat miracula, ad Diuam Virginem referre, quæ etiam nonnunquam pictis tabulis exhiberi curabat in honorem eiuſdem Beatæ Deiparæ.

E Quartus obiit, ſed ex Ordine Minorum Angelus de Calaſſio in Italia, vir multarum virtutum, adeoque & cultor Virginis egregius, in cuius honorem vltra omnia Ordinis Minorum ieiunia, ſingulis adhuc Sabbatis ſolo pane & aqua corpus reficiebat, idémque præſtabat in peruigiliis feſtorum Deiparæ. Obiit Romæ octogenarius cum magna ſanctitatis fama, de quo Chronicon Minorum parte 4. lib. 10. pagina 1203. & Vincentius Charron 30. Octobris n. 1. Quintus obiit Auguſtinus Genuenſis, Capucinus Concionator, vir frequentibus cæli gratiis illuſtratus, qui cùm Guardianus eſſet Saonæ, & publicæ intereſſet ſupplicationi, quæ quotannis celebrari ſolet die 18. Martij, hoc eſt die illa, qua B. Virgo anno 1536. Antonio Bottæ pio viro ſe ſpectabilem præſtare dignata eſt, ipſe Virginem vidit, quæ cæleſti luce perfuſa ex proximo colle Saonenſem populum qui aderat, & benigno vultu intuita eſt, & eleuans dexteram grata benedictione cumulauit. Sic Bouerius hoc anno: qui præterea notat, ædem conſtructam fuiſſe in loco prædictæ apparitionis, & ad eam quotannis fieri ſupplicationem, atque inter alias Liguriæ ædes Beatæ Deiparæ ſacratas celeberrimam eſſe, Saonenſis vrbis pietate ædificatam, Xenodochio auctam, peregrinantium frequentia vehementer nobilitatam.

F Sextus obiit Valentiæ, Michael de Fontes, Societatis Ieſu; quem adhuc adoleſcentem, cùm de nocte vicos vrbis cum gladio inambularet, vox de cælo tertiò repetita, *Quo vadis miſer?* corripuit: indéque pœnitentem tota reliqua nocte deuotio mixta lachrimis in ſacello quodam Virginis apud Franciſcanos detinuit poſtulantem ab eadem S. Virgine auxilium, & ſe eidem offerentem. Hanc ſemel bene inchoatam deuotionem continuauit & auxit in Societate Ieſu, præſertimque locupletauit inſpirando eam Barbaris in India Meridionali, quos Roſarium & myſteria eius, aliáque ſimilie

Google

fusè ac diligenter edocebat. Præter alias autem multas gratias, hanc à Virgine in vita recepit, vt ab ea ſpectabili forma apparente animatus ſit ad ferendos Obedientiæ labores, promiſſione non incurrendi vlla parte in purgatorias pœnas. Moriens ergo ſuſceptus eſt & ductus in cælum à ſancta Deipara Virgine fœlicem animum corona præcingente, atque à S. Petro, S. Ioanne, S. Ignatio Societatis Ieſu fundatore, vt reuelatum fuit Guardiano Franciſcanorum. Quod prolixiùs dicitur in vita Michaëlis apud Nierembergium tomo 4. Vitarum.

Obiit demum in Belgio Iuſtus Lipſius, plurimarum literarum vir, & hiſtoriæ eruditus inueſtigator, qui poſt multa doctiſſima ſcripta de Roma, & Romanis pompis, de Stoicis & Philologia, aliiſque arcanis rebus, quæ ſolerti calamo ſcripſit; voluit etiam & laborem & calamum Diuæ Domini Matri conſecrari, cùm ſtilo eleganti collegit, quæ ad Diuam Hallenſem, & ad Diuam Sichemienſem ſpectant: quod præſtitit duobus libris. Obiiſſe ipſum ſub finem Martij habet Spondanus hoc anno n. 8. Balinghem & Vincentius Charron aiunt obiiſſe anno præſenti 23. Martij. Pulcherrimis autem verſibus deſiderium ſuum pennam ſuam conſecrandi D. Virgini expreſſit, quæ ſic ſe habent. G

*Hanc Diua pennam interpretem mentis meæ*
*Per alta ſpatia quæ volauit ætheris,*
*Per ima quæ volauit & terræ, & maris,*
*Scientiæ, Prudentiæ, Sapientiæ,*
*Operata ſemper: Auſa quæ conſtantiam*
*Deſcribere & vulgare, quæ ciuilia*
*Quæ militaria, atque poliorcetica,*
*Quæ, Roma, magnitudinem adſtruxit tuam,*
*Variáque luce ſcripta priſci ſæculi*
*Affecit & perfudit: hanc pennam tibi*
*Nunc Diua meritò conſecraui Lipſius.*
*Nam numine iſthæc inchoata ſunt tuo*
*Et numine iſthæc abſoluta ſunt tuo, &c.*

Sed & Philippus Numannus, eo ipſo anno, quo Iuſtus Lipſius mortuus eſt, collegit & emiſit in lucem recentia miracula, quæ per B. Mariam Sichemienſem patrata ſunt, impulſus ad id iuſſu Mathiæ Archiepiſcopi Mechlinienſis, erat enim ſcriba publicus, qui eiuſmodi miraculorum publica inſtrumenta conſuluit. Legi Muſſiponti opuſculum Numanni, & de ipſo Numanno inſinuata iam aliqua ſunt anno Chriſti 1591. litera C. Præter Numannum autem, ſcripſerunt ad honorem Virginis, Auguſtinus Mannus, Oratorij Romani Sacerdos, Exercitia. Ioannes Baptiſta Bordogna, librum de Doloribus & Gaudiis B. Deiparæ. Ioannes Baptiſta Pinellus, Genuenſis, Pſalterium D. Bonauenturæ in honorem B. Virginis Italicè reddidit & illuſtrauit. Ioannes Francus, Catanenſis, libros tres de S. Maria miraculorum Adriæ. Ioannes Vvouerius, Antuerpienſis Senator, Defenſionem Lipſiani donarij, quo Iuſtus Lipſius moriens togam optimam pellibus ſuffultam, Profeſſorij ſui muneris adminiſtram, S. Mariæ Louanienſi legauit; quod donarium impij Geraſti irriſerunt, Vvouerius aſſeruit, ſcripto libro cui titulus eſt: Fama poſthuma Iuſti Lipſij. Marcus Antonius Bonciarius, heroico metro edidit, De perenni animorum expiatione diuinitus data in templo Virginis quod dicitur Angelorum, libros tres: & Votum ad Diuam Lauretanam; & alia. Item Marcus Gentilucius, Spoletinus, poëſi dedit miracula B. Mariæ de Itria, quæ in Italia Conſtantinopolis nuncupatur. Ex Ordinibus verò Religioſis Didacus de Arze, Minorita, Tractatus quatuor de immaculata Conceptione, & alium de Expectatione partus B. Virginis. Iterum de Conceptione, Iacobus de Piſtorio, eiuſdem Ordinis. Ex quo item Ordine, Ioannes Paulus Palanterius, poſteà Aquiloniæ Epiſcopus, Romæ typis vulgauit, Explanationem in *Aue maris ſtella*: *O glorioſa Domina*: & *Quem terra, pontus*, &c. Denique Stephanus Mendez, Prædicator, libros duodecim Hiſpanicos, De dignitate altiſſima Virginis Matris Dei. Ita Marracius.

I Nunc verò ex Annuis Societatis Ieſu, quæ ſubſequuntur in hoc anno, decerpta ſunt. Rigæ in Polonia, matrona nobilis, cùm die Aſſumptionis blaſphemias in Deiparam vomuiſſet, inſanabili labiorum morbo ſtatim correpta eſt, nec remedium inuenire potuit, ſed exeſis labiis, patentibus fœdè dentibus, omnibus opprobrium fuit.

K At apud Philippinas Inſulas, in Sede Antipolana, mulier quædam audaciam iuuenis in eam inſultantis, & ad fœda quædam hortantis, ſolo hoc reſponſo compreſſit: *Cliens ſum Virginis Deiparæ.* oſtendens quàm eſſet à peccando diſſita.

L Biturigibus Sodalis Parthenius iuriſprudentiæ vacans lethali decubuit morbo, in quo diſcrimine poſitus, Sacramentis ritè ſuſceptis, omnes hortabatur ad pietatem in Virginem, & literas, quas Muſſipontana ex Congregatione ſecum detulerat, pectori ſuo admouens, petiit eas ſecum vna ſepeliri, magna omnium ædificatione.

M Oetingæ, quidam inter vincula poſitus, voto concepto liber abiit ope Virginis. Viennæ in Auſtria quidam quotidie Deiparam certâ prece orans, vt ſibi mortis hora prænota ſit, admonetur de hora illa, & ſe præparat ſacramentis munitus. Tres pedibus ægrè affecti, apud Vvaſthenſem Dei Matrem, quæ à Glacenſi Collegio vna ferè leucâ viſitur, præſentiſſimum auxilium repererunt. H

N Duaci, Ipris, Antuerpiæ, Cortraci, propoſitæ ſunt imagines factæ ex quercu B. Virginis Aſpricollis, quæ & venerationem à populo habuerunt, & coruſcarunt variis miraculis.

O Caliſſij in Polonia inſtituta eſt ſolemnis ſupplicatio in honorem S. Virginis, quæ longè ab vrbe procedens ſic ibat. Primo, omnes ſcholæ prælata effigie crucifixi. Secundò, minor Congregatio cum vexillo Diuæ Virginis. Tertiò, Sodalitas Maior cum altiſſima deauratâ cruce, quam faces quatuor comitabantur. Quartò, ciuium Sodalitium cum area imaginibus collucente, expanſo ſuper damaſceno velo, quod latiſſimè explicatum duo ciues tenebant. Denique clerus cum populo magnâ deuotione Litanias Virginis aliaſque preces deuotiſſimè decantabat. Sic procedens ſupplicatio pro pace Regni & tranquillitate ſuſcepta eſt.

P Pultouij in Lithuania, obiit Ioannes Gerardinus, Belga, Societatis Ieſu, qui inter varias quas fundebat moriens apoſtrophes, hanc ad Deiparam dirigebat. *O Maria certè tribularer nimiùm, ſi neſcirem tuum patrocinium, quæſo pia mater, clemens patrona, dulcis Virgo, in horæ mortis*

*tuo præſidio fulciar, tuo munimine protegar, tu quaſi terebinthus extende ramos, & me laſſum refocilla.* Hæc referunt Annuæ quæ etiam hanc agglomerant punitionem. Quidam Arcis Liuoniæ Præfectus die Aſſumptionis ſine cauſa cogens ad ſeruiles labores, punitus fuit combuſtione omnium ſuorum frumentorum. Et hoc legitur in annua relatione Collegij Rigenſis.

Q Parmæ, quidam in communi Sodalium oblatione, cùm ſui victor egregius, plus etiam contuliſſet quàm ſtatuiſſet, quamquè præſens eius neceſſitas ferre videretur Deiparam expertus eſt erga ſe liberaliſſimam: paucis enim interiectis diebus centuplum recepit in pecunia numerata, ab vno qui diceret eam ſe illi debere, cuius tamen ipſe nullo ſe pacto creditorem agnoſceret. Ticini autem quidam alius Sodalis a manifeſto ſubmerſionis periculo, implorata Virgine, conſeruatus fuit.

R In Collegio Limenſi Prouinciæ Peruanæ, per octo continenter dies, de puriſſimo Deiparæ Conceptu, Poëmata, Orationes, aliaque eiuſmodi ingeniorum facta ſunt exercitia cum ſplendore.

S Demum erecta ſunt Sodalitia Deiparæ, Nanceij Nobilium. Audomari in Collegio Anglicano. Duaci ex vno facta tria vnum pro Theologis & Iuriſperitis, alterum pro Philoſophis, tertium pro Rhetoricæ Studioſis. Cameraci. Labaci. Bononiæ, & iſtîc quidem duplex, alterum mercatorum, alterum opificum. Granatæ Nobilium & Mercatorum. Nobilium item & Opificum in vrbe Malacitaux, & Fraxinetenſi, quæ fusè enarrant Annuæ prædictæ Societatis Ieſu.

## Anno autem mundi 5590. Chriſti 1607.

A FVndatio facta eſt Ordinis militaris, *S. Mariæ de monte Carmelo*, & ab Henrico quarto Rege Francorum facta: Qui conſtituit illius Ordinis Magiſtrum, Philibertum Nereſtangum, nobilem Gallum, cum facultate cooptandi in eum centum alios nobiles Gallos: Qui primùm Lutetiæ in ſuburbano monaſterio Sancti Lazari ſolemni ritu à Rege aliquanta ex parte creati ſunt: Geſtabant autem ad læuam palliorum Crucem heteromallam, in cuius medio imago erat B. Mariæ, opere plumario radiis aureis circumdata: Ex collo autem appenſam crucem auream vittâ camenili coloris bombicinæ; & in media cruce ex vtraque parte imaginem D. Virginis encauſto depictam. Patrona Ordinis erat S. Maria de monte Carmelo cuius feſtum ſexto Iulij celebrare Equites quotannis debebant; quotidie autem Officium Diuæ Virginis, vel precatiam Corollam recitare. De hoc Ordine, præter Bullam inſtitutionis quam fecit Paulus quintus, & in qua multa alia continentur, memoriam faciunt Spondanus anno 1608. n. 3. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. capite 12. §. 6. num. 15. Vincentius Charron 14. Maij n. 3. Gononus in Chronico hoc anno.

Ex famulis autem S. Virginis ad immortalitatis lauream euolarunt non pauci. B Inter hos primus mihi occurrit Benedictus Goes Societatis Ieſu Coadiutor Laicus, qui vndecimo Aprilis obiit, quem literæ *Annuæ* Societatis Ieſu ad annum 1583. vt ſupra iſto anno inſinuauimus litera F. & Nierembergius tomo 5. in Benedicti vita, necnon Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. § 5. n. 13. ac Vincentius Charron 21. Martij n. 2. Balinghem 11. Aprilis, & multi alij, conuerſum ad Deum aſſerunt miraculo in imagine Diuæ Virginis expreſſo, quæ geſtans puerum ſuum viſa eſt emittere ſudorem, & puolus eius velut lacteis plorare lachrimis: ſpectaculum enim illud Benedictum adhuc in militia degentem pupugit, & vt Societatem ingrederetur excitauit; in qua cùm poſt multas peregrinationes ac Miſſiones in Orientem, in Sinas videlicet, Catayum, aliaque loca ſuſceperit, in his omnibus Chriſti ac Chriſtiparæ cultum, in quantum potuit, prædicauit.

C Menſe ruſum *A*prili, ſed die 15. obiit Cæſar de Bus, fundator Congregationis *Doctrinæ* Chriſtianæ Auenione, qui quidem ad vitam perfectiorem conuerſus eſt ſpectata imagine *B.* Virginis expoſita ad portam Eccleſiæ S. Claræ. De eo, & inſigni patientia qua cæcitatem tolerauit, agit Ioannes Marcellus in eius vita lib. 5. cap. 10. *V*incentius Charron 15. Aprilis n. 1. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 5. n. 11. Cuius Congregationem vnitam Somaſchæ, dictamque Congregationem Doctrinæ Chriſtianæ Congregationis Somaſchæ, docet Spondanus anno 1616. n. 7. quo anno talis vnio à Paulo quinto facta eſt.

D At vndecima die menſis Iunij hanc vitam deſeruit Gabriel Vaſia Societatis Ieſu Sacerdos, Catalanus ex ciuitate Ripolio, vir doctus, peritus in linguis, Theologiæ myſticæ ſcientiſſimus, & in virtutum operibus exercitatiſſimus. Is cùm ſæpe D. Virginem hoc verſu ſalutaret: *Monſtra te eſſe matrem*, meruit ab ea viſitari in quadam ægritudine, & ſuauiter reprehendi de parua ſua in eam confidentia. *V*ide Nierembergium tomo 1. *V*itatum in vita Gabrielis.

E Romæ autem trigeſimo Iunij ex hac vita migrauit magni nominis Cardinalis, Cæſar *B*aronius, Annalium Eccleſiaſticorum Noui Teſtamenti ſcriptor eminentiſſimus, & Oratorij *Sa*cerdos. Cuius deuotio in Deiparam ante incepiſſe videtur, quàm natus eſſet; exultabat enim in vtero matris, quoties illa ante Eccleſiam aliquam Dei genitricis tranſiret. Recens natus oblatus eſt Sanctæ Virgini à matre ſua: paulò pôſt prope emortuus eidem Virgini commendatus conualuit. Iterum autem iam grandior & prouectior ſanatus eſt precibus S. Philippi Nerij adhuc viuentis ad Deiparã C | M fuſis. Solebat Baronius hac inſigni nota —S— paſſim inſcriptis ſuis ſe ſeruum profiteri C | M Mariæ; & in mis duodecim, quos de Annalibus Eccleſiaſticis ſcripſit ſe ſeruum B. Virginis nominat, & tantum laborem ſub eius auſpicijs ſuſcepiſſe teſtatur. Vide quæ de Baronio Spondanus habet in Epitome Annalium. Item quæ Balinghem ac Vincentius Charron 30 Iunij, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 5. n. 8.

F Meliorem item ad vitam euolauit Franciſcus Ciccard ex Ordine *M*inimorum Oblatus, vt vocant, cuius pietas in S. Deiparam à teneris annis inchoans effecit, vt ſingulis Sabbatis, & ſingulis

item feſtorum Deiparæ peruigiliis, ſolis pane & aqua abſtinentiſſime viueret. In cuius deuotionis præmium Beatiſſima Virgo Franciſcum non tantùm admonuit de hora ſui ad cælum tranſitûs, ſed & de die Sabbato, qui tunc incidebat in quintum Martij, hoc nempe anno, quo piè obiit. Ita Chronicon *Minimorum* lib. 2. & iode Vincentius Charton in Calendario 5. Martij num. 1. Adiungendus eſt iſtis Anſelmus Roſcianenſis, Concionator Capucinus, qui, ſicut aduertit Bouerius hoc anno n. 46. vita cum ſanctimoniæ laude tranſacta, prædicta ſui obitus die. Beatæ *Virginis* recreatus eſt in morte conſpectu, eamque illis verbis ſalutauit. *Maria mater gratiæ, &c.* & ſic fœlix in cælum commigrauit.

G Sed & Magdaleos de Pazzi, Ordinis Carmelitani Florentiæ, hoc anno ad cæleſtem ſponſum tranſiit, à Deipara vt multùm dilecta, ita ipſa multùm Deiparam diligens, ſicut conſtat ex eius vita per Vincentium Puccenium ſcripta. In qua præter alia notat, quomodo in difficillimis tentationibus, & motibus deſperationis confugiens ad B. *Virginem* ſanata mente ſit ac placata; & quomodo, atque quàm familiariter cum ea ſacratiſſima *Virgo* conuerſaretur & ageret. Tanto, inquit, affectu ferebatur in myſterium *Annunciationis*, vt dimotus ei in corde ſcripta fuerint hæc verba: *Et verbum caro factum eſt.* De ea adhuc videri poteſt Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 8. §. 3. n. 6. & tractato 4. cap. 4. §. 5. n. 18. necnon Vincentius Charron 24. Martij n. 1. & 25. Maij. n. 1. *Marracius* porrò in Bibliotheca aduertit Magdalenam de Pazzi reliquiſſe aliqua de *Virgine* digniſſima prælo, videlicet: Ventris Mariæ cum *S.* Cruce comparationem. Conſiderationes de Natiuitate, Puritate, Aſſumptione B. *Virginis*, &c.

H Ex Scriptoribus pijs Franciſcus Bonaldus Societatis Ieſu, natione Gallus, patria Mimatenſis, emiſit in lucem librum Gallice ſcriptum cuius hæc inſcriptio eſt: Stella myſtica, quæ omnibus ad optatum æternæ beatitudinis portu appellere deſiderantibus ducatú præbet, in hymnum *Aue Maris ſtella* concinnata. De eo agit & libro eius Alegambe, & obiiſſe dicit Molinis 9. Martij anni 1614. in opinione ſanctitatis.

I Idem Alegambe de Ioanne Dauid, Belga, docto & forti Societatis Ieſu operario, ſcribit, ipſum edidiſſe hoc anno, Pancarpium Marianum, vt in eius odorem curramus; Antuerpiæ ex officina Plantiniana apud Ioannem Moretum: obiiſſe autem 9. *Auguſti* 1613.

K Addit & Martinum Antonium Delrio Antuerpienſem, literarum omnium abundantia & acri ingenio vbique notum, hæc ex typis partim Antuerpienſibus, partim Lugdunenſibus dediſſe ad gloriam B. Deiparæ: Florida Mariana, ſiue de laudibus Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ. Vlterius opus Marianum, ſeu de laudibus ac virtutibus Mariæ Virginis Deiparæ in quatuor partes diuiſum, nempe in Speculum *Marianum*, in Speculum charitatis & patientiæ Ieſu & *Mariæ*, in Polemica Mariana, in Florida Mariana recuſa. Quæ opera in Societate ſcripſit, in qua & mortuus eſt anno 1608. Octobris die decimonono. Præter hæc autem opera, Canticum Canticorum explicaturus in gloriam Virginis, ſic exorſus eſt, tali inſcriptione laborem ſuum Virgini offerens.

*Exultauit cor meum verbum bonum*
*de caſtis nuptiis.*
*Vbi ſponſus agnus eſt, ſponſa Virgo permanet.*
*Thalamus templum, thronus ara.*
*Paranymphus Archangelus.*
*Vbi partus non deintegrat.*
*Vbi virginitatis liliū fœcunditatis roſa purpurat.*
*Hoc quicquid eſt verbi,*
*Tibi Deus Verbum.*
*A me minimum ſed à te maximum*
*Mihi creditum ſide bona reſtituo.*
*Tibi tuum do, dico, conſecro.*
*Te quoque Virgo mater*
*Compellans oro, obſecro,*
*Tu ſponſa ſponſarum, hoc nuptiale munus adſpice.*
*Tu ſerpentis antiqui calcatrix.*
*Tu geniminum eius perpetua triumphatrix.*
*Hoc tuere, & me tuum protege.*
*Prophanos hinc procul pelle,*
*Pelle impuros,*
*Pelle perfidos,*
*Amen.*

Non degenerem inſcriptionem adhuc reperies in Floridis; & egregium Antonij Delrio virtutiſque eius elogium apud Balinghem in Calendario Sanctiſſimæ Virginis 19. Octobris n. 1. & apud ſuprà citatum Alegambe.

L Qui rurſus Alegambe mentionem facit de Valétino Gerardo Ebroduenſi, in Societate Ieſu nunc quidem piè conuerſante, & poſteà anno 1616. tertio Nouembris fœliciter mortuo, quem notat hoc anno ediſiſſe Lugduni per Abrahamum Cloquemin, Triumphum glorioſæ Virginis *Mariæ* contra Calumnias Simeonis Codurij.

M Obiit hoc verò anno Mutinæ Achiles Gagliardus, Societatis Ieſu Sacerdos, qui inter alia quæ ſcripſit, edidit librum Meditationum, ſeu de variis rationibus meditandi, dum recitantur Roſarium & Corona D. Virginis. Cyprianus autem Vbertus, Prædicator, de Roſario excudit. Dein Anaſtaſius Cochelet, Carmelita, Gallus, ſcripſit librum cui titulus eſt: Palæſtrita honoris Diuæ Virginis Hallenſis pro Iuſto Lipſio aduerſus diſſertationem mentiti Idoli Hallenſis, *Anonymi* cuiuſdam hæretici. Item Petrus de *Abreu*, Ordinis *Minorum*, Hiſpanicè edidit tomum vnum ſuper verba Dominæ noſtræ. Et Petrus Dorlandus, Carthuſianus, præter Sermonea in feſta Deiparæ, & Vitam eius vſque ad Annunciationem, edidit Dialogos duos, vnum de ſeptem gladiis B. Mariæ, alterum de Fraternitate Compaſſionis, eiuſdem tum verſibus heroicis duas Coronas roſaceas; Pſalterium maius & minus &c. Petrus Goffredus, ſiue Geoffroy, Gallicè ſcripſit Hiſtoriam Diuæ Virginis Garazonæ cum meditationibus ſuper Litanias Lauretanas. Pompeius Brunellus, Italus, *Duas* orationes in Virginis laudem. Carmina varia Ægidius Guitmaier, Carthuſianus; & Antonius Cerrius, Italus. Quorum omnium teſtis eſt author Bibliothecæ Marianæ.

N Præter hos omnes egregios ſcriptores, illuſtrauere adhuc B. Deiparam nonnulla miracula. Nam voto facto viſendæ Virginis Anicienſis conualuit Ludouicus Michel, Pharmacopola *Molinenſis*, à medicis ob violentam febrim depoſitus, vt habet Odo Giſſæus lib. 3. cap. 43. hiſtoriæ Virginis de Podio. Voto autem emiſſo

ad Beatam Virginem Lætitienſem, vita reſtituta eſt recens nato infanti, vt habet Cerizierius 2, parte hiſtoriæ Lætitienſis cap. 1. n. 2. Et vt habet ibidem cap. 16. n. 1. *M*ortuus puer quadriennis excitatur ad vitam.

*M*emorant quoque ſæpè ſuprà citatæ Socie- O
tatis Ieſu Annuæ mirabilia de diuerſis. Homicidij reus & ſimul deſertæ militiæ, Audomari in carcere detinebatur, breui condemnandus à Iudicibus: inuocauit Virginem Lauretanam, & voto promiſit ſe ædem eius, duóque alia *Diuæ* Virginis templa, ſuppliciter viſitaturũ, ſi vinculis ſolutus vitam denique obtineret: ſubita lux totum carcerem colluſtrans hominem repleuit fiduciâ, vt quamuis paulò poſt condemnatus ſit à Iudicibus, appellarit ad ſummum Arteſiæ tribunal, à quo, Diuâ Virgine fretus, vitam libertatemque impetrauit. Sic prædictæ Annuæ. Quæ etiam memorant imagines duas Diuæ Virginis ex quercu Sichemienſi, Audomari in Collegio non ſine pompa collocatas fuiſſe: & quidem cum elogiis B. Deiparæ deductis ex montibus, fontibus, templis, portis, turribus, ædibus, arcibus, ſedibus, oppidis, plantis, & aliis eiuſmodi, cum multa inſtrumentorum muſicorũ melodia.

Sed non tantùm Audomarum, verùm etiam P
Luxemburgum, aliáque Belgij loca, iſtiuſmodi icunculæ ex quercu Sichemienſi ornauerunt, vt videre eſt ex prætactis Annuis. Imò etiam Nanceium in Lotharingia; in Domo etenim Probationis Nanceiana Societatis Ieſu, iſtiuſmodi icuncula repoſita eſt, & ab omnibus venerationem non exiguam habet.

Cracouiæ, partûs dolores ſedati ſunt, & pro- Q
les fœliciter ſuſcepta poſt votum ad Virginem conceptum. Lublini manca reſtituta eſt manus, & cum manu conſcientia in fœmina, quæ Deiparam inuocauit, quam priùs impiè oderat. Vilnæ Sodalis Parthenius globo iaata vmbilicum traiectus, adlectus ad Sodalitium, cuius tantummodò erat tyro, paulò poſt ſanatus eſt. Dolæ liberatus quidam ab acuto artuum dolore inuocatione Deiparæ eſt. Alius à tetris moleſtiſque ſpectris; ac deinde à viſis pietatem præ ſe ferentibus, adeóque ab ipſa Trinitatis ſpecie oblata à dæmone exemptus eſt implorata Virgine.

Beneficio Diuæ Aſpricollis, Duaci matrona R
grauiter mammæ cruciatibus vexata, ſine vllo ſenſu doloris ſanata eſt. Vir eius à dyſenteria liberatus. Et nobilis Gallus iam in agonia poſitus, votiuis luminibus accenſis ante Virginis imaginem, ſubitò reſtitutus, lætus & alacer ſurrexit medicis ſtupentibus, vt Annuæ teſtantur.

Et Petrochorij, medicus cõclamata iam ſalute; S
in Beata *V*irgine remedium repetit: voto quippe de ineunda eius Sodalitate nuncupato, vis omnis morbi extincta eſt. Molinis paſſim graſſante lue, Dei genitricis Litaniæ indictæ, & à tenera Scholarum iuuentute vno corde & ore deuotè recitatæ, ſalutem reuocarunt. Quod idem factitatum eſt fœdo dyſenteriæ malo liberaliter debacchante, cui tanquam murus obiecta eſt in honorem Diuæ Virginis facta ſupplicatio. Ingolſtadij, votum inuiſendæ S. Virginis Eremi Helueticæ, brachij ſiderati, ſiue ſacro igne contacti, integrum vſum reſtituit. *A*lij intercutis aquæ fluuius, alij tumor toto corpore, alij captiuitas, implorata Virgine, adempta eſt.

T At Peruuij, in Reſidentia nouæ Carthaginis, cuidam Mahometano ad perpetuas triremes damnato, apparuit, non ſecundum quietem, ſed interdiu B. Deipara *A*ngelorum ſtipata comitatu, monuitque actutùm ſuſciperet Chriſtianam fidẽ, ſi ſempiternis mactari nollet ſuppliciis. Hunc nobilis matrona è vinculis in libertatem aſſeruit, vt fide imbutus baptiſmali aqua demum ablueretur. Sic Annuæ.

V Interim verò Parmæ, Approbatarum Beatiſſimæ Virginis Litaniarum quotidie in ſingulis domibus recitandarum vſus introductus eſt, quod difficile non fuit in ciuitate erga Deiparam propenſa. Fuit verò in quadam familia nonnullus adoleſcens, qui non verbis ſolùm, ſed & reipſa auerſabatur eiuſmodi vſum, non ſine aliorum offenſione. Quadam autem die, familiaribus omnibus de more concurrentibus ad piam illam exercitationem, rogatus vt ſemel ſaltem cum reliquis adeſſet, adfuit, & in alium virum repentè mutatus eſt. Ita literæ eædem Annuæ.

Z Zebnani autem in Philippinis, in Miſſa de Beata Maria, quæ ſabbatis quibuſque diebus decantari cœpta eſt, hoc anno adiuncta breuis eſt, ad populum exhortatio de Deiparæ virtutibus; quo peractum eſt, vt vrbem ferè totam ad hoc tam pium opus ſeſe accingentem, ſpes ſit haud exigua in incepto manſuram ac perſeueraturam.

AA Sed & in Boholenſi Inſula factæ ſunt quamplurimæ ad Deiparam preces contra *M*indanaënſem aduerſarium illi Inſulæ imminentem: & hunc, numero licet inferiores, Hiſpani in fugam vertunt, atque diripiunt: quin & eiuſdem claſſem violentus turbo disiicit, atque profligat, vt vel ipſum inuitum ad patrias oras & repellat, & retineat. Ita literæ Annuæ, quæ etiam aſſerunt in eadem Inſula, non vnâ tantùm vice Crocodilos ne vorarent homines, impeditos fuiſſe inuocatione nominum Ieſu & *M*ariæ.

BB At Redonibus, libidinum ſeruus quiſpiam ac verè carnis mancipium, hoc tamen præclarum habebat, vt Roſario recitato Virginem quotidie ſalutaret. Aliquando cùm iam ad meretricem in viam ſe dediſſet, venit cogitatio nondum decurſi Roſarij; redit in cubiculum, Roſarium recitat, in qua recitatione larua terretur apparente, qua euaneſcente, fruitur Deiparæ aſpectu, tantáque ſuauitate perfunditur, vt ſtatim, concepto caſtitatis voto, ſe Deo Deiparæque obtulerit magna vitæ mutatione.

CC Biterris verò Sodalis Parthenius obſequium Diuæ Virginis relinquens, & breui mortuus eſt, & ante mortem miſerè obſurduit. Alius Moguntiæ, eodem ſe vitio obligans, præceps in furta ruit, & à furtis ad furcam ſecurimque deuenit; furca enim quam meruerat, & cui addictus erat, eum ſecuri permutata eſt.

DD Non ſic Viennæ in Auſtria, vbi in Sodalium album viri præſtantiſſimi admiſſi ſunt. Non ſic & Pragæ, vbi Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Capuæ Antonius Caietanus, necnon Pragenſis Archiepiſcopus Carolus à Lamberg, aliique Sodalitij tabulis nomina ſua inſcripſerunt. Quo etiam tempore Maximilianus Bauarus cum Elizabetha coniuge ſua, ad Virginem Oetinganam ſupplex & pedes profectus eſt; nec

eum

eum ventorum, procellæ, pluuiæ, niuiſque iniuria ab itinere ſuſcepto vlla ea parte reuocauit; ſed conſtanter profectus, conſtanter quoque ſuum Virgini obſequium obtulit, & priùs: ædem eius iam à longè viſam ſalutans, duo ſacra in æde eius continenter de genibus audiens, ſacram Euchariſtiam ſumens, multa denique pretioſa dona exhibens.

Sed & Nanceij præclarum iſtud accidit, vt EE eum communi ciuium plebecula non abnuerit eodem in Sodalitio commiſceri, ad Virginis laudem, ipſa curiæ ac Principum Maieſtas. Cùm enim antè eſſent Sodalitates Nanceij geminæ, accidit neceſſarium eſſe ambas in vnam confluere, in quam Vademontanus Comes, qui poſt fuit ſupremus Princeps, ipſe ſummi Principis, Ducis nempe Lotharingiæ filius, eum Principe Ioinuillæo, Ioanne Porceletto, Reginaldo Gournæo, aliiſque Lotharenſi Conſilij Dominis, ac Primoribus nobilitatis, ſeſe libentiſſimè recepit. Quæ omnia patent ea Annuis prætactis.

Sed & in Sicilia, maiore ſanè cultu ciuitas Platienſis honorare cœpit Diuæ Virginis imaginem, FF quam, vt fert fama, Comes Rogerius in vexillo contra infeſtiſſimos fidei hoſtes Saracenos, explicuit, quo tempore Siciliam ab eorum tyrannide diuino fretus auxilio vindicauit. Sic prædictæ *Annuæ*.

Quæ denique aſſerunt inſtitutas hoc anno GG Sodalitates Parthenicas; Ticini vnam Opificum, alteram Scholaſticorum. Nicææ Virorum. Vbedi *Magnatum*. Muſſiponti minorem. Aquiſgrani, & Tinagone apud Philippinas.

## Anno deinde mundi 5591. Chriſti 1608.

PLura certè, ſi non facta, ſunt ſaltem notata A miracula; quæ hîc obiter tango. Ceriziertus in hiſtoria Diuæ Lætitienſis c. 16. n. 3. excitatam ope eiuſdem Diuæ puellam mortuam deſcribit, non ſine omnium ſtupore, vbi pater illius Petrus du Buys, Normannus, prope Dieppam habitans, preces ſuas Deo Virginiſque obtulit. Aliud excitati pueri refert Charron 1. Iunij n. 3. ope eiuſdem Virginis à Lætitia, cuius pueri pater dicitur Franciſcus Oliuerius; qui hoc anno Lætitiam venit, quamuis ſuperiore vitam puer eius recuperaſſet. Idem Vincentius Charron 13. Nouembris n. 3. prolixè enarrat mirabilem ſanationem pueri, cui nomen erat Nicolaus Frahault, nobilis & nouennis, qui caſu repentino in terram ab alto proruens ſibi grauiter contuderat caput, quem tamē Chirurgus, poſt primum appoſitum remediorum iuuamen, apparatum vulgò nominant, poſtmodùm rediens tam perfectè ſanatum inuenit, vt ne veſtigium quidem cicatricis vllius appareret. Idem habet Cerizierius 2. parte cap. 10. n. 8. qui etiam n. 7. Simile penitus miraculum enarrat in ſanato ope Virginis Lætitienſis Antonio Ricart Pariſino. Rurſus idem Cerizierius ibidem c. 5. n. 3. & Vincentius Charton 17. Iulij n. 4 loquuntur de Claudia Choiſeul, filia Antonij de Choiſeul Baronis Cleſmontis in Baſſiniaco, quam Diua Virgo inuocata ſubitò à periculoſa dyſenteria liberauit.

Sed & Odo Giſſæus in hiſtoria Diuæ Virginis B Anicienſis lib. 3. cap. 43. non tantùm recenſet dyſenteriâ ſanatum ruſticum quempiam; ſed & Iacobum Larmande, antè paralyticum, veniſſe Anicium ſoluendi voti cauſà ob curationem ope Deiparæ acceptam. Inſuperque Franciſcum Gambelonem, Sacerdotem in Marchia Lemouicenſi, profluuio ſanguinis propemodum, enectū non tantùm redditum ſoſpitati, verum etiam apparitione Deiparæ & conſolatione amicè fuiſſe recreatum.

C Vlterius Iacobus Bertrandus de Virgine Charmenſi cap. 11. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 9. §. 3. n. 2. ac Vincentius Charron 17. Ianuarij n. 3. miraculum explicant, quod Virgo ſancta exercuit in Petro Pillat Sabaudo, qui per ſortilegium & mutus redditus, & à dæmone poſſeſſus, ope Virginis ſanatus eſt, & oris primâ apertione in hæc verba proropit, *Ieſu Maria*.

D Enituit verò maximè Mariana pietas erga quemdam hæreticum, cuius nomen eſt *Martinus* Guerricus, de quo Annuæ literæ Societatis Ieſu, & ex his Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 4. §. 3. n. 5. Vincentius Charron 25 Decembris n. 18. Balinghem 8. Decembris n. 6. & Gononus in Chronico hoc anno, & alij, aiunt monitum eum fuiſſe à Deipara, vt hæreſim abiuraret, paratum quoque ſe teneret ad tranſitum in cælum, quò eum receptura erat peruigilio Natalis Domini. Sic monitus ille vocauit Sacerdotem Societatis Ieſu Fredericum Fournier, qui tum Bambergæ concionatorem agebat, cum quo, quamuis plurimùm reluctarentur hæretici, minaſque intentarent, nihilominus res ſuas pro cælo comparans Martinus; ſciſcitanti ſimul atque miranti Fournierio vnde tanta gratia Martinum exciperet, dixit: ſe quotidie ſolitum fuiſſe ſepties recitare ſalutationem Angelicam in memoriam honoris & gaudij, quo perfuſa eſt Beatiſſima Virgo, in diuini Verbi incarnatione; nec ab hæreſi tantum potuiſſe corrumpi, vt ab hoc ipſo quantulocunque Diuæ Virgini reddendo officio auerteretur, in cuius cultûs compenſationem, piam cæli Reginam cælum aperuiſſe iſti ſuo clienti, agnouit Fournierius.

E Sed ea Annuis iiſdem Societatis Ieſu, rurſum hæc ſequentia patent. *Auſcij*, votum conceptum iouiſendæ Virginis Garazoniæ, confeſtim expediuit à periculo manifeſto mortis ex morbo repentino inuadentis, ipſum vouentis patrem. *Anicij*, votum aliud frequentandæ quotidie domûs Deiparæ, æs alienum paulatim dedit abſoluere. Tornaci, puella octodecim annos ex ophtalmia laborans, fusâ prece ad imaginem ex quercu *Aſpricollis*, ſanitatem perfectam adepta eſt. Leodij ope ſimilis imaginis, nobilis Matrona difficultate partûs exempta eſt. Quin & in Hollandia, quædam mulier etiamnum hæretica, inuocatâ S. *Virgine* Sichemienſi, ſubitò ſanata eſt à magnis pedum ſuorum doloribus ac demum à prauitate ſui ſtatûs. Cracouiæ, duo treſve, voto nuncupato ad Diuã Czeſtochouienſem, à captiuitate liberati ſunt: imò etiam Moſci à Chriſtianis repreſſi; hæretici ipſi contra *Moſcos* incolumes ſeruati ope eiuſdem Diuæ, vt fuſiùs dicitur in iiſdem Annuis.

F Brunæ Sodalis quidam preces Veſpertinas in templo perſoluens, dum Virginis canticum *Magnificat*, ſecum ſuccineret, ita contemplatione

exarſit, vt in ſola nemora receedeos biduum ibi poſuerit citra vllum cibi potúſque vſum.

G At Bergę, quędam, Iudęam ſe ſiogens ex oppido Nazateth; & filio ſuo lumen linguámque à Beata Vitgine Sichemienſi redditam mentiens, bis Baptiſmate, bis Confirmatione delibuta, lucellum vodecunque venans, morte denique punita eſt.

H Fraaenali, Adoleſcens nobilis mulietculæ prouocatus illecebtis, hâc ſolâ vicit recordatione: *Si non eſt mundus; qui non viuit vt mundus; nec profectò Sodalis eſt Sodalis, ſi non viuit, agit, loquitur, vt Virginis immaculatæ Sodalis; castè ſcilicet & purè.* Atque illo taoquam impenetrabili ſcuto tela omoia cupidinis repteſſit.

I Ibidem, alius adoleſcens interiùs inuitatus ad Sodalitium Virginis, acquieſcere ooluit prætextu impoſſibilitatis abſtineodi à iuramentis: ſed per viſum admonitus à Deipara, & de ſua duritia correptus conſilium in meliùs mutauit, magoóque animo ſe obſequio Deiparæ mancipauit.

K Saſſari io Sardinia, obiit ſexto *Auguſti* Sebaſtianus Campo Societatis Ieſu Sacerdos deuotiſſimus in Deiparam, io cuius honorem ieiunabat ſingulis Sabhatis, quotidie eiuſdem officium recitabat, & ah occaſu ſolis, vſque ad gallicinium Diei Domioicæ ſingulis hebdomadis, flexis genibus ac nudo capite, etiam hyeme intempeſtâ; coram effigie S. *V*irginis Annuociatæ orationem protrahebat. *M*ulta paſſus eſt in Algeriana captiuitate, multa voluntariâ etiam mortificatione; ſæpè quoque viſitatus fuit à Deipara cincta ſplendore, & mirabili pulchritudine decorata, vt fuſiùs proſequuntur *A*nouæ.

L Otopeſæ in Luſitaniæ Prouiocia, quidam claudus ac totis artubus impeditus, cùm iuiſſet ad ſanctam Mariam Guadalupenſem, vouit ſe facturum Confeſſionem generalem, cùm à triginta annis pudore multa ſubticuiſſet. *V*bi votum emiſit ſtatim ſanatus eſt cum ſtupore omnium. Verùm iterum pudore ſuadente peccata ſubticuit, ac proinde totus morbus rediit, imo & aliquantò grauior. Sic prædictæ Annuæ literæ.

M In Domo Zacatecana Prouinciæ Mexicanæ erectum eſt Sodalitium B. Virginis Anounciatæ, cui Nobiles omoes nomen ſoum dederont; & ſicut illud magnis virtutibus, ita ſupellectili pretioſa exornauerunt, præſertim Icone, quæ mille ſupra quingenta auri ponderibus comparata eſt.

N In oppido Abuiògenſi, vidua quædam hydropiſi laborans, ſub extrema morbi, vixdum bene catechiſata, baptiſata fuit & obiit. Octo poſt mortem horis rediens ad viuos, aſſeruit à ſe viſam fuiſſe Deiparam comitatam Angelo, à qoa interrogata eſſetne Christiana? demum edocta fuit preces Chriſtianorum, nempe orationem Dominicam, Angelicam ſalutationem, & ſymbolum Apoſtolorum, atque ita remiſſa ad corpus ſibiquée reſtituta. Viſionem veram fuiſſe probauit effectus; illas enim preces, quas antè à nullo didicerat, coram omnibus valde expeditè promebat, addebátque Religionem Chriſtianam ineffabili à Deo compenſari præmio poſt mortem. Haud multò poſt & vocem amiſit & vitam, oec ampliùs rediit. Multos fuiſſe huius prodigij teſtes aſſerunt prædictæ annuæ in Duлachiana Sede Philippinarum Inſolarum.

O Flexiæ, adoleſcens, qui ſe imprecationibus diris deuouerat, ſequenta nocte agitatus eſt ſpectris, nec niſi implorata Diuâ *V*irgine liberatus eſt ab iis. Simili modo Dinione alius, ſtimulante conſcientia, ſuum nihilominus peccatum exoſculans, viſus eſt ſibi, cùm in ſomnis eſſet, in tartarum à dæmonibus rapi. Diuam tamen *V*irginem imploratam adeſſe, quæ & dæmones fugauit, & amatorem ſuæ culpæ ſeriò de ea corrigenda admonuit.

P Camberij Cauſidicus vnus centum fermè annum Congregationis cœtum inire omiſerat, contentus aliqua prece: ſed qoieſcenti ſpecies obiecta Deiparæ reliquos Sodales amplexantis, fouentis, ac benedicentis, ſe verò auerſantis, diligentiorem io poſterum effecit. Ibidem, cum alio item Cauſidico deteriùs eſt actum, quem à Sodalitio ſe ſe ſubtrahentem, pigrúmque in obſequio Virginis, ſuus pugio, in quem corruit, ex ſectum in rixa, abunde ſuæ oegligentiæ admonuit. Sed & ibidem, quidam adoleſcens, poëſeos penè inſcius, inuocatâ tamen Beatâ Deiparâ, tam aptè compoſuit, ut io diſtributione publica præmiorum præmium primum retulerit. Sic videlicet nec minima infaotium, ut ita dicam, vota Deipara negligit. Quæ omnia notant Annuæ.

Q Veſuntiooe Imago ex querco Sichemienſi, variis clarere miraculis cœpit in Collegio *S*ocietatis Ieſu; quam multiplici apparatu Sodales, populus autem vniuerſus ſupplicatione illuſtri, in qua eminebat præclariſſimus Corinthiorum Archiepiſcopus Imaginem infulatus ferens & collocàos, cohoneſtarunt. Sic Annuæ Societatis Ieſu.

R Hoc etiam anno, vt habet Gaſpar Lechnerus in Sodali Parthenio libro 1. cap. 9. vel 10. Alexander Bertius Mediceus, Florentinus, decimo & quioto anno ætatis ſuæ vitam ſanctiſſimè actam, beneficiis Marianis quampluximis refertam abſoluit. Etenim vt pauca de multis attingam, viſa ſæpè eſt Beata Deipara Alexandro dormienti aſſiſtere, eumqúe floribus inſpergere; ſæpè quoque ipſe viſus eſt duos inter *A*ngelos conſiſtere, qui conſtituti à Deipara erant, vt eius integritatem tueteotur. Et ipſa ſanctiſſima Virgo oon abfuit morienti, vnde ipſe morti proximus exclamauit: *An non coram intuemini Mariam Dei Matrem, Dominam meam; meúmque cuſtodem Angelum; & Mariam Magdalenam de Pazzi?* Erat hæc Magdalena Alexandri perſtudioſa, quem Angelum terreſtrem appellare coosueuerat, & quæ ſuperiore aono deceſſerat è vita, vt dictum eſt literâ G. in eodem illo anno. Obiit verò Alexander menſe Aprili, virtutibus quæ Parthenium Sodalem decent pleniſſimus, & iam de Religioſa vita ineunda cogitans, in qua ſe perfectiùs Dei Deiparæquée obſequio conſecraret.

S Bruntruti eodem hoc anno puer oondum bimulus ex alto in caput decidit, & ita capite concuſſus eſt, vt cranium duobus digitis hiaret. Chirurgus actum eſſe conclamat; mater tamen ad Deiparam confugit, & facto voto ad Diuam in Kirchoffem, duabus poſtquam puer cecidit horis, ita ſanatus eſt, vt cum aliis eadem die cœnauerit. Ita Annuæ Societatis Ieſu aoni 1610. refereotes ea quæ ſuperiùs contigerant, nempe hoc anno.

T Denique eædem Annuæ adhuc commemorant, Bibili inſtitutam eſſe Congregationem opificum, & in vrbe Fregenalenſi, quæ eſt Hiſpaniæ, B. Virginis Conceptæ Sodalitatem.

V Vlteriùs ex ſcriptoribus Marianarum laudum, Iacobus Pontanus Societatis Ieſu emiſit in lucem Meditationes, Preces & laudes in Virginem matrem ad vſum Parthenianæ Sodalitatis. De qua re teſtatur Poſſeuinus in Appendice ad primum tomum Apparatus. Ex eadem Societate obiit Ioannes Maior, octauo Septembris, qui Duaci typis vulgarat Exempla multa de S. Deipare. Sed & Theodorus Petreius, alumnus Carthuſiæ, Coloniç emiſit Conciones de Deiparæ feſtis. Philippus Ferrarius, Seruita, de anulo pronubo D. Virginis, quem Peruſini tenent, parænesim conſcripſit. Marianus de Alcamo, Capucinus, De modo contemplandi Coronam Matris Dei, librum vnum expromplit, & Officium parvum Stellarij Gaudioſi, Doloroſi, & Glorioſi ordinauit. Cornelius Tiraboſcus, Dominicanus, Antitheſes Lamentationum Euæ, & Canticorum Mariæ, Hetruſco carmine diſpoſuit, libris, ſiue cantibus undecim; præter aliquot Conciones. Franciſcus Corteſius, ex Ordine Minorum, Italicè ſcripſit ſuper *Aue Maria* opus prænotatum, Lilium Angelicum, ſeptem continens lectiones pro Sabbatis Quadrageſimę. In quod *Aue Maria* Beatus Andreas Auellinus, Clericus Regularis, librum vnum edidit, & 10. Nouembris, antequàm euulgaſſet, hoc anno mortuus eſt. Quorum omnium teſtis eſt Marraccius.

Z At Dorotheus Vvalrauus, Hornanus, Batauus, Iuriſconſultus ſcripſit Carmina ſacra de Beatæ Mariæ Virginis Conceptione, Annunciatione, Purificatione, Aſſumptione, excuſa Louanij hoc anno, vt ait Deſſelius in Belgica Bibliotheca. Mariana verò Bibliotheca adhuc memorat Ferdinandum Bongiornum, qui Venetiis edidit Meditationes circa myſteria vitæ Deiparæ. Leonem Mirçum, Antuerpienſem, qui tres Panegyres. Petrum Beſſeum, Gallum, qui patriâ linguâ Conciones octo in Feſta Beatæ Mariæ elaborauit.

X Scripſit demum Bibliothecam ſiue Theatrum concionum Georgius Bertholdus Pontanus, Pragenſis Eccleſiæ Præpoſitus & Officialis, quo in opere varios de Beata Virgine & feſtis eius ſermones immiſcuit. Prodiit verò hoc opus Coloniæ hoc anno ſumptibus Antonij Hierati. Sed nobilitat hunc adhuc annum quod accidit in Eccleſiæ S. Mariç Faueroenſis, in Burgundiæ Comitatu, diœceſis Veſuntinenſis; vbi licet anteà plurima de cælo prodigia morborumque curationes crebreſcerent, & inuocatione Diuæ Virginis obtinerentur: hoc prætereà tempore, medios inter flammarum globos depaſcentium ædem B. Deiparæ, illæſæ conſtitit ſacra Eucharistiæ Hoſtiæ ipſo die Pentecoſtes, qui incidebat in vigeſimum quintum Maij, inquit Poiræus ipſe Burgundoſequanus Triplicis coronæ tractatu 1. c. 12. §. 5. n. 58. Quàm miraculi ſcenam ad annum præcedentem adſcribit Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, verbo Fauerneyum, citatis Gualtero & Opmero; hoc in Chronico, illo in Tabulis Chronographicis.

AA At Bouerius in Annalibus Capucinorum n. 12. & 13. huius anni meminit Siluij Mediolanenſis Sacerdotis: cui Modoëtię recitanti hymnũ *O glorioſa Domina* talis extaſis incidit, quę iuxtà à terra ſublimem eleuaret. Sæpè etiam præſentia Virginis tanta cum dulcedine fruebatur, vt prorumperet in hæc verba, *ſat eſt, Beatiſſima Virgo, ſat eſt.* Idem verò author n. 38. mentionem facit Marci à Scotonneto, Laici legere neſcientis, qui à fratribus incitatus à Deipare poſtulauit ſcientiam legendi, vt ſic Virginis officium perſoluere valeret. Verùm, en quid audiit ab apparente ipſi Domini noſtri matre: *Marce Regula tuum tibi Dominicarum precum officium præſcribit; quid tibi literis opus eſt? hoc penſum diligenter ſolue & intra illas tuæ vocationis metas te contine.* Quo Mariano oraculo bonus Laicus contentus, hactenus ſe à literis abſtinuit. Denique n. 98. & 99. memoriam facit tum Bartholomæi ab Alexandria, Laici, Beatiſſimę Virginis aſpectu in morte recreati: tum Mauri à Morella, Sacerdotis, cui cum aliis oranti B. Deipare filiolum Ieſum ineffabili clementia inter vlnas porrexit. Iam verò,

## Annus mundi 5592. Chriſti 1609.

A HAbuit ex Annuis literis Societatis Ieſu notatione digne quæ ſequuntur. Torunij in Polonia, Blaſphemus in Virginem repentè in ipſo domûs ſuæ limine tactus apoplexiâ miſerando caſu corruit. Rigæ in eadem Polonia, fœlicior, mulier blaſphema in Virginem & hæretica, fuit, quæ partus dolore periclitans, inuocatâ Dei matre Virgine, ſtatim fœtum emiſit.

B Louanij, Anglus nobilis ante biennium ex hæreſi ereptus magno ardore ſe Deiparæ obſequio in Sodalitio deuouit, & præmunitus ſacramentis cum inuidenda ſorte ſecurè ſimul & ſuauiter obiit. Contra Sodalitij deſertor imparatus interemptus eſt: ortâ enim aliquâ rixa, non bene ſobrius glande plumbea traiectus eſt, & emota ſubitò mente nullo pœnitentiæ doloriſve indicio dato miſerè eſt extinctus.

C Valentiæ in Hiſpania, alius mulierculæ domum impuro animo ingreſſus, Deiparæ Virginis effigiem in angulo forte latitantem oculis deprehendit, cuius repentino intuitu omnis vltrò impuritas peccandique voluntas fumi inſtar euanuit. Conuerſus ergo ad proſtibulum adoleſcens: *Quînam* inquit, *audes, ô prepudioſa, coram tam pura Virgine tam impura flagitia patrare?* Nec deinceps potuit vllis blanditiæ mulierculæ teneri, ſed victor ſe ſe ſubripuit, & ad pœnitentiæ Sacramentum ſubitò conuolauit.

D Gerundæ in eadem Hiſpania, plures annos ſcortum quoddam ſuo nomini conuenienter vixerat, nec interim recitandæ Coronæ in honorē Virginis piam conſuetudinem omittebat, hoc vnum ſæpius exorans, vt ne ſaltem in eo flagitiorum cœno extremum ſpiritum exhalaret. Quod etiamnom obtinuit; nam licet caſu ebrepte ſit miſera mulier torrentis impetu & abſorpta, ſignis tamen pœnitentiæ datis, à Sacerdote priuſquam moreretur abſolutionem, confeſſione factâ vt potuit, aſſecuta eſt.

E Nouodomi in Prouincia Auſtriæ, Nobilis quidam adoleſcens ſubita febricula deceſſit; qui in vltima lucta iuſſit à ſe canem nigerrimum ſcutica abigi, vt B. Virgo, quam cum filio ſuo & Angelo Cuſtode aduentare videbat, commodũ acceſſum



Digitized by Google

habeter; quam etiam lecto iam adſtantem manibus iunctis venerabundus alloquebatur: *ô Virgo, ô Maria, ô Patrona mea dulciſſima, tuum ne deſere tibi caſtimonia voto obſtrictum, in hora mortis ſuſcipe.* Dixit, & repetitis Ieſo Mariæque nominibus fœliciter animam ſuo reddidit creatori.

F Olomucii, Adoleſcentulus ex infima Grammatices & Parthenius, ſolitus Officium Diuæ Virginis, dũ bene valeret recitare, etiam in ſumma ægritudine hoc quoque ſibi faciendum putauit. quod dum qua poteſt conatur, tandem aliquando interit; & tam pertinaciter libellum precum intra digitos retinet, vt cum eodem, velut Mariana teſſera pietatis, mandari terræ debuerit.

G Præterea Auſcij, & Anicij, & Rigæ, & in Sede Boholana Inſularum Philippinarum, alijs & alijs Beata Virgo ſplenduit miraculis. Nam Auſcij, Sacerdos voto Sodalitij ineundi concepto ab extrema ægritudine conualuit: Adoleſcens verò à medicis deſertus, præter votum Sodalitij, uotum inſuper emittens viſitandæ Virginis dictæ Garaſoniæ, valetudinem recepit. Anicij, quidam à Sodalitate capeſcenda abhorrens, violento morbo oppreſſus, voto Sodalitii ſeruatus eſt. Alius à vorticibus torrentum, inuocata Maria incolumis euadit. Rigæ gregarius miles iam captus ab hoſtibus, & vtique ligatus, Deipara in auxilium vocata, eius beneficio ex hoſtium manibus & ſclopis illæſus elabitur. In Sede Boholana, applicata ærea Diuæ Virginis icuncula ex Roſario pendula, de faucibus pueri excuſſa eſt peracuta ſpina, & dolor omnis euanuit. Ager item cuiuſdam Indæ integer ſeruatus eſt Virgini commendatus, reliquis per locuſtas vaſtatis.

H Sed & Calari, Roſarium Diuæ Virginis, quod fœmina turpi ſcelere obſtricta, bis, ter, quaterque nouo funiculo innexuerat, & pendulum in conclaui collocauerat, ſemper ab ea repertum fuit fune & globulis diſiectis; quo monita eſt meliorem ad frugem ſeſe recipere. Similiter quidam imaginem Conceptæ Virginis multoties parieti affixam, & vno quidem die ſepties, ſemper vidit refixam, quoties in libidinis cœno hæſit: imò etiam vidit auolantem, ob perſeuerantiam in peccato; & loco eius ſuccedere ſpectra dæmonum varioſque terrores.

I Quidam item Reguli Angolani Luſitania rebelles, quos benigno B. Deiparæ auxilio ipſi Luſitani ſuperauerant, ad fidem Chriſtianam denique conuerſi ſunt, paulò antè quàm funeſta morte tollerentur, ſed non tamen ſine eadem innocenti B. Deipara: Nam ſacerdos, qui pro iis ad mortem parandis laborabat, vbi fudit ad Deiparam preces, & Roſarium in collum vnius iniecit, quos hactenus expertus erat reluctantes, habuit obſequentes, gratiamque baptiſmi poſtulantes.

K At Bordigalæ Sodalis Parthenicus, vbi ſe in difficili morbo à medicis deſperatum agnouit, ad Deiparam confugit, ſpopönditque ſi valetudinem eius ope recuperaret, in Virginis Sodalitate anno integro æditui munere diligenter planè functurum. Audiit clementiſſima mater, & niueo amictu clienti ſuo ſe offerens ſanitatem reddidit. Sed & Aueniome puero conclamato recuperata ſanitas eſt, fuſis per pueri matrem ad Deiparam Litaniis.

L Biſuntini verò Sodales, ipſo peruigilio Virginis Annunciatæ, in templum Societatis Ieſu ſupplicatum ingreſſi coram Sichemienſis Virginis (id eſt ex quercu Sichemienſi facta) imagine ſuperiore anno in templo Collegij poſita, vota ſua promplere; atque in amoris pignus cum funalibus candidis, votiuaque tabula, cor argenteum pretio & arte conſpicuum depoſuere ſic inſcriptum. *Congregatio Annunciata Virginis hanc puro ex corde puram cordis effigiem, potioris obſeruandæ puritatis ergo, puriſſimæ Virgini, cuius ex montis acuti quercu, in Collegio Societatis Ieſu Veſuntionenſi, colitur imago mirabilis, vouet, dicat, dedicat.* Hanc Scholaſticorum pietatem tota poſtmodùm ciuitas alacriter imitata eſt. Et hæc non modò Annuæ prædictæ commemorant, At prætereà ex iis Gaſpar Lechnerus in Sodali Parthenio lib. 1. cap. 6. n. 8. Sed eædem Annuæ, varia ibidem miracula ſubnectunt, facta beneficio eiuſdem Veſuntinenſis imaginis: vt de puero, quem morbus inhoneſtus ad mortem rapiebat: de matrona ex anhelitu laborante: de puella nobili tumore ſtrumoſo obſeſſa; de opthalmica ſanata; quæ ſatis eſt his verbis obiter indicaſſe.

M Interim Nouitius Societatis Ieſu, cùm propter morbum ne ineptus eſſet meritò pertimeſceret, Virginem implorat, calicemque aureum ipſi deuouet, & quotidie quinas genu flexo ſalutationes. Ex eo tempore ſe releuari ſenſit, iis exceptis diebus, quibus promiſſæ ſalutationis aut non exoluit fidem, aut indiligentiùs exoluit. Ita Annuæ in Rothomagenſi Domo probationis.

N Eædem Annuæ literæ obiiſſe teſtantur Michaelem Aytumum, inter Indos Pictos in Boholana Philipinarum Inſula adoleſcentem Parthenium præſtantiſſimã virtute & deuotione in Deiparam; in cuius honorem non tantum ieiunabat in feſtorum eius peruigiliis, ſed prætereà dis omnes recitauit quotidie corollam precatoriam, & paſſim dicebat hæc verba: *Laudetur vbique Ieſus Chriſtus, eiuſque mater Sanctiſſima Maria.* Portabat ſemper in pendula capſula imaginem eiuſdem Beatæ Deiparæ; & quod caput eſt, exprimebat in ſe ſe perfectam virtutum eius effigiem. Plura vide in prædictis Annuis, in quibus ad longum Michaëlis vita eſt ſcripta.

O Intereà Calari in Sardinia defunctus eſt Pater Ioannes Rogerius Societatis Ieſu Sacerdos, quem à tenera ætate deuotiſſimum in Deiparam extitiſſe certiſſimum eſt, in cujus obſequium, antequam Religionem ingrederetur, caſtimoniæ voto ſe obſtrinxit. In eius quoque cubiculo reperta eſt ſcheda in qua ſua manu ſcripſit, nihil ſe eorum vnquam denegaturum, quæ à ſe, B. Virginis interpoſito nomine, flagitarentur, ſi poſſet. In ſcriptis autem ſuis fermè nihil aliud niſi Magnæ Matris encomia promebat. Quod abundè teſtantur Annuæ citatæ hactenus.

P Ex quibus etiam habetur, meliorem quoque ad vitam tranſiiſſe Claudius Poncœtus Societatis Ieſu Sacerdos & Rector Collegij Anicienſis, quem graui morbo correptum & depoſitum à medicis duo Angeli adoleſcentum ore & habi-

tu candidi, atque formoſiſſimi viſitarunt, tenenteſque phialas aqua turbida plenas, eaſdemque miſcentes, tum hoc ſymbolo, tum ſonora voce animabant ægrotum ad maiorem grauiorum dolorum patientiam. Interim ſuperuenit tertius Angelus a Deipara ſe miſſum præferens; ſpondenſque non diuturnos futuros dolores. In qua eius promiſſione ſe ſpectabilem infert Beatiſſima Virgo puerulum Ieſum in ſuis vlnis geſtans comitata Sanctis Claudio ægroti patrono, & Ignatio Societatis Ieſu fundatore, aliiſque eiuſdem Societatis Beatis hominibus, qui omnes lectulo circumpoſiti prædixerunt, fore vt breui, ſe Ducibus, ad æternæ portum ſalutis æger inueheretur. Ergo Claudius hoc viſo animatus dum ſe diligentius præparat, triduo elapſo, ſuauiter exclamans: *Venite omnes ſancti, adeſte omnes Angeli Dei, omnes ſancti intercedite pro me: ſancta Maria ora pro me*: tranquille animam reddidit. De Ponceoto loquitur adhuc Nierembergius tomo primo Vitarum, in vita S. Ignatij cap. 34. & repetit quæ habent prædictæ literæ Annuæ in Collegio Aniciensi Prouinciæ Toloſanæ. Quæ etiam annuæ eodem in loco, tertio poſt menſe exceſſiſſe dicunt alium ſacerdotem Profeſſorem Rhetorices, nomine Deſiderium Colinum, mira in Deiparam Euchariſtiamque deuotione, cui ferè ſemper eorum memoria præſertim dum ſacrificium Deo offerebat, excitabat lachrimas. Et verò in extrema hac ægritudine, amore Virginis quicquid erat moleſtum placidiſſimè abſorbebat tolerabatque: *Abſit*, inquiens, *abſit, ego vt B. Virginis cauſa nolim obtemperare.*

Obiit verò die decima quinta Iunij Reparata à Paula, Ordinis Minimorum, de qua iſtius Ordinis hiſtoria agit libro 5. pagina 79. & mirabilem eius abſtinentiam auſteritatemque iure laudat. Quoties in choro *Salue Regina* cantabatur, ſolebat ſpecie viſibili ſpectare Deiparam regali apparatu ornatam per medias Moniales prætereuntem: vnde & ipſas ſuas ſocias admonebat, vt interiorem ſimul, atque exteriorem modeſtiam ſollicitè ſeruarent. Vide adhuc, ſi lubet, Vincentium Charton & Balinghem 15. Iunij. Q

Hoc quoque anno ſuper pectus S. Caſimiri, dum ex ſepulchro efferretur ipſius corpus, reperta eſt illa nobilis ac deuota oratio, quam ſecum recondi voluerat, & compoſuerat, & de qua dictum eſt anno Chriſti 1489. litera A. & quæ incipit his verbis: *Omni die dic Mariæ mea laudes anima: Eius feſta, eius geſta cole ſplēdidiſſima, &c.* Quæ ad longum habetur apud Gononum in Chronico anno 1489. & apud Poiræum ad calcem Triplicis coronæ. R

Sed & in diœceſi Leodienſi, cùm quidam faber, nomine Ægidius Vvanlinus, in villa Foyenſi, vulgò dictus *Foy*, annoſam quercum ferro abſcinderet, vt ex ea conficeret phaſelum, reperiens eam interiùs putridam in fruſta quamplurima diuiſit: ſed ecce reperit in medio ſtatuam cretaceam Diuæ Virginis ferreis tribus radiis incluſam, quos vnà cum imagine cortex & arbor creſcens occultauerat, & quodammodò abſorbuerat. Hæc primùm delata ad villæ Dominum, apud eum ſex hebdomadis remanſit; poſteà iterum, vt priùs, ad quercum affixa, & in ſacello conſtructo, vbi antè vetus quercus ſteterat, repoſita; cœpit clarere, miraculis, vocaturque vulgò *Noſtre Dame de Foy*, hoc eſt, noſtra Domina Foyenſis, ex vetere autem quercu multæ perficiuntur imagines, & roſaria, & ſimilia deuotionis adiumenta atque incitamenta. Vide Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap 12. §. 5. n. 60. & qui iſtud ex illo refert, Vincentium Charton 4. Maij n. 1. S

Miraculis itidem claruit Virgo Lætitienſis: T Nam vt habet Cerizierius 2. parte cap. 5. n. 1. certum eſt mulierem viribus mancam ac debilem atque brachij contractione impeditam, ſanatam fuiſſe opitulante Deipara. Et n. 2. Ioannem Hugues, Nouigeoti ad Sequanam famuli fungentem munere, fuiſſe à claudicatione liberatum. Ac n. 3. adoleſcētem, Paſquier nuncupatum, conſimile beneficium recepiſſe. cap. autem 10. n. 9. commemorat præcitatus author, vulneratum grauiter à Turcis fuiſſe Ioannem Baillon nobilem Equitem ac ſigniferum legionis Caſtreoſis, penéque captiuum; ſed inuocata Lætitienſi Diua ab vtroque impendente malo fuiſſe expeditum. Vlteriùs Sueſſione quædam Monialis ex ariditate pedis laborans, ope Virginis, quæ Sueſſione colitur, firmata eſt, quod habet Gualterius, tabularum Chronologicarum pagina 852. & Vincentius Charton 23. Martij n. 3. Contigit quoque Muſſiponti, vt ædificaretur nobilis Eccleſia cum amplo valde cœnobio S. Mariæ Maioris, quod incoluere Præmonſtratenſes Religioſi, qui authore Seruatio Lairuez, piiſſimo ſimul ac ſapientiſſimo Abbate, antiquum Ordinis ſectati rigorem, ad virtutum omnium ſplendorem, præſertimque ad Mariani cultus amoriſque egregium decus magnis paſſibus peruenerunt. Ex hoc deinde cœnobio, velut ex ſole radij, varias in partes Galliæ Lotharingiæque diuerſa Reformatæ Congregationis Aſceteria coruſcarunt. Patent hæc tum ex fronte ipſius Eccleſiæ, tum ex ipſius cœnobij, quod videre ſæpè licuit, gratiſſimo aſpectu. Non fuit autem hoc anno facta fundatio huius cœnobij, cùm alia non ſit, quàm illius Monaſterij, quod vulgò dicitur S. M. in nemore ſiue in ſiluis, nec longè Muſſiponto, nempe tribus circiter leucis, diſtat: cuique olim præfuit mirabilis ille Richardus, & originæ initium dedit, qui viuente adhuc S. Norberto, dæmoniacum quem multi ſimul continere non poterant, ipſe ſolus iuſſus à Priore ſuo compeſcuit. Quippe videns inſolentiam furoremque dæmonis, ex obedientia humilem fiduciam concepit, dixitque: *Præcipiatur mihi per obedientiam, & tenebo eum, non meis, ſed obedientiæ manibus & vinculis.* Cui cùm præceptum eſſet, remotis omnibus aliis, ſolus ille dæmoniacum continuit, vt habetur in Norberti vita cap. 18. apud Surium. Didici autem prædictum Richardum ſepultum iacere in prætacto veteri S. M. in Siluis Monaſterio; merebatur ſcilicet tam robuſta virtus in Mulieris fortis ſacro palatio requieſcere, & futuræ vitæ præmia ſub tali vmbra exſpectare.

V Præter ſuperiora ad literam P. ab litera A. hoc anno non parcè ex noſtris Annuis adducta, facienda mentio adhuc eſt de quodam B. Virg. Sodali pene ſanè omiſſo, qui Bilbili in Hiſpania, poſt ſumptam in cœtu Sodalium Euchariſtiam,

ex improuiſo appetitus eſt à tribus hoſtibus inſtructiſſimis, qui vlciſci ſe velle de quadam, putata ab ipſo prouenisse, iniuria dicebant. Itaque ſic repentinis ille circumuentus inſidiis Virginis Deiparæ tutelam inclamauit, & ſanè obtinuit: geſtabat quippe tunc fortuitò ad pectus deuotam eiuſdem Virginis imaginem, in quam gladius ferientis impingens, repercuſſus adiunci inſtar, ſine vlla percuſſi vel modica læſione ſe ſe inflexit. *Sic Annuæ,*

Addunt inſuper, hæc B. Virginis Sodalitia Z
enata, in conuictu Bituricenſi, Mauriaci, Antuerpiæ pro opificibus, Clagenfurti, Iaroſlauij pro ciuibus, Vilnæ pro alumnis Pontificis, Baëçæ Scholaſticorum binæ, Potoſij Virginis Conceptæ, & Manilæ.

Demum Henricus Sedulius, ex Ordine Mino- X
rum, politiore ſtilo, & verè eleganti ſimulque docto, ſecutus veſtigia Lipſij conſcripſit Hiſtoriam Diuæ Traiectenſis, vt patet ex ipſo opere quod paſſim legitur, & in manus meas deuenit. Præterea Angelus Manrique, Ordinis Ciſtercienſis, Hiſpano ſermone edidit in B. Deiparæ laudem, Conceptiones in præcipuas eiuſdem Feſtiuitates: quas Gallicè reddidit Faſſardus Lugdunenſis anno 1611. Ipſe verò Angelus vno vel altero anteà anno ſine dubio ediderat, vt notat *Marraccius*, Meditationes de Martyrio ſpirituali B. Virginis, eundemque aſſerit creatum fuiſſe ab Innocentio X. Epiſcopum Pacenſem.

Multos inſuper addit ſcriptores *Marianos*
prefatus Marraccius. Gerardum Iacobi, Paſtorem &
Belgam eruditum, qui Louanij & Antuerpiæ, tum Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis B. Mariæ in Omel, tum Exercitium pium in vitam eiuſdem B. *Mariæ*. Ioannem Baptiſtam Bell-Hauer, Italum, qui de Excellentiis Dei genitricis conſcripſit. Ioannem Vincentium Piecinium, Italum item Sacerdotem, qui Sertum Roſariorum, & Diarium ac Septenarium Diuæ Virginis compoſuit. Petrum Thaddæum Roſellium, qui item Sertum florum & fructuum Coronæ myſticæ Conceptionis immaculatæ Matris Dei. Richardum Stanihurſtum, Dublinienſem, qui Hebdomadam Marianam confecit ex Orthodoxis Patribus collectam in memoriam ſeptem feſtorum Deiparæ. Sebaſtianum Roulliard, Melodunenſem, qui Gallicè ſcripſit Hiſtoriam *S. Mariæ* Carnotenſis, ſiue Partheniam.

Adiicit præterea ex Benedictinis: Hippoly- AA
tum Cerbonium, qui Italicè de Virgine opus edidit, cui titulus eſt Vrania, ſiue Anagogica Myſteria ſuper nomen Sanctiſſimum *Mariæ*. Quirinum Goëſſemium, Carthuſienſem, qui Epitomem fecit quinque librorum Caniſij de Virgine Maria. Ex Prædicatoribus: Seraphinum Pennachium, qui compendium de Roſario compoſuit: & Ioannem de Luna, qui ſermonem de ſolitudine Virginis. Ex *Minoribus*; Hieronymum Mengbi, qui Theſaurum gratiarum à Beata Virgine miſeris mortalibus collatarum explicuit, & mortuus eſt hoc anno 10. Aprilis. Ex *Societate* Ægidium Schondonchum, patriâ Brugenſem, qui Paraphraſim in *Salue Regina & Aue Maris ſtella* Antuerpiæ dedit. Iulium Mazzarinum, qui diſcurſus edidit de Gratitudine erga Deiparam; item de Imitatione eius.

Sed clauſo hoc anno dicendum eſt, quòd.

## Anno mundi 5593. Chriſti 1610.

A Henricus quartus Rex Francorum cognomento Magnus, & verè ingenio, indole, bellica vi, & Chriſtiana virtute magnus, olim in Carnotenſi S. *Mariæ* Eccleſia regio oleo iounctus; poſt varia dona in honorem Diuæ Virginis diuerſis Eccleſiis diſtributa, & nominatim Carthuſiæ magnæ fortuito incendio populatæ; poſt inſtituum Ordinem militarem S. Mariæ de Carmelo, & alia eiuſmodi plurima ad gloriam Dei genitricis; miſerando Galliæ caſu ereptus eſt; vt prolixè explicant omnes Gallici Scriptores, præſertim Mattheus & Dupleix. Suſcepit autem eius Regnum decimo *Maij* Ludouicus decimus tertius, Iuſtus appellatus, pietatem patris ſui erga Deiparam & æquans & ſuperans; de quo quia alio loco dicendum erit; hîc tantùm dicam iam ab initio in deuotione Mariana innutritum fuiſſe à Maria Medicæa matre ſua, & ab omnibus in quorum cura eius pueritia fuit: vnde & Deiparam elegit tanquam matrem fidei ſuæ, animi rectricem, protectricem corporis, moderatricem Regni, conſilij lucem, Ducem operis, exercituum vexilliferam, totius maieſtatis datricem, & conſeruatricem, & auctricem. Et verò in Ludouici Iuſti Regno, vt ſemper floruit in Deiparam deuotio, ſicut paſſim dictum eſt, & dicitur anno 1638. litera A. & B. ita eo regnante plurimùm ſanè efflorvit.

B Eodem etiam hoc anno, in vrbe Anicio diœceſis Geneuenſis cœpit Ordo fœminarum B. *Mariæ*, inſtitutore Franciſco de Sales, Epiſcopo Geneuenſi, & multarum virtutum viro. Cui Ordini nomen à Viſitatione ideo datum eſt, quòd primæ, quæ cum ipſo Franciſco laborarunt in multiplicatione eius (inter quas anteſignana fuit Ioanna Franciſca Fremiot vidua Chriſtophori de Rabutin Baronis Chantalij) ob reuerentiam tanti myſterij infirmos, egentes, derelictos, qua voce, qua officio, qua ſolicitudine pia, & miſericordia conſolabantur. Nunc autem Moniales Ordinis iſtius per varias diſperſæ prouincias clauſuram obſeruant, adeóque cùm non poſſint viſitare infirmos, tenentur admittere puellas debiles & infirmas, atque ad ingreſſum alterius Ordinis minùs aptas; Inſuperque recitant quotidie officium Diuæ *Virginis*, eiuſque virtutes, præſertim humilitatem & charitatem, quàm perfectè poſſunt ac generosè imitantur. De hac huius Ordinis inſtitutione vide Spondanum hoc anno n. 11. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 7. num. 35. Vincentium Charron 6. Iunij num. 3. Claudium Robertum in Gallia Chriſtiana, catalogo de Epiſcopis Gebennenſibus.

C Decimo nono Maij Thomas Sanches, Societatis Ieſu ſacerdos, Granatæ exſpirauit. Fama eſt eum, quo tempore Societatem ambiebat, ſæpè à ſuperioribus repulſam paſſum, quod impeditioris eſſet linguæ; Cordubæ in templum Sanctiſſimæ virginis Mariæ, quod à *fonte ſancto* nomen habet, confugiſſe, & multis ſuſpiriis lachrimiſque à Deipara *Virgine* efflagitaſſe, impedimentum illud vt auferret, quod & impetrauit, ingreſſuſque Societatē omni virtute floruit.

Propenſiſſimus erat in ſanctiſſimum ſacramentum, in Ieſum Crucifixum,& in B. Mariam Virginem, hos habebat ternos amores, hæc in omnem hoſtem præſidia. Quæ notat Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis, & Ribadeneira in Catalogo. Poiræus item Triplicis coronæ tractatu 5. cap. 5. §. 5. n. 12. Balinghem ac Vincentius Chatton in Calendario 19. Maij. Habet autem Atlas Marianus libro primo imagine 5. Imaginem B. Deiparæ de fonte ſancto ſepertam fuiſſe à Gandiſaluo Garzia pauperrimo homine & onerato vxore ac filia malè affectis. *Miſerata* quippe hominem ſanctiſſima Virgo, eidémque apparens fontem oſtendit, cuius aqua epota redderet familiæ ſuæ ſoſpitatem. Naſcitur enim, inquit, eo loco, in quo imago mea condita deliteſcit, quam & eru turabis ad multorum ſalutem. Quod & factum, probante Epiſcopo, eſt, & magna populi frequentia eò confluente deportata eſt imago Cordubam, & in præclaro templo conſtituta.

D Auxit autem catalogum miraculorum, quæ fieri ſolent ad B. *V*irginem *A*rdillienſem prope Salmurium, Adriana Eſchard à paralyſi ſanata. *S*imiliter puer incendio decoctus & morte abſumptus, per Diuam Lætitienſem ad vitam reuocatus auxit numerum prodigiorum, quæ fiunt Lætitiæ. De priore miraculo loquitur Vincentius Charron 6. Octobris n. 4. & hiſtoria *B.* Virginis prope Salmurium. De poſteriore Ceriſietius 2. parte hiſtoriæ Lætitienſis cap. 8. n. 3.

E Prodiit quoque hoc anno Manuale Sodalitatis Beatæ Mariæ Virginis, liber ſæpius recuſus, & multum laudatus, quem compoſuit Franciſcus Veron, patriâ Pariſienſis, inſignis hæreticorum malleus, De quo Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu: Fuit enim Franciſcus, tunc cum librum illum conſcripſit & edidit, ex Societate Ieſu, à qua poſtmodùm imprudenter diſcedens, non deſtitit tamen hæreſim magno animo impugnare, & vitam ducere Eccleſiaſtico homine dignam. Ex eadem autem Societate etiam claruerunt. Laurentius Maſellus, qui volumen inſigne Italicè ſcripſit de Vita *B.* Virginis. Stephanus Guyonius, Dolanus, De laudibus Anicienſis Deiparæ orationes duas. Conſtantinus Pulcharellus, Italus, qui Virginis in cælum Aſſumptæ Triumphum Neapoli excudit, & Elegiam Mariæ ad Ieſum in deſerto. Et Alphonſus Auila, Bellomontanus, qui Conciones in feſta Deiparæ. De his omnibus agit Bibliotheca Marraccij.

F Sed & Friburgi Briſgoiæ, prodiit Triumphus Beatę Virginis, authore Iodoco Lorichio, Doctore ac Profeſſore; in quo B. Deiparæ Laudes, Vita, Priuilegia, & Epitheta declarantur, vt videre eſt in ipſomet opere. Henricus autem Vanden Vveiden, Brabantus, edidit Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis Diuæ Virginis in Omel. Iulianus Lignius, Cameracenſis, *Miracula* Diuæ Mariæ Cameraci patrata. Ioannes *Sturmius*, Mechliniānus, Pſalterium & Meditationes de *Virgine* verſibus Trochaicis adſtrictas. Ioannes Chamberlinus, Belga, & Eccleſiæ Cathedralis S. Bauonis Gandaui Decanus. Orationes in honorem Virginis ad Sodales habitas. Meditationes item de vitâ Mariæ & myſteriis Roſarij Federicus Capillutus, Mantuanus, Italicè conſcriptas.

G Claudius autem Dauſqueius Audomaropolitanus, Canonicus Diuæ Mariæ apud Neruios, edidit Duaci ſcutum duplex, alterum pro B. Virgine in Aſpricolle, alterum pro Iuſto Lipſio aduerſus Agricolam Thracum. Quam rem memorat Deſſelius in Belgica Bibliotheca. Bibliotheca verò Mariana mentionem facit, Hyacinthi *Duratz*, Carmelitæ, qui ſcripſit Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis B. Mariæ, quæ Cracouiæ in templo ſui Ordinis ſeruabatur. Item Ioannis Ponce, de Redemptione Captiuorum, à quo eſt liber vnus de Sanctuario inſigni Dominæ noſtræ de Tepeda. Trium etiam Minoritarum: Didaci *Murilli*, Ioachimi à Puteo, Martini Doyſæ: primus de vita & excellentiis Matris Dei vulgauit duos tomos; ſecundus librum de ſeptem Doloribus Virginis; tertius Conciones ſeptem de feſtis Deiparæ. Mentionem etiam facit *Antonij* Angelorum, Tertiarij *S.* Franciſci, qui Luſitana lingua opus edidit prænotatum; Triumphum glorioſæ Virginis. Thomæ denique Ferrarij, Ieſuati, qui Italicè ſcripſit Hiſtoriam Imaginis S. *Mariæ* de monte Guardiæ, & Bononienſium in eam obſequium.

H *M*arcus item Antonius Oliua, Brixienſis, ſcripſit Italicè, & operâ Ioſephi Segalæ, ſuo nomine tacito, edidit *Modum* recitandi coronam B. Virginis. Quod notat Philippus Alegambe: à quo etiam habemus, ceſſiſſe hoc anno de vita Nicolaum Bonartium, Bruxellenſem Societatis Ieſu, raræ virum doctrinæ, qui inter varia Gallicè & Flandricè ſcripſit ſuppreſſo nomine, Apologiam breuem pro *B.* Virgino Aſpricollis, ſiue de Monte acuto.

I Inſuper ex literis Annuis *S*ocietatis Ieſu decerpere licuit, quæ hoc anno ad literam V. reliqua breuiter proſequimur. Cordubæ, Sodalis quidam audierat, ad corporis laſciuiam compeſcendam valere annulum literis *Aue Maria* inſcriptum, ſi eodem quis Virgini ſe quodammodo deſponſaret: voluit experiri; & ita fœliciter ſucceſſit, vt hominis naturam ea in parte prorſus exuiſſe ille ſibi videri potuerit.

K Ibidem, alius ſpe cuiuſdam boni deiectus, laqueum ſibi à maligno imprecatus eſt: nec mora, collo in laqueum inſerto, trahi ſe ad ſuſpendium ſentit, nemine qui vim inferat apparente. Rem ſeriò agi ſentiens, ſtultitiæ ſuę pœnitudine tactus, opem Diuæ Virginis implorat, & verò opportunè; lethalis enim ille nodus ſtatim laxatus eſt, laqueus tamen eidem, ne ſomnium fortè videretur, in manibus eſt relictus.

L Votum B. Virgini Garazoniæ fecerat adoleſcentulus puerili ſimplicitate, ſi in publico agone literario præmium referret, delaturum ſe ad eius ædem libellum inauratum quem victor retuliſſet. Tres fœliciter retulit, & votum qualecumque ſuum libentiſſimè perſoluit. Quam rem notant Annuæ in Collegio Toloſano.

M Ac *Melitæ*, quidam grauiſſimis ſceleribus oneratus, cùm paulò negligentiùs examinandæ conſcientiæ pro facienda Confeſſione vacaret, intempeſtæ noctis ſilentio repentè expergefactus & vigil, videt Beatiſſimam Deiparam mirâ ſuauitate ſingula ordine peccata, quæ memoriâ ſuam effugerant, numerantem; quæ deinde ipſe expoſuit ſacerdoti, non ſine magna vitæ in melius commutatione.

Digitized by Google

Agrigenti, defecerat quidam ab obſequio Virgini in Sodalitate præſtando: cúmque ad honeſtæ matronæ limina fortè innocenter acceſſiſſet, maritus zelotypia iráque feruidos cœpit inſectari veruto deſertorem illum, iamque ictum deſtinabat, cùm miſer ille B. Virginis ſupplex opem implorat, quam licet indignus confeſtim expertus eſt. Nam veru ſolam veſtem eius peruaſit, à corpore tanquam à clypeo adamantino diſtortum. N

Lemouiuis, ex Sodalium Parthenioru albo quidam ſua culpa expunctus, dum Burdigalam aliquantò pòſt contendit, ipſa ſacra Natalis Chriſti nocte in ſilua tenebris oppreſſus, frigore cælique iniuriis obrutus, ſolus ac deſertus moritur. Alius, dum cunctatur Sodalitium ingredi, in morbum incidit, quo tamdiu tenetur, donec cauſam morbi ſuo ingreſſu ſuſtulit. Ita literæ Annuæ. Quæ vlterius teſtantur: Turnone, adoleſcentem quemdam hæreticum Monſpelio natum extrema ægritudine laboraſſe, & inuocata Virgine ab hæreſi reſipuiſſe, non tamen ſine moleſtiſſimo periculo, quippe iam propemodùm conuerſionem inchoanti grauiſſimam tentationem iniecit dæmon, & dubia fidei: ſed ſuperauit adoleſcens auditis de Deipara & Deiparæ bonitate ſermonibus, quos coram eo Confeſſarius, ipſi iuuando aduocatus, fœliciter habuit. O

Veſuntione, qui ſuperiore anno Sodales cor argenteum Deiparæ magna cum lætitia áppéderant, hoc rurſum anno libellum elegantia multa & venuſtate concinnátum, continentem omnia tum vota, tum nomina Partheniorum Sodalium in argentea theca obtulerunt; vt quod ore ſemel nuncupatum ab ipſis fuit, æterno demum pignore confirmarent. P

Luxemburgi autem, nunquam Deiparæ ſtatua, quæ ibidem colitur, pati potuit ornari ſe coronâ, quam meretrix ſponſa nuptiali in pompa capiti ſuo impoſitam anteà geſtauerat: impoſitam capiti ſuo ſtatua bis & ter abiecit; quod conſpiciens Parochus coronam illam fregit, quippe ſatis intelligere potuit caſtiſſimam Virginem ſub meretricio ornamento nolle ſuam ſtatuam honorari. Q

Friburgi in Heluetia, affixerat lecto adoleſcentē morbus grauis: repetere proponit, imò & promittit à primis annis confeſſionē peccatorum, inuocatque in ſuum auxilium S. Ignatium Loyolā & Patrem Petrum Caniſium: nocte inſecuta ſe ei ſpectabilem præbet Beata Deipara media inter Ignatium & Petrum, & interrogato adoleſcenti, an iſtos agnoſceret, obtulit Ignatius veſtem, quā in poſterum indueret, veſtem ſcilicet Societatis Ieſu, quam adoleſcens ille fœliciter induit, & fœliciùs in ea vitam conſummauit. R

Tropeæ in Neapolitana Prouincia, quidam Sodalitij transfuga, cùm gregales ſibi aſciuiſſet graſſatores & ſicarios, à lictoribus in eo comitatu deprehenſus, luit ſuſpendio ſuam defectionem. S

In Funchalenſi ciuitate Prouinciæ Luſitaniæ, vir nobilis in ſiluam antiquam operarios duxerat, qui ligna ſecarent in ædem Virgini conſtruendam. Sub noctem faces, vmbræ, & monſtra, terruerunt illos operarios: ſed implorato nomine B. Virginis, dicto citiùs faces, monſtra, periculum omne, euanuit. T

V Denique Sodalitates habuit Deipara, Panormi in Domo Profeſſa Sodalitatem B. Virginis Præſentatæ, in qua eſt Magiſtratus vrbis. Agrigenti quatuor, primam Dominorum, ſecundam plebeiorum, tertiam Sacerdotum, quartam adoleſcentium. In Domo Æglenſi Sodalitatem Piſcatorum. Adriæ vnam puerorum, alteram artificum. Placentiæ quartam Sacerdotum & Clericorum, quæ tribus acceſſit Nobilium, Mercatorū & Opificum. Oropeſæ, & in vrbe Hutenſi vnam Nobilium. Viennæ in Gallia vnam Virginis Aſſumptæ. Audomari alteram. Antuerpiæ duas, quæ ad ſex præcedentes acceſſêre. Brugis, Valencenis, Cortraci, adiectas cum præcedentibus. Leodij quinque ex vna factas: nam Sodalitas virorum ita excreuit, vt in quinque fuerit diuidenda: primam conſtituunt viri Eccleſiaſtici, ſecundam literati matrimonio iuncti, tertiam non coniuncti, quartam mercatores & opifices coniugati, quintam non coniugati. Monachij vnam ciuium. Minorem Baezæ. Cæſarauguſtæ tertiam Theologorum & Philoſophorum. Quæ omnia ſicut & præcedentia à litera I. huc vſque, literæ prædictæ Annuæ continent.

Z Sed & Annales Bouerij, num. 45. mentionem faciunt de Benedicto Canfeldenſi, Anglo, Capucino Concionatore qui hoc anno vitam reliquit. Fuerat hic, more ſuæ gentis, in errore hæreſis educatus: poſtea miſerante cęlo Catholicus effectus, Capucinorum Religionem ingreſſus eſt, dato deinde tyrocinio probatus, ne frequentibus viſitationibus cæleſtibus in vanum tumeſceret, etiam eò deſpectionis prouidentia Dei coniectus eſt, vt ab omnibus Domeſticis diceretur foras eiiciendus. Confugit ille ad Virginem: quem Deipara conſolans, ſuis illum manibus dignata eſt præcingere fune, ſimul admonens Religioſo illo in habitu eum fauſtè emoriturum: Nil timeret, tantummodo eo ſe dignum tum conſtanti labore, tum egregia virtute animosè præſtaret. Iam verò.

## Anno mundi 5594. Chriſti 1611.

A SVrrexit Pariſiis, inquit Spondanus num 6. nouus Ordo Virginum & Viduarum ſub nuncupatione S. Vrſulæ, & Regula S. Auguſtini, ſollicitudine & curà nobilis viduæ Mariæ Lhuilier Dominæ S. Bobæ, quarum inſtitutum ad bonos mores inſtituere puellas; quod hoc anno Paulus Pontifex confirmauit vigeſimo tertio menſis Septembris. Non tamen fuit tunc primùm Sodalitas S. Vrſulæ inſtituta, quam anteà inſtituerat B. Angela Brixiana, approbatam Gregorius decimus tertius anno Chriſti 1572. inſtante ſancto Carolo Borromæo Cardinali, & Paulo Leone Ferrarienſi Epiſcopo. Sed Maria S. Bobæ eam Sodalitatem Lutetiæ inſtituit ad inſtructionem puellarum. Fuitque ea poſtmodùm ad multas alias vrbes dilatata magno ſanè cum fructu. Cui alia penè ſimilis erecta Burdegalæ Congregatio B. Mariæ, ad idem ferè inſtitutum ab alia nobili vidua N. de Leſtonaco, Domina Landiraſſi, confirmata à Paulo quinto, & valde propagata. Similiter & alia eiuſdem generis, & ſub eadem nuncupatione Congregationis B Mariæ à Petro Fourierio Canonico Regulari & Parocho Matenourienſi in Lotharingia inſtituta,

prima Moniali Alexia le Clerc, quæ poſtmodùm ſanctè Nanceij obiit. Quæ omnes Congregationes & Sodalitates plurimùm omninò faciunt ad gloriam S. Virginis, vt manifeſtum eſt. Quippe quam omnes imitantur, omnes præcipuo venerantur cultu & patrocinio. Vide de iis Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap 12. §. 7. n. 36. Vincentium Charron 13. Iunij n. 3. Vitam Petri Fourierij per Ioannem Bedel, ſectione 4. præter Spondanum antè citatum.

Accidit verò, vt nocte illa quæ diem 22. Maij antecedit, in quem incidebat feſtum Pentecoſtes, quando multi confluunt deuotionis cauſa ad cœnobium Montis Virginis, ingens incendium conſumpſerit hoſpitium hominibus refertum: quod fusè deſcribit Spinellus tractatu de miraculis n. 62. In quo incendio, vt ipſe aduertit, cum multa ſcelera punierit S. Deipara; tamen non parua bonitatis eius etiam teſtimonia claruerunt. In primis enim etſi intra ſeſquihoræ ſpatium ingens illa hoſpitij Domus, parietibus duntaxat exceptis, in cineres redacta fuerit; menſa tamen ac vini dolium pauperibus deſtinatum ab igne non læſa ſunt. Inſuper fuſens quantumuis flamma, a templo tamen abſtinuit, ac viſibiliter ab eo, receſſit diuinitus frænata. Quin & perſonæ Deiparæ deuotæ non ſine miraculo ſeruatæ ſunt. Franciſcus Capomazza adoleſcens vndecim annorum, & crebrò ieiunium ac Roſarium in honorem Diuæ Virginis frequentans, ab ipſa Virgine ex medio incendio ſubtrahitur, & ſub fornice tutò collocatur. Bartholomæus autem ab Anaſtaſio inuocans in flammis Deiparam, à ſancto Guillelmo Ordinis fundatore eſt incolumis ereptus. Franciſci item Anoſæ Sodalis in Sodalitio B. Virginis Neapolitano, ſeruata familia eſt; aliique ſimiliter nonnulli, de quibus videri poteſt prædictus Spinellus rem paulò diffuſiùs explicans.

Addit verò idem Spinellus ibidem num. 69. C Salerni pridie prætactæ conflagrationis, Imaginem Diuæ Virginis depictam in pariete cuiuſdam domunculæ, in qua retia aliaquè eiuſmodi nautica inſtrumenta ſeponi conſueuerant, hora ante ſolis occaſum vna, prodigioſè cœpiſſe ſudorem ſanguine mixtum effundere, quod à viris quatuor tunc ſollicite obſeruatum eſt. Quo prodigio commota ciuitas euolauit ad imaginem; & propter huius portenti connexionem quoad tempus cum incendio Montis Virginis, hoc diſtichum ad imaginem eſt: adiectum

*Virgineus cùm mons multorum cæde flagrauit,*
*Sudorem hæc viſa eſt mittere ſanguineum.*

Ad huius autem miraculi rumorem aduolantes ad Deiparam multi multas gratias retulerunt. Inter alios Clericus quidam, poſtridie iſtius prodigii, brachium cum manu areſactum perungens defluo ex imagine ſudore, ſubitò ſanitatem recepit, alii alias conſecuti ſunt à Beata Virgine beneficentiſſimæ charitatis gratias.

Interim moritur *Margarita*, Hiſpaniæ Re- D gina, Philippi tertii coniux, quæ ſolita, inter alias multas preces, recitare quotidie Roſarium & Officium B. Virginis, etiam puerperio vicina curabat nouem ſacra, quibus & intererat, dici in honorem nouem feſtorum Beatiſſimæ Dominæ noſtræ, in quorum etiam honorem die feſto Annunciationis, nouem egenis fœminis cibum manibus ſuis miniſtrabat. Ita Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 50. & Gononus in Chronico hoc anno.

E Moritur & Bernardus Colnago Societatis Ieſu, candoris Sacerdos eximij, qui ſtatuam Diuæ Virginis, quam domi habebat, ita reuerenter tractabat, vt quicquid poſtularet, ea deuotione mota Virgo confeſtim concederet. De quo, Doutremanus in viris agit illuſtribus Societatis Ieſu, & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 5. n. 8. ac Vincentius Charron in Calendario 15. Iulij. n. 3. Addit ad hunc Balinghem, 20. Februarij, Ioannem a Campis eiuſdem Societatis Sacerdotem: cui in more fuit quolibet Sabbato ad Nouitios, cum quibus diu habitauit, ſe conferre; eiſquè hiſtoriam aliquam de B. Maria enarrare; Sub mortis horam dicebat alicui: *ô ſi noſſes! quantum in morte ſolatij afferat Deiparam ſingulari ſtudio coluiſſe.* Addit ad iſtos Bouerius Capucinos duos in Deiparam ſtudio præcipuo accenſos, quos hoc anno ex hac vitæ mortalitate ad vitam æternam eduxit. Alter eſt Philippus Cōſtantienſis, Sacerdos in prouincia Pariſienſi, qui à Virgine de ſui hora diſceſſus admonitus, Cadomi in fratrum Conuentu omnium cum pietate mortuus eſt. Alter eſt Leonardus à Monte alto, conditione Laicus, olim ſenſibiliter à D. Franciſco ad Religioſæ vitæ palæſtram & exercitia vocatus: cui Auximi Dei genitrix apparens, varias pro agendis Deo gratiis, & pro Eccleſiæ neceſſitatibus orationes impetrauit: Geſtabat tunc illa filiolum, in quem Leunardus intendens miro ſenſit ſe amoris ardore liquefieri, cuique deinde ſe offerens, miro priuilegio, ab eo nummo donatus eſt. Vide præcitatum authorem n. 50. & 76.

F Hoc quoque anno Ioannes Baptiſta Roſſi, Italus è Monteregali, & Societatis Ieſu Sacerdos, edidit Italicè ſub nomine Philomari de Euſebijs Theopolitani, Lilium Virgineum, oblatum de nouo Beatiſſimæ Virgini Mariæ. De quo meminit Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu. Addit præter hæc Marraccius, opus elaboratum ab eodem Roſſi fuiſſe, cuius titulus eſt: Feſtiuitas Parthenia; Geminus Liliorum Virgineorum duodenarius in Deiparæ Mariæ plantario conſitus. De quo Bibliotheca Alegambe nil ſonat.

G In eadem quoque Bibliotheca Petrus Ribadeneira Societatis Ieſu, & Sancto Ignatio multis nominibus percharus, vitam clauſit extremam. Habentur præ manibus, & cum voluptate leguntur Homiliæ illæ, quas pro ſingulis Diuæ Virginis feſtiuitatibus compoſuit, & inſeruit vitis Sanctorum, quas edidit. De quibus etiam honorificè loquitur Marraccius, alios inſuper enumerans Scriptores, qui hoc anno laudem Virginis decorarunt. Quales ſunt Ioannes Suuertius, Carthuſiæ Colonienſis alumnus, qui Conciones in feſta Deiparæ ſcripſit. Octauianus Spatbarius, Minorita, qui de immaculata Conceptione Venetiis edidit. Ioannes Marietta, Dominicanus, qui Hiſpanicè exarauit Hiſtoriam miraculorum S. Mariæ Roſarij cœnobij Victorienſis & eius originem: item. Inuentionem Imaginis S. Mariæ de Atocha Madriti. Ioannes Baptiſta de Grottis, de Redemptione Captiuorum, qui librum ſcripſit, de fundatione Ordinis

S. Mariæ de mercede. Petrus VValdeiama, Eremita Auguſtinianus, qui Mariale compilauit duobus tomis Hiſpanicis comprehenſum. Petrus de Offida, Siculus, qui metro compoſuit opus prænotatum: Cæleſtis Bereciurhia, ſeu Excellentia S. Mariæ de Sucurſu. Nicolaus Nigidius, item Siculus, qui Tractatum exeudit Summæ ſacræ Mariologiæ. Ioannes Paulus Caccauellus, ſcripſit Italicè, de Deuotione in B. Virginem. Et de Roſario Michaël Zanardus, Dominicanus, itidem Italicè Bergomi.

H Sed & hoc ipſo anno Brixiæ, Alexius de Salo Capucinus, ſub mutuato nomine Aumali de Segala, dedit in lucem, Methodum admirabilem amandi & colendi atque honorandi glorioſam Virginem Mariam Aduocatam noſtram: quem librum edidit Italicè, Gallicè verò reddidiſſe videtur Ludouicus Muguet. Quæ omnia patent ex approbationibus & præfationibus prædictæ Methodo adiectis in editione verſionis Gallicæ. Quin & etiam Marraccius teſtatur Alexium prætereà emiſiſſe in lucem Conſiderationes, ſiue Meditationes de vita Heroicíſque D. Mariæ Virtutibus: Item exercitium Angelicum ad colligendam mentem in recitando Officio B. Deiparæ.

I Hæc quoque quæ ſequuntur, vſque ad literam duplicem BB. ex Annuis Societatis Ieſu hoc anno memoranda veniunt. Nauta quidam, poſt diutinum laborem, ne piſciculum quidem cepit: Ergo confugiens ad Virginem Mariam, ei bilibrem ex cera facem ſpondet, ſi mille pondo ſolitorum piſcium vno iactu tractuque exhauriat: tunc Virgo magnifica liberaliter vota illius complet; nam quadruplo maiorem atque ille exoptarat, prædam è mari trahendã dedit. Ita annuæ in Domo Æglenſi Prouinciæ Neapolitanæ.

K Olyſipone, certamen ſcholis literarijs indictum eſt, & præmia pro iis, qui encomio inſigniore Deiparam efferrent. Quare cernere erat totam vrbem intentam adoleſcentum carminibus, quorum ſtudio Virginis laudes in altum ferebantur. Ipſo Conceptæ Virginis die, concurritur ad theatrum in medio templo pro catechiſmo extructum; ibi texitur corona duplex, è ſtellis vna, è floribus altera, ſingulis ad ſingulas Deiparæ laudes, alternante choro regio, intertextis: perfecto opere coronata Virgo eſt, & pueri optimis donis aucti.

L Conimbricæ in Domo Probationis, oleum lampadis lucentis coram Deiparæ ſtatua morbos à pluribus fugauit. Obiecta verò corona precatoria furenti boui, & irruenti in tres Nouitios iuxta ripam fluminis conſtitutos, eum ſubitò compeſcuit, & retro pedem reflectere fecit.

M Sed & Biturigibus, Sodalis Parthenius moriens, in morbi moleſtia & totius corporis acerbiſſimo cruciatu, ſuauiter, & magno omnium exemplo dicebat: *Quàm dulce, quàm ſalutare, ô Virgo Beata Sodalitium tuum! quid egi? quid commerui vt in illud adſciberer? Tu mihi honorariam adhuc tutelam exhibuiſti, eam ne redde miſſi filio.*

N Rigæ in Poloniæ, obiit Iacobus Mlocki Societatis Ieſu, quem deuotum in Deiparam ipſa B. Deiparta poſtrum in poſtremæ ægritudine bis humaniter viſitauit; & tum ſui diſceſſus, tum alterius qui ipſi miniſtabat admonuit. Hic animum exhalans oculos in crucem, & digitos in imaginem Virginis ſimul intendens placidiſſimè obdormiuit.

O Camberij, Dormienti cuidam obſeruata iudicij horribilis ſpecies, hinc malum dæmonem cum ingenti volumine, inde tutelarem ſpiritum repræſentauit: & cùm iam accinctus ad ſententiam Chriſtus pronunciaturus eſſet, B. Virgo ſupplex procumbit reo veluti patrocinatura; ſi nihil ille Chriſti cauſa feciſſet, ſuâ feciſſe aliquid percurrendo Roſario, quod præſentem opem aliquam poſtularet, proinde mora pœnitentiæ indulgeretur. Hæc res ſic hominem perculit, vt ſecuta è veſtigio de totæ vitæ confeſſio, & concepta ſingularis in Virginem pietas, viſum non vanum, ſed Dei nutu immiſſum, demonſtrarit.

P Diuione ac Veſuntione, imago Montacutanæ Virginis miracula edidit: Et hîc quidem alius à graui morbo, alius à ſecuri ceruici impacta; illîc etiam à morte obita alius exemptus eſt.

Q Viennę in Gallia, muliercula duriſſimis mariti efferata moribus, e prærupta rupe in voraginem torrentis deſperabunda ſe deiecerat: ſed, quòd ex aſſuetudine, ante præcipitationem, crucis ſe ſigno muniuiſſet, & Deiparæ auxilium in ipſo caſu implorałſet, incolumis per crepidinem deuoluta reperta eſt, & in domum reducta.

R Auſcii, quidam iuuenis mente captus lumen rationis recuperauit ad ædem perueniens Beatę Virginis Garazoniæ. Duo item fratres ad eandem Virginem tendentes ex equo in profluentem corruerunt; quos ita Virgo conſeruauit implorata a Matre duorum iſtorum iuuenum, vt licet natandi eſſent imperiti, manibus mutuò cem ſibi porrectis, læti & ſicci, memorabili prodigio, ex medijs aquis ad ripam peruenerint.

S Biterris, quidam vir clarus, ob acceptam ab affine iniuriam, iram ſeruabat, & altè repoſitum vulnus nullæ preces, nullæ ſatisfactiones curauerant. Venit in Sodalitatem Virginis die Annunciationis, perluſtrat curioſè omnia, & capta cultu loci procumbit in genua, orat etiam voluens precatorios globulos, mitigatur aſperum pectus, mittit lachrimas, accidit ad pedes Sacerdotis, cuius hortatu pax ſtatim firma componitur inter partes antè diſſidentes.

T Louanij, Sodalis quidam Sacerdos ac Theologus, profectus in patriam, ex conſilio medicorum auram ſaniorem capturus, peius ibidem elanguit; & monitus à Deipara duas ſibi tantùm ſupereſſe tantę vitę horas, ſacramentis ritè muniens, cum omnium admiratione, & pia quadam inuidentia, deceſſit. Ibidem alia miracula ad honorem Diuæ Virginis Aſpricollis facta ſunt, ſicut & Bruxellis, vbi mulier quæ Roſarium ſuum dæmoni extorquenti, & tentationes ſæuas minanti, dederat, fœliciter recuperauit. Biburgi item cæca curata eſt & adoleſcens peſte liberatus ope D. Virginis Biburgenſis.

V In Sede autem Silanenſi Inſularum Philippinarum, quidam à trigintá & ampliùs laruis mirabiliter vexatus, euaſit tandem incolumis beneficio Roſarij è collo ſuſpenſi, & inuocatione Beatę Deiparę, atque vtriuſque manus formatis in crucem digitis.

Z Leodij, hoc anno, Sodales diem Viſitanti Virgini ſacrum peculiari cultu celebrarunt: Per octo dies decantatę laudes ante Virginis Iconem: Narratum inſuper ex hiſtoria exemplum aliquod virtutis illuſtre, aut magnæ Matris in mortales ſingulare beneficium, tantâ Auditorum & tam celebri frequentia, vt ſupra duo millia numerati fuerint.

X In Menenſi oppido Siciliæ, Sodalis quidam in officio ſuo tardior, & a Præfecto Sodalitij ſæpe monitus, ſemper lentus & ſomnolentus, inuſitata vi admonendus & excitandus fuit. Nocte quadam viſus eſt ei Sacerdos è Societate Ieſu, iam olim vita & munere Sodalitij dirigendi defunctus, ante oculos adſtare, ſegnitiémque grauiter exprobare. Nempe tu impune, inquit, tibi negligenti eſſe licere exiſtimas? falleris miſer: iam nomen tuum ad magnam Matrem delatum eſt; ab ea pœna tibi imminet, niſi Sodalium officia poſt hac facere, non nomen tantùm inane eſſe velis. Initio contempſit hanc monitionem, velut ſomnium; ſed cùm iterum atque iterum in ſequentibus noctibus increbreſceret, fidem habuit, & à mortuo bene viuere didicit.

AA Cracouiæ, quidam à biennio Officium Beatę Deiparę quotidie recitare, & quaque hebdomada bis ieiunare, in honorem Virginis conſueuerat. Is perditè amatus, perdite amare occeperat. Sed miſeriam præuenit Beatiſſima Virgo ſub auroram dormienti apparens, & altera manu ſertum viride geſtans, altera ipſum in locum amœnum deducens; ſerto viridi caput adornauit adoleſcentis, qui in eo actu repentè excitatus, mirum quantum perfuſum ſe ſenſit amore caſtitatis & horrore vitij oppoſiti.

BB Denique enatæ ſunt Diuæ Virginis Sodalitates, Catanæ pro Clericis. Conſentiæ pro Clericis item & Adoleſcentibus. Madriti pro Sacerdotibus. Remis Maior Scholaſticorum. Brugis Iuniorum opificum. Bruxellis Iuuenum. Bambergæ. Pragæ. Trigueris. Cazorlæ. Palapsgonæ in Philippinis, & in diuerſis quamplurimis locis; in quibus, & hoc & ſequentibus annis, non erit mihi mora, tum quia paulo pòſt prædictæ Annuæ, in quibus inſtitutionem eiuſmodi Sodalitatum piſcabamur, nos deſerunt, tum quia tanta vbertate Sodalitia poſtmodùm creuere, vt vix, ac ne vix quidem, enumerari poſſint, tum quia ex triginta ad minimùm præcedentibus annis, ſatis ſeſe effert Mariana gloria, ex tam multiplici in ipſis Sodalitatum, ſiue Congregationũ B. Virginis inſtitutione ac propagatione: in quibus & Virgo honoratur, & Virtus exercetur, & proximus iuuatur, & innumerabilia bona à iuuenibus & ſenibus, à nobilibus & ruſticis, à doctis & rudibus, à Magiſtratibus & pueris, & aliis omnibus præſtantur. Atque hactenus dicta videre potes, ſi lubet in prædictis Annuis.

CC Interim Scotus quidam, Caluinianus miniſtellus, ab alio quodam comminiſtello rogatus, & ſtatuam quandam B. Deiparæ, quam Catholici venerabantur, rapuit, & in ignem reiecit, ac demum pice & cannabe inuolutam flamma nefariè conſumpſit, læua tantùm excepta, qua filiolum Ieſum ſtatua continebat. Vix hoc factum eſt, quando comminiſtellus ille, qui ad iſtud ſacrilegium alium incitauerat, paulò pòſt, cum ſuis induxiſſet cœtum, in lecto miſerè mortuus eſt. Quam rem habet Gualterus in tabulis Chronologicis.

DD Apud S. Mariam de Lætitia hæc miracula notata ſunt à Ceriziero a parte. Mathurinus Raytant curatur ab epilepſia cap. 4. n. 1. Magdalena Benier recuperat loquelam cap. 7. n. 2. Guillelmo Fendè & Raulinæ Ricouart incendium emotuum eſt cap. 8. n. 4. & 5. Valentinus Bertin, & filia Claudij Beſquennes, ac Petrus Cauſſin ſubmerſionem euaſerunt, cap. 9. n. 5. 6. 7. Inſuper Michael Fernandius grauiter percuſſus è carro decidens, ac de ſalute corporis & animæ deſperans, tacta candela benedicta S. Mariæ Montiſſerratenſis ſalutem animæ & corporis ſtatim recuperauit. Ita miraculum 316. hiſtoriæ Montiſſerranæ, & Vincentius Charron in Calendario 14. Iulij n. 5.

EE Sed & in Moſcouia accidit, vt Nouogradia caperetur à Sigiſmundo tertio Poloniæ Rege, in cuius vrbis direptione inuenta eſt, & ex throno Moſcouitici Ducis auulſa, portentoſa imago B. Deiparæ, quę Scythas olim non modo ab inuaſione vrbis coercuit, ſed etiam cæcitate percuſſit: quam Cancellario Leoni Sapiehæ miles qui auulſerat dedit, integro tamen pago, tanquam honorario pretio, abundè repenſam: Iſte retulit inter cimelia, inter quæ imago delituit, donec Virgo in ſomnis apparens admonuit vt in oppido Czerea tandem reponeretur. Vix ibi collocata effluere cœpit portentis, dictáque eſt *S. Maria Czereana* in Lithuania. Ita rem habet *Marianus Atlas* libro 2. imagine 25. Iam verò.

## Anno mundi 5595. Chriſti 1512.

A RVrſum Annuæ Societatis Ieſu hæc protulerunt. Brigantini in Luſitania, ſtatuerunt, pro beneficiis à Deipara receptis, eam quaque hora ad ſonitum horologij, tota vrbe poſitis humi genibus ſalutare: qui ritus ita Luſitanis placuit, vt mox tota regione vulgaretur. Quo etiam tempore Sodales Parthenici honorificam ſupplicationem in cultum Virginis grato animo exhibuerunt. Sed id maximè notabile accidit, vt, cùm horæ ſignum pulſaret, adoleſcens quidam Virginem ſalutaturus ponens genua, aduerſarij ſui duas glandes plumbeas ſclopo vibratas ſic exceperit, vt traiecta veſte ad ſummam cutem, non vltra peruenerint. Qui adoleſcentis à Dei parente ſeruati caſus, vernaculis popularium multorum carminibus celebratus, miram ſanctiſſimæ Virginis venerationem omnium pectoribus effudit.

B Gandiæ finitimo in oppido, Mulieri pudicæ mulier petulans crimen repetiti adulterij coram coniuge obiecit: qua ille calumnia exanimatus, ſiue veram putaret, ſiue timeret ab hominibus recipiendam, atrox facinus aggreditur; laqueo ſuæ collo coniugis ſceleratè inſerto, eandem ab arbore pendulam ſtrangulaturus deiicit. Cauſam ſuam mulier innocens D. Virgini commendarat, nec ſpe ſua cecidit, nam ſecreta vi mirabiliter ſuſtentata, nunquam premi reſte potuit. Rabie percitus maritus inde extractam, iterum, tertiò, & quartò in præruptas rupes præcipitem dare molitur, ſed, Virgine implorata & impedien-

te, immobilior Caucaſo mulier integra ſtetit. Iterum maritus redoctam in domum, bis, ter, & quater ſclopo minore explodere tentat, nuſquam ignem concipit ſclopus. Maiorem catapultam adhibet, quæ concipiens flammam cuibrauit glandem plumbeam in pectus mulieris, ſed ictu inani ac laneo. Tot prodigiis victus agnoſcit coniugis innocentiam, & venia petita ambo Deiparam laudant, eique perpetuo ſe ſeruitio deuouent. Sic Annuæ literæ.

C Oueti in Hiſpania, puellæ grauibus noxis oppreſſæ cogitatio deſperationis frequenter incerebatur; cui Deipara, cùm ſe illi præſentem pronuntiaret viſiſſet, & ſpem dedit ſalutis, & vt conſiteretur admonuit. Puella non paruit: iterum a Virgine dulciter increpatur, tuncque obſequens ſuauiſſima recreatur tranquillitate mentis. Sic Annuæ.

D In Mexico, quidam frequenti Angeli Cuſtodis aſpectu recreatus, admonitus eſt ab eo de omiſſis in præteritis confeſſionibus peccatis, quæ cùm clarius aperire, & redintegrare confeſſiones negligeret, Dei Mater eidem ſe præſentem exhibuit, & humaniter hominem affata, vitæ anteactæ ſeriem retexere docto Sacerdoti ſolliciſſimè perſuaſit. Ibidem in ſeminario Diui Gregorij, Mulier Inda octo iam annos grauiora quędam Confeſſario ſuo celabat ea ſpe, quòd eorum impunitatem a Virgine Matre Domini impetraret: Sed mulieris errorem depulit S. Virgo mittens eam ad Sacerdotem, qui eius Confeſſionem exciperet. Ita Annuæ.

E Votum adeundæ S. Mariæ Neukirchenſis, quam vulgò *ſacri cruoris* appellant, in *Bauariæ* finibus, hoc anno mulierem hæreticam à graui morbo liberatam ſanauit, & ab hæreſi ad fidem Catholicam fœliciter tranſtulit. Cuiuſmodi beneficium aſſecutus eſt adoleſcens hæreticus in æde Mariana, quam in agro Bohemico *Braadets* vocant; apud quam ex veteri ritu ſolent annulos ex digitis detractos offerre *Deiparæ*. Hic ergo iſtum morem cum dicterio irridens, grauiſſimo cœpit animi angore perurgeri: quare conſcenſo equo ad ædem B. Virginis iter emetiens aduolat, & eximium annulum quem dono habuerat ab Epiſcopo Ratiſponenſi, D. Virgini offert cum propoſito Catholicam fidem ocyùs amplectendi. Sic literæ Annuæ in Miſſione Neukirchenſi, & Ratiſponenſi Collegio.

F Boſcoduci, Latro inſignis, inter multam improbitatem id boni retinuerat, vt precariam Coronam prece ſupplici exorandæ S. Virgini quauis die offerret, flagitans ne ſe pateretur expertem Confeſſionis interire. Oblatæ hæ Deiparæ deprecationes id ipſum obtinuerunt. Nam improuiſa manu agreſtium virorum latro iſte oppreſſus, interempto ſocio ipſe ad iudicium ſæculare ſeruatus, ſeruatus quoque eſt ad optatam confeſſionem, imò & mortem omnium genere virtutum cumulatiſſimam. Ita Annuæ, ſed vtique ſtilo longè prolixiore.

G Sodalis Duacenſis voce abſonus & lingua aſper, nunquam loqui audiebatur ſine cachinnis aut commiſeratione aliorum: conſecutus eſt à B. Virgine, vt melle dulcior ab ore eius flueret oratio, & omnis linguæ aſperitas abeſſet. Quod eſtantur Annuæ.

H Diuus rei quidem infamis violentiæ pertinacia, / eleuendorum flagitiorum ſtudio, Dei Matri ſe totum addixit, & extructo ad Virginis ædem taguriolo, decreuit, quoad ſuperſtes eſſet, peregrinis Sacerdotibus rem diuinam eo loco facturis gratuitam operam nauare. Ita Annuæ prædictæ.

I Flexiæ, Scholaſticus, cui audita in Sholis à præceptore facta de Roſario Virginis laudatio, magnam eiuſdem æſtimationem ingenerarat, de nocte fortuitò ſitiens tandem exſilit è lecto, vadiſque ad vicinum puteum circumiecta priùs brachio facta ſibi corolla: Ad puteum adſtanti horrificum ſpectrum ex aduerſo incurrit, & Roſarium brachio inuolutum pertinaciſſimè poſtulat: Adoleſcens ſibi ex formidine demum redditus præſens, datorum negat & obluctanti ſpectro recitatione angelicæ ſalutationis *Aue Maria*, conſtantiſſime reſiſtit, qua inchoata momento ſpectrum euanuit. Sic Annuæ.

K Caſtelloduni apud Bituriges, Bituricenſem Sodalem Parthenium a maiore vi B. Virgo eripuit. Nam cùm fulmen magno impetu illapſum, adoleſcentem medium corripuiſſet, loco procul abreptum, inſtarque turbinis variè circumactum in extremum diſcrimen adduxerat, cùm opportunè ille Deiparæ nomen & opem inclamauit, ac ſine alia noxa, præterquam veſtium, incolumis euaſit. Sic eædem Annuæ.

L Niuernis votum factum Diuæ Virgini Aſpricollis ſeruauit a morbo difficili vnum ex filiis Niuernenſis Ducis. Spiræ votum nuncupatum Virgini Tranſrhenanæ varios exemit ab indubitato naufragio, & a ſubmerſione Scribam Principis Spirenſis. Vt habetur in *Annuis*.

M Simile etiam votum eundi ad Sodalitium Lugduni, Senatorem Gratianopolitem in Delphinatibus liberauit a pertinacibus acerbiſque doloribus. *Veſuntione* effigies Diuæ Virginis Aſpricollenſis varia miracula edidit in ſanandis tum crurum, tum oculorum morbis, & puerperis adiuuandis. Quod notant Annuæ.

N Auenione mirum id contigit, vt cùm Sodalis cuiuſdam nomen ex albo Sodalium expungeretur, ipſe in templo, in quo tunc erat, pateretur deliquium viribuſque deſtitueretur: quâ re perculſus, feruentior factus reuocari ſeriò petiit in priſtinum locum. Sic adhuc Annuæ.

O At Spinellus tractatu de templis Deiparæ n. 45. hæc habet. In vrbe Neapoli cùm ruinoſa eſſet ædes *S. Mariæ à Conſtantinopoli* dicta, ex piorum ſtipe iterum excitata eſt, & ad maiorem ſplendorem reſtituta, addito Virginum Collegio, eòque magnifico.

P Habet verò Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 53. ædificatam perfectè fuiſſe hoc anno, & verè abſolutam Eccleſiam S. Mariæ de medio ponte, vulgò de *Moyenpont* in Boloniæ Comitatu, in qua honoratur Imago Beatæ Virginis miraculis variis fulgens, cuius hiſtoriã fusè ſcripſit Ioannes le Boucher Ordinis Minimorum.

Q Verùm ex eodem Ordine Minimorum ad immortalem gloriam tranſiit Pater Franciſcus Binans deuotiſſimus in Dei genitricem, vt aduertit Dattichy in hiſtoria Minimorum lib. 3. pag. 415. vbi vitam eius deſcribit; & fusè proſequitur, quomodo iam à teneris annis crebrò eandem Deiparam inuocaret, crebrò ſalutaret, & per

eius auxilium hæreticus ad fidem conuerteret, quod potiſſimùm accidit Matiſcone, vbi Thebphilum Caſſegrain conſuſit; & Maſſiliæ, vbi hæreticum pyratam ad furcas condemnatum, & ad Romanam fidem conuerti renuentem, orata ab ipſo, adeòq; poſteà ſpectata ſimul ab vtroque, Franciſco nempe & pyrata prædicto, glorioſa Virgine, fœliciter Eccleſiæ reddidit, & auctum Sacramentis ad mortem cœlo dignam Chriſtoque præparauit. De eodem agit Vincentius, Charron. 1. Auguſti n. 3. & Balinghem eadem die num. 4.

Rurſus ex eodem Ordine decimo ſeptimo Septembris fœlicem reddidit animam Frater Stephanus Iuttice, Oblatus, vt vocant, & magnus Deiparæ famulus. De quo eadem hiſtoria Minimorum lib. 3. pagina 449. & Balinghem ac Vincentius Charron 17. Septembris faciunt mentionem. Hic dicitur ea fuiſſe mente, vt impatientiam, quâ, ob dolorum in oculis acerbitatem, pulſari conſueuerat, deuotione in Virginem & vincendam putarit, & verò vincendam ſuſceperit. Excedentem in abſtinentia monuit Deipara, vt nollet ſingularis eſſe, ſed potiùs Communitati ſe redderet conformem. Dedit & ei donum prophetiæ, vim miraculorum, ſcientiam infuſam, & aliquando etiam redeunti de templo dedit oſculum pacis. R

At ex Societate Ieſu P. Petrus Scarga 27. Septembris Cracouiæ piè exſpirauit, vt habet Alegambe in Bibliotheca, & ante hunc Petrus Doutremanus in vitis illuſtribus Societatis Ieſu. Hic poſt conſumptos in docendis Chriſti populis multos annos, & inſtruenda Stephani Poloniæ Regis Curia, paucis ante obitum diebus album cereum conflauit, quē B. Virgini Czeſtochouienſium mitteret: is miſſus illico accenſus eſt; & quando ille cereus ardendi, Pater viuendi finem fecit. Ingreſſus erat Societatem Ieſu in terris die Purificationis; ingreſſus eſt illam in cælis die confirmatæ Societatis; confirmata eſt enim Societas anno quidem 1540. ſed die 27. Septembris. De eo adhuc aguot, Balinghem & Vincentius Charron 27. Septembris, Gononus in Chronico, & alij. S

Hoc quoque anno iuuatur auriga, & eximitur à ſubmerſione tum ſui tum ſuorum equorum per Virginem Læticienſem. Item puer in puteum deiectus. Quæ duo miracula habet Cetiſierius 2. parte, cap. 9. num. 8. & 9. & Vincentius Charron 9. Decembris n. 4. & 18. Maij. n. 4. quæ ibi fuſiùs deſcribuntur. Similiter à Diua Veyerenſi ſanatus eſt Andreas Nidecker, Decanus Eccleſiæ S. Martini Vormatienſis ab incurabili tibiæ inflammatione. Et Nicolaus Rublem, ob graues blaſphemias à dæmone poſſeſſus, liberatus eſt, vt patet ex hiſtoria B. Mariæ Veyerenſis, & ex Vincentio Charron ac Balinghem 16. Iunij n. 4. & 30. Martij. T

Nunc autem, quod docet Bibliotheca Mariana Hippolyti Marraccij; ex Scriptoribus piis, Mariæ laborarunt ſaltem duodecim. Vincentius Gilibertus, Theatinus, qui eleganti ſtilo Italico tomos tres Ciuitatis Dei; hoc eſt, De B. Virginis Myſterijs & laudibus Conciones ſexaginta quinque conſcripſit: & plam item Connexionem Paſſionis Ieſu & Mariæ. Chriſtophorus Fonſeca, Auguſtiniani Eremitæ Ordinis, qui Virginis vitam ex Euangelijs expreſſit. Ex eo etiam Ordine Ioannes Baptiſta Gorus, pro ſabbatis Quadrageſimæ Conciones ſex, vna cum Concione de Annunciatione edidit. Chriſtophorus autem Hortmannus, Benedictinus, excudit Friburgi Briſgoiæ Annales Eremi Deiparæ Matris in Heluetia. Ex familia minorum: Angelus Cæleſtinus quadraginta quatuor Diſcurſibus in *Miſſus eſt* & *Magnificat*: & viginti duabus Concionibus, amplauit gloriam Dei genitricis. Item Nicolaus Gazeus edidit Thuribulum animæ piæ, ſiue Orationes de vita, verbis, & operibus B. Virginis. Ac Paulus a Cruce, Mariale in tredecim Tractatus diuiſum. Ex Seruitis; Archangelus Ballotinus Italicè ſcripſit Pios affectus compaſſiuus ſuper dolores Matris Dei: deinde Colloquium pium de planctu *Mariæ*: tum Diſcurſus decem ſuper nomen eiuſdem. Ex Societate Ieſu, Vincentius Filliucius, Opuſculum vnum de feſtis Deiparæ, quod ſuis Quæſtionibus moralibus immiſcuit. Ex aliis Franciſcus Lucas, Burgenſis, Audomaropolitanæ Decanus Eccleſiæ, inter multa edidit ſuper *Magnificat* & ſuper *Miſſus eſt*: addiditque Conciones ſex de variis S. Mariæ myſterijs. Petrus Vladeracus, Brabantus, compoſuit de B. Virgine in Otſchot ad ſacram quercum in Brabantia. Denique Ioannes Baptiſta Bonipertus, Canonicus Nouarienſis, ſuum in Deiparam affectum prodidit edendo Sermonem, De Planctu & Dolore Virginis in Paſſione filij. Gradum facerem ad ſequentem annum niſi aliquantam moram faceret Iuſtinus Miechouienſis Diſcurſu 137 n. 4. admonens hoc inſuper anno in templo S. Mariæ *de la Scala*, quod Senis eſt, authoritate Pauli quinti Pontificis Maximi, Sodalitatem erectam fuiſſe ſub nomine Sanctæ Virginis Lauretanæ, quam idem Pontifex variis indulgentiis ornauit, & eſt tandem floreotiſſima. Iam ergo. V

## Anno mundi 5596. Chriſti 1613.

V ORatorij Congregatio Gallica, diſtincta ab ea, quam Romæ, S. Philippus Nerius fundauit, approbationem habuit à Paulo quinto Pontifice Romano: & Petrus de Berulle eius Inſtitutor factus eſt Generalis: qui lacte Mariano iſtam familiam nutrire ſatagens, eandem nominaſſe dicitur Congregationem Oratorij Ieſu & Mariæ, & præter alia officia & preces, indixiſſe, vt publicè ad veſperam quotidie grato cantu Litaniæ Diuæ Virginis ab omnibus ſimul congregatis in templo Oratorij huius familiæ perſonis ſoluantur. Vide de hac inſtitutione Spondanum hoc anno n. x. Poiratum Triplicis coronæ tractato 1. cap. 12. §. 7. n. 22. Vincentium Charron 2. Octobris n. 2. vbi etiam dicit eundem Petrum de Berulle illa die Octobris ſuprà proximè dicta obiiſſe anno 1629. Cardinalem anteà factum. Paulò plura autem Donius D'Attichy de Berullo notat, tum in vita illius ſigillatim ſcripta, tum in floribus hiſtoriæ Cardinalium, quæ ad gloriam Virginis non parum faciunt. Repetens enim prima Petri ſtudia in Collegiis Societatis Ieſu, deuotionem eius in obſequio Virginis notat, quod in Sodalitium eius Parthenium adlectus, ornandi ſacelli prouinciam ſuſcepit, decorandáque arâ, & ſacrâ mundandâ ſupellectile

totus fuit, etiam propriis manibus conclaue euertens Dei genitrici dicatum. Quin vt idem author aſſerit, eidem dicitur apparuiſſe Sanctiſſima *Virgo* filium ſuum inter brachia ſtringens, & Petro offereos; qui ex profunda animi demiſſione, vtpote ſe tanto honore indigoum reputans, illum à ſe repulit, cum cognomini ſuo Apoſtolo veluti dicens: *Exi à me, quia homo pecc.tor ſum, Domine.* Addit quomodo eadem Sanctiſſima Mater ipſo ſacrificij incruenti tempore voluntatem Numinis declarauit, qua mandabat, vt Petrus ex Hiſpania Carmelitas peteret & deduceret in Galliam, vt Ordo qui trans Pyrenæos florebat & Hiſpanias ſacrabat, etiam ſua ſanctificatione exundaret in Gallias. Mandatum ille magno animo fecit, Chriſto illi & ſanctiſſima Deipara apparẽtibus, qui in ſuſcepto pio propoſito & bono opere perficiendo confirmarunt. Cardinalis renunciatus, nihil antiquius habuit, quàm totum illud ſacræ purpuræ pondus in ſubſidium Virginis refundere, quare Beatæ Deiparæ Baſilicam Lutetianam confeſtim aceeſſit, & Deo ac ſanctiſmæ matri, in hoc nouo ſtatu, ſeipſum tanquam *hoſtiam viuentem ſanctam, ac beneplacentem*, obtulit. Denique cum ſub Ieſu & Mariæ tutela Congregationem Oratorij collocaſſet, pro illius ſcuto ac ſtemmate ſacra Ieſu & Mariæ Nomina in limine Domorum ponebat, & circum illa coronam ſpineam, quibus Oratorij alumni monerentur deuotionis Ieſu & *Mariæ*, & vepium ſiue aculeorum, in vtriuſque amplificando cultu per varios labores & dolores generosè perferendorum. Hæc longè prolixiùs præcitatus author, quæ coutractiùs velut in Epitome, delibare ſatis eſt. Vlteriora itaque percurrendo.

B Et hoc etiam anno Stephanus *B*onchet naui culam argenteam obtulit B. Virgini Lætitienſi, quòd voto nuncupato, nauim ex Sequana, quam antè non poterat, extraxiſſet. Ita Cerizierius 2. parte hiſtoriæ Lætitienſis cap. 9. n. 10. In Germania autem Gaſpar Singer Bambergenſis, ita crudeliter ſuum filium pedibus pugniſqúe tractauit, vt demum occiderit; qui deinde facti pœnitens, Diuam Veyerenſem implorans, obtinuit ab ea filij ſuſcitationem; vt ad longum dicitur in hiſtoria Virginis Veyerenſis lib. 3. cap. 7. & apud *B*alinghem ac Vincentium Charton in Calendario 26. Maij

C Quin & Aſchafenburgi, ſaga quædam ad Iudicum tribunal adducta, tam tetris erat conſcientiæ tenebris obducta, nihil vt in ſe cognoſcere mali poſſet, quod vel Sacerdoti vel Iudicibus confiteretur. In his tenebris, ex conſilio Confeſſarij recurrit ad Virginem, & clauſa in carcere cœpit tam exteriùs, quàm interiùs tanto lumine perfundi, vt poſteà audientium ſe rapuerit animos, & magna ſui commiſeratione defixerit; Quin & præclara deinde cum virtute ac patientia, illatam ſibi mortẽ ac tormenta ſubiit. Quam rem Annuæ Societatis Ieſu habent, quæ rurſum ſequentia fuſiùs complectuntur.

D Moſſipontum prope, hæretica matrona acerbiſſimè ferens tantum honoris haberi ab Catholicis D. Virgini Mariæ matri Dei: vt eiuſmodi honorem, quantum poterat, minueret, ipſo Annunciationis feſto, lanei linteiue operis neſcio quid acu pingere petulantiùs occœpit: ſed ſtupor ſubitò & membra & animum tantâ vi occupauit, vt voce ac ſenſibus momento ſuppreſſis, penè ſine ſpe depoſita & extincta fuerit.

E Apud Biturigas, plumbeus ingenio puer, voto ad Beatam Virginem Mariam concepto, huic duritiæ facile obuiam iit: Nam poſt illud votum conceptum ad eam perſpicuitatem vimqúe ingenij peruenit, vt nullo negotio quælibet Philoſophica penetraret.

F At Camberij, in iuniorum Sodalium cœtu detineri ſe Cauſidicus indignum ſua conditione credens, ea propter & habebat ſe negligentius in omnibus, & multa infrequentia nauſeam ſuam declarabat. Quieſcenti in lecto cælitus oblatum eſt viſum B. Deiparæ, in puerorum conuentu ſingulos amantiſſimè complectentis, vno ipſo neglecto, quod ſatis fuit, vt culpam ſuam ille & agnoſceret, & damnaret. Sed hoc facinus Annuæ retulerant anno 1608. vt illic videre eſt litera P.

G Murciæ, latro quidam inſignis, vt ſe à periculo eriperet, nobilis familiæ adoleſcentem accuſauit, qui torquendus cùm eſſet, reiecta res eſt à Prætore in diem tertium, eo quod eſſet peruigilium *A*ſſumptionis. Adoleſcentis mater rogauit Sodales vt eum in ſacro B. Mariæ commendarent: commendarunt illi, & vix finitio ſacro latro ille Iudicem admonuit de innocentia adoleſcentis ſuumqúe crimen confeſſus eſt, vnde adoleſcens ereptus à carcere, magno ciuitatis applauſu Sodalitio adſcribi petiit.

H In æde Xerienſi, colitur religiosè *B. Virgo de Populo*, claretque miraculis: *M*ulieris hîc mammia cancro exeſa ſanata eſt: Puella in ſcalas delapſa, & caput comminuta, leuata & recreata eſt: Famulus aſſiduis febribus grauiſſimè laborans, magna benignitate eſt & gratia exemptus.

I At Conimbricæ, fœmina triginta ipſos annos in libidinum cœno turpiùs voluptata, non ſatis ndebat Confeſſarijs ſuis: Quare ſacris paſſim iniquè temeratis in deſperationem adducitur, ſpectris etiam deſperationem augentibus. Somno occupatam *V*irgo cum puellulo Ieſu humaniſſimè circumuenit, & obiurgatam puellus admonet vtatur hominibus ſibi minimè ſuſpectis, certos digito deſignans quibus vtatur, Sacerdotes. Quod & illa magno ſuo bono effecit.

K Longè quid diſſimile & verò luctuoſum certum eſt accidiſſe Biterris, vbi Doctor Caluiniſmo ac Venere infectus impium carmen in B. Virginem ſceleſtiſſimè ſcripſit: *S*ed & idem deinde, poſt turpiter cognitam vicinam mulierem moribus corruptiſſimam, ex contentione flagitij tantum ſanguinis emiſit, quantum erat opus, vt morte ſecura, violatæ *D*iuæ Virgini pœnas penderet iuſtiſſimas. Hæc & ſuperiora à litera C. hoc anno contenta referunt Annuæ Societatis Ieſu literæ.

L Nunc vlteriùs, ſcripſerunt in laudem Deiparæ Bernardinus Zanonius, Petrus Iuſtinelli, Petrus Antonius Spinelli, tres Itali, tres è *S*ocietate Ieſu, tres in D. Virginem valde deuoti. Prior Genuæ edidit de vita B. Virginis Deiparæ, Roſarium Beatæ Virginis cum meditationibus, Vitam Chriſti & *V*irginis rhythmis expreſſam. *A*lter Mediolani in lucem dedit Coronam variarum ſalutationum B. *V*irginis. Ducem Angelicum ad deuotionem B. *V*irginis, Bononiæ. Brixiæ, Monile

Virginum & Caſtorum, & De deuotione erga Virginem: Romæ Modum fructuoſè recitandi Officium Domini & Beatæ Virginis. Præter hæc induxit in choros fœminarum, vt pro fabulis, quibus tempus terere ſolent, dum fila ducunt, Litanias Virginis decantent. Sed quod caput eſt, moritur pro peſte infectis 13. Octobris anni 1630. Caſtellione in patria B. Aloyſij Gonzagæ, vt didici ex libro Victimarum Charitatis Societatis Ieſu ad annum præcitatum 1630. vbi, inter alia ornamenta virtutum, Iuſtinellus ob amorem in Deiparam præcipuè laudatur. Quippe, inquit hic liber, illi fuerat à primis vnguiculis per Carmelitanum ſcapularium mancipatus: ſubinde in ſacrum Roſarij cœtum conſcriptus, cuius leges omnes accuratè ſeruabat. Grandior factus collegit ipſe iuuenum inſignem manum, quibus ipſe cùm ad ſanctimoniam præiret exemplo, eoſdem iuſſit omnes primo in acceſſu ſe obſequio deuouere Deiparæ; quotidie penſum illi perſoluere Virginalis Officij; eiuſdem honoribus edendi penuria colere dies Sabbati; dies Dominicas ſurem ſacro epulo veſcendi copia. Ipſe, cum de Societate capeſſenda ſtetiſſet conſilium, diem Sabbati velut aliis auſpicatiorem delegit ad eius propoſiti exitum. Ad cæteras ſuas deuotæ in illam venerationis exercitationes, quotidie in templo coram eius ara proſtratus, poſt precationem longiuſculè productam duodecies Dominica Angelicáque formula Reginam ſuam conſalutabat, memoratis interea totidem illius excellentiis; alias mortificationes, orationes, deuotiones adhibebat. Litanias recitabat, & in omni ſermone de B. Virgine mentionem ſubinferebat: quæ loco præcitato fuſiùs explicantur. Tertiùs, videlicet Spinellus, ſui quoque in magnam Dei *Ma*trem animi plurima monumenta reliquit, in quam iam ab initio ætatis propenſiſſimus erat. *S*eptennis enim Deo ſe ac *Deiparæ* votá virginitate conſecrauit. Octennis ſe lecto per hyemem nudus ſubducebat, vt *V*irginem recitato eius Officio coleret. Relicta domo Ducis Seminaræ patris ſui, & Societatem ingreſſus, ita virtutum ornatu abundauit, vt emineret cultus Virginis. Sodalitium ſub Conceptæ Virginis inuocatione collegit Neapoli. Omnibus fermè prouinciis ſeu oneribus in Societate exantlatis, Romæ moribundus ingeminabat: *O Domina mea, quæ docuiſti me à iuuentute mea, vſque in ſenectam & ſenium ne derelinquas me.* Scripſit verò Spinellus volumen egregium de laudibus B. Virginis Deiparæ, ſic inſcriptum, Maria Deipara Thronus Dei. Acceſſit Appendix, in qua continentur, Elogia Deiparæ ex ſacris literis iuxta vitæ eius ſeriem digeſta. Item exempla & Miracula de *D*eipara; Feſta & Templa. Ac demum Virgines, quæ *M*atrem Dei imitatæ ſunt. Opus hoc Spinelli verè fons pleniſſimus eſt, ex quo facilè quilibet haurire poteſt, quæ deuotionem erga B. Deiparam prudenter erudiant, ſapienter accendant, ſuauiter informent ac delectent. De his authoribus videri poteſt Alegambe in Bibliotheca ſua; & in libro prætacto de Victimis charitatis.

Præter hos autem compoſuit nonnullos gallico idiomate ſermones in præcipuas Diuæ Virginis feſtiuitates Ioannes Bertaldus Epiſcopus Sagienſis, nempe in Conceptionem & Purificatio- M
nem, vt patet ex eius operibus. Sicut verò notum eſt ex Bibliotheca Mariana, vlteriùs viginti propemodum in laudes Deiparæ hoc anno laborarunt. Alphonſus Fernandes, & Ioannes Andreas Coppenſtein varia de Roſario ſcripſerunt, præter Conciones, quas poſtremus hic in feſta Deiparæ edidit; erat vterque Prædicator. Ioſephus de Bardaxi, & Nicolaus Dadier, Carmelitæ, vulgarunt; hic Parthenicam Marianam; ille Conciones aliquas de Conceptione & Purificatione. Præterea Hieronymus Pouodouius, Canonicus Cracouienſis, edidit de imagine B. Mariæ Czeſtochouienſi; & Sermones. Ioſephus Manzonius, Taruiſinus, Italicè ſcripſit Meditationes de Doloribus Virginis; Pias item precationes, & opus abſolutiſſimum de Roſario. Laurentius Beyerlinck, Antuerpianus, Promptuarium Concionũ ſuper Euangelia feſtorum Deiparæ; obiit ipſe 22. Iunij anni 1627. Siluester Maurolycus, Meſſanenſis, Tractatum de Baſilicis & Templis magnæ Reginæ cæli dedicatis. Laurentius Abbatius, adhuc *M*eſſanenſis, Capellanus & Fundator S. Mariæ Boni Itineris, Dialogum de vita B. Mariæ. Pantaleo Caramagnola, Italus Presbyter, Librum de Roſario. Ferdinandus Carolus, Parmenſis, Relationem amiſſionis & recuperationis ſacræ vittæ Dominæ noſtræ. Franciſcus Fernandez Galuao, Sermones in feſta Beatæ Virginis. Franciſcus Gemma, Capuanus, Cantica 150. & Hymnos 30. in honorem Virginis. Hieronymus Tortoiettus, *V*eronenſis, Carmen de Annunciatione, quod edidit ſub nomine Alexandri Seueri; obiit Romæ anno 1631. Ioannes Ianuſouius, Cracouienſis, de Roſario, & mortuus hoc anno eſt. Ioannes Thiepolus, Venetus, & Eccleſiæ S. Marci Primicerius, de doloribus Virginis vulgauit Tractatum; & inſuper de eadem re quadraginta & vnam Meditationes. Rutilius Benzonius, qui hoc anno è viuis ſublatus eſt, & in cella Lauretana tumulatus, cùm eſſet Lauretanus & Recanatenſis Epiſcopus à Sixto quinto creatus, libros quinque Commentariorum in *Magnificat* edidit pereruditos, in quibus præter ſenſum Literalem, *M*oralem, & Anagogicum, varias hæreſes ex ſingulis Cantici *Magnificat* verſibus opportunè refutat. Denique Richardus Gibbonus Societatis Ieſu, vir apprimè doctus, præterquàm quòd in publicum dedit recognitas à ſe Diui Amedei Lauſanenſis Epiſcopi octo de Matre Dei Homilias; ipſe Syllabum, ſeu Catalogum Auctorum quinquaginta collegit, qui Homilias, Sermones, Encomia, in præcipua Deiparę feſta ſcripſerunt; & mortuus eſt Duaci 21. Iunij 1632. De his omnibus vide, ſi lubet, Marraccium. Nunc autem.

## Anno mundi 5597. Chriſti 1614.

A ORdo Militiæ ſacræ inſtitutus eſt à tribus fratribus Petrignanis in Italia Equitibus, & quidem contra Infideles, & ſub patrocinio Diuæ Virginis ac ſancti Franciſci. Signum Ordinis erat crux ſerica cærulei coloris argento terminata, geſtans in medio ſui orbem inſcriptum literis S.M. coronatis, ſignificantibus Sanctam Mariam, & circumcinctum hoc Lemmate: *In hoc ſigno vincam.* Erumpebant inter quatuor crucis brachia duodecim radij argentei, indices duodecim

Apoſtolorum ; ſicut nouem maculæ argenteæ cuilibet crucis brachio impoſitæ, indices erant nouem Ordinum Angelicorum. Brachia demum deſinebant in lilia repanda, quibus imminebat ſua cuique radioſa ſtella, vt ſic illa figuraretur, quæ eſt ſtella cæli, ſoli, ſali ; & horti lilium. De hoc vide Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 6. n. 16. qui tamen ad annum ſequentem iſtius Ordinis inſtitutionem refert.

His quoque temporibus in Thuringia exorrexit iuuenis quidam Lutheranus, vtcumque literatus, cui nomen Ezechiel Medenſis, qui ſe Verbum Dei eſſe iactabat, & in ſuo corpore geſtare eandem carnem, quam Chriſtus ſumpſiſſet in vtero Virginis. Hæc deliria notat Spondanus hoc anno n. 11. nec addit quomodo à Conſiſtorio Dreſdenſi, in quo conabatur Scripturæ teſtimoniis ſua illa deliramenta defendere, habitus ſit. B

Hoc item anno, excitatum à morte infantem docet Vincentius Charron 1. Iunij. n. 3. & id ope D. Virginis Lætitienſis. Addit 9. Septembris n. 5. Ioannem Iacobum Veyret percuſſum in ore ictu bombardæ, implorata Virgine Anicienſi, fuiſſe ſanatum, cùm antè eſſet a medicis deſertus. C

Sexto autem Martij, Nicolaus Pimenta Societatis Ieſu Sacerdos, Goæ fœliciter obiit, vt habet Alegambe in Bibliotheca, de quo Nieremborgius in vita S. Ignatij cap. 17. aduertit: quòd, cùm adhuc adoleſcens, ad quoddam monaſterium, petiturus habitum Religioſum, campanulam ianuæ pulſaret ; Imago B. Virginis, quæ ad limen adſtabat vocem emiſit : *Non hic, fili, non hic tuæ eſt vocationis ſcopus, ſed in Societate Ieſu ; eas illuc.* Obſecutus eſt ille, & ſtatim eſt receptus : poſteàque propter acumen ingenij, & virtutis perfectionem miſſus in Indiam, Viſitator bis ibi fuit, ſanctiſſiméque mortuus eſt, priùs de hora mortis admonitus. D

Sed & viuere deſiit 22. Auguſti Ferreolus Locrius, Sampaulinas, Atrebati in Eccleſia D. Nicolai Parochus ; qui edidit Chronicam Anacephalæoſim B. Mariæ Virginis. Deinde Mariam Auguſtam in ſeptem libros diſtributam : ſiue Enarrationem ac Deſcriptionem locorum, imaginum, templorum, &c. Diuæ Virgini dicatorum. Ita Deſſelius in Bibliotheca Belgica. Qui etiam addit Henricum Lancelottum, Mechlinienſem, & Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Theologum, edidiſſe hoc anno Gandaui, Viticulam Marianam viginti pampinis myſticis adornatam. E

Quin & Andreas Catullius, Neruius, Iuriſconſultus, & egregius Rhetor annis 1613. & 1614. edidit Septuplicem gladium, id eſt, de ſeptem Virginis Deiparæ doloribus Elegias ſeptem. Item Septuplicem Triumphum, id eſt, Septem Gaudia Virginis Deiparæ. Ita eadem Bibliotheca Deſſelij. His addit Bibliotheca Mariana, Iacobum Boſium, qui Gallicè ſcripſit Hiſtoriam S. Mariæ à Lætitia, quæ in Picardia colitur. Iacobum Melorum, Italicè tradentem Conciones de laudibus Virginis. Ioannem Bueckelium, Brabantum, qui publici iuris eſſe voluit, Inſtructionem colendi Deiparam ; & Hiſtoriam ac Miracula S. Mariæ in Arlebeck prope Helmondam, Leodegarium Cardon, F Gandauenſem, qui Gandaui typis impreſſit, De antiqua populi deuotione erga S. Mariam in Capella ad Quercum iuxta Hulſtum. Paulum Baronium, Florentinum, qui cecinit Heroico carmine, Miracula B. Virginis Annunciatæ de Florentia. Rodericum Manriques Hiſpanum, qui Diſcurſus de Conceptione Madriti in lucem emiſit.

G Petrus verò Morales Societatis Ieſu ab ineunte ætate cultui Deiparæ Virginis & Sancti Ioſephi impensè addictus, ſcripſit opus in caput primum Matthæi, De Chriſto Domino, Sanctiſſima Virgine Deipara Maria, veróque eius, dulciſſimo & virginali ſponſo Ioſepho, diſtinctum quinque libris, impreſſum Lugduni per Horatium Cardon : in quo opere ſuum in Deiparam, eiuſque ſponſum affectum latiſſimè explicat. Ita Philippus Alegambe. Sed huic plures ſocios agglomerat Bibliotheca Marraccij. In primis ex Societate, Franciſcum Labata, Cæſarauguſtanum, qui præclarè compoſuit, De Virginis Conceptione ; & de eiuſdem Myſterijs atque Excellentiis. Et adhuc Vincentium Reginam, qui hoc anno Panormi in patria ſua defunctus eſt, poſtquàm ſcripſit de myſterijs Beatæ Deiparæ. Item Bartholomæum Petraccium, qui hoc anno vulgauit & Meſſanæ dixit egregiam Concionem de Epiſtola Beatæ Virginis ad Meſſanenſes. Ex Benedictinis Antonium Aluaredum & Hieronymum Marthon, quorum vterque Hiſpanicè edidit, hic Diſcurſus tres de Conceptione, & duos de Exſpectatione Partùs ; ille Ducem deuotorum & Mancipiorum B. Virginis. Ex Ciſtercienſibus, Bernardum Lopes ; hic adhuc Hiſpanicè Sermones in feſta Deiparæ ſcripſit. Balthaſarum Arias, Prædicatorem, qui itidem Diſcurſus in eadem feſta prædicabiles. Antonium à Trejo, Minoritam, qui Orationes duodecim pro immaculata Conceptione. Carmelitam, Hieronymum Gratianum, qui varia opuſcula dedit, De Corona, Roſeto, & ſimilibus. Carmelitam alium, Cherubinum Ferrarium, Mediolanenſem, qui edidit Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis S. Mariæ, quę eſt in conuentu Vicinoui. Denique Franciſcũ Mariam Turrigium, Canonicum S. Nicolai in carcere Tulliano, qui hoc anno incepit Romæ typis vulgare varias ſuas lucubrationes in honorem Virginis ; nam quotannis fermè poſteà proſecutus eſt, vſque ad annum 1641. & 1643. cùm Hiſtoriam Imaginis S. Mariæ, quæ Romæ eſt in Monaſterio SS. Sixti & Dominici in lucem emiſit ; ac demum pro eadem Hiſtoria Apologiam.

H Poſt hæc, Annuæ literæ Societatis Ieſu, ſequentia notatu digna vbertimo prouentu adferunt. Cœnobium Deiparæ ſacrum, tertio ab Hommona milliari & religione florentiſſimum Caluinianus aliquis de familia Drugethij Comitis, odio Catholici nominis funditus euerterat. Crebreſcentibus miraculis illud reſtituit Hommonenſis Dynaſta, & inſigni ornatu anno ſuperiore inſtaurauit. Eò ex Polonia, Ruſſia, & longinquioribus etiam prouinciis, hoc anno ipſis Pentecoſtes diebus, affluxerunt Virgini piè ſupplicantium tredecim millia, ſub vexillis mille quingentis & ampliùs. Quæ tota multitudo, venienti in templum atque cœnobium, Hommonenſi Dynaſtę reſtauratori gratulabunda obuiam iit,

Digitized by Google

iit, cum multa grati animi ſignificatione ob redditum D. Virgini cum templo & cœnobio honorem.

I Puella Norimbergenſis honeſtis & copioſis nata parentibus, Lutherano educata in ritu, Angelicæ ſalutationis formulam à Catholico didicerat, & eâ Virginem Matrem ſalutando ſibi conciliabat. Per quietem iuſſa eſt a Virgine proficiſci Bambergam, erudienda ab vno de Societate, quem etiam B. Virgo de ventura puella admonuit, varia adiiciens argumenta quibus diſtingueretur ac dignoſceretur ab aliis puellis. Solebat hæc puella in ſinum recepta Eccleſiæ dicere: *Nulli hæretico poſſe accidere, vt cum hæreſi è vita decedat, cui cæli Regina in honore fuerit.*

K In Iulide, quæ eſt regio Peruuij, ſæuiſſima hoc anno debacchata eſt peſtis. Audierant Virgines duæ, genere quodam defungi *Martyrij*, qui peſte affectis miniſtrantes ipſo morbo extinguebantur: quare ingenti animo hoc munus ſuſcipiunt. Harum vna nomine Catharina, contracto peſtilenti halitu decumbens, viſitata fuit & alloquio digna reddita Beatiſſimæ Virginis Ieſum puerum vlnâ ſuâ complectentis: auditáque eſt in ipſo obitûs articulo ad Deiparam effundere has voces *Domina mea, vnde mihi tantum dignationis, vt hâc vilitate muliercula tuis paſcar vberibus?* Quæ cùm diceret, hiatum oris aperuit, velut papillam acceptura, & in iis verbis animam efflauit, inſignem omnium virtutum laude, ac virginitate præſertim, quam penè ab incunabulis ſacratam Deo, integerrimam ad extremum ſeruauit.

L *V*alliſoleti in Peruuio, Religioſus quidam Societatis Ieſu repentè conualuit imploratâ Dei *M*atris ope, & eius Conceptionis imagine capiti adhibitâ cùm anteà ſalutem ipſius conclamaſſent medici.

M Lugduni, *M*arianus Sodalis, dum aliquod negotium ardentiùs procurat, maioris modi acum ſiniſtro oculo infigit; deſperatur à medicis huius oculi viſus: ſed confugit Sodalis ad Patronam ſuam D. Virginem, & paucis pòſt diebus redditur ſua oculo integritas, tenui duntaxat vulneris maculâ reſidente, quæ diuinæ manus admotæ beneficium ſemper oſtenderet.

N Veſuntione reſipuit hæreticus Sacerdos, & relictis caſtris Caluini ad Catholicam fidem ſe recepit, poſt triginta apoſtaſiæ annos. Huius conuerſionis cauſa aſcribitur pietati in Deiparam, quam nunquam ex pectore expunxit, vtpote cuius ſacram coronam perpetuò circumferebat, & identidem clam recitabat. Quam etiam deuotionẽ dum quidam ſceleratus homo Toloſæ frequentat, in numero reorum notatus eſt ſingularibus gratiis in mortis ſupplicio fuiſſe præuentus.

O Talabricæ in Hiſpania, quidam ex hominibus Societatis Ieſu, dum laborat in miſſione per pagos, obuiam habet indigenam à quo inuitatur domum ſuam venire, adiuturus coniugem ſuam viciniſſimam morti. Ingreſſus ille inuenit humi ſub lodice cubantem, apoſtematis toto corpore & puſtulis plenam; pleniſſimam verò conſolationibus cæleſtibus. Aſſedit Pater in putri ſcabello, cui ægra dixit: Nocte ſuperiore ſe vidiſſe Angelorum Reginam cælitibus comitatam, quæ ſibi totâ illâ nocte ad auroram vſque adſtiterat in eo ipſo ſcabello in quo ſacerdos ſedebat, collaudarat deuotionem ſuam quâ Roſarium quotidie ſoluebat, confeſſionem Euchariſtiamque recipiebat, labores æquanimiter tolerabat: monuerat, vt cùm aliquo de Societate rem certã tractaret, cuius in confeſſione oblita eſſet annis ſuperioribus: Item vt perſeueraret; & fore ſibi propitiam: Inter quæ Virginea verba, inquit, cùm ægra complecti præ amore Deiparam vellem, ipſa ſubitò Beata Dei mater abiit in cælum permulta pompa eamdem comitante.

P Apud Inſulas Fortunatas, crimine onerata mulier, & ex morbo iam mortem expectans, cùm nollet ob larua Confeſſario detegere conſcientiam, exorauit à Beatiſſima Domini Matre, vt ignotus aduentaret Confeſſarius, cui ſine ſcrupulo aperiret peccata ſua; quod & obtinuit, magno animi ſui ſolatio, & gratiarum actione erga B. Deiparam.

Q Limæ, adoleſcens ſcrupulo moleſtè agitatus, cum lachrimis ſæpiùs Dominum Deum precabatur, vt quid ſe vellet fieri declararet. Virgo viſa in ſomnis eum Crucifixo ſiſtere & commendare; demum etiam hortari Societatem Ieſu ingredi, ſi cuperet abſolui priſtinis & omnibus animi anguſtiis; quod & præſtitit, non ſine certis indiciis & effectibus *M*arianæ vocationis.

R Namurci, adoleſcens optimo loco natus, patrimonio deperdito per ludum & ganeam, ad ſubſidium dæmonis & magorum recurrit: Ab iis in ſiluarum abdita deductus ſuadetur Numen execrari; obtineturque: ſed Beatam Virginem execrari noluit. In tam facinoroſo homine placuit Deo ea in Beatam Virginem voluntas, vnde & exorari ſe paſſus eſt, vt reſipiſcenti condonaret, imò vt etiam priſtinas rei familiaris copias reſarciret.

S Lubliui in Polonia, Hungarus quidam nobilis congredi de Religione voluit cum Sacerdote Societatis Ieſu: dicta dies eſt in craſtinum; interim dum eum Sacerdos admonet, vt, ſi velit agnoſcere veritatem, per preces ad B. Virginem, vehementer cultam à maioribus ſuis, non vereatur accidere. Audiit, & ſumpto à Miniſtro ſuo libello, antequam eum in conclaui legat, in genua pronolutus opẽ magnæ Matris expoſcit. Tunc ei in apertum volumen oculos dimittenti, adeſt formoſiſſima Virgo, & codicem è manibus excutiens, pœnas intentat ſi pergeret legere: collegit nihilominus codicem, ſed paranti legere aſperiùs minatur virgo, additque: Hæccine promiſſorum in oratione tua fides? & hæc cum indignatione locuta lumen extinxit. Quo ille facto turbatus, vbi primum dies illuxit, auidè currens ad Sacerdotem, vbi paucis rem, vt accidit, explicuit, hæreticum virus execratus eſt.

T Torunij, quæ eſt ciuitas Poloniæ, Aſſumptionis die, hæreticus Catholici operam eruendæ argillæ conduxerat, quibus ſub meridiem ad os effoſſi ſpecûs cibum ſumentibus, imminens vtriuſque capiti velut quidam fornix terreus, repentina ruina occupatos oppreſſit, mox quidem extincto hæretico, altero ſeminece, vt nempe conſcientiam procuraret.

V Cameneci in eadem Polonia, quædam inſano amore capta ad ſagam iit, vt eius ope Sodalem

abſentem ſibi ſponſum accerſeret : ſtimulos acriores ſentiens pudicus adoleſcens, ad nota Magnæ Matris ſubſidia confugit, nec mora flamma Tartarea extincta eſt : ſed ſaga luit pœnas Tyranno Acheruntio ſuæ perditæ malitiæ: fatua autem amatrix, Turcica manu irruente, captiua abducta eſt, & vndecies ſaltem vendita intra biennium.

Z Denique Muſſiponti duo deſertores Sodalitj, ſenſerunt quàm graue ſit vel culpa ſua, vel negligentia deſerere obſequium Virginis. Alius velut ſpectris turbatus; alius veris morbis & iis inſanabilibus affectus eſt, donec Sodalitii albo iterum ſunt inſcripti. Hactenus prædictæ Annuæ. Nunc autem

## Anno mundi 5598. Christi 1615.

A IMpreſſus fuit liber Lugduni complectẽs hiſtoriam & miracula quædã *S. Mariæ de Vaſſiniera* in Aluernia, quæ quandonam cœperit clarere miraculis non eſt omninò certum. Fama tamen eſt circa annum Chriſti 1374. cùm Angli vaſtabant Aluerniam, etiam ſacellum Vaſſiuieræ ita dirutum fuiſſe, vt vnicus cum feneſtra murus, vbi ſtatua Deiparæ relicta eſt, maneret; quę ſtatua, cùm in Eccleſiam Beſſani oppidi ſemileuca diſtantis ſæpè tranſlata eſſet, ſemper tamen repoſita eo loco vbi eſt, atque diuinitus inibi reſtituta, dedit occaſionem condendi, primùm quidem, parui Oratorij; deinde magnifici templi. De hac re agit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5.n. 37.

B Eodem autem anno, varij Deiparæ amici ex hac mortalitate ſubducti ſunt. Primus numerandus eſt Claudius Aquauiua Societatis Ieſu Generalis, quem Diua Virgo Sãcto Bernardo comitata viſa eſt olim, ante duos ſcilicet & triginta annos, Chriſto Domino offerre, vt in Generalem eligeretur : quæ viſio oblata eſt Claudio Matthæo, Prouinciali Franciæ, pro fauſta Generalis electione oranti, cui & uiſus Chriſtus aſſentiri ſuæ matri, & Claudio Aquauiuæ impertiri benedictionem. Thomas quoque Albiger Rector Collegij Pariſienſis, tunc raptus in ſpiritu, etiam vidit Virginem innuentem omnibus Congregatis ad hanc electionem Patribus, vti Claudium Aquauiuam eligerent. Fuit autem Claudius ſemper in Deiparam deuotiſſimus, ad cuius opem in priuatis & publicis neceſſitatibus continuò refugium habebat, illi præſertim Societatem filij ſui commendans, indictis in hanc rem Litaniis Diuæ Virginis ad certum tempus recitandis ab omnibus Societatis Ieſu hominibus. In Virginis honorem procurauit, vt in Collegio Romano Sodalitium Deiparæ erigeretur, vt deinde alia plura in aliis Societatis domibus ſimiliter inſtituerentur, quibus ad pietatem tum Scholaſti omnes, tum ciues & alij erudirentur impenſiùs. De eo vide Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis; Ioannem Burgheſium in libro inſcripto Societas Ieſu *Mariæ* ſacra; Nierembergium tomo 5. in vita Claudij Aquauiuæ; Balinghem & Vincentium Charron 31. Ianuarij; Poiræum Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 3. §. 1. n. 22. & alios non paucos.

C Poſt Claudium Aquauiuam mortuus eſt decimo quarto Aprilis Sebaſtianus Barradius, Societatis item Sacerdos, & præcellens in Luſitania concionator, de quo iam dictum eſt anno 1558. litera D. eum vocatum à Deipara in Societatem; fuiſſéque ſemper in illam animo reuerenti atque promptiſſimo inter alia declarant Commentaria quæ ſcripſit in Concordiam & hiſtoriam Euangelicam, in quibus vt doctè, ita piè & magnificè in explicanda vita & geſtis Deiparæ ſe verſat. De eo loquitur Alegambe in Bibliotheca, Ioannes Burgheſius paulò antè citatus, Nierembergius tomo 5. vitarum. Doutremannus de Viris illuſtribus. Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3.c. 5.§. 5. num. 16. Balinghem & Vincentius Charron 14. Aprilis.

D Obiit quoque Audomaropoli 31. Octobris Henricus Dellon, cui oranti Beatiſſima Virgo memoriam donauit. Obiit & Oliuerius Manaręus, vir conſtantis virtutis, quem inuocata Diua Lauretana à periculo ineuitabilis ſubmerſionis eripuit. De priore agit Poiręus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 6.§ 3.n. 2. De poſteriore Doutremannus in viris illuſtribus Societatis, & mortuũ dicit hoc anno Tornaci in Domo probationis. De quo etiam agunt Balinghem & Vincentius Charron 28. Nouembris. At verò Alegambe in Victimis charitatis Societatis Ieſu, obiiſſe adhuc Glatzij teſtatur Dominicum Valeſium, Foroiulienſem, eiuſdem Societatis, poſtquàm operã dediſſet Niſſæ in obſequio laborantium peſte. Quẽ in via perfectionis hærentem & anxium animatũ ait fuiſſe à B. Deipara ſenſibiliter eidem apparente filiolo ſuo onuſta: vnde ille inanis gloriæ timore ſuperato, magna mortificatione, humilitate, charitate, aliiſque virtutibus nõ tam cucurrit, quàm volauit ad faſtigium perfectionis. Tanta erat teneri amoris in Beatã Virginem ſuauitate, vt vix aliter quàm Matrem appellaret, de ea crebrò loqueretur & via ſine extaſi, paſſim obuias illius imagines de genu ſalutaret, ſi arbitri deeſſent, alioqui de aperto capite reuerenter ſubmiſſo. Cúmque aliquando dolore genuum grauiùs laboraret, inuocata Virgine dolor omnis & tumor euanuit : ac demum permultas ſpirituales gratias ab ipſa obtinuit. Ita prædictus Alegambe hoc anno. cap. 4. 8. &c.

E Præter hos euolauit etiam ex hoc vita Beata Paſſidea, cuius vitam ſcripſit Venturinus Senẽſis Abbas Oliueti, & miras enumerat gratias & priuilegia Diuæ Virginis in Paſſideam. Illi enim adhuc trienni & ægrotanti adfuit S. Virgo & medicinam exhibuit, qua ſumpta ſanata eſt. Octennem à ſubmerſione eripuit, & cum ea domum retulit varia linteamina. Poſteà debilem & caniſtro oneratam leuauit, caniſtrúmque ad pauperes ferens, pauperibus eleemoſynas diſtribuit, & loco Paſſideæ conſolationem ingeſſit. Quin & afflictæ ac ſollicitę Paſſideæ de ſtatu demortuæ matris, oſtendit eam ſaluam. Demum anno 1592. eidem cum filiolo Virgo apparuit, quo tempore paruulus Ieſus, manu ad ipſius pectus admotã, eidem cor abſtulit, vnde nec poſt mortem cor in ea à medicis aut Chirurgis inuentum eſt, inquit prædictus Venturinus, & poſt eum Vincentius Charron 16. Maij. n. 2.

F De Scriptoribus piis, qui pro Beata Deipara ſudarunt, illuſtres ſunt Adrianus Mangotius Belga, qui ſæpè Louanij & Antuerpiæ ad Sodales Diuæ Virginis dixit, & hoc anno edidit Monita

Mariana. Paulus item Comitolus Peroſinus, qui Italicè, tacito ſuo nomine, Peruſiæ in lucem emiſit, centum & triginta Priuilegia B. Virginis. De quibus duobus, tanquam de Scriptoribus Societatis Ieſu iure loquitur Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum eiuſdem Societatis. Quibus addendus eſt qui hoc anno Madrìdij obiit Chriſtophorus de Caſtro, vt ibidem habet idem author, quem ait ſcripſiſſe Hiſtoriam Deiparæ Virginis Mariæ ad veritatem collectam, & veterum Patrum teſtimoniis comprobatam, accurateque diſcuſſam. Addendus & Gaſpar Aſterius, qui de Roſario librum edidit, & hoc anno Brugis mortuus eſt, ſicut teſtatur Marraccius: ambo autem alumni erant Societatis Ieſu.

G Sed & Claudius le Brun, Iuriſconſultus Bellocenſis, ſcripſit hiſtoriam Diuæ Mariæ de Lætitia, & mirabilem eius tranſlationem ab Ægypto in Galliam. Patet illum hoc anno ſcripſiſſe ex ipſamet quam ſcripto commiſit hiſtoria. Similiter ſcripſit, ſed Italicè ſcripſit, Bernardinus Durantes, Decachordum Magnificum, ſiue Diſcurſus decem ſuper *Magnificat.* Scripſit Manuël Sarmientus, Canonicus Hiſpalenſis, Sermones duos de Immaculata Conceptione. Non ſcripſit ſed edi curauit Neapolio Comitolus, Peruſinus Antiſtes, Centum triginta priuilegia glorioſæ Virginis Pauli Comitoli, quod opus ſub Anonymi titulo edi procurauit. Scripſit & Proſper Tatius, Florentinus, de Annunciata Virgine Florentiæ & Templo eius, Heroicum Carmen. Scripſit quoque Hieronymus Alcala, Hiſpanus Hiſpanicè, Miracula *S. Mariæ* de Fuenciſela: de quibus agit Marraccius in Bibliotheca.

H Itidem Vincentius Hensbergius, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit Antuerpiæ, *Viridarium* Marianum ſeptemplici Roſario & Exercitiis variis inſtructum: Roſetum ſpirituale eiuſdem ferè ſubiecti ſcriptum Flandrico idiomate: Roſarium glorioſiſſimæ Virginis per choros diſtinctum, ac centum quinquaginta articulis vitæ Chriſti variiſque hymnis & orationibus pulchrè exornatum. Quod Deſſelius docet in Belgica Bibliotheca.

I In qua etiam idem Deſſelius refert, Louanij quidem ab Cornelio à Marca Gandenſi, Benedictino, optimòque oratore ac poëta fuiſſe editam anno 1613. orationem de B. *Virgine* Aſſumptas Gandaui autem hoc anno 1615. fuiſſe editam ab eodem Coronam Virgineam. Et nonnulla alia, de quibus Bibliotheca Mariana verba facit, vocans eum Cornelium Lumineum. Etiam adnumerat quamplurimos alios *Marianos* Scriptores ex variis Religioſis familiis: ſcilicet Cornelium Columbanum, ex Ordine Benedictino, Abbatem S. Petri in Blandinio, qui Flandrico idiomate deſcripſit libro vno Vitam Virginis, libro altero Miracula eiuſdem, ac tandem hoc anno defunctus eſt. Ex Carmelitis Alphonſum Sobrinom, & Ioannem à Ieſu Maria; quorum hic varia de deuotione in Virginem opuſcula poſteris relinquens cum ſanctitatis fama hoc anno è viuis exceſſit: ille libros duos pro immaculata Conceptione Deiparæ dedit, ac deinde Hiſpali anno 1628. obiit. Ex Prædicatorio Aluearii, Antonius à Caceres, Conciones aliquot. Iacobus Affinatus, Viridarium Magnæ Dominæ. Seraphinus Razzius, ſiue Radius, Sermonum librum & librum de Roſario conſcripſit. Ex *Minoribus*, Damianos de Lugones, Epiſtolam fecit in libelli formam, De feſtiuitate in honorem Conceptionis. Ex Redemptione Captiuorum, Antiochus Brondus edidit Tomum de Excellentiis Virginis Mariæ: & librum de Miraculis S. Mariæ de bono äëre in Ciuitate Calari inſulæ Sardiniæ. Item Petrus de la Serna excudit Deuotionarium Virginis Mariæ, & de Mancipiis Dominæ noſtræ de Mercede.

K Quin præterea Ioannes Cartagena, Hiſpanus, Ordinis Minorum de Obſeruantia, prægrandem librum edidit, De Arcanis Deiparæ Mariæ & Ioſephi, in quo permulta congeſſit, tum ex humanioribus literis, tum ex Theologia & Patribus, eruditiſſima. Theobaldus quoque des Vouëz Argonenſis presbyter libellum egregium Pariſiis edidit ſub nomine Lauri Parthenicæ, in quo tum verſu, tum Patrum authoritatibus pulcherrimè adornat & explicat aliquot de S. Deipara celebriores figuras. Prodiit hic libellus ex officina Ludouici Seueſtre, & dedicatus eſt Carolo à Lotharingia Epiſcopo Virdunenſi, qui poſteà in Societate Ieſu fœliciter obiit abdicato Epiſcopatu.

L At inter miracula, Vincentius Charron 30. Maij n. 4. mentionem facit de Franciſco Dode paralytico, quem inuocata Virgo Lætitienſis confeſtim ſanum fecit. Et 2. Octobris n. 4. de Nicolaa le moyno, quam, & corpore & mente non bene affectam, eadem *Virgo* reſtituit, quæ duo miracula etiam leguntur in antiqua hiſtoria Lætitienſi cap. 3. & 16. vt etiam habet prædictus Vincentius. Ceterùm autem poſtremi miraculi, quod refert 2. parte cap. 24. non aduertit, tempus, prioris verò apud eum non inuenio fieri mentionem.

M Mentionem autem Poirçus facit, Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 12 §. 3. n. 3. & poſt eum Gonomis in Chronico hoc anno, & *Vincentius* Charron 3. Auguſti n. 4. de quodam iuuene hæretico, quem Turnone morbus ad mortem rapuit. Hunc fruſtrà ad fidem Catholicam reuocare omnes ſtudebant, pertinax ſtabat in hæreſi. Interrogatus à quopiam, num aliquando *Virginem* Deiparam in ſuis malis imploraſſet, negauit: rogatus imploraret, renuit: pòſt tamen quodammodò coactus, ſemel ſaltem in vita implorauit: Et ecce ſe alium eſſe ſenſit; petit Confeſſarium, hæreſim deteſtatur, ſacramenta recipit, lætus & plenus fiduciæ moritur.

N At Viennæ in Gallia adoleſcens quidam, olim *Parthenius* Sodalis, iam magiæ deditus, nefanda illa commercia duos annos exercuerat. Eius præclarus Doctor impenſæ operæ mercedem exigit Chriſti eiurationem, cultum dæmonis, æternalium que Laruarum, Reſiſtantem adoleſcentem ſpectra diu noctúque vrgent: ille vt ſe ab iis expediat, Lugdunum contendit ad Magiſtrum quondam ſuum in literario ſtudio, virum Societatis Ieſu, cui charum ſe fuiſſe meminerat, quem ibi verſari inaudiit, vt ſe totum illi committat. In via variè à ſpiritibus malignis oppugnatus, ſciſcitari auſus eſt, cur ſibi tantopere irati dæmones, & ita deſtituto à Dei gratia atque præſidio, tamdiu pepercerint, nec mortem intulerint: cui dæmon nec voluntatem defuiſſe, nec conatum reſpondit, ſed prohibitos *Dei* Matris imperio, cuius clientela ille ſe olim commiſiſſet. Obſtupuit



Digitized by Google

iuuenis clementiſſimæ Virginis erga ſeros crimi-nibus reum tam mirabilem charitatem. Tum, Magiſtro Lugduni reperto rem omnem aperit, à quo ad virtutem & tranquillitatem conſcientiæ, abiectis omnibus magiæ inſtrumentis reducitur. Hæc fuſiùs explicat Gaſpar Lechnerus in Sodali Parthenio libro 3. cap. 9. numero 3. Sed vide quæ ſequuntur paulò poſt.

Idem enim Gaſpar ibidem n. 4. meminit adhuc O
cuiuſdam Sodalis, quem *Angelopoli* in Mexico, dum vrbē cum nequam ſocijs obambulat, Cuſtos Angelus ſub ſpecie viri grandæui percuſſo pectore ſic admonuit: *Túne Sodalis hac mente concipere, hac animo audeas tractare facinora?* Hæc duo, de duobus iſtis adoleſcentibus poſtremùm enarrata flagitia, omninò ad hunc annum non pertinent, ſed ad annum Chriſti 1631. Nam annuæ literæ *Societatis* Ieſu iſta duo exhibent in prædicto anno 1631. iſtud quidem in Collegio *Viennenſi*, hoc verò in Collegio Angelopolitano Prouinciæ *Mexicanæ*: contigit tamen, vt ad hunc vſque annum differrentur, illuſione numeri 1631. mutati in 1615. Quod admonere non piguit, vt ſuus veritati ſit locus.

Denique, vt claudatur hic annus, Nanceij in P
Lotharingia impenſiùs fulgere miraculis cœpit Imago B. Virginis in templo ſancti Georgij. Id patet ex eius hiſtoria ſcripta per Iulet Scholaſticum Ducalis Eccleſiæ *S*. Georgij. Addit Vaſconſellius in Deſcriptione Luſitanici Regni, paragrapho de *D*elubris num. 23. cœpiſſe paucis ab hinc annis in delubro paruo non longè ab oppido Cos, in Lerienſi Epiſcopatu, religiosè coli *S. Mariam à Luce*. Cuius initium fuit ab anu quadam Catharina nomine, cui ſarmenta colligenti cum Diua *M*artha B. Virgo apparuit, clauē amiſſam reſtituit, puteum ſecum excauare iuſſit, cubiti vnius altitudine, à quo perennis aqua ſcaturiens morbidos omnes ſubleuaret. Res ſenſim diffuſa in vulgus eſt, & tanta languentium turba valetudinem immerſa fonti recuperauit, vt non tantùm populo, ſed & Lerienſi Epiſcopo manifeſtum fuerit, non vanam fuiſſe Catharinæ factā de Virgine viſionem. Ipſa poſt duos annos extincta eſt, & ſepulta in prædicto delubro ad aram Deiparæ; quod delubrum hodie nobile eſt, & porticibus hinc inde cōſtructis ornatur. Addit & Iuſtinus *Miechouienſis* Diſcurſu 2. ſuper Litanias Lauretanas, n. 25. Dominicanos, in Capitulo Generali, quod Bononiæ habitum eſt, ſtatuiſſe, vt in omnibus Conuentibus, locis, domibus, ac monaſterijs etiam *Monialium*, Litaniæ de B. Virgine Lauretanæ poſt *Salue Regina* ſingulis diebus Sabbati decantarentur: & hoc laudabile inſtitutum occaſionem dediſſe pluribus etiam ſecularium priuatis atque familijs eiuſmodi Litanias deuotè recitandi, vnde nata eſt pia Sodalitas eas quotidie decurrentium, adiunctâ Antiphonâ, Verſu, & Collectâ de Sancto Ioſepho, ad fœlicem mortem interceſſione Deiparæ, & ſibi, & alijs eiuſdem Sodalitij confratribus à Deo obtinendam.

Anno autem mundi 5599. Chriſti 1616.

A MEnſe Ianuario in vrbe Toletana, Theſes à Franciſcanis expoſitę ſunt de Conceptione Diuæ Virginis, quibus non tantùm aſſerebant Diuam Virginem non incurriſſe Adami peccatum, ſed prætereà nec illud incurrere debuiſſe. Quæ theſes ad Inquiſitionem delatæ, & inibi diligenter examinatæ, ſuam approbationem habuerunt. Quod refert Polcæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 8. §. 1. n. 51. Qui etiam addit tractatu 4. cap. 9. §. 5. n. 5. Paulum quintum conceſſiſſe indulgentias mille dierum inuocantibus ad pulſum campanæ, pro more, Beatiſſimam Deiparam.

B Idem autem Paulus, vt Spondanus aduertit hoc anno n. 7. renouauit menſe Iulio conſtitutiones à Sixto IV. & Pio V. editas de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, majorēſque etiam pœnas in eorum tranſgreſſores ſtatuit. Quibus, anno ſequenti menſe Auguſto, decretum addidit, prohibens omninò, ne quis in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis, auderet aſſerere eam Conceptam fuiſſe in peccato originali: etiamſi id priuatim tenere non prohibuerit.

C Factus eſt & hoc anno magnus concurſus populorum, & frequentia miracula, apud Villarium monaſterium Ciſtercienſis Ordinis in Belgio, ad imaginem Virginis ex quercu Diuæ Aſpricollis effictam, quam ibi in ſacello nouo Ioannes Henrinnus Abbas expoſuerat. Habet id Miræus in Faſtis Belgicis 24. Iunij, refertqúe miraculum febris quartanę depulſę ex Petro Pecquio Brabantiæ Cancellario ope Virginis *V*illarienſis.

D Sed & Vincentius Charron, 16. & 17. Maij, mentionem facit Franciſci de Vazerac Secretarij Regis Galliæ, quem Diua Anicienſis ab ignea febre liberauit, Et de Epiſcopo Vmarienſi, quem vt puto, oportet fuiſſe Ioannem de Hoſpitio, eundémque eadē Diua ab impeditiſſimo morbo liberatum ſeruauit. De fratre autem Marino Capucino, quem ab hernia, & à Boulimia, atque acerba febre, voto facto, Lætitienſis Diua ſanum reddidit, meminit Cerizierius 2. parte. num. 6. cap. 2.

E Inter famulos autem Deiparæ, quos ad ſe hoc anno vocauit, iure merito annumerandus eſt Bernardinus Realinus, quem miraculis clarum mori contigit die Sabbati, & die Viſitationis D. Mariæ, quod ſæpè petierat, vnde moriens frequenter exclamabat ad B. Virginem; *O Domina mea Sanctiſſima*. Varia fecit Epigrammata, variáſque epiſtolas, ſed & varia etiam prodigia in honorem Virginis, & caſtitatis. Inuiſit illum B. Virgo, & inuitauit, cùm recitaret Roſarium, vt Societatem Ieſu iniret: prætereà recepto in Societatem dedit tam purum caſtitatis donum, eidem ſe ſpectabilem offerens, vt nullas niſi cæleſtes cogitationes haberet. Vide de eo Balinghem & Vincentium Charron 2. Iulij. Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu. Nierembergium tomo 1. Vitarum, & vitam eiuſdem Bernardini per Iacobum Fuligati, & multos alios qui de eo locuti ſunt.

F Mortuus quoque eſt Pariſiis vndecimo No-

Digitized by Google

urbis Pater Ioannes Gonterius inſignis in Gallia concionator, malleus hæreticorum vulgò dictus, vir doctus, & Regibus atque omnibus charus, Societatis Ieſu pretioſus alumnus; cui, cùm ruditoris eſſet ingenij initio ſuſceptæ Religioſæ vitæ, confugiunt ad Beatam Virginem obtinuit fluenta ſcientiæ, imò & virtutum. De eo agit Alegambe in Bibliotheca, & Poireus in Triplici corona tractatu 3. cap. 6. §. 3. n. 2.

G Obiit & quinto Iunij Franciſcus Gœthalſius Brugenſis, Iuris vtriuſque Doctor, qui carmen de Diua Virgine Antuerpiæ edidit, vt habet Deſſelius in Belgica Bibliotheca. Sed & obiit è Societate Ieſu Sacerdos Ioannes à Valle multarum alumnus virtutum, de quo Annus dierum illuſtrium 18. Nouembris cùm multa cæleſtia decora enumeret; de cultu & affectu erga Deiparam hæc paulo prolixiùs congerit. Glorioſæ cæli Reginæ ſupra quàm explicari ſatis poſſit fuit addictus. Audito Mariæ nomine erubeſcebat, oculis colliqueſcebat, ardebat. Voto quotidie inſtaurato promittebat, ſe nil negaturum, quod illius nomine peteretur, ſi ſuæ conditioni eſſet conſentaneum id præſtare. Chirographum ſuo ſanguine conſcripſit, quo ſe illi in mancipium dedicauit. Roſarium ei erat loco catenæ mancipij, quod ille flexis genibus quotidie recitabat. Clientelæ pretium, teſſera & tributum erat, quicquid cogitaret, loqueretur, aut ageret, Virgini beatiſſimæ dedicate. A feſtis B. Virginis per octo dies Litanias illius ſepties quotidie recitabat. Familiare illi erat, Sabbato, & B. Virginis feſtis ac vigiliis centum quinquaginta ſalutationes Angelicas offerre. Celebrem quamdam Dei parentis imaginem interdiu quotidie, ac noctu ſæpiùs viſitabat, quæ poſtea eodem tempore, quo ille trucidatus eſt, telis confixa apparuit. Nil aggrediebatur vnquam niſi prius conſilio & auxilio Deiparæ implorato. Hæc de Ioanne ille Annus, quem à Tepeguanis in odium fidei occiſum affirmat.

H Denique obiit in Belgio nobilis ciuis Audomaropolitana Maria Aubron, ita in Deiparam propenſo animo, vt legauerit omnia bona ſua Xenodochio ciuitatis, quod vocant Hortum Dominæ noſtræ, & præter valde lautam hanc hæreditatem, ſe etiam eidem Xenodochio tradidit ad obſequium puellarum, quæ ibi educantur. De ea agunt Balinghem & Vincentius Charron 20. Nouembris n. 1.

I Ex ſcriptoribus autem Societatis Ieſu, edidit Coloniæ in honorem S. *Virginis* Philippus Bebius libellum hoc titulo: Porta cæli, vnà cum ſcala Iacob, id eſt, Teſſera Salutis, prædeſtinationis ac mortis fœlicis, cultus *Virginis* Deiparæ. Duobus verò poſt annis ibidem dedit in lucem; Scalam virtutum, cum nonnullis exercitiis ad Sodalitatem ipſam & B. *Virginis* cultum ſpectantibus. Quæ omnia patent ex Alegambe in Appendice. Poſt hæc, obierunt munus ſcribendi adhuc duo ex eadem noſtra Societate: Petrus de Oieda, qui Hiſpanicè vulgauit Allegationem Theologicam pro immaculata Conceptione Deiparæ: pro qua etiam perfectum ingens volumen moriendo reliquit. Et Thomas de *Villacaſtim*, qui rurſus, ſermone Hiſpanico ſcripſit *Manuale* vitæ & virtutum B. *Virginis* Mariæ. Ita Bibliotheca Mariana.

K At quanta præterea turba funditur ex eadem Bibliotheca de diuerſis diuerſorum Ordinum ac Statuum nobiliſſimis Scriptoribus, quorum doctus calamus Marianas laudes expreſſit? Non enumerantur minùs certè triginta. Camalduleoſes; *Vitalis* Zuccolius, qui Homilias; & *Archangelus* Spina, qui Rhythmos ſpirituales effudit. Carmelitæ: Ioannes Baptiſta de Lezana, & Franciſcus de Spinoſa, vterque pugnauit pro immaculata Conceptione: Sed vlteriùs Ioannes adiecit Mariam Patronam Carmeli: & Informationem pro reuelatione S. Virginis facta B. Simeon Stocho. Minores: Ildephonſus de Pozuolo, Philippus de Ayala, Petrus Gonzales de *Mendoſa*: primus Compluti publicè diſputandum propoſuit; *Vtrum* Chriſti fideles Mariæ, *Aue* dicentes, eo ipſo illam ab originali culpæ labe immunem proteſtentur: ſecundus edidit Toleti opus prænotatum; Caſus maior, ſeu Conſcientiæ punctus de modo his temporibus publicè prædicandi, agendi, & loquendi de puriſſima Conceptione, tertius Granatæ vulgauit Hiſtoriam montis Cælij B. Mariæ de Saliceto. Ex domo Minimorum: *Alphonſus* de Toledo, Hiſpanicè ſcripſit de puriſſima Conceptione. Idem præſtiterunt ex eadem familia, Ioannes Breton, & Antonius Ximenez. De Redemptione Captiuorum, Diſcurſus dedit Prædicabiles de immaculata eadem Conceptione Alphonſus Remon, Caſtellanus: dedit & Emanuel de Reinoſo; ſimúlque Fundationem Fraternitatis nominis *Mariæ* dedit & *Michaël* Ruiz: Philippus verò de Guimeram librum de Apparitione *Virginis* de Podio, *Valentiæ*. Ex Dominicanis, vnus Rodulphus Clurius, in lucem edi curauit, purgauitque Sermones aureos & Mariale Iacobi dicti de *Voragina* *Archiepiſcopi* Genueoſis. Ex aliis ſtatibus: Ludouicus de Torres, Cardinalis, ſub alieno Ioannis Ludouici Lelli nomine, edidit *Deſcriptionem* Regalis Templi & *Monaſterij* S. Mariæ nouæ in *Monte* regali. *Melchior* Zambranus, Hiſpalenſis, ſcripſit de Conceptione. Idem Petrus de Montſaluc, Granatenſis, ſed per Conciones 63. ad numerum annorum Marianæ vitæ. Idem Rodericus Fernandez de Ribera. Thomas Bartonus, Anglus. Alphonſus Gomes de Roxas, Thomas de Vega, Hiſpalenſis. *Aluarus* Pizzagnus, de Palacio, Cordubenſis Canonicus. Franciſcus de Luque, Faxardus, Presbyter & Rector Hiſpalenſis Collegij. Ioannes Baptiſta de Caſtro, Hiſpanus. At Andreas Victorellus, Italus, patrio ſermone elaborauit opus prænotatum: Glorioſæ memoriæ Beatiſſimæ *Virginis*. Antonius Querengus, item Italus, Patauinus, Carmina dedit de æde Lauretana; & de Columna B. Virginis in Eſquiliis à Paulo quinto erecta. Placidus autem Nigidius, Siculus, ſcripſit Expoſitionē de B. *Virgine* in Cantica Canticorum. Quinctilius Vannicellius, Italus, opus patrio ſermone cui titulus eſt, Gemmæ *Matris* Dei cum ſuo exercitio ſpirituali. Denique Thomas Thamayus de Vargas, Hiſpanus, Apologiam pro veſte ſacra, qua *Virgo* S. Ildephonſum decorauit. Hactenus Marraccij penus. Nunc autem.

## Anno mundi 5600. Chriſti 1617.

A VEnetiis die Dominica 28. Maij, habita eſt celeberrima & frequentiſſima Supplicatio;

in qua inter cæteras reliquias circumlatæ ſunt magnâ pompâ & mirabili apparatu variæ Deiparæ reliquiæ; De eius lacte, toga, pallio, velo, cingulo, & aliis. Nunquam viſa eſt Venetiis talis ac tanti apparatûs ſupplicatio, nec fortè in tota Italia à multis annorum centeniis: Solum loculamentum in quo prædictæ reliquiæ cum aliquot guttis ſanguinis Chriſti repoſitæ erant, permagnum ſanè erat, & ex pellucida admodùm chryſtallo, atque æſtimarum decem millium aureorum. Aderant multi Sacerdotes cum magnificis indumentis; aderat Patriarcha pluuiali perquam pretioſo ornatus; aderat Dux Sereniſſimus, Senatorum ordo, ſingulorúmque manus votiuum geſtabat cereum; aderat tanta populi aliorúmque multitudo, vt vix ipſa vrbs tantam turbam capere vlla ex parte poſſe videretur. Quæ ſupplicatio ideo facta eſt, vt honorarentur reliquiæ ſanguinis Chriſti & lactis Virginis, hoc repertæ anno in duabus ampullis, incluſis cum aliquot aliis reliquiis in muro ſacriſtiæ. Hanc rem prolixè narrat Cæſar Vergara in proceſſionis huius deſcriptione. Balinghem & Vincentius Charron 26. Maij num. 2. & Gononus hoc anno in Chronico.

In Nouempopulania prope *Aquas Auguſtas*, ſiue Aquenſem ciuitatem, vulgò *Acqs*, reperta eſt imago *B. Virginis à Bugloſſo*, quæ vt cœpit a multis frequentari, ita & multis cœpit vndique fulgere miraculis. De ea Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 36. B

Idem Poiræus ibidem n. 50. fuſiùs enarrat inuentionem *S. Mariæ à quercu*, apud Andegauos, in ſacello ruinoſo ac derelicto, quæ tamen vt cœpit clarere miraculis ſanato puerulo, quem ei commendauit Paſtoritia fœmina fortè illac tranſiens; ita tota regione viſitari etiam cœpit, & omnes animare ad fiduciam verámque pietatem. C

Crebriùs quoque exorſa eſt fluere miraculis Veyetenſis Diua. Nam & Kunegundam mulierem Germanam ab inſanabili ereſipelate momento eripuit. Et infantem bimulum cranio ſoluto defunctum Petro Kuning parenti, vitæque reſtituit. Et alia plura edidit, de quibus & Gononus hoc anno, & Vincentius Charron ac Balinghem 13. 17. 18. 21. Iulij. Quin etiam Lætitienſis Diua reduxit ad vitam puellam emortuam Dominæ de Thure; vt habet Cerizierius 2. parte cap. 10. n. 4. Et filium Antonij Geneæ ciuis Monerolienſis mortaliter vulneratum ſeruauit; vt habes idem author cap. 10. n. 11. Similiter Diua Claromontenſis, ſiue Czeſtochouienſis in Polonia, exſoluit à captiuitate Turcica Samuelem Korecium Ducem Valachiæ, vt notat *B*zouius anno 1583. & Balinghem, ac *V*incentius Charron 24. Nouembris n. 3. Et in ipſa Roma Iudæus, qui ſe ſe præcipitem in Tyberim dederat, inuocata tamen S. *M*aria reperit incolumitatem, & cum corporis ſalute, ſalutem animi obtinuit. Quod refert Iacobus Gualterius in tabulis Chronologicis editione 2. & *V*incentius Charron 3. Septembris n. 3. D

Quibus omnibus addendum eſt, cœpiſſe quoque, Grauuci ſiue Græcij, vulgò *Gray ſur Saone* in Comitatu Burgundiæ, apud ædem Patrum Capucinorum miraculis ad ſe populos trahere imaginem Diuæ Virginis conflatam ex quercu Sichemienſi, vt habet Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 58. E

F Sed præter tot miracula magnum hoc anno miraculum fuit Alphonſus Rodriquez, magnum Iacobus Rhem, magnum Franciſcus Suares, & alij, qui de Virgine nec minima ſcripſerunt, nec fecerunt minima.

G Et quidem Alphonſus Rodriguez, humilis Coadiutor Societatis Ieſu, & plerumque Ianitor, inſigne ſanè fuit miraculum Virginis, cum qua & Chriſto eius tanta illi erat familiaritas, vt eius ſe ipſe aſpectui ſubiicere, iucundiſſimos conferre ſermones, euntem comitari, manantem ſudore faciem abſtergere, frequentiſſime dignaretur. Ieſum & *M*ariam, indulgentiſſimo vocabulo, ſuos amores nominabat; adeóque illos impenſe diligebat, nulla vt de re iucundiùs verba faceret, quam de illis peculiari ſtudio colendis. Recreabatur aliquando Virginis Matris memoria, & amoris impetu abreptus: *O Domina mea,* inquiebat, *ô mater mea, carior mihi es tu, quàm ipſe mihi ſum; imò charior quàm ipſe tibi*: cùm ecce mox adfuit pia mater, ſubridénſque repoſuit: *Næ tu vehementer aberras, plus ego te amo, Alphonſe, quam tu me.* Mira familiaritas: Scripſit Alphonſus imperio Virginis, illas preces, quibus eam conſueuerat quotidie ſalutare. Hæ ſunt: Corona cariſſimæ & amantiſſimæ Dominæ Matris Dei. Litaniæ eiuſdem. Sanctiſſimum Officium puriſſimæ & immaculatæ Conceptionis eiuſdem Deiparæ. Duodecim Pater noſter, & duodecim Aue Maria horis diei & noctis accómodata, quibus orabat, vt in honorem puriſſimæ Conceptionis Virgo quâuis horâ dignaretur precari Filium, vt eum à peccato liberaret & præſeruaret. Vide, de Alphonſo, Alegambe in Bibliotheca. Vincentium Charron & Balinghem 31. Octobris. Poiræum Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 5. §. 5. num. 14. *V*itam eius per Nierembergium tomo 2. Vitarum, & per Antonium Girardum.

H Sed & Iacobus Rhem eiuſdem Societatis Sacerdos, quem anno 1619. menſe Octobri obiiſſe Doutremannus dicit; anno 1618. dicit Alegambe; anno autem 1617. Burgheſius & poſt eum Balinghem ac Vincentius Charron 12. Octobris; amore in S. Deiparam eximio flagrauit; cuius honori amplificando Sodalitium inſtituit, in quo iſtud potiſſimùm propoſitum eſſet, pios de Virgine miſcere Sermones, quod ideo *Colloquium* nuncupauit. In huius Sodalitij ſacrario aliquando, cùm canerentur Litaniæ Virginis cupiit intelligere in quonam ex illis encomio Diua Mater magis conquieſceret: cùm eò ventum eſſet vt cantaretur, *Mater admirabilis*, repentè ſpectabilis illi adfuit multo decora lumine benigniſſima *D*ei Mater, eóque ſe titulo gloriari ſignificauit; tum ille ex angulo, quem ſemper occupabat poſtremum, prorumpit in medium, & exclamat ſtupentibus Sodalibus, vt ingeminent tertiò voces illas: *Mater admirabilis*; cognouiſſe ſe ſe, quàm ſit Virgini Matri gratum hoc encomium. Scripſit Iacobus *D*irectiones *M*ariani Colloquij.

I Doctiſſimus autem Suares, præter illa pulcherrima, quæ in tertiam partem Diui Thomæ ſcripſit, tum de immaculata Conceptione Deiparæ, tum de reliqua eiuſdem vita: pietatis in eam

ſenſu ardentiſſimo flagrabat, quem & in ore, & in anima gerebat. Diebus Diuæ Virgini ſacratis, duas ipſos ante Miſſam horas, illius ſancto in oratione colloquio frui ſolebat, cui vni fœlices, quos in literis habuit, ſucceſſus referebat acceptos. Primus ipse de cumulata ſupra omnes ſimul Cælites reliquos Deiparæ gloria, hortatu *Martini* Guttierij viri in B. Virginis gloriâ bene animati, ſententiam ſparſit in vulgus. Id autem fuiſſe Beatiſſimæ Virgini valde acceptum, ipſa Martino ſpectabilis facta ſignificauit, gratias illi agens propter operam ſui cauſa egregiè in illa promenda ſententia nauatam. Mortuus eſt *S*uares in ſumma tranquillitate Olyſipone hoc anno 25. Septembris, identidem ingeminans: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine*! & cum gaudio dicens: *Non putabam tam ſuaue eſſe, ac tam dulce mori.* Vide de eo Alegambe in *B*ibliotheca, & Balinghem 25. Septembris, & alios.

Præter hos Societatis Ieſu inſignes alumnos, K
tres adhuc alij in Deiparæ laudes notabiles fuerunt. Placuit enim Reginæ cæli, in cuius gloriam omnes Eccleſiæ, & Religioſarum familiarū Ordines, velut flumina in mare fluunt, & fluxerunt, & fluent, & mare iſtud non redundat, quod ſatis tantùm impleri poteſt Verbo Dei, etiam ex modico Societatis alueo exonerantes ſe encomiorum vndas excipere. Bernardus ergo Bauhuſius, ſiue Bahuſius, natione Belga, patria *A*ntuerpienſis, emiſit in lucem Proteum Chriſtianum ſiue Parthenium, nimirum admirabilem hunc vnius libri verſum, & vnius verſûs librum Matri Virgini dicatum, qui ſenſu integro, & ſaluâ heroici carminis lege, Protei inſtar, toties verti poteſt, quot in cælo ſtellas Mathematici numerāt, nempe 1022. *Tot tibi ſunt dotes Virgo, quot ſidera cælo.* In quem Thaumata ſcripſit Erycius Puteanus, verſum in omnes ſuas formas explicatè deſcribens & commutans.

Poſt Bahuſium Bartholomæus Caſſius, natio- L
ne Dalmata, libros vndecim ſcripſit Hiſtoriæ Lauretanæ linguâ Illyricâ. Franciſcus item Portocarrerus, natione Hiſpanus, Comitis Medellini filius ſcripſit tractatus egregios de B. Virgine Deipara, & de Deſcenſione eiuſdem ad ſanctum templum Toletanum. De Bahuſio & duobus alijs vide Philippum Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu. Vide & Hippolytum Marraccium, qui mentionem præterea facit Didaci Seco, eiuſdem cum prædictis Societatis Ieſu, quémque poſteà factum Epiſcopum Nicænum, & ſucceſſorem Patriarchæ Æthiopiæ inopina mors in itinere ſurripuit; ab eo ſunt Diſputationes duæ de Conceptione immaculata Deiparæ: mentionem etiam facit de Georgio Vvittmiller qui ſcripſit Latino-germanicè Commentarium in *Magnificat*, & mortuus eſt Monachij anno 1633. die 18. Iulij.

Ex alijs autem ſcriptoribus Matthæus Oli- M
uier, Ordinis ſancti Benedicti, idiomate Gallico emiſit in lucem Hiſtoriā *M*ontiſſerratenſis Virginis, & eam Reginæ Galliæ, Annæ, coniugi Ludouici Regis hoc nomine decimi tertij, dedicauit. Venit in manus meas liber iſte. De quo non ſilet Marraceius, quin etiam authores permultos enumerat clareſcentes hoc anno. Claruerunt ex Scriptoribus laicis, Nicolaus Montmorentius, Belga, Comes Stegriæ, Baro, &c. qui ſcripſit Solemne conuiuium de præcipuis feſtiuitatibus *B*. Virginis. Mexia de la *Cerda*, qui de Conceptione. Ex familiis verò Ordinum Religioſorum, Paulus de Abbatia Pollicinij, Camaldulenſis Generalis, ſcripſit Theorema geſtorum Thamar nurûs Iudæ ad laudem *B*. *Mariæ*, quæ duxit originem de tribu Iuda. Bartholomæus de Loayſa, Carmelita, Triumphos Reginæ Angelorum. Ioſephus à *M*atre Dei, item Carmelita Madriti, De immaculata Conceptione. Ex Minoritis quinque: Ioannes *B*aptiſta Chiouinus, Diadema ſpirituale feſtorum atque virtutum Deiparæ Bartholomæus à Saluthio, Recollectus, varia opuſcula & exercitia ad exercitandum in Virginem cultum. Franciſcus à *S*oſſa, poſtea Segouienſis Epiſcopus, De Conceptione, & eius definibilitate ad Philippum tertium Hiſpaniæ Regem; & alia. Ioannes Franciſcus de Collantes, Sermones de Conceptione & Purificatione. Michael item *A*uellanus, Sermonem de Conceptione. Ex *M*inimis: Iacobus Bonauentura Hepburnus, Scotus, Encomium B. Virginis ſeptuaginta duabus linguis enunciatum. Item Hebraicum Officium eiuſdem Virginis. Ex Cruciferis: Celſus Buſſi, Venetus, Italicum opus vocatum, Magnitudines *Mariæ*. Fernandus Munoz, Ordinis *S*.Mariæ de mercede, *S*ermonem de Conceptione, Hiſpali. Ex eodem Ordine Silueſter de Saauedra; de Conceptione Diſcurſus Octo, & Quotlibeta Scholaſtica. *I*tem ex Ordine adhuc eodem, Petrus de Onà, qui adhuc Hiſpali de Conceptione edidit. Præterea *S*imon Creſpeſius, Theatinus, Modum recitādi Coronam Virginis. Ioannes Bellarinus, Barnabita, Ducem ad Sanctiſſimam domum Lauretanam. Alexander Bernardinius, Clericus Matris Dei, Italicum carmen in laudem Deiparæ. Gundiſaluus Sanchez, Canonicus Granatenſis, Diſcurſus tres de immaculata Conceptione. Lambertus Vander Burchius, Vltraiect. Decanus, Preces Rhythmicas ad Virginem; ac fundationem Eccleſiæ Collegiatæ D. Virginis Vltraiecti. Denique Petrus de Mirabala, cognomento de Victoria, Epiſcopus Neapolitanus in partibus, inſignem apologiam edidit pro defenſione immaculatæ Conceptionis, quæ hoc anno prodiit Neapoli. Sed iam ibidem.

## Anno mundi 5601. Chriſti 1618.

A NEapoli, in medio S.Mariæ templo, à toto Magiſtratu & populo gratiæ de bonis à Deipara acceptis aguntur, & in grati animi memoriam publicè concipitur votum de tuenda Conceptione immaculata Beatæ Virginis; cuius voti tenor, licet paulò longior ſit, non importunè, opinor, hîc inſeri poteſt: ſic ergo ſe habet: *Ad tua maieſtatis pedes, ô cæli terraque Regina Maria, prouoluti, & tua beneficia recolentes, atque erga immaculatam tuam Conceptionem deuotioni accepta referentes, nos D. Petrus Giron, Dux Oſſuna, & in præſenti regno Neapolitano Prorex, & venerabilis Vniuerſitas ſtudiorum regiorum, necnon conſilia miniſtrorum, ac militia peditum, in hac ciuitate conſiſtentes; ſacrarum literarum, ſanctorum Conciliorum, Tridentini præſertim, ſanctorum Romanorum Pontificum, ac Beatiſſimi Domini noſtri Pauli diuina prouidentia Papa quinti, de tua gloria amplificatione bene meriti, probatiſ-*

*ſimorum Patrum, vniuerſo iam ferè populo plaudente, veſtigiis inhærentes, in hoc tibi ſacro templo, in hac nobis læta & fauſta feſtiuitate; per merita filij tui te iam ab ipſa æternitate ſine originali peccato præuiſam & præſeruatam confitemur: teſtamurque Deum & filium tuum nos hanc ſententiam de tua ab originali peccato præſeruatione, noſtro iamdudum inſitam pectori, Deo inſpirante, conſtantiſſimè ad vltimum vitæ ſpiritum retenturos; hoc publicè, hoc priuatim docebimus; hæc eadem à noſtris ſubditis, & à cæteris omnibus (quantùm in nobis fuerit) teneri & doceri, Deo adiuuante, curabimus. Ita vouemus, ita ſpondemus, ita iuramus: ſic nos Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Quam aſſertionem, votum & iuramentum ad pedes ſancti Domini noſtri Pauli Papæ quinti ſubmittimus, vt hæc omnia Apoſtolica benedictione promouere dignetur. Tu ergo ô fœlix, ô ſummè fœlix, quæ ab initio & ante ſæcula ab ipſo Deo electa, & præſeruata fuiſti, Beatiſſima Virgo, eundem ſanctiſſimum Dominum noſtrum Paulum, diuturnitate pacis, & fœlicitate amplifica, & Catholicum Regem noſtrum Philippum, tuæ ſine peccato Conceptioni conſtanter addictum, omnibus bonis accumula, & longæua ſenectute, Imperij, & Iuſtitiæ gloria exorna, nobiſque omnibus animorum puritatem, ac peccati ſordium deteſtationem impetrare digneris. Neapoli 8. die Decembris 1618.* De hoc voto videri poteſt Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5 n. 93. & Balinghem ac Vincentius Charton 8. Decembris, quo die hoc votum conceptum eſt.

B Obiit autem 22. Martij Iacobus Blaſæus ex Ordine S. Franciſci, Audomarenſis Epiſcopus, qui Audomaropoli fundauit Xenodochium, ab eo vocatum Hortum B. Virginis de quo paulò antè anno 1616. litera H. aliqua dicta ſunt: in quo erudiuntur puellæ tum in variis artificiis, tum præſertim in pietate & notitia rerum fidei. De Blaſæo & Horto Virginis agit Balinghem 22. Martij n. 2.

C Obiit item Maria ab Incarnatione Carmelitani Sanctæ Thereſiæ Ordinis, quam ſeptem primis vitæ ac pueritiæ annis mater ſua candida veſte induit, voto ſe ad id Deiparæ obligans, ſi fœtus, quem conceperat, viueret. Connubio poſtmodùm iuncta ſollicitè ſuos liberos inſtruxit ad cultum Marianum, procurans vt quotidie percurrerēt Officiū Diuæ Virginis. Facta poſteà Monialis ſæpè viſitata eſt à Matre Domini, præſertim in extrema ægritudine: tunc enim Deipara ei ſe ſpectabilem cum Chriſto fecit. Quæ omnia teſtatur Andreas du Val in vita eius. Additque de imagine quam ipſa Maria Monialis ſibi pingi curauit, & ad lectum ſibi moribundæ apponi, quæ imago fons illi fuit multiplicium ſanctorum affectuum, & tenerrimæ conſolationis; adeo vt ipſa à Prioriſſa petierit hanc ſemper moribundis ſororibus exponi imaginem, quā oculis conſpectâ, interior mentis ſenſus ineffabiles delicias viréſque hauriret. De eadem Maria ab Incarnatione agit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 13. §. 2. n. 28. Et Charton 18. Aprilis, & hi omnes ex Andrea Du Val in Mariæ vita.

D Eodem verò propemodùm tempore Margarita Vviterkel in cœnobio Vallis-roſarum animam Deo reddidit, quam Sancta Deipara dignata eſt pridie Epiphaniæ ſua ſenſibili præſentia ſolari. Quod notauit Arnoldus de Raiſſe in Auctario 15. Maij, vbi & dicit eam Ciſtercienſis fuiſſe Ordinis.

E Scripſerunt deinde ad Deiparæ laudem: Carolus Scribanus, *Votiuam gratulationem* in Annuntiationem B. *Virginis* Mariæ, *Antuerpiæ* excuſam. Et Bartholomæus de Eſcobar, Conciones ſuper omnes B. Virginis feſtiuitates, & tomum vnum *Sermonum* de Conceptione B. Virginis. De his vide Alegambe, ex quo addiſces Bartholomæum, in difficili articulo, tutatum eſſe animosè caſtimoniam ſuam, ope, vt ipſe rebatur *Deiparæ*, in quam amore cultúque ſingulari ferebatur. Et hi ambo Societatis Ieſu erant.

F Sed & Maximilianus Schmidt, Brigantinus, Societatis item alumnus, ex eodem Alegambe in appendice, edidit hoc anno Moguntiæ, Mariam Victricē, ſeu Victorias ope Beatæ Virginis reportatas. Item Hyperduliam Marianam, ſiue Cultum B. Virginis exemplis demonſtratum. Fauores quoque Marianos *S.* Ignatio Loyolæ exhibitos. Et pleraque alia tum pia, tum prophana, tandémque phthiſi deſiit viuere Herbipoli.

G Tres inſuper alios ex eadem Ieſu Societate enumerat Marraccius Authores, Arnoldum Bohiereum, Antonium Daüroultium, & Nicolaum Henardū, quem poſt Alegambe Herardum, ſed mēdosè appellat: ſcripſit autē primus Toloſę hoc anno Elegiarum librum de B. *Virgine*: ſecundus varia miracula congeſſit de immaculata, eâque perpetua virginitate Deiparæ; De ſalutationis Angelicæ vſu, iteratione, vtilitate; De cultu Deiparæ debito; De ea honorata ab Infidelibus; De inuocatione, interceſſione, patrocinio eius in vita & in morte; De beneficiis corporalibus & ſpiritualibus, De Sodalitate, Roſario, *Salue* Regina Templis, Imaginibus, Blaſphemis in Virginem, &c. Tertius Conciones dedit de Cōceptione, atque hoc anno hydrope extinctus magnam retulit ſummæ patientiæ palmam.

H Inſuper ex Prædicatoribus nouem Scriptores effulſēre quorum ſeptem de Roſario ediderunt aliqua: videlicet; Balthaſar Rocca, Carolus Roſellius, *Dominicus* de S. Cruce, Ioannes Arenzanus, Ioannes Petrus Griffeus, Ioannes de Bale, Iacobus Rebulloſa, qui prætereà *Sermonem* de Purificatione, & Expoſitionem in *Magnificat* conſcripſit. Reliquorum duorum, Hyacinthus Suſcius, Polonus, Conciones dedit de feſtis Deiparæ. Bartholomæus verò Preſmilienſis, iterum Polonus, edidit ſermone patrio Poſtillas ſuper Euangelia feſtiuitatum Deiparæ, tum in eadem integras Latinas Conciones. Quæ notat ſigillatim Bibliotheca Mariana.

I Ad hos Scriptores vlteriùs eadem Bibliotheca iungit alios ſeptemdecim, qui ſtilum ſuum, ſuúmque ingenium Diuæ Virgini dedicarunt. Ex Auguſtiniana familia, Ioannes Paulus Berlendus ſcripſit Elogia B. Virginis ſuper Litanias Lauretanas. Auguſtinus Oſorius Sermonem de immaculata Conceptione. Gonzalus Ceruantes Sententiam S. *Auguſtini* pro Conceptione puriſſima Dei genitricis. Ex Carmelitica propagine, Iacobus, Raimundus Sermones de Conceptione, & aliis Deiparæ feſtis. Franciſcus *Boërſius*, De ſacris Mariæ Imaginibus miraculoſis in Conuentibus Carmelitarum. Petrus à Corneyo & Pedroſa, Salmantinus, De Conceptione. Ex Mi-

notibus. Petrus Nugnez de Caſtro, Aragonen-
ſis, Diſcurſus quatuor de Conceptione, & vnum
de S. Maria de Portiuncula. Conciones Aduen-
tuales ſuper *Aue Maria* Stephanus Farrouilli,
Gallus. Ignatius Garaias de Conceptione, ſicut
& Antonius à Magdalena. Ex Redẽptione Ca-
ptiuorum, Manuel Diaz, in Salmanticenſi Vni-
uerſitate Cathedraticus, iterum de Conceptio-
ne. Ex Theatinis, Ioannes Baptiſta *Magnauacca*,
opuſcula varia ſub his titulis: Corona regalis,
ſeu Vita Matris Dei; Nuncium cæleſte Mariæ
*Matri* Dei: Septem lapidea pretioſiſſimi, ſeu
ſeptem verba ex ore prolata Matria Dei; Ea po-
ſitio Epiſtolæ *Mariæ* ad Ignatium *Martyrem*;
Tractatus de cultu & deuotione in Dei genitri-
cem. Ex Ordine S. Mariæ Montis Oliueti, Ven-
tura Venturi Italus, edidit Hetruſco Carmine
Poëmata ſacra de Deſponſatione, Annunciatio-
ne, & Viſitatione B. Virginis. Petrus deinde
Layandus, Collegij veræ Crucis in Vniuerſitate
Salmanticenſi Rector, Sermonem de Cõceptio-
ne. Annibal Lometius, Senenſis, Explicatio-
nem in *Aue Maria*. Antonius Calderon, Hiſ-
panicè ſcripſit Relationem feſtiuitatis in hono-
rem immaculatæ Conceptionis ab Vniuerſitate
Beatienſi celebratæ. Denique Nicolaus Ratzen-
dorfferus, Ædilis Lucernenſis, edidit Hiſtoriam
& miracula S. Mariæ Vuerdenſteinenſis propo
ciuitatem Lucernenſem in Heluetia.

Sanatum denique hoc anno epilepticum apud K
*Diuam Veyerenſem* habet Balinghem & *Vin-*
centius Charron 6. Auguſti n. 6. Cerizierius ve-
rò 2. parte cap. 4. n. 3. hiſtoriæ Lætitienſis ait la-
borantem colicis doloribus Dominam de Con-
det liberatam fuiſſe ſubſidio eiuſdem Diuæ Vir-
ginis Lætitienſis. Atenim.

## Anno mundi 5602. Chriſti 1619.

ORdo Militiæ Chriſtianæ octauo *Martij* A
inſtitutus eſt à Principe Niuernenſi Carolo
Gonzaga, & aliis Ducibus atque Nobilibus ſub
protectione Diuæ *Virginia*, *S.* Michaelis, & S.
Franciſci in quem Ordinem abſorptus eſt ille
alius Ordo militiæ ſacræ, de quo actum eſt anno
1614 litera A. De his verò Ordinibus agit Spon-
danus hoc anno n. 14. Mercurius Gallicus to-
mo 15. Vincentius Charron 8. Martij n. 4.

In Rhea autem Inſula, quidam hæreticus, B
dum nautas hoſpitium petentes, & inuocantes
nomẽ Ieſu atque *Mariæ*, durè ſane ac inhoſpita-
liter reiicit, ſua punitione à vindice Numine
immiſſa non caruit: Repertus enim poſtridiè
eſt mortuus & miſerè proiectus in haram porco-
rum cum ingenti omnium execratione & ſtupo-
re. Ita Ioannes Perroteau Franciſcanus in libello
de laudibus nominum Ieſu & *Mariæ*, ac *Vincen-*
tius Charron 14. Ianuarij n. 4.

Fœliciore fine has vitæ miſerias deſeruit Pa- C
ter Franciſcus Coſterus, Societatis Ieſu fortis
operarius, Deiparæ egregius famulus, cui ſe dice-
bat infantulum à parentibus fuiſſe conſecra-
tum, cuius in peruigiliis ſemper à ſe ſe acerbio-
rem aliquam punitionem repetebat, & omnes
eius imagines vbilibet obuias aperto capite, &
*Angelica* ſalutatione venerari ſolebat, ac liben-
ter patrata per eam miracula referre & audire.
Statuam ei prægrandem *Antuerpiæ* pro curia
collocandam curauit: *S*odalitates plurimas eius
honori ereait; multa ſcripſit quæ deuotionem in
eam ſapiunt & inſpirant: inter alia, Meditatio-
nes quinquaginta de vita & laudibus *Deiparæ*
*Virginis Mariæ*. Meditationes ſeptem in preca-
tionem *Salue Regina*, & hymnum *Aue maris*
*ſtella*. Conciones item de B. *Virgine*, & alia, De
quibus omnibus Alegambe.

D Idem quoque Alegambe mentionem facit de
Sabino Chambers, natione Anglo. Societatis Ie-
ſu itidem Sacerdote, qui ſcripſit Anglico idio-
mate Hortum *B. Virginis* Mariæ Audomari hoc
anno excuſum. Scripſerunt quoque ex eadem
Ieſu Societate; Barnabas de Matute, Salman-
ticæ Sermones duos pro Conceptione. Petrus
Eulard, Louanij, Libellum Sodalitatis B. *Virgi-*
nis. Ioannes *De*kerius, qui hoc anno vitam com-
pleuit Græcij in Germania, Diadema *Marianum*
octo propoſitionibus ſeu ſtellis contextũ, quibus
tota Deiparæ vita elucidatur. Et de his memoriã
Maraccius conſeruat. Quibus adiungendus eſt
Iacobus Salianus, nobilis ſcriptor *Annalium* ve-
teris teſtamenti, qui hoc anno in publicum illos
proferre incipiens, etiam incepit in eis dare præ-
clariſſima parallela inter veteris teſtamenti illu-
ſtres matronas & ſanctam Deiparam; imo & vi-
tam ipſius *Deiparæ*.

E Præterea Maximilianus Vuitebort, Monten-
ſis, Louanij edidit pulcherrimam de Aſſumptio-
ne B. *Virginis* panegyricam orationem. Et Nico-
laus *Vernulæus*, Luxemburgenſis, Diſſertatio-
nes de Conceptione, & Viſitatione B. *Mariæ*, &
de Aſſumptæ Virginis triumpho. De quibus
Deſſelius in Bibliotheca Belgica verba facit. Sed
longè maximo numero profert alios Bibliotheca
Mariana: Carolum Stengelium, Benedictinum, à
quo hoc anno prodiit Parthenicum decus Ma-
riæ. Auguſtinianos; Franciſcũ de Leone, qui Sal-
manticæ excudit de Conceptione: ſicut & Ba-
ſilius Pontius ibidem & eiuſdem Ordinis alum-
nus. Deodatum *S*olera, qui tractatum de ſtatio-
ne Virginis iuxta crucem; & alium de ſpirituali
*Virginis* Maternitate erga Ioannem. Carmeli-
tas: Iodocum ab Aſca, qui Theſaurum ſacri ſca-
pularis Carmelitani per Virginem dati Simoni
*S*tockio. Sigiſmundum Gdouium, Polonum, qui
compoſuit officium de B. Virgine pro Confra-
tribus Scapularis. Dominicanos: Laurentium
Guttieres vndecunque doctum, qui de Conce-
ptione Diſcurſum; & Raphaëlem de Columbis,
qui Conciones decem in feſta Deiparæ, & decem
ſuper *O glorioſa Domina* compoſuit. Minoritas;
Ludouicum Hieronymi de Ore, Peruanum, qui
Coronã B. Virginis Mariæ *Meditationibus* octo-
ginta *Madriti* edidit. Bartholomæum de Cara-
nias, Hiſpanum, qui de Conceptione. Item Gaſ-
parem de Vigacboga, qui Salmanticæ, & Ioan-
nem Marium Scribonium, qui de eadem mate-
ria Pariſiis impreſſit. Seruitam, Ioannem Ange-
lum Lottinum, qui Miracula Annunciatæ de
Florentia. Hernandum Gomez de Redemptione
Captiuorum, Hiſpanum, qui adhuc de puriſſima
Conceptione. De qua itidem Conceptione Ioan-
nes Sarria Cantiones edidit; itémque Leonar-
dus de Argenſola. At Ludouicus de Huuetterre,
Iprenſis, librum de Miraculis S. *Mariæ* Dadizel-
lenſis. Henricus item Coſterius, Bruxellenſis,
Vitam S. *Virginis* & Preces.

Sed hoc adhuc anno quamplurima patrauit B. Virgo miracula. Nam Ioannes de Marcenſe oculis cæcitate obductis cùm eſſet, ſanatus eſt apud Diuam Foyenſem, vt legit Foyenſis hiſtoria, & Vincentius Charron ac Balinghem 23. Aprilis. Cæca item illuminata eſt Stephana Rou, ſed apud Dioam Ardillienſem, vt habet idem Vincentius 7. Iunij, n. 3. Et 8. Iunij apud eandem Diuam, Maria de Mombron paralytica itidem iuuatur. Similiter 16. Iunij n. 3. Garianus Cocquan, Recollectus, paralyſim ſimiliter paſſus, ab ea liberatur. Ac denique 2 Iulij n. 14. Engelbertus Nimerle deformiter contractus, ita vt incedere non poſſet niſi manibus reptans, Foyenſis Virginis præſidio planè curatus eſt.

## Anno deinde mundi 5603. Chriſti 1620.

Relata eſt die 8. Nouembris, contra Proteſtantes ad Pragam in Bohemia, à Catholicis inſignis Victoria, de qua ita Spondanus hoc anno n. 3. Tribura eſt autem maximè Victoria patrocinio B. Virginis: cuius imagunculam pictam, cùm Pater Dominicus à Ieſu Maria, Carmelita Diſcalceatus, inter rudera cuiuſdam domûs dirutæ caſu reperiſſet, cui hæretici oculos foderant, eius factâ ab ipſo in procinctu prælij oſtenſione exercitui, adeò animati fuerunt Duces militéſque in vltionem iniuriæ factæ Virgini, vt victoriam retulerint, vnde & dicta ea imago *Virginis de victoria*, quæ poſteà delata Romam à Patre prędicto cum pretioſiſſimis donariis Imperatoris, & Ducis Bauariæ; publica ſolemni ſupplicatione magno triumpho in Eccleſia Paulina ipſorum Ordinis in monte Quirinali collocata fuit. Atque Imperator, Ferdinandus videlicet ſecundus, in ſimilem gratiarum actionem, eo loco quo pugnatum eſt, magnificum templum *S. Mariæ de victoria* conſtruxit. A

Circa hunc verò annum Cocinchinenſes iubentur à B. Virgine in throno ſupra nubes ſpectabiliter apparente, ire in ciuitatem Nouecman ad Patres Societatis Ieſu, vt ab iis inſtruantur in fide, & erudiantur. Ita relatio Cocinchitenſis Chriſtophori Borri cap. 9. & Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 7. §. 3. n. 13. B

In miraculis autem numeratur liberatio Ioannis Gilleu, ſiue Guilleu, fabri ferrarij, quem inuocata Virgo Boni nuncij prope Redonas, à naufragio eripuit, vt habet Vincentius Charron 14. Iunij n. 4. Item ſanatio Guillelmæ Carta, quam votum factum ad Virginem Montis Acuti, quæ Turnone in Collegio Societatis Ieſu venerationem habet, à cæcitate aſſeruit. Quod habet Iacobus Gualterus in tabulis Chronologicis, & Vincentius Charton 15. Auguſti. n. 20. C

Inſuper Iacobus Aluares de Pas, Societatis Ieſu Sacerdos, Potoſij, poſt multas virtutũ palmas & facinora ex hac vita migrauit, vt habet Alegãbe in Bibliotheca. Hunc Petrus Pennequinus libri primi elegia 18. teſtatur à B. Virgine Latinæ linguæ vſum accepiſſe, ſicqúe fuiſſe, an Theodidactum? an potiùs Parthenodidactum? an melius vtrumque? De hoc etiam Nierembergius in vita S. Ignatij cap. 31. Quin præterea Bibliotheca Mariana ad húc inſuper annum Tractatus D eius enumerat, vnum de Pſalterio ſiue Roſario Virginis, alterum de Corona, tertium de Speciali inuocatione eius.

E Ex ſcriptoribus demum Marianis Ioannes Burgheſius, ſiue Bourgheſius, edidit librum ſic inſcriptum: Societas Ieſu Deiparæ Virgini ſacra, ſiue, de patrocinio & cultu Deiparæ Virginis ad homines eiuſdem Societatis. Edidit quoque, de bono Sodalitatis Partheniæ, & officiis Sodalis erga Deiparam patronam, & alia: Nicolaus etiam Suſius Brugenſis, qui obiit Cortraci anno 1619. & vitam, labores, ac ſtudia Deiparæ dicata maximè voluit; totus in ea laudanda, viſitanda, precibus proſequenda fuit, & poſthumam edidit Diſceptationem Quodlibeticam, de pulchritudine B. Virginis Mariæ; Item Elegias Marianas. Quæ notat Alegambe.

F Sed & Hiſtoriam B. Virginis, quæ inſigni in templo Collegiali S. Georgij Nanceij colitur, hoc adhuc anno ſcripſit Dominus Iulet, eiuſdem Collegiatæ Eccleſiæ & Canonicus & Scholarcha. Patet id ex libello ipſius. At ea Marraccio itidem patet, ſequentes Anthores nomen Virginis ſuis exornauiſſe laboribus. Siquidem, Michael Perez de Heredia, ex Ordine Ciſtercienſi ſcripſit librum vnum de Exilio B. Virginis, ac Sermones in feſta. Similiter Laurentius Zamorra, ex eodem Ordine, Mariale conſcripſit ex Hieroglyphicis compactum, necnon in tres libros diuiſum. Ex Carmelitis, Petrus *Matthieu* Sermones in feſta Deiparæ. Ex Auguſtinianis, Hieronymus de Aſnar, Hiſpanus; Thomas Talamellenſis, Italus; quorum hic Expoſitionem in *Magnificat*; ille Conceptus de Conceptione in triginta capita diuiſos. Ex Prædicatoribus: Ioannes de *Mata*, *Mariale*, ſeu Paradiſum Virginalem Diſcurſuum prædicabilium pro feſtis Deiparæ, cum Sermonibus duodecim de Roſario. Ex Franciſcanis, Auguſtinus Superbi, Ferrarienſis, Decarchordum in *Magnificat*. Et Ioannes Perroteau, Flexiæ Gallicum librum ſcripſit, De cultu & laudibus nominis Deiparæ. Ex Ordine Redemptionis Captiuorum Gaſpar Nugnez, Deuotionarium B. Virginis, & alia.

G Addit his prætereà Alegambe duos, quos inter primus Gerardus Soulius ſiue Zoes, Amerſfortenſis, edidit *Mechliniæ*, Tractatum de cultu pietatis erga B. Virginem *Mariam* ex Spinello collectum; aliáque pia exercitia: Alter Ioannes Suuetnamus, Anglus, edidit libellum ſic inſcriptum: Paradiſus voluptatis ſuper Litanias Lauretanas; vterque fuit Societatis Ieſu. Ex eadem verò Societate adhuc numerantur cum laude à *Marraccio*; Nicolaus Arnaya qui Tractatus duos *Meditationum* de Virgine confecit. Henricus Fitzſimon, Hibernus, qui edidit ſub nomine Conſtantij Peregrini, de Victoria apud Pragam contra hæreticos hoc anno obtenta ope Virginis à Ferdinando huius nominis ſecundo Imperatore. Ioſephus Creſuuellus, qui Anglicè dedit *Meditationes* inter recitandum Roſarium. Ioannes Bordeſius, Burdigalenſis, à quo eſt Hiſtoria Eccleſiæ S. *Mariæ* Saranzienſis. Georgius Stengelius, Auguſtanus, qui tacito ſuo nomine euulgauit Exegeſin ſuper Sacramenti *Mariani* formula, qua ſe obſtringunt qui in Sodalitatem recipiuntur. Præter hos de Societate adhuc radios longè ſparſerant; Aſcanius, Ordeus, Canonicus La-

teranenſis, qui Italicè ſcripſit de epiſtola D. Virginia ad Meſſanenſes. Petrua Georgius Odeſcalcus, primùm Theatinus, deinde Epiſcopus Vigeuani, qui varia in bonotem Deiparæ adidit, & ad extitandam deuotionem erga eam. Rodulphus Campeggius, Bononiēſis, dignitate Comes, qui varia poëſi, De Virginia lachtimia in paſſione; De Virgine Rhegienſi; Et de Imagine S, Mariæ à S. Luca depicta, cecinit. Ioannes Baptiſta Grammaye, Antuerpienſis iuriſconſultus, qui Declamationes ttes Parthenicas fecit. Ioannes Maria Ginocchius, Italus, qui cētum Cantica ſpiritnalia in laudem Deiparæ variis metria diſtinxit.

H Non licet porrò hoc loco ſubticete, quod prope Vercellas in monte Oropenſi mirabile gaudium Bielenſes ciues axcepit. cùm enim à peſte, quæ Italiam primis buiua ſæculi ineuntibua annis fœdiſſimè vaſtauit, Diuæ Virginis præſidio immunes fuiſſent: Oropenſis Virginis Sacellum, de quo anno Chriſti 368. dictum eſt, conſeruatum quidem in ea forma, quâ ab Euſebio ſancto Præſule Vercellenſi earructum fuerat, ita integra Eccleſia adauxeruot, vt etiam Auguſti trigeſima die Cedrinam Virginis ſtatuam, quæ à longo ibidem colitor, triplici corona aurea cumularint, oroato ſimiliter aureà Imperiali mitra capite pueruli Ieſu, cum ſumma omnium lætitia, ſolemnique pompa, quam mandatam literia conſaruat excuſus Taurini conſequente anno liber Italicus. Et Poitæus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 11 a. Vbi etiam addit in monte Oropenſi varias eſſe circumpoſitas cellulas, ſiue ſtationes, in quibus vitæ Virginia diuerſa myſteria ſenſum deuotionis ſpectantibus inſpirant.

## Anno autē mundi 5604. Chriſti 1621. Factus eſt Romanus Pontifex, Gregorius huius nominis decimus quintus.

A Vixere verò deſierunt deuota Virgini capita, Paulus quintus Vicariua Chriſti, & caput Eccleſiæ in terris viſibile. Philippus tertius Rex Hiſpaniatum. Albertus Archidux Auſtriæ & Belgarum Princeps. Robertus Cardinalia Bellarminus, & Ioannes Berchmannus. Patet id ex Miræo in Chronico Belgico, & ex ſcriptoribus hiſtoriarum huius temporis, Spondano, Bzouio & aliis. Et quidem de Paulo quinto abundè dictum eſt anno 1605. litera A, quem die 28. Ianuarij è viuis diſceſſiſſe certum eſt.

B De Philippo agunt, Vaſconſellins de Regibus Luſitaniæ Anacephalęoſi 33. & Poitæua Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 19 necnon Balinghem ac Vincentius Charron 31. Martij, aiuntqúe iam, viuente patre eius eodémque florente, dediſſe certa teſtimonia pietatia ſuæ in Deiparam, cùm anno 1592. coronas duas ex puriſſimo auro matri pueri Ieſu, & puero Ieſu, ſuam ſcilicet vtrique liberaliter donauit profectia ad S. Mariam Valuaneræ, ſiue de valle venaria; maiora autem dediſſe, cum nongenta millia Mautorum, Diuæ Virginis perquam ioſeſtorum hoſtium, ex Hiſpania relegauit: Item, cùm vnà cum iberia nomen dedir Sodalitati Conceptionis, quam immaculatam & profeſſus eſt ſe tenere, & deinde à Papa conſtitutionem obtinuit anno 1617. quâ pœnæ graues irrogabantur iis, qui contrarium docuiſſent.

C De Alberto autem meminit Lipſius, tum in diua Hallenſi, tum in Aſpricollenſi; nam erga vtramque Albertus bene affectua erat: & Hallenſi quidem pulcherrimam lampadem argenteam obtulit: Aſpricollenſi verò Sacellum ædificauit, ornauit, quotannis inuiſit: Quin & prætereà Hallenſi dicitur Cardinalitium veſtitum appendiſſe, quando matrimonium iniens cum Hiſpaniæ Infante Iſabella Clara Eugenia, ſecularem habitum ſagúmque reſumpſit. Notatúmque eſt, eodem quo id fecit die anno 1598. poſteà anno 1621. hoc eſt, præſenti, animam in manus Deiparæ reddidiſſe, nempe 13. Iulij. Vide eadem die Balinghem & Vincentium Charron in Calendario, vbi de Alberto loquuntur vide & Lipſium, tum in Virgine Hallenſi cap. 35. tum in Aſpricollenſi.

D De Cardinali Bellarmino, habentur ſcripta, in quibua perhonorificè de B. Maria ſemper loquitur, & præſertim quod attinet ad eius puriſſimam Conceptionem, vt patet in tomo tertio libro 4. de ſtatu peccati. Moriens ſæpiùs iterauit ſalutationem Angelicam, & Angelicè viuens meruit ad Reginam tranſire Angelorum: eum hoc anno Spondanua n. 12. vocat eruditione, pietate, ac virtutibua Chriſtianis, etiam ſupra famam, ornatum, ac meritis nunquam intermorituris plenum. Cardinalium de eo laudes habet fuſiſſimas Alegambe in Bibliotheca Societatis, habet & honorificam de eo mentionem Balinghem 17. Septembria n. 8. Habet denique reliquas einſdē virtutes & laudes Iacobus Fuligati, in vita Roberti Bellarmini, in qua inter alia quotidiana Bellarmini pia exercitia ennmerat Horatias preces Virginis, Roſarium, Litanias; & quomodo hortaretur alios Virginis viſitare coleréque imagines; Sodalitia frequentare; ad quorum cœtus inuitatus gratiſſimo animo ſe conferabat, &c. Quibus addit Donius D'Attichy in floribua hiſtoriæ Cardinalium n. 85. Bellarminum maioribua expenſia ſacram ædem *S. Mariæ in Via* ampliaſſe, & abſoluiſſe coniunctum ſacerdotale veſtiatium, ac conſecraſſe aram eius maximam, concionatum item fuiſſe pomeridianis horis per Aduentum & Quadrageſimam, auditorio frequentiſſimo, ac demum egenis qui in eius eſſent vicinia multa largitum eſſe; videlicet poſt eruditionem Chriſtianæ doctrinæ, qua imbuebantur quâque hebdomoda, ſingulis panis triticeus nummulique pauculi diſtribuebantur.

E Denique de Ioanne Berchmanno Societatis Ieſu Religioſo Scholaſtico, patria Dieſtenſi, Vita eius per Ceparium ſcripta, & Poiræus Triplicis coronę tractatu 4. c. 8. §. 3. n. 8. ac Balinghē & Vincentius Charron, 13. Auguſti. Arnoldus de Raiſſe in Auctario 14. Aug. Gononus hoc anno, habent illum Sabbato natum, Sabbato ingreſſum Societatem, Sabbato mortuum. Sæpiſſimè de Sancta *Maria* loquebatur, ſemper de ea cogitabat, ſæper quærebat gloriam eius. Ieiunabat ſingulis diebus Sabbati, quotidie recitabat pſalterium ſancti Bonauenturæ de B. Virgine Maria. Dicere ſolebat: *Si diligo S. Virginem ſecurus ſum de mea ſorte.* Moriens profeſſus eſt efficaciſſimum ad perfectionem medium eſſe, Deuotionem erga Matrē Dei, cui & tunc cantauit, *Aue maris ſtella.* No-

tabilia potiſſimùm in eo iſta duo fuerunt: votum ſanguine ſuo ſcriptum de tuenda immaculata Conceptione; Deinde iſta ipſius vox tenentis effigiem Chriſti crucifixi, & regulas Societatis Ieſu, ac Roſarium; *Cum his tribus libenter moriar.* Vide plura apud præcitatos authores.

F Sed num tantùm mortui laudabunt te Domina? imò & viui. Nam præterquam quòd iam cogitabat Gregorius decimus quintus de Deipara in ſe & ſuis exornanda, quod præſtitit anno ſequenti, vt ibidem dicetur: prætereà in diœceſi Leſcarenſi cœpit clarere cælicis ſplendoribus in ſacello diruto B. *Maria de Betharam*, cuius ſacello paulò pòſt reſtituto, magni concurſus populorum eò aduenerunt laudantium Virginem: imò ipſe Francorum Ludouicus Rex Iuſtus, & Regina coniux, Reginàque Mater, & frater Regis Aurelianenſis Dux, qui tunc in dicta diœceſi erant, ingentia donaria tribuerunt ornando ſacello, & conſtruendo peregrinorum hoſpitio. Id habent Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 32. & *V*incentius Charron 15. Septembris n. 2.

G Sed & apud *Sinas*, quidam è *S*ocietate Ieſu Sacerdos, in ciuitate Hamceu, non mediocriter cultum prouexit Virgineum, indicens paulò ante Natalitia; vt quia mos eſt apud Sinas, paulò pòſt parituris mittere donaria; ipſi ſui auditores auderent, paulò pòſt parituræ Reginæ cælorum, ſua largiter tribuere: quod & ipſi luculenter fecerunt. Qua de re mentionem habet Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8. §. 7. n. 25. & ex eo *V*incentius Charron 22. Decembris n. 3. vterque autem ex Semedo in hiſtoria Sinenſi. Rurſum Vincentius 5. Auguſti n. 6. Poiræus verò tractatu 2. cap. 3. §. 1. n. 4. referunt pulcherrimam ſententiam, quam puer quinquennis apud *S*inas effudit in honorem Diuæ Virginis dicens: *Dominus cæli creauit Matrem ſuam, & Mater genuit Dominum cæli.* A nullo edoctus hæc diſertè locutus eſt cum omnium ſtupore. Vocabatur hic puer Dionyſius, & iure, qui iam, vt alter Areopagita, cæleſtia ſecreta loquebatur.

H Quin & Iaponica mulier ſolita in paganiſmo ſuo centenis quadraginta mille vicibus nominare Amidam ſuum eúmque inuocare; iam conuerſa ad Chriſtianam fidem, meliore conſilio occepit totidem vicibus Ieſum & Mariam, quotidie eodem ritu perſonare atque colere. Ita idē qui ſuprà Poiræus tractatu 4. cap. 8. §. 3. n. 8. & poſt eum Vincētius Charron 22. Septembris n. 2. Qui etiam addunt, ſicut olim in ſuperſtitione ſua mulier illa manè excitabatur à dæmone, ad ſua vota maturè depromenda: ita, ſic volente prouidentiâ diuinâ; nunc in vera Religione fuiſſe adiutam & manè excitatam à ſuo Cuſtode Angelo.

I Sed hoc illuſtre ſanè, quòd ope B. Virginis Imperator Æthiopiæ cū fratre ſuo Raz-zelachriſto nobilem contra Schiſmaticos victoriam retulit, quam ad longum deſcribit, ex literis Gaſparis Ludouici, Poiræus Triplicis coronæ tractatu 2. cap. 7. §. 3. n. 7. & Vincentius Charron 26. Octobris n. 3. ex vtroque.

K Perquam illuſtre verò, quod accidit in viciniori Europæ noſtræ plaga: Nimirum vt Poloni ingentem victoriam contra Turcarum arma hoc anno retulerint ope Diuæ Virginis. De qua continuator Calchondili, & Nierembergius in vita S. Ignatij cap. 32. & Touſſanus Bridoul ex illis, in Triumpho Virginis 3. Octobris. Quorum duo poſtremi addunt; in ipſo exercituum conflictu, viſum eſſe de cælo Beatum Stanislaum Koſtkam ſupplicem acceſſiſſe ad Deiparam, eique commendaſſe Polonos, gentem ſcilicet ſuam, & hâc commendatione victoriam illis a Deipara, potentiſſima nempe & victoriarum & Regnorum omnium adminiſtra, fuiſſe aſſecutum. *A*pud eandem Gentem Poloniæ, Caſimiriæ apud Cracouiam in templo Diuæ Catharinæ Martyri dicato, quod eſt Ordinis Auguſtiniani, 12. Nouembris Imago Deiparæ miraculis coruſcare cœpit, initio ducto ab Andrea Laurentio Szafranſki nobili Polono, quem moleſtâ admodùm paralyſi exemit. Vnde poſtea populi certatim eo confluentis innumera dona votiua, aurea, argentea, atque alia appenſa. Ita Miechouienſis *D*iſcurſu 220. n. 62.

L Nec ſiluerunt Scriptores eximij gloriam Marianam. Inter alios, velut quædam tuba cæleſtis, eminet Ferdinaodus Quirinus de Salazar, vir eminentis doctrinæ & virtutis, qui præter ea, quæ præſtantia de *D*eipara habet in Prouerbia Salomonis, prætereà edidit *D*efenſionem pro immaculata *V*irginis Conceptione; Opus planè eruditum, & omnibus numeris abſolutum, inquit Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum Societatis Ieſu. *I*dem ibidem docet de Ioanne Auguſtino Confalonerio, viro, vt ait, ſeuerâ virtute, & *B*eatæ *V*irginis ſtudioſiſſimo, eiúſque honoris amplificandi cupidiſſimo, quòd cùm totis quadraginta annis ab ingreſſu in Societatem ſuo, diebus Sabbati caput aliquod ad vitam *D*eiparæ pertinens meditatus eſſet, tandem ſuaſu aliorum, quæ meditatus erat, euulgauit, fecítque vitam Beatiſſimæ Virginis diſtinctam variis ad meditandum capitibus. De Ioanne autem Pineda, ait ſcripſiſſe eum, Sermonem de immaculata Conceptione B. Mariæ Virginis, quam tenerrimo affectu colebat; & meditabatur adhuc addere tractatum de Numinibus Matris Dei: ſed mora hoc opus intercepit. De Gaſpare Lechnero, ediditſſe Sodalem Parthenium, ſiue libros tres, quibus mores Sodalium exemplis informantur ad Deum Virginémque colendam. Denique de Gaſpare Loarte ſcripſiſſe Meditationes de Roſario B. Virginis hoc anno recuſas, obiit enim anno 1578. vti dictum eſt illo anno literâ F.

M At Deſſelius in Belgica Bibliotheca ſua: ſcripſit, inquit, Panegyricos quatuor in laudem Virginis Matris Dei Antonius Sanderus, Gandauenſis, vir ingenio doctrinaque elegans. Inſuper ſcripſit Dominus Nicolaus de Coeffeteau Epiſcopus Maſſilienſis, ſtilo Gallico, Tabellam innocentiæ & gratiarum B. Mariæ: Fuerat hic ex Ordine Prædicatorum. Ex quo præterea Ordine; Petrus Pichius, Romæ libros tres aduerſus Iudæos de Partu Virginis edidit, ſicut patet ex Marraccio, ex quo vlteriùs ſequentes Scriptores Mariani decerpi iure debent. Ignatius Portalupus, Barnabita, à quo ſcripta eſt Hiſtoria Imaginis S. Mariæ Lauretanæ, quæ extra Spoletum colitur & miraculis fulget. Franciſcus Corigliānus, Capucinus, qui Venetiis Italicè dedit Exercitium pro ſalutanda B. Virgine; & deinde Romæ, Horologium ſpirituale ſiue Meditationes

Digitized by Google

XXIV. in præcipue feſta Matris Dei. Ludouicus Mirāda, Franciſcanus, Salmanticæ prodidit, Defenſionem pro immaculata Conceptione in centum ſeptem partitam. Ioannes à S. Guillelmo, & Alphonſus Ramus, Auguſtiniani Eremitæ, quorum hic ſcripſit Hiſtoriam S. Mariæ de Copacolane: ille Tractatum de laudibus Virginis; & Tractatum de modo recitandi Roſarium, quem inſcripſit: Corona myſterioſa Sanctiſſimi Roſarij. Anſelmus Baptiſta Hortenſis, Ciſtercienſis Monachus, ſcripſit Miracula Virginis Lauretanæ, quæ Salmanticæ colitur in Collegio, & cuius imago reperta eſt in maris ſcopulo ibi mirabili modo poſita. Franciſcus Venetus, a quo eſt Hortus floridus miraculorum B. Virginis. Fridericus Fornerus, Epiſcopus Nebronenſis & Bambergenſis Suffraganeus, cuius opus prodiit hoc titulo: Palmæ triumphalis miraculorum Eccleſiæ Catholicæ, & in primis glorioſiſſimæ Dei genitricis Virginis Mariæ, quibus, vt nunc temporis, tam in æde Lauretana, Oetingenſi, Eremitana, Sichemienſi, Aſpricollenſi, Dittelbaccenſi; quam in Vveyerenſi, ditionis ac territorij Imperialis Eccleſiæ Bambergenſis, ita paſſim per totum Orbem Chriſtianum in Italia, Hiſpania, Galliæ, Germania, Polonia, vtraque India, & in orbe nouo luculentiſſimè inclareſcit, libris quinque explicata: ad Inuictiſſimum, potentiſſimúmque Principem, Ferdinandum ſecundum Romanorum Cæſarem ſemper Auguſtum deſtinata. Scripſerat iam anteà Fornerus libros quatuor de miraculis Diuæ Vveyerenſis. Carolus etiam Ramellus, Italus, & Iuris vtriúſque Doctor, Tractatum de præſtantia S. Virginis, Venetiis in lucem dedit. Item Paulus de Angelis, Syracuſanus, Romæ ſcripſit opus prænotatum: Baſilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe à Liberio Papa primo vſque ad Paulum quintum deſcriptio & delineatio libris duodecim. Denique Vincentius Gramigne Italicè dedit opus ſub hoc titulo: Extaſis, in qua nouo modo deſcribitur Vita Beatæ Virginis Mariæ.

His omnibus addenda ſunt aliquot miracula: N
vt Ægidium le Leuande captum oculis & mente, ope S. Virginis boni nuncij prope Redonas perfectè fuiſſe reſtitutum. De quo Vincentius Charron 15. Iulij. n. 4. Item Mariam Meuard, mutam morbo redditam, inuocata Diua Virgine de Cuſtodia, loquentem effectam ob reſtitutum linguæ vſum. De qua idem Charron 14. Nouembris num. 3. vbi etiam docet expreſſis verbis monaſterium S. Mariæ de Cuſtodia eſſe apud Andegauos.

At non eſt omittendum hoc loco, cœpiſſe hoc O
circiter anno, in Comitatu Burgundiæ prope Dolam fulgere prodigiis Imaginem Diuæ Virginis montis Rolandi, de qua libellum ſcripſit Simplicianus Gody, Benedictinus, in quo varia miracula & curationes enarrat, tabulas item appenſas, & munera enumerat, quæ plurimùm faciunt ad laudem Deiparæ. Et huius quidem Imaginis Sacellíque antiquitatem reuocet ad tempora Sancti Lini, qui primus poſt Apoſtolum Petrum Romanæ præfuit Eccleſiæ: quam antiquitatem confirmat ſcripto quodam fundationis montis Rolandi, in quo etiamnum aſſeueratur, prædicti Sacelli altare à Diuo Martino Toronenſi Epiſcopo conſecratum fuiſſe. Vtcumque ſe hæc antiquitas habeat, quæ colligitur ex ſatis incerto & erroneo ſcripto, vt fatetur citatus anteà Simplicianus, certum tamen eſt, præſenti hoc anno, Carolum Alix liberatum fuiſſe ab immani febris ardore doloréque dentium, vt teſtatur appenſa in Sacello montis Rolandi votiua tabella. Iam verò,

## Anno mundi 5605. Chriſti 1622.

A GRegorius Pontifex, vigeſimo tertio Aprilis, conſtitutionem edidit pro obſeruatione feſti S. Annæ matris Dei genitricis Mariæ, tanquam de præcepto. Et ſecundo Decembris inſtituit feſtiuitatem S. Ioachimi, dictæ S. Annæ coniugis, patriſque eiuſdem Beatiſſimæ Virginis, ſub duplici officio celebrandam 20. Martij. Honorans ſic parentes honorat & filiam. Prætereà idem Pontifex vigeſimo quarto Maij, decretum Pauli quinti ipſius deceſſoris de Conceptione Beatiſſimæ Virginis, de quo dictum eſt anno 1616. litera B. amplians, prohibuit ſub grauiſſimis cenſuris, ne quis etiam in ſermonibus & ſcriptis priuatis auderet aſſerere Beatiſſimam Virginem conceptam eſſe cum peccato originali; nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere ſeu tractare. Item vetuit, ne quis Officio vel Miſſæ aliud vocabulum quàm Conceptionis intruderet. Ita Spondanus hoc anno n. 2. Gordonus de Theologia Morali libro 1. quæſtione 14. n. 24. Vincentius Charron 20. Martij. n. 1.

B Subinde euolarunt in cælum præſtantiſſimi viri, & Deiparæ valde accepti. Primus occurrit Franciſcus de Otezo, Societatis Ieſu Sacerdos, & in Philippinis inſulis infatigabilis operarius, qui 16. Auguſti exiit ex hac vita multis animarum lucris & præmiis onuſtus. Vitam eius Nierembergius habet tomo 4. Vitarum, eúmque aſſerit cum ipſo vſu rationis amorem B. Virginis inchoaſſe, à qua plurimùm confirmatus fuit in ſuſcipiendo Societatis inſtituto. Anxio de ſua ſalute ac prædeſtinatione apparuit B. Deipara librum tenens, quo aperto, ait: Iſte eſt liber prædeſtinationis, vide & lege; legit ſuum in capite libri nomen ſcriptum literis aureis: Scripti reliqui, inquit Virgo, ſaluabuntur per te. Cúmque aliquando Gentiles in eum & ſuos ſocios minaces inſurgerent, conuerſa ad Deum ac Deiparam voce: *Ne tradas*, inquit, *beſtiis animas confitentes tibi*, &c. Tuncque ſpectabilis Mater Domini: *Franciſce*, ait, *ne time, ego enim protegam te; proſequere vt cœpiſti.*

C *Alter* occurrit Beatus Franciſcus de Sales Epiſcopus Geneuenſis, qui obiit ſub finem huius anni, videlicet 28. Decembris, non tantùm multarum animarum manipulis onuſtus, ſed prætereà tum Epiſcopatu inſignis, tum Ordine Religioſo Monialium Viſitationis S. Mariæ, quem fundauit, conſpicuus. De eo Spondanus agit hoc anno n. 12. & Vita eius per varios ſcripta, & Poiraeus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 6. n. 9. & tractatu 4. cap. 3. §. 2. n. 6. necnon Balinghem ac Vincentius Charron 28. Decembris, & alij. Quē deuotiſſimum in Deiparam extitiſſe, tum libri, quos ſcripſit, & in quibus plurimùm commendat amorem cultúmque Virginis; tum Ordo, quem in honorem eius ſollicitè fundauit; tum opera, quæ in dies ob eius venerationem præſti-

tit, nunquam enim per quadraginta annos omiſit recitare Roſatium Virginis, quamuis eſſet magois & multis negotiis obrutus; tum relatæ in tentationibus, præſertim deſperationis, quibus oon ſioe miraculo à Deipara ſolutus eſt, victoriæ; tum appaririones eiuſdem Deiparæ, potiſſimùm illa, quâ die Conceptioois, eùm ſacraretur Epiſcopus, viſa eſt ipſum in ſpecialem protectiooem ſuſcipere; tum illa piiſſima quam compoſuit, & quâ Sanctam *Mariam* ſæpè, imò quotidie, compellauit deprecatio incipiens: *Aue dulciſſima Virgo Maria Mater Dei, &c.* abundè loquuotur. Deprecatiooem eiuſmodi Gallico idiomate habent Poiræus & Charron locis citaris, itemqúe vita Franciſci, & exprimi ſic Latioè poteſt ad ſolatium moltorum. *Aue* dulciſſima *V*irgo Maria, Mater Dei. Mater es mea & Domina; ſuſcipe ergo me io filium ac famulum tuum, oro; nullam enim aliam præter te matrem ac Dominam agnoſco. O bona, graeioſa, & ſuauiſſima Mater mea, ſolare me quæſo, & ſuſtine in omnibus anguſtijs & tribulationibus meis, tum ſpiritualibus, tum corporalibus. Memento, dulciſſima virgo, eſſe te matrem meam, me tuum filiom, eſſe te potentiſſimam, me vilem & infirmum. Suppliciter igitur poſtulo, benigniſſima mater, vt me dirigas, ſerues, promoueas in omnibus viis & actibus meis. Etenim ſioe te, quàm pauper & ioops, & egens ſum auxilio tuo? ſerua igitur, ô ſanctiſſima *V*irgo, ô piiſſima mater, & corpus, & animam meam ab omoibus malis & periculis, & fac me participem booorum tuorum, gratiarum, atque virtutum, præſertim profundiſſimæ humilitatis, eximiæ puritatis, ardeotiſſimæ charitatis tuæ. Exaltare in cælis & in terra, ô glorioſa *V*irgo & excellentiſſima mater mea Maria, & propter honorem ac gloriam Ieſu Chriſti filij tui accipe me in filium tuum; & oculos tuos peccata mea non offendant. Libera corpus meum & animam meam ab omoi prorſus malo; Largire virtutes tuas, ac præſertim humilitatem. Tribue omnia illa dona, bona, gratias, quæ placent auguſtiſſimæ Trinitati, Patri, Filio, ac Spiritui Sancto. *A*meo.

Tertius in Iaponia fœlix ſacrificium in flammis conſummauit, Carolus Spioola, Societatis Ieſo Sacerdos; cui hanc gloriam, & ſæui immortalem coronam martyrij creditur Beatiſſima Virgo obtinuiſſe, propter ſinceram erga eandem deuotionem, quam inter alia exercebat recitando Coroonlam nouem ſalorariooem *A*ngelicarum in honorem nouem menſium, quibus Beatiſſima Virgo Chriſtum vtero geſſit, & oouem beneficiorum, quæ à Chriſto Virgo recepit. Hanc ille praxim ſibi indixerat, hanc frequentabat, haoc adinuenerat, vt dicitur in vita eius cap. 3. ad cuius vitæ calcem etiam ad longum exponuntur nouem illa beneficia cõceſſa *V*irgini. 1. eſt, fuiſſe matrem Dei concipieodo ex Spiritu Sancto. 2. fuiſſe matrem & Virginem iunctâ fœcuoditate cum Virginitate. 3. Chriſtum nouem menſibus ſine moleſtia in vtero geſtaſſe. 4. Eundem cum gaudio ſine dolore peperiſſe. 5. Ab eo quem vtero clauſit omnium gratiarum plenitudinem ſuſcepiſſe, factamqúe eſſe capaciorem ſalo, ſolo, & cælo. 6. Ab eo, quem veſtiens carne Pontificem oobis protulit, conſecratam fuiſſe in templum Dei viuom, & verè ſanctiſſimum. 7. Factam eſſe muodi horreum, è quo frumentum electorum & panis vitæ promeretur. 8. Factam eſſe alteram Euam, ex qua non iam filij iræ; ſed ſecundus Adamus, qui eſt vita ipſa; & Filij Dei, non tantùm oaturalis, ſed & adoptiui prodirent. 9. Factam eſſe Paradiſum, io quo, velut io Empyreo, delectaretur *Deus*, & delectaret ſuos. Hæc Spinola, præter innumera alia heroicæ virtutis facinora. D

E Præter hos adhuc obiit Paolus Ioſephus de Arriaga, iterum ſacerdos Societatis Ieſu, qui tum Limæ ſcripſit Literas quibus ſe quilibet B. Virginis ſeruituti mancipare poteſt, & alios de B. Virgine tractatus; tum inſuper fuit inſignis io B. Deiparæ amore, & eidem percharus. Nam Madridij adhuc Scholaſticus, cùm in agro fortè deambolaret, aſpectu Virginis alloquioq; hooorarus eſt, iubentis vt ſibi in filij ſui Societate deſeruiret, quod & effecit. Vlteriùs B. Virgini, cooſcriptis tabulis, ſeipſum maocipatat, ſuumqúe mancipatum annuo donario Lauretum tranſmiſſo ſibi gratulabatur: Quin & etiam io eandem Virginis ſeruitutem quotqoot poterat, diſtributis tabellis, inuitabat. Eiuſdem D. Virginis Officium quotidie recitabat: eius ſolemnitates peculiari religione colebat; peruigiliis, & diebus Sabbati ita ieiunabat, vt à Meridie Veneris, vſque ad Meridiem Dominicæ nihil planè guſtaret; idque totis quadraginta annis conſtanter præſtitit. Arequipæ & Limæ ſacellum in formam ædis Lauretanæ conſtruxit, in quo noctes ipſe dieſqúe hærebat: Iouis ac Sabbati diebus conuocatos è Sodalitate primarios ad Virgiois cultum amplificandum hortabatur. Hæc & alia multa de eo Alegambe in Bibliotheca Societatis, & Nierembergius tomo 5. Vitarum, in vita eius, qui etiam addunt eum ex Peruana Prouincia cootendentem Romam, haud procul Hauana, ex naufragio hoc anoo obiiſſe.

F Ex iis verò, qoi Dei matrem ſcriptis libris eodem hoc anno illuſtrare adlaborarunt, oumerandi veniuot; Alardus le Roy, Inſulenſis, qui edidit *Beatam Virginem* cauſam omnium bonorum, & notam ſalutis. Franciſcus de la Croix Valencenẽſis, qui Hortulum *M*arianum, ſiue Praxes varias colendi beatiſſimam Virginem, Mariam, publici iuris fecit. Iacobus Stratius, *A*ntuerpienſis, qui emiſit in lucem librum, De ſeptem doloribus Beatæ Virginis; & Officium paruum S. Ioſephi. De quibus ve hominibus *S*ocietatis Ieſu, & quidem valde piis, mentionem facit Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum *S*ocietatis eiuſdem. Facit itidem mentionem de Petro Paulo Nauarro, qui nobile in Iaponia certamen, inter repetenda Ieſu & *M*ariæ ſalutaria oomina, flammis conſumptus generosè abſoluit: Idem autem traduxit Iaponicè librum Petri Antonij Spinelli, qui inſcribitur Thronus Dei Maria Deipara. Adde his & iſtos Societatis alumnos, qui ex Marraccio edidere aliqua. Baroabam Kearnæum, Hybernum, qui Conciones in præcipua *S*. Virginis feſta. Franciſcum Garciam de Valle, qui ſexdecim Diſcurſus in eadem feſta depromſit. Henricum quoque Marcellium, qui Herbipoli compoſuit, Praxes coleodi & imitandi Beatiſſimam

Virginem per ſingulos hebdomadæ dies.

His quoque temporibus viuebat & florebat G Eryeius Puteanus, vir doctiſſimus, qui inter alia inoumere quæ ſcripſit, edidit in laudem Deiparæ, *Miracula noua* Diuæ Aſpricollis; De Purificatione, Annunciatione, & Aſſumptiooe Homilias; Pietaris Thaumeta in Proteum Parthenium, vnius libri verſum, vnius verſus librum, de quo iam enno 1617. literâ K dictum eſt. De Erycio meminit iſta Deſſelius in Bibliotheca ſua Belgica. Vlteriùs Bibliotheca Mariane longam ſeriem nectit viginti & amplius Authorum, quorum animus & calamus in laudes B. *Mariæ* diligeoter ſe impenderuot. Ægidius Paeſmans, Doctor Louanienſis, Bruxellis euulganit Defenſiooem breuem pro *Salue Regina* & *Aue Maria* contre Orthodoxæ fidei inimicos; item Explicationem Catechiſticam ſuper *Aue*. Alexander Calamarus, *Meſſanenſis*, varie opuſcula, quę appellat, Diſcurſos, Conciones, Serrum, *S*iluam, Crucem Ieſu & Mariæ, &c. Andreas Streithagenus, Germanus, & inſignis Poëta, De *Vi*rgine Aſpricollis cecinit libris quatuor, & quadraginta ſex Elegiis. Franciſcus de *V*illalua, Dominus Guſpi, ſcripſit Hiſpanicè de Roſario librum vnum. Ioannes Baptiſta Laurus, Peruſinus, Commentaria de Annulo prooubo Deiparæ Virginis, qui Peruſiæ aſſeruatur. Ioanoes Iecobi, Brabantus, Librum de miraculis *D*eiparę Ommelenſis in *Do*minio Aſtenſi. Ioanoes Vverdenus, Silųeducenſis, Orationes de Roſarjo, & de Planctu Virginis. Nicolaus Tuccius, Lucenſis, De doloribus ſcripſit *Beatiſſimæ Matris Dei*, & de Lauretane domo, Italicè. Italicè item *V*alerius Buretrinus, *S*ymbolicas Imagines *D*ei genitricis. Ex Religioſis familiis Michaël Aioſſios, Theatinus, Oretionem de Laudibus *V*irginis magno plauſu exceptam euulgauit, & 19. Februarij mortuus eſt. Philippus Malabailla, Fulienſis, Italicè & Latinè dedit, Hiſtoriam *S*. Mertæ ptope montem Regalem in Subalpinis miracula facienſis. Hortenſius Fœlix, de Redemptione Captiuorum, ſcripſit Hiſpanicè *S*ermonem inſignem de nomine Mariæ, prænotatum: Maria. Ioannes Boucher, *M*inimus, natione Gallus, Gallicè extulit Hiſtoriam ſeu Peregrinationem ed *S*. Meriam *M*ediopontanam, ſiue de Medio ponte. Franciſcus Faunus, Minorita, Italicè inſtruxit Monile, ſeu Coronam quiodecim Roſarum. Hieronymus Combonius, item Minorita, Conciones, & Expoſitionem ſuper *Magnificat*. Liberius Gentilis, Minimus, Italicè ſcripſit Nouum modum coronandæ, ſeu ſalutandæ Virginis. Ioannes Conen, Præmooſtratenſis, Prior S. Mariæ de Tungerlo, eruit ex profundo antiqoitatis ſepulchro Litanias Marianas, eaſque piiſſimas in Eccleſie S. *Mariæ* de Tungerlo ante 300. annos dici ſolitas. Ioannes Duran, Carmelita, Hiſpanicè dedit Sermones de Conceptione. Cornelius Lencillottus, Auguſtinianus Mechlinienſis, poſteritati reliquit B. Mariæ Virginis Encomium. Alardus Gazeus, Benedictinus, Belga, Collectaneam diſquiſitionem fecit in libros & capita diſtributam, de Officio ſiue Horis Beatæ *Mariæ*. Et hæc quidem, vt dixi, Bibliotheca continet Mariana.

Non ſilenda quoque ſunt præſentis anni, quæ H ſe offerunt miracula. Ioanna da *B*etaille Monialis S. Vrſulæ, ope Diuæ Virginis *S*almurienſis, ſiue *A*rdillienſis, à cruris diuturna paralyſi curatur. Vt habet Vincentius Charron 6. Iunij n. 5. Quidam ab ictu ſclopeti liberatur ope ſcapularis in honorem Beatæ Virginis ſuſcepti. Quod habet idem 16. Iulij n. 2. A ſubmerſioois naufregiique periculo liberatus Ioannes le Comte, voto facto ad Virginem boni nuncij prope Redonas. Vt idem habet 19. Decembris n. 3. Qui etiam 23. Iulij n. 3. narrat, quomodo inuocarione Diuæ *V*irginis ſeruata fuerit duarum virguncularum caſtitas contra volētes eam violere.

Omittere demum non poſſum, nec verò debeo; his quoque temporibus non looge Caluomonto, quæ vrbs eſt in Campaniæ & Burgundiæ finibus, frequentata fuiſſe *S*. Mariæ prodigia in exigua æde pagi vocati Merchinæi, in quem peulò poſt, anoo ſcilicet Chriſti 1625. ineunte menſe Septembri diuertere mihi licuit, & eppeoſe ſpectare anathemata ſacre varia, variarum indices curationum atque gratiarum. Nunc

## Anno mundi 5606. Chriſti 1623. Vrbanus octauus mortuo Gregorio ſuffectus eſt.

A QVo tempore renouata eſt celebris peregrinatio ad ſacellum *B. Maria de Verdeleio* in egro Burdegalenſi prope ripam Garumnæ ob iogeotia miracule, quæ ibi quotidie fiunt. Quod Sacellom penè deſertum reſtitutum fuit ab Eminentiſſimo Cardinali *S*urdiſio *A*rchiepiſcopo Burdegalenſi, & Monachis Cæleſtiois attribotum, qui nobile ibi Monaſterium condiderunt. Ita Spondanus anoo 1623. n. 9. & Gononus in Chronico, & Poiræus Triplicis coronæ trectatu 1. cap. 12. §. 5. n. 35. vbi initium huius ſacelli priùs diruti reuocat ed Dominam quaodam Candalenſem. Quin & idem Poiræus ibidem addit ab eodem Cardinali *S*urdiſio extructum fuiſſe S. *Mariæ S*acellum io Eccleſia Carhredrali S. *A*ndreæ dedicata. Quod ſacellom tam multis prodigiis etque curationibus coruſcat, vt numerum eſſequi impoſſibile videatur.

B Hoc eodem anno menſe Februario obiit Pariſiis Catherioe à Ieſu, ex familia Carmelitana S. Thereſiæ, cui Beata Virgo apparuit complexa ſub candido pallio Carmelitas multos; his curam ſubindicans & protectionem quam erga hunc Ordinem addictiſſimum ſibi gerit. De Catharina & eius cæleſti oſtenſo vide Charron 19. Februarij n. 2. & *A*ndream du Sauſſay in Corollario martyrologij Gallicani 19. eiuſdem Februarij.

C Obiit quoque Maria à Luxemburgo Duciſſa Mercurij, de que inter alia Charroo 6. Septembris n. 3. Et de Coſte in elogio *I*lluſtrium fœminarum teſtatur, eam ſolitam quotidie recitare Officium & Roſarium B. *V*irginis, & ieiunare omnibus diebus Sabbati, & peruigiliis feſtorum B. *D*eiparæ: in cuius honorem non pauca monaſteria coodidit, Fulienſium, Capucinorum, Minorum &c.

D Sub finem item anni, nempe vltimâ anni die,

vitam clauſit extremam Pater Ioannes Pelecyus Societatis Ieſu, qui de *B.* Virginis vita ad publicam diſputationem propoſita librum ſcripſerat: & vt erat deuotiſſimus in Deiparam, extremo iam oleo delibutus, petiit ſibi recitari Litanias S. Virginis. Ita Alegambe in Bibliotheca.

Idem verò ibidem docet, Thomam Saillium, Bruxellenſem, ſanctâ animâ octauo *Martij* egiſſe: quem anteà, cùm ingentē ſanguinis vim ruptâ vena ſpuiſſet, voto Virgini *Aſpricollenſi* facto, viſa eſt *Virgo* à Chriſto poſtulare dicens: *Sine noſtrum hunc ſeruulum etiamnum paulisper viuere*: qui contra ſpem medicorum confeſtim conualuit, & in Societate ſuſceptus labores magno animo conſtantique virtute continuauit. E

De miraculis hoc anno geſtis, narrat Cerizietius 2, parte cap. 8. n. 6. incendium quod iam magna ex parte Caſtellum Domini de Cuizy abſumpſerat, inuocatione S. Mariæ Lætitienſis fuiſſe extinctum. F

Narrat verò Vincentius Charron 10. Decembris n. 4. ex literis Patrum Capucinorum, & prolixè deſcribit, quomodo duobus Capucinis Lauretum ex obedientia proficiſcentibus, & in ſilua de errantibus adfuit Beata Deipara, eos quaſi in caſtello recipiens, & nocte illa, quæ eos oppreſſerat, rebus omnibus neceſſariis per Angelos, quos iuniores adoleſcentes reputabant, adiuuit: quibus etiamnū ſequenti die epiſtolam dedit, ſigillo quo clauderetur carentem, vt eam aperire & legere poſſent; in qua *B.* Virgo & laudabat eorum pietatem, & protectionem eiſdem pollicebatur. Quam epiſtolam aiunt haberi apud Camerini Duciſſam inſignem benefactricem Capucinorum. Quam Virginis benignitatem accidiſſe ad hæc tempora aſſerit idem Vincentius. G

Inter ſcriptores autem *Marianos*, Iacobus Deſbans *S*ocietatis Ieſu, Campanus, Mauſomenſis, edidit Muſſiponti: Paruum B. Virginis ſacellum Hieroglyphicum, diſtinctum imaginibus Parthenio Sodali ſacrum. Quod notat *Alegambe*. *S*ed hunc reperi *Muſſiponti* edidiſſe ſub nomine Romæi. Ergo Romæus hoc anno Muſſiponti edidit Paruum *B.* Virginis ſacellum hieroglyphicis diſtinctum imaginibus Parthenio Sodali ſacrum. In quo B. Virginem cum Auro, Argento, Adamante, Carbunculo, Smaragdo, Roſa, Viola, aliiſque variis comparat. Addit & longam ſatis orationem, quam vocat Parallelum Diuæ Mariæ & cæli. H

Denique Michael Choyſſardus, Aruernus, Societatis item Ieſu, obiit Lugduni die decimo Iunij, qui Pariſiis olim in lucem emiſit Litanias Lauretanas, aliaſque in ſingulos hebdomadæ dies, ad B. *V*irginis laudem, ex ſacra ſcriptura ſanctiſque Patribus conflatas, cum notis muſicis. Id habet Alegambe, qui etiam addit, tandem Michaelem ſanatum fuiſſe à purulenta lue voto nuncupato ad Beatam *V*irginem. His de Societate Scriptoribus adiungendi ſunt ſeptemdecim alij. Prodeunt Carmelitæ quatuor: Bartholomæus Sanazius, Toleti oriundus, & vir doctiſſimus, Sermones in feſta Deiparæ exarauit. Antonius Delor, Toloſanus, idem ipſe præſtitit. Michael à Iacobo, Bæticus Libellum de Conceptione, mole paruum, grandem eruditione. Marcus Antonius *A*legre, Celtiber, præter *S*ermones in feſta mariæ præcipua, De mirandis ſcripſit S. mariæ de monte Carmeli. *S*equuntur ex Præmonſtratenſibus duo; Philippus Bernal, Hiſpanus, qui euulgauit Sententiam Diui Thomæ *A*quinatis in fauorē immaculatæ Cōceptionis diſcurſibus viginti duobus. Bartholomæus Honutius, Belga, qui Apologeticum marianum. Ex aliis Ordinibus, Ioannes Zeita, minorita, Sermones quatuordecim in feſta *V*irginis præcipua, Luſitanicè ſcripſit. Ioannes *B*aptiſta Hoſtienſis, Capucinus, Flammigeram Angeli & Hominis Dialexim, in qua incomparabilis Deiparæ excellentia commendatur. Iacobus Matraria, Clericus Regularis, Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis S. mariæ in Porticu de *V*rbe, libris tribus abſoluit, & obiit hoc anno. Fœlix Aſtolphus, Canonicus S. Saluatoris, Italicè dedit Hiſtoriam vniuerſalem Imaginum illuſtrium matris Dei in omnibus mundi partibus cultarum, quindecim libris deſcriptam. Rurſùs Balthaſar Portenus, Hiſpanus, de Conceptione. Ioannes Baptiſta Calamus, Florentinus, Partum *V*irginis in viginti cantus partitum carmine Hetruſco cecinit. Ioannes Bernardinus Mattigianus, Italicè item effudit opus prænotatum; Deuotio ad *S*anctiſſimam Dei matrem. Ioannes Paludanus, Louanienſis Doctor, edidit Louanij Apologeticum marianum, in quo *V*irginis Encomia iuxta Litanias Lauretanas tractantur. Denique mauritius morus, *V*enetus, Italico verſu extempſit, *A*ſſumptionem, Roſarium, Pulchritudines, Panegyricum, Doloremque *V*irginis, eáque libris quinque. I

## Anno deinde mundi 5607. Chriſti 1624.

A *V*Eſuntione in Comitatu Burgundiæ Imago B. Virginis, quæ eſt in Clauſtro *S*. Magdalenæ, & quæ vulgò dicitur, *Noſtra Domina clauſtri* vel *pietatis*, quamuis prædictum clauſtrum flammis omninò conflagraſſet, intacta remanſit; nec velum quidem, quo lineo tegebatur, leuis aura incendij infecit, non ſine miraculo, & omnium ſtupore. Quam rem ſcripſit Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. § 5. n. 58. & Vincentius Charron ex eo 27. Martij. n. 6.

B Sed & Inſulenſis ciuitas in Belgio ſeuerè puniuit nequiſſimos quatuor & Deiparæ iniurios atque peruerſos nebulones; qui poſtquàm imaginem Diuæ *V*irginis in platea poſitam, & ad murum meritoriæ tabernæ adfixam, variis ſannis & opprobriis affecerunt; eandem proiecerunt in foſſas ciuitatis. Horum ſupplicia fusè deſcribit Balinghem 30. Iulij n. 3. Et ex eo *V*incentius Charron eadem die n. 4. ac Gononus in Chronico *D*eiparæ.

C At Miræus in Chronico Belgico: In colle aſpero, inquit, Deiparæ cultu ac miraculis celebri, primum apud *B*elgas Oratorium, ſeu Congregatio Presbyterorum, ex formula Sancti Philippi Nerij in Communi viuentium, ab *I*ſabella Clara Eugenia collocatur atque dotatur.

D Sublatus verò ex viuis eſt Henricus ſecundus Dux Lotharingiæ, Princeps pacificus ſimul & valde munificus: & eâ deuotione in *D*ei genitricem, vt ſingulis Sabbatis in honorem eius eo modo ieiunaret, quo die Paraſceues ieiunari ſolet: frequentiſſimus erat in fundendis precibus, audiendiſque

audiendiſque Litaniis, quæ quotidie ad S. Mariam Diui Georgij decantari ſolebant; & ad eiuſdem Diuæ pedes ſepeliri voluit, animamquè reddidit in medio erga eam amoris exercitio. De tali morte habet aliquid Spondanus anno præſenti n. 11. Habet verò fusè Poiræus Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 39. Et ex eo Vincentius Charron in Calendario 28. Aprilis n. 2. quamuis Henricus mortuus ſit 20. Iulij, vt rectè Spondanus aduertit.

Præter hæc miraculis claruit Lætitienſis Virgo, E quæ Cerizierius complexus eſt 2. parte diuerſis capitibus. Nam cap. 4. & 5. ab Apoplexia liberantur Carolus *Melin*, & Ludouica Prudhomme. Et cap. 9. n. 12. Iacobus Cotel ſubmerſionis periculum euadit. Ac deniquè cap. 10. n. 13. Iacobus Ymoner Lugdunenſis grauiter ferro vulneratus, & à vulnere, & à periculo proiectionis in mare, eripitur.

Scripſerunt quoque quamplurimi, & quidem F hos Societatis Ieſu alumnos Bibliotheca enumerat Philippi Alegambe: Antonium de Balinghem, Iacobum Granadum, Iacobum Suſium, Ioannem Hieronymum Baiolium. Et quidem Antonius hæc edidit: Inuentarium reliquiarum B. Virginis. Omnipotentem Bellatricem Deiparam. Septem exercitia ſeu *Meditationes* de ſeptem doloribus Deiparæ. Motiua duodecim ad ſæpiùs iterandum *Aue Maria*. De B. *Maria* Eſquermenſi iuxta Inſulas. Libellum de cultu Imaginis Beatę Virginis Foyenſis. Paradiſum Marianum, ſeu hymnos de B. Virgine à variis editos. Ephemeridem ſeu Calendarium Sanctiſſimæ Genitricis Dei *Mariæ*. Iacobus autem Granadus, opus pium & eruditum edidit, de Immaculata Conceptione *B.* Virginis, vir ardentiſſimus in eius honore tuendo & propagando. Iacobus Suſius, Belga, Louanij in lucem emiſit, ſed Flandricè, Originem & miracula *B. Mariæ Virginis* Foyenſis; quæ paulò antè Petrus Bouillius, eiuſdem Societatis Ieſu, Gallicè ſcripſerat; qui idem Petrus ſcripſit etiam *Diuam bonæ ſpei*, ſeu originem & progreſſum deuotionis erga B. Virginem Mariam Bonæ ſpei iuxta Valencenas: *Diuam Miſericordiæ* iuxta Marchianas ad pontem. Denique Ioannes Hieronymus, patria Condomienſis, Annales Congregationum Beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, collectos ex Annalibus Societatis Ieſu, Burdigalæ edidit.

Non videtur verò hoc loco omittendus G Pater Ludouicus de Ponte, vir earum virtutum, quę hominem Catalogo ſanctorum digniſſimum faciant. Scripſit hic in Societate *Ieſu* permulta ſpiritualia opera, & inter illa multa, pulcherrimas *Meditationes* de vita Beatæ Mariæ *Virginis*, plenas ſucci ac guſtûs, quæ paſſim ab omnibus leguntur, & cum fructu ac ſolatio: obiiſſe illum hoc anno conſtat ex *Alegambe* in Societatis Bibliotheca. Quem comitatus eſt Martinus Becanus vir de Societate in Caluiniſtas acerrimus, Imperatori Ferdinando ſecundo à Confeſſionibus, & omnibus piis chariſſimus; qui, vt aduertit Marraccius, inter alia, quæſtiones ſenas emiſit de Conceptione, virginitate, matrimonio, & maternitate Beatiſſimæ *Virginis*.

Inſuper Franciſcus Biuarius, Ciſtercienſis H Ordinis monachus, & pro Hiſpana regulari Obſeruantia Procurator Generalis Romæ, edidit *Vindicias* pro ſanctis Patribus, *Bernardo*, *Anſelmo*, *Auguſtino*, Ildephonſo & aliis, vt, eos immunes oſtendat à vulgari ſententia, quæ illis, in controuerſia de immaculata Deiparę Conceptione, imputari ſolet. Quæ *Vindiciæ* primùm prodierunt Lugduni ſumptibus *Iacobi* Cardon & Petri Cauellat hoc præſenti anno, vt patet ex ipſomet authore. *Antea* tamen ediderat, vt habet Marraccius, librum vnum de Of- E ficio paruo Beatiſſimæ *Virginis*: Et deinde Teſtimonia grauia & antiqua pro puriſſima Conceptione; ſiue Hiſtoriam admirabilem de fundatione Ordinis Conceptionis Beatæ *Mariæ*.

*Vlteriùs* Nicolaus Riccardus, *Dominicanus*, I vulgò dictus *Monſtrum* ſiue prodigium, ob excellens acumen ingenij, ſcripſit *Diſcurſus* ſuper Litanias *Diuę Virginis Italicos*: quod opus approbatum fuit hoc anno, & *Venetiis* impreſ- F ſum anno 1626. vt manifeſtum eſt ex ipſo eodem opere. Rurſum Dominicani duo in Virginis laudes ſtilum ſuum exercuerunt: Guillelmus Onſelius, *Antuerpienſis*, qui ſcripſit D. *Marię* Encomia ex ſacra ſcriptura ordine Alphabetico. Et Thomas Raymon Hiſpanicè edidit de virtutibus *B.* Virginis, librum vnum. Quod notat Marraccius, addens inſuper decem propemodùm Authores, qui tempus ſuum in honorem Virginis ſcribendo conſecrarunt. Simon Siſtus in primis, & Matthias Pauli, ambo Auguſtiniani Eremitæ, laudibiliter ſcripſerunt, hic Breuis Manipulum precum ad Virginem Matrem; ille Neapoli Theatrum cultûs B. Mariæ *Virginis*. Ex Minoribus Lucas Vvaddingus, nobilis Annalium ſui Ordinis Scriptor, & rerum Eccleſiæ ſedulus Indagator, opuſcula varia compoſuit de Baptiſmo Virginis, de Redemptione & morte eiuſdem, de mente Sanctorum Patrum circa Conceptionem, &c. Ex Cæleſtinis Placidus Padiglia, factus demum Epiſcopus Alexanenſis, ſcripſit Italicè opus prænotatum, Imago pulcherrimi vultûs *Mariæ* Virg. depicta à Spiritu Sancto in Canticis, & decem diſcurſibus prædicabilibus explicata. Ex Canonicis Regularibus, Ioannes Roa Auila, *Apologiam* pro Conceptione immaculata euulgauit. Ex Ordine etiam Redemptionis Captiuorum, Bernardinus de ſancto Antonio Deuotionarium ſacratiſſimi Nominis Mariæ Luſitanicè impreſſit. Prætereà *Belmons* Cagnolus de quinque myſteriis Roſarij G carmine Italico luculenter cecinit. Cæſar Maſinius Italicè ſcripſit, Tomumquè compleuit ſuper *Salue Regina*. Ioannes Bodeous Louanij conciones quatuor ſuper *Aue Maria*. Ioannes Petrus Camus, *Bellicenſis* Antiſtes, in feſta Deiparæ quatuordecim Homilias, & nonnulla alia. Lælius item Magnanius, Brixianus, opus prænotatum; Perfecta diſpoſitio magnę Mulieris, Virginis *Mariæ*, deſcripta à S. Luca Euangeliſta, &c.

K Denique Paulus Metezellus, Pariſienſis, Congregationis Oratorij Ieſu Chriſti presbyter, Theologiam ſacram in vndecim tractatus diſtributam, & aptam Euangelicæ prædicationi, edidit. Quod opus tum Chriſto, tum Virgini Mariæ ita profectò dedicauit, vt ſecundum tractatum integrum impenderit Annunciationi H Angelicæ expendendę, perſoniſquè cõſiderandis;

quæ ad illam interueniunt, quales ſunt, Virgo, Ioſeph, Angelus, Ieſus: Nonum verò magna ex parte poſuit in explicandis myſteriis *Marianæ* Conceptionis, Natiuitatis, Præſentationis, Annunciationis, *Viſitationis*, &c. Nunc.

## Anno mundi 5608. Chriſti 1625. eóque Iubileo.

A LEopoldus *Archidux Auſtriæ*, frater Imperatoris Ferdinandi, voluit proficiſci Romã, vt Iubilei gratiam ſibi conſequeretur, & in tranſitu placuit ipſi Virgini Lauretanæ piam reddere venerationem; quod vt faceret impenſiùs, vnum ex *Baronibus* ſuis, ſuo nomine, habitu, poteſtate, authoritate, onerauit, qui ab vrbium Magiſtratibus, Principibus, aliiſque, debitos Leopoldo, & velut eidem oblatos honores acceptaret, dum ipſe incognitus & tanquam priuatus aliquis, Reginæ cæli honorandæ ſtudioſiùs vacabat; imò ſex ipſas horas in ſacra Cella Lauretana ante mediam diem flexis genibus inſumebat, duas verò poſt meridiem. Quo etiam cultu & apparatu, tum Romam ingreſſus eſt, tum Romæ commoratus manſit. Quod habet *Balinghem* 15. Nouembris n. 1. & ex eo Vincentius Charron eadem die n. 4.

B Quo eodem anno in gloriam Diuæ Virginis, ſcripſit *Ioannes* Baptiſta Poza librum vocatum Elucidarium Deiparæ, emiſitque in lucem; in quo licet multa ſint valde bona, ſunt etiam quædam, magis quàm par ſit, curioſa. Scripſit Hieronymus Florentia, Mariale, hoc eſt, Conciones de Excellentiis Beatiſſimæ Virginis *Mariæ* duobus tomis comprehenſas, quod illi opus pius amor in Virginem expreſſit, inquit *Alegambe* in Bibliotheca. *Scripſit* & *Antonius* Santarellus vitam *B. Mariæ* Virginis. Collegium autem Inſulenſe edidit Gallicè Diuam Reconciliationis, vulgò *Eſquermienſem*; ſiue de eiuſdem origine, antiquitate, ſodalitate, miraculis. Quæ patent ex prædicto Philippo *Alegambe*, qui adhuc alia, ſed aliis annis, ab eodem *Inſulenſi* Collegio edita Gallico idiomate adnectit, vt Pſalterium Diuæ *Virginis* à S. Bonauentura compoſitum, & Gallicè hoc tempore redditum. Peregrinationem Eſquermienſem Stationibus ſeptem in via, iuxta totidem *Diuæ* Virginis peregrinationes præcipuas illuſtratam. Modum rite obeundi ſtationes ſeptenis Deiparæ doloribus erectas in æde primaria D. Petri *Inſulenſis*, &c. Denique piè mortuus eſt 26. Iunij Ioannes Georgius Volgerus, quem *Alegambe* ait ſcripſiſſe Germanicè, Fontem Conſolationis, qui eſt *Maria* & Ioſeph, omnibus afflictis; ſunt libri ſeptem impreſſi Herbipoli. Sed præter iſtos ex Societate Ieſu *Authores* ab *Alegambe* numeratos, longè profectò plures recenſet *Marracius*. Hoc enim teſte ſcripſerunt adhuc hi tres Societatis *Ieſu* alumni. *Baodinus* Gualfreducius Carmina varia de feſtiuitatibus Virginis. Ioannes *Baptiſta* Maſculus, de Dei Matre Lyricorum librum, & Encomia magnæ Matris. *Ioannes* denique Tullenſis, qui hoc anno Treuiris mortuus eſt; Elegias in celebriora feſta Virginis. Scripſerunt & tres Dominicani; *Antonius* Paoli, Hiſtoriam & miracula B. Virginis de Saxo in Caſentino. Ignatius Coutinus, Conimbricenſis, Luſitanicâ linguâ Promptuarium ſpirituale ſuper Euangelia feſtorum Deiparæ. Et Reginaldus Cauanac, Gallus, Librum de mirabilibus Roſarij. Scripſit præterea Michaël Caluus, Tertiarius S. Franciſci, Conciones ſex de laudibus *Virginis* pro Sabbatis Quadrageſimæ. Scripſit Ioannes Boucher, Minorita, Cenomanus, patriâ linguâ Magnificentias diuinas, & Cogitationes *Angelicas*, hoc eſt Sermones in *Magnificat*, & meditationes in *Aue Maria*. Scripſit *Andreas* Geiſominus, *Auguſtiniani* Eremita Ordinis, ac deinde *Aſculanus* in Regno Neapolitano Epiſcopus, Theſaurum cæleſtis deuotionis erga Deiparam. Scripſit Nicolaus Brauus, Ciſtercienſis Ordinis alumnus & *Abbas* S. Annæ Madriti, Sermones mariales. Scripſerunt, *Andreas* Maurocenus, *Venetus*, Encomium in laudem *Virginis*. Franciſcus Antonius Guetterius, Neapoli *Italico* ſtilo Compendium aliquot inſignium miraculorum B. Mariæ circa varias deuotiones in eius honorem factas. Gabriel à S. Maria, olim Benedictinus, poſteà *Archiepiſcopus* & Dux Remenſis, Conciones ſex & viginti ſuper *Miſſus eſt*. Iacobus Stoſſius, Italus, Deſcriptionem Eccleſiæ S. Mariæ de Saxo ſupra Lorcanj Burgum in Comenſi Diœceſi. Iuſtus Harduinus, Gandauenſis, Cantica ſpiritualia præcipuis Deiparæ feſtiuitatibus accommodata. Simeon Croſetus, Oiitanus, Gallicè Defenſionem legitimi honoris S. Mariæ contra errores contentos in ſermone quodam impreſſo Sedani. Zacharias Ferrerius, Vicentinus, Poëſim variam in feſta laudémque Deiparæ. Denique Ambroſius Brandus, Romanus, & à S. Philippo Nerio religioſo S. Dominici habitu, conſentientibus Patribus Dominicanis, indutus, vir in Deiparam impensè deuotus, ſcripſit Italicè Triumphum glorioſiſſimæ Virginis de Roſario celebratum Romæ Dominicâ primâ Octobris anni Iubilei 1625. mortuus deinde eſt anno 1645. die 18. Decembris.

C Miracula quoque facta ſunt varijs in locis. *Apud* Redonas Ludouica le Duc ope B. Mariæ bonj nuncij à variis infirmitatibus liberata fuit. Voto autem concepto ad Diuam Lætitienſem coniux Domini de Sandras, Syndici, & Cuſtodis Generalis bellici in Gallia armamentarij, à febre peſtifera erepta eſt. *Demum* pagana quædam inuocato Mariæ nomine purgata eſt & planè exempta à malo dæmone, importuno vtique hoſpite. Primi miraculi teſtis eſt Vincentius Charron 7. Iunij n. 4. Secundi Ceriziertius 2. parte hiſtoriæ Lætitienſis cap. 5. num. 4. Tertij Iacobus Gualterius in ſuis tabulis Chronologicis.

D Præter hæc apud Luxemburgum iacta ſunt fundamenta Sacelli *S. Mariæ de conſolatione*, extra muros vrbis, ſtadiis circiter quatuor. Etſi enim anno præcedente, ipſo die Conceptionis, Decembris octauo, electus eſt erigendi ſacelli locus, in eóque ſolemni ritu infixa Crux, & Cruci commiſſa imago B. Deiparæ ſolemni item pompâ ac ſupplicatione eò delata, donec abſolutâ ſacelli architectatione, in eo poneretur: ob aliqua tamen impedimenta non ante hunc annum poſitus fuit primus ſacelli lapis, quem feſto ciuium applauſu, & virum hunc honeſtantibus

ſuâ præſentiâ Comite Barlamontio Gubernatore ciuitatis atque Prouinciæ, aliiſque Comitibus, Prælatis ac Magiſtratibus, hoc anno collocatum teſtatur de hac re ſcripta, ac de miraculis eo loco factis, Sylloge à Patribus Societatis Ieſu Collegij Luxemburgenſis exarata, qui authores fuerunt erigendi eiuſmodi ſacelli; duobúſque ſequentibus annis, adnitente Patre Iacobo Broquarto, cui ſpes, & votum cum fiducia emiſſum ſanitatem de portis mortis à Deipara extorſerat, abſolutum eſt; ac tandem anno 1628. die decimâ Maij, quæ Dominica erat ante Aſcenſionem, dedicatum ac conſecratum in honorem Diuæ Mariæ de Conſolatione; ſic dictæ, quòd ipſa S. Deipara ſit in his difficillimis peſtis ac belli temporibus miſerorum leuamen & conſolatrix afflictorum. Miracula eo in loco fieri ſolita nonnihil perſtringentur in ſequentibus annis.

E Non debet autem hîc omitti, in ipſis Sinarum finibus in prouincia ab ipſis dicta Henſi, effoſſâ terrâ, repertum fuiſſe lapidem viginti quatuor palmorum variis characteribus Sinicis inſcriptum, qui à Mandarinis & aliis huius gentis ſapientibus lectus, agnitus eſt fuiſſe exaratus anno Chriſti 1243. hoc eſt, ducentis & quadraginta nouem annis poſt ſeminatum in iſtiuſmodi regionibus Euangelium; quod plantatum inibi ferunt Annales Regum Sinenſium anno Chriſti 994. Agnitus præterea eſt loqui de mundi creatione, de Incarnatione filij Dei, de Virgine Maria, de miſſo ad eam Angelo, de Natiuitate Saluatoris, & ſimilibus. Quæ ex Emanuele Dias refert Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 9. nonnihil in calculo ſuo aberrans, quando diſtantiam inter annum Chriſti 994. & annum 1243. ſic enumerat, vt velit eſſe tantùm 140 annorum.

F Denique hoc vlteriùs anno Ioannes Eggre, Coadiutor temporalis Societatis Ieſu, in obſequio peſte infectorum Antuerpiæ 10. Septembris elatus eſt ibidémque ſepultus; vir fuit ob preclaras virtutes valde commendabilis: ſed potiſſimùm ob ſingularem pietatem in S. Deiparam: cui ad conciliandam Bredanorum ciuium venerationem, in ipſorum vrbem, cùm à Batauis fuiſſet erepta, prægrandem eius effigiem ſuis humeris, calceamentorum ſoleis depoſitis, palam in omnium oculis lætus intulit. Ita Alegambe in Heroibus, ſiue Victimis Charitatis, hoc anno cap. 9.

## Anno autem mundi 5609. Chriſti 1626.

A FAmam ſpargere prodigiis cœpit Imago B. *Mariæ Bonæ ſpei* prope Valencenas, de qua iam obiter aliqua tacta ſunt anno 1624. literâ F. Similiter & prope Marchianas in Ponte-villeto, Imago B. *Virginis à miſericordia*, reperta hoc tempore à paſtore quodam. De quibus Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. num. 60. & 62. Quarum imaginum originem & miracula ſcripſiſſe Petrum Bouillium iam per anticipationem dictum eſt anno 1624. paulò antè citato.

B Hoc quoque anno 27. Septembris, poſita ſunt fundamenta monaſterij Beatæ Mariæ de Sion in Lotharingia, quod inhabitant Tertiarij Patres ex Ordine S. Franciſci & cultum Virginis ibidem procurant, peregrinos excipiunt, miracula notant; vt videre potes apud Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 56. De Virgine de Sion iam anteà dictum eſt anno 1306. literâ A. Subnecto hic autem quod Balinghem notat. 4. Octobris, præſente hoc anno primum lapidem poſitum fuiſſe ab Vrbano octauo Romę condendo templo Capucinorum ſub titulo Conceptionis Deiparæ.

C Fundata quoque hoc anno eſt in America Meridionali habitatio ſiue Reductio *S. Mariæ de Ignazu* id eſt, de fluuio magno, quam fundauit Pater Iacobus de Betoa, Societatis Ieſu, vt conſtat ex ſcriptis ab eo literis, quas refert Nicolaus Duran in Relatione de Chriſtianitate Americæ Meridionalis. Ex quibus etiam literis habetur fuiſſe inibi tam ſtultam blaſphemamque mulierem, vt ſe eſſe Deiparam iactaret, multaſque propterea excitaret turbas.

D Idem verò Duran, in eadem Relatione, explicans ea quæ ſpectant ad Reductionem ſiue Coloniam, S. Mariæ Lauretanæ & S. Ignatij, commemorat quemdam Indum mortuum, iamque mandandum ſepulturæ, rediiſſe ad vitam, iubente Chriſto & monente Virgine, vt quædam peccata non dolore tantùm, ſed confeſſione etiam elueret. Hunc ſuſcitatum & viderunt omnes, & verba facientem vtique audiuerunt, & poſt ſuſceptum Sacramentum pœnitentiæ tranquillè morientem mirati ſunt. Addit & alij innocuas fuiſſe viperas, inuocatâ Virgine, & concepto voto de audienda quaque die Miſſa: aliis fuiſſe proficuam Imaginem eiuſdem S. Deiparæ ad arcendas ægritudines. Vni denique plus aliis deuoto ſpectandam illam ſe dediſſe cinctam Beatis ſpiritibus, dediſſeque monita ſalutis, ac præſertim vt peccata quædam oblita exhomologeſi purgaret. Inuocantibus aliis duobus, dum penè in turbine à dæmonibus raperentur, auxilio fuiſſe, & ſono ſui nominis, ſalutationiſque Angelicæ recitatione, fugam dæmonibus dediſſe.

E Inſuper ex famulis Diuæ Virginis obierunt varij. Primò quidem Guillelmus Dux Bauariæ, cuius eximia in B. *Mariam* Lauretanam dona, & piam apud eam profectionem eleganter & prolixè deſcribit Turſellinus lib. 5. cap. 7. hiſtoriæ Lauretanæ, & ex eo Balinghem ac Charron 7. Februarij. Secundò Cardinalis Alexander de Vrſinis, qui Bracciani Sodalitium Virginis inſtituit, & magno virtutis exemplo ſolebat frequentare Romæ eiuſdem Deiparæ Sodalitium, imò etiam voluntarias in eodem pœnitentias exercebat, ac viliori ciuium turbæ in eiuſmodi Chriſtiano mortificandi corporis ſtudio, cum laude prælucebat. De hoc Cardinale Cornelius à Lapide nobilis Scripturæ Interpres, in primam epiſtolam Ioannis ſub finem mentionem facit. Tertiò B. Margarita D'Arbouze, vulgò dicta de S. Gertrude, quæ pane & aquâ tantum modò vſa eſt in peruigiliis feſtorum Deiparæ ſeuerum ieiunium tunc ſibi indicens: Feſta verò ipſa impendens in exercendis illis virtutibus, in quibus quàm proximè imitaretur Deiparam, præſertim in humilitate, Charitate, & oratione. De qua Iacobus Ferragius in vita eius, & Vincentius

Charron 16. Auguſti n. 2. qui inter alie aſſerunt monaſterium B. *Mariæ de Valle-gratia* ab ea fuiſſe, præter alia cœnobia, reformatum.

Obiit quoque Pariſiis Pater Petrus Cotonus, F
Societatis Ieſu, toti Galliæ notus & famâ virtutis, & ſcientiæ laude, & eloquentiâ; quem dicitur B. Deipara à lethali in corpore vulnere olim eripuiſſe, gladio nimirum, quo Petrus petebatur, & reipſâ grauiter ac profundè petitus eſt ad clauiculas pectoris aſperæque arteriæ viciniſſima confinia, iis partibus tranſfigi permiſſo, quę vulnus oſtenderent, non mortem afferrent. Quæ certe Deiparæ in Petrum, tunc eum ferro fodiebatur, per viſum oſtenſa eſt piæ Matronæ degenti Valentiæ Segalaunorum, vt dicitur in vite Cotoni per Rouerum ſcripte libro 2. cap. 5. Inter multe autem quæ Gallicè ſcripſit, Apologias edidit pro S. Matre Dei, ſicut id notat Alegambe. Edidit præterà, piam admodùm, Meditationem dicam, an verò Concionem de eadem Beata Dei Matre; vt videre eſt in libro Concionum quas Gallico idiomate compoſuit.

Vlteriùs Guillelmus de Pretere, ipſe quoque G
Sacerdos Societatis Ieſu, patria Bruxellenſis, zelo *Dei* plenus, & erga Sanctiſſimam Virginem vehementer deuotus, Antuerpiæ 10. Nouembris mortuus eſt. Tria Sodalitia ſub eiuſdem Virginis tutu patrocinio totos viginti annos miro ſtudio rexit: Addidit & quartum, quod & præclaris conſtitutionibus formauit. *V*oti ſe religione obſtrinxerat ad *M*arianum Officium, præter obſequia cætera, recitandum. Sub mortem cùm *S*odalium nomine vox ei perlata talis eſſet, qualis olim ad ſanctum peruenit *Martinum*: *Cur nos, Pater, deſeris, aut cui nos deſolatos relinquis?* Reſpondit, *Domine*, ſi tibi placitum eſt, vt matris tuæ honorem adhuc amplificem, non recuſo laborem; imò hoc vnum mihi in votis eſt. *S*cripſit, & in lucem emiſit ſermone vernaculo, Enchiridion Sodalitatis Beatæ Virginis in Societate Ieſu. Ita de eo Alegambe.

Item obiit Archiepiſcopus *M*oguntinus Suuichardus, cui dicitur B. Virgo apparuiſſe, & in H
rebus ſuis non tantùm conſilium, ſed & animũ ac robur dediſſe. Qua de re, poſt Ioannem Bellum in Laurea Auſtriaca, Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 17. *S*eptembris.

Rurſus è vita diſceſſit Andreas Pauernage
Antuerpienſis, qui libellum edidit de immaculata B. Virginis Mariæ Conceptione, quem, ad I
celebrandam, ac magis & magis frequentandam, ſacrarum B. Virginis ſtationum ac proceſſionum à ſe per plateas vrbis Gandenſis inſtitutarum, pietatem diſtribuere ſolebat. Hæc de eo adoertit Alegambe, & complectitur eum Bibliotheca ſua tanquam alumnum Societatis Ieſu.

Hoc etiam anno Andreas Valladerius, Abbas K
S. Arnulphi in vrbe Metenſi, Ordinis S. Benedicti, dedit in lucem librum piarum Concionum ſimul & doctarum, in feſta B. Deiparæ, quem inſcripſit, Parallela, & Parthenicæ celebritates in Feſta B. *M*ariæ Virginis *M*atris Dei. Quod patet ex ipſomet opere. Dederunt præterea in lucem alij circiter duodecim, vt notat *M*arracius in Bibliotheca. Hieronymus Pretus, Bononienſis, eximius Poëta, non tamen ſatis pudicus, Diſcurſum Academicum ſuper lachrimas *M*ariæ Virginis. Ioannes Baptiſta Ciminus, Neapolitanus, Italicè ſcripſit Theſaurum nouum ſanctiſſimi Roſarij. Franciſcus Martorel, Hiſpanus, Hiſtoriam ſacri cinguli, quo S. Maria Eccleſiam Dertruſenſem honorauit. Ægidius de Preſentatione & Fōſeca, Eremita Auguſtinianus, Conimbricæ edidit de Conceptione, & hoc anno è viuis diſceſſit. *B*aſſianus Gattius, Ordinis *S*. Hieronymi, & Placentinus, Poëma Epicum compoſuit ſub hoc titulo, Dolens Dei Mater & inſuper Panegyricum in laudem *S*. *M*ariæ Rhegienſis, & Hiſtoriam S. *M*ariæ de Oroppa in Vercellenſi Diœceſi miraculis celeberrimæ. Michaël à Fonte, Carmelita, de mirandis Sanctę *M*ariæ de monte Carmelo. Guillelmus *S*poelbergius, Minorita, Belgicè edidit Conciones Morales de feſtis Deiparæ; & de iiſdem Collationes Morales; item meditationes ſuper quadraginta opera *S*. Virginis; Pſalterium eius à *S*ancto Bonauentura compoſitum, & Carmen de diua Moſatraiectenſi. Paulus *A*znar, de Redemptione Captiuorum, Barcinonenſis, de miraculis S. Mariæ de Remedio ciuitatis Valentię. Ioannes Brounius, ex Ordine Minimorum euulgauit librum de B. Virgine Dei genitrice. Franciſcus autem de Mendoſa, *S*ocietatis Ieſu, vir vndecunque doctiſſimus, fecit de magna Dei Matre Problematum librum; Poëmata de Purificatione & Natiuitate; *S*ectiones quatuor de ſanctitate & Patrocinio *D*eiparæ, & hoc anno defunctus eſt. Ioannes Faleo, Germanus eiuſdem Societatis, edidit ſuppreſſo ſuo nomine Cantiones de *B*. Maria quamplurimas, & hoc adhuc anno deceſſit. Qui itidem anno mortuus eſt, ex eadem Societate Antonius *S*ucquet, qui ſuo tacito nomine, Pſalterium paruum *B*. Virginis emiſit in lucem.

L De miraculis Ceriziertus 2. parte Hiſtoriæ Lætitienſis cap. 4. n. 6. ait Baronem de Chabans à paralyſi ope Virginis fuiſſe ſolutum. Et n. 7. fuſiſſimè deſcribit ſanationem Ioannis Sureau à difficillima febri mirandum in modum diuexati. *S*ed & Vincentius Carron 29. Aprilis, n. 5. memorat de muliere paralytica ſanata Pariſiis, quam vocat *M*ariam *M*auricettam. Item 2. Septembris n. 3. de Suſana du *S*auſay, Pictauienſi, coniuge Vicetenentis Luſiniani, quam Ardillienſis Deipara à paralyſi itidem ſolutam voluit. Addit etiam Gononus in Chronico, apud Cæleſtinos Lugduni, S. *M*ariam de bono nuncio efflorųiſſe miraculis. Addit denique hiſtoria Loxemburgenſis Diuæ, Iacobum Broquartum *S*ocietatis Ieſu Sacerdotem, voto de quo dictum eſt anno ſuperiore, obtinuiſſe, vt à peſtilentia morbóque, ope Diuæ Virginis mirabiliter leueretur.

## Anno deinceps mundi 5610. Chriſti 1627.

A IN America Meridionali, quædam honeſta puella hanc in Sanctam Virginem pietatem habebat & fiduciam, vt ferens ſupra ſe eius iconculam, per eam ſe ſperaret munitam contra omnia pericula pudicitiæ. *A*liquando prouocata ad ſcelus à quodam nebulone, ita reſtitit ei, vt tamen iconcula in partes frangeretur: ſed fragmenta collecta & in pixide conſeruata,

ſequenti die ita vnita atque redintegrata ſunt, quaſi ſi nunquam icuncula violata fuiſſet. Sic literæ habeor Nicolai Duran Societatis Ieſu, in relatione Americæ Meridionalis, & inde Vincentius Charron 19. Nouembris n.9.

B Ad hæc tempora Poiræus Triplicis coronæ tractatu 1.cap.12.§.5.n.41, miram muti curationem refert per S. Mariam *de valle florida*, non longè à Lugduno. Voto quippe facto de muiſenda quotannis B.Maria vallis floridæ, ſanatus eſt hic mutus, qui toties recuperatæ vocis beneficium amittit, quoties omittit viſitare liberatricem ſuam: nec antè vocem recuperat, quam illam inuiſerit. Sed & Luxemburgi, inuocata S. Mariâ de côſolatione, puer Ioannis Michelbuchi extinctus ob fauces obſtructas; poſt tres integras mortis horas redditus eſt vitæ, vt pleniùs explicat mihi Diuæ Conſolatricis Hiſtoria.

C Interim ſcribit, Maximilianus Sandæus, vir acri iudicio, multæ lectionis, & doctrinæ variæ, Theologiæ Doctor, Societatis Ieſu, patria Amſterodamenſis: inter alia edidit Aniarium Marianum, Orationes ſeptem ad Sodales B. Virginis in Feſtiuitatibus *Deiparæ* habitas, deſumpta materia à ſex auibus Virginis ſymbolis, nempe Columba, Luſcinia, Cygno, Gallina, Phœnice, Pauo; & hâc tum in Annunciatione, tum in Purificatione. Item Mariam florem myſticum; *Mariam* Patronam; Mariam Gemmam myſticam; Mariam Lunam myſticam; *Mariam* Solem myſticum; *Mariam* Mundum myſticum; *Mariam* Pacificationem mundi; Libellum de modo dedicandi ſe Deiparæ in mancipium; *Libellum* de ſalutatione Angelica fructuosè recitanda. Odo quoque Giſſæus, ſiue de Giſſey, emiſit in lucem hiſtoriam B. *Virginis* Aniciensis; ſiue de Podio; & hiſtoriam B. Virginis Rupis Amatoris, vulgò *Roquemadour*. De quibus ſcriptoribus Alegambe in Scriptorum Societatis Ieſu Bibliotheca. Quibus addit Archangelum Belbonum, qui hoc anno Salerni obiit. & antè Italicè edidit ſub nomine F.A. G. Compendium miraculorum *B.* Virginis Mariæ. Et Dionyſium Guillen, Hiſpalenſem hoc etiam anno mortuum. qui Hiſpanicè dedit Concionem de immaculata Conceptione B. Virginis Deiparæ.

D Edidit quoque Italicè Michaël Hieronymus, Societatis Ieſu, ſicut & præcedentes; edidit verò Conſiderationes idoneas ad ingenerandum affectum erga B. Virginem Mariam, Romæ apud Franciſcum Caballum. Et Iodocus Andries Cortracenſis, itidem Societatis Ieſu, in honorem Virginis compoſuit Flandricè, Dolores B. Virginis *Mariæ*, Breuem exercitationem ad promouendum Roſarium duodecim ſtellarum *Deiparæ*; pauloque pòſt Brugas marianas edidit. Ita loco citato Alegambe. Addit Marraccius ſcripſiſſe prætereà de Societate, *Didacum* de Baëza, Vincentium Guiniſium, & Michaëlem Hieronymum: primus edidit Hiſpanicè mariale ſeu Conciones de B. Virgine maria; deinde librum de Magnalibus S. mariæ & S. Ioſeph ſponſi eius: ſecundus cecinit Heroico carmine Genethliacon, Epithalamium, & Propēpticon Virginis: tertius Conſiderationes dedit idoneas ad ingenerandū affectum erga Virginem. Et ex aliis Ordinibus ſcripſit Bartholomæus Ioly, ex Ordine Ciſterciēſi, Diuionenſis, Charitatis Abbas, Carmina de laudibus Virginis. Scripſit Albertus Poleniſius Carmelita, Polonus, Sarmones de feſtis Deiparæ. Scripſerunt tres ex Ordine minorum, Bartholomæus Guerrero, Petrus Poſnanienſis, Eugenius Martanellus: quorum primus de Conceptione; ſecundus Sermones in feſta Virginis: tertius ſpeculum in quo relucet D. Thomæ *Aquinatis* ſententia, quòd B. *Virgo* fuerit ſine peccato concepta. Scripſerunt & alij: Cæſar Franciottus, Clericus Regularis Congregationis matris Dei, Italicè Venetiis edidit opuſcula varia in honorem *S.* Virginis; in primis Hiſtoriam miraculoſam S. mariæ Lucenſis, quæ vulgò dicitur, de miraculis; Iter ad domum Lauretanam in dies duodecim diſtinctum; deinde alia non pauca. Carolus Andreas Baſius, Mediolanenſis, patrio ſermone conſcripſit Tractatum de iis quæ *Moniales* agere debent erga matrē Dei. Hermannus Baunch Germanus Sacerdos, adidit Italicè & Germanicè, Roſarium & Coronā Virginis. Hieronymus *Alexāder* Carmen heroicū de Imagine *S.* M. de monte Guardiæ prope Bononiā. Ioannes Rybcouicius, Cracouienſis, Meditationes Salutationis Angelicæ. Iuſtus Rycquius, Gandauenſis, Orationem Panegyricam de *S*alute generis humani Virgini nunciata. Denique Paulus Areſius, Theatinus, deinde Derthonenſis Epiſcopus, ſcripſit de Chriſti & *Virginis* Prędeſtinatione; de Deiparæ pulchritudine; de maria remedio noſtrarum tribulationem, &c. Hæc marraccius quibus addo ſcripſiſſe & Philippum Gamachæum Doctorem Sorbonicum, de Sanctificatione & maternitate Deiparæ.

E Sed omittere hoc loco non debeo, quod Balinghem enarrat in Calendario 20. Auguſti. n.4. motibus terræ enormibus concuſſa Apulia, & abſorptis ad ducenta millia & fortaſſis ampliùs hominibus, inſtitutam fuiſſe à mirabellanis ſolemnem ſupplicationem in qua ampulla cum lacte Deiparæ geſtaretur. In templum regreſſa multitudo vna voce matrē miſericordiæ & voce & affectu inclamauit. Tuncque viſa ſunt patrocinantis Virginis manifeſta ſigna; lac quippe ſpumare, & augeri, & ampullam implere cœpit: imò ipſa lilia altari ſuperimpoſita arida omnino & affatim ſicca, ſtatim reſlorueēre, adeóque excreuēre, vt totam aram non ſine magno ſtupore omnium conueſtirent.

F Idem verò Balinghem prima Februarij, non minùs, vt reor, mirabile portentum proſequitur in meretrice Neapolitana, quæ ſanitatis cauſa dū tendit ad Anagnenſia balnea, nō tantùm non curata eſt, ſed ibidem etiam ex morbo periit, & planè mortua eſt. Cadauer in templum delatum noluit parochus ſacræ tradere ſepulturæ, quippe perſonæ proſtitutæ, ac publici ſcorti ſine ſacramentis defuncti. mirum! ſub mediam noctem rediit in cadauer anima, inclamat Confeſſarium, auditur eius vociferatio, accurritur; excipitur eius confeſſio, breui ſe denuò morituram affirmat, totúmque hoc redditæ vitæ beneficium Beatiſſimæ Dei *Matri* adſcribendum aſſerens, Euchariſtia munita defungitur. Hæc ille, qui ruſſus ſecundâ Februarij fusè proſequitur liberationem Energumenæ factam Oſtrogij in Polonia ad inuocationem *B.* Deiparæ & S. Ignatij Loyolæ, cum magna confuſione hæreticorum. Iam verò

## Anno mundi 5611. Chriſti 1628.

A Eccleſia Patrum Capucinorum Nanneti inchoatur in honorem *S.* Mariæ Angelorum, primum lapidum iaciente Philippo Coſpean tunc Epiſcopo Nannetenſi. Ita Vincentius Charron oculatus teſtis, 26. Martij n. 5.

B Quo eodem anno, in monte quem Candidum communiter appellant, inchoatum eſt *Monaſterium* Diuæ Virginis de Victoria à Ferdinando ſecundo Imperatore in memoriam victoriæ contra hereticos reportatæ, de qua dictum eſt anno 1620. litera A. Ita *Mercurius* Gallicus tomo 14. pagina 431. & Vincentius Charron 8. Nouembris. n. 5.

C Liberatur verò Lugdunum ab immaniſſima peſte, voto facto ad B. *Virginem Anicienſem*. Liberatur quoque *Biturigum*, voto concepto ad Diuam Mariam Lætitienſem. Primum patet ex *Vincentio* Charron 26. Auguſti n. 3. *Secundum* ex Cerizierio 2. parte cap. 5. n. 7. Præterea Ioannes de la Carriere, preces fundens ante *Virginem Pariſienſem*, à multis vlceribus, & membrorum paralyſi curatur. Id habet idem Charron 16. Iulij n. 6. ex proceſſu verbali. Deinde Stephanus Portail tertiò ſuſpenſus, fune ſemper effracto, tandem liber abit, ope *Diuæ* Virginis imploratâ. *Denique* auxilio *Diuæ* Conſolatricis apud Luxemburgum, ſurditatem exuit Mánginus ſiue Dominicus Metz. Hoc poſterius conſtat ex hiſtoria Conſolatricis Diuæ: illud verò præcedens ex Mercurio Gallico tomo 14. pagina 83. & ex Vincentio Charron 24. Ianuarij num. 3.

D *Sed* mirabilis ſanè hoc eodem anno *Virginis* clementia fuit in miſerum quemdam inueteratum peccatorem, de quo Nierembergius, qui teſtis oculatus extitit, hęc habet in vita *S.* Ignatij cap. 33. Infamis in Hiſpania peccator, & eo vſque ſui ac Dei oblitus, vt ſexaginta annos ſine bona confeſſione tranſegerit, viſitatus de nocte eſt à S. Deipara oculos ſuos pios ac miſericordes in illum aperiente; quo intuitu tantum ille concepit anteactæ vitæ dolorem, tam diſtinctam ſuorum omnium peccatorum notitiam, vt ſtatim Confeſſarium poſtularit, melioremque vitam propoſuerit. Ad illud accurrit, qui rem hanc deſcripſit Euſebius Nierembergius, Confeſſionem excipit, & miratus tantum Dei beneficium, ſimul etiam agnouit pœnitentem ſuum ſolitum à longo fuiſſe quotidie recitare in honorem S. Virginis Salutationem Angelicam, cuius deuotionis cauſa, haud dubiè magna *Miſericordiæ* mater, protectionis ſuæ voluit eum eſſe participem; ſanatúmque in ſanguine immaculati agni, quinque pòſt elapſis diebus, ereptum vitæ miſeriis ad æterna euexit immortalitatis beatæ gaudia. Hanc etiam ſanctæ *Virginis* miſericordiam fusè refert Touſſanus Bridoul in Virginis Triumpho 31. Decembris.

E Vlteriùs libros de *Virgine* in lucem emiſit Ludouicus Richeomus, nempe, Peregrinum Lauretanum, & de Peregrinationis bono: Beatam *Virginem* iuxta crucem adſtantem atque perſiſtentem; & ambos iſtos libros Gallicè. Item Iacobus Caniſius, Belga, Meditationes de *Virgine*, & Hyperduliam Marianam à Ioanne Berchmanno exercitam. Hic vitæ ſuæ ex charitate prodigus Monachij peſte afflatorum ſe obſequiis poſt Suecicum bellum addixit: cui malo ſuperſtes Lauretum pedes contendit exſoluturus votum, quod pro ſua incolumitate Soſpitatrici Virgini Senatus Populúſque *Monachienſis* conceperat. De vtroque vide Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu.

F Præterea Ioannes Riuulinus, Hungarus, vir in Deiparam ſingulari affectu, cuius etiã aſpectu creditur fuiſſe recreatus, obiit in Societate hoc anno Tirnaniæ, ſed, vt habet idem qui ſuprà Alegambe, anteà ediderat tacito ſuo nomine, Faſciculum laudum B. Virginis Mariæ. Ex eadem quoque Societate adhuc ediderunt, vt notat Bibliotheca Mariana, Balthaſar Corderius, *Antuerpienſis*, Catenam Patrum Græcorum in ea quæ S. Lucas ſcripſit de Virgine. Gregorius Maſtrillus, Nolanus, Nonenam, ſeu Diſcurſus Spirituales ſuper Antiphonas maiores quæ O vulgò vocantur. Iacobus Dheliot, Molinenſis, Odas in feſta *Deiparæ*, ſed Gallica lingua; & hoc anno Toloſæ obiit 26. *Aprilis*. Petrus Hamerius, Hanno, Conciones ſuper *Miſſus eſt*. Præterea Ioannes Diophilacius, Carmelita, Gandenſis: Odas *Auguſtinus* Vvichmans, Belga, Ordinis Præmonſtratenſis in Cœnobio *S.* Mariæ Tungerloënſis, Sabbatiſmum Marianum in quo origo, vtilitas, & modus colendi hebdomadatim Sabbatum, in honorem ſanctiſſimæ Deiparæ explicatur; item Brabantiam Marianam tribus libris partitam, opus verè pium & eruditum; & adhuc Coronam ſtellarum duodecim. Thomas Bandouius, Dominicanus, Electionem aliquot miraculorum *S.* Mariæ à Quercu prope Viterbium; quod opus Italicè ſcriptum eſt. Gaſpar *Schemma*, Minorita *Siculus*, Conciones in feſta & Sabbata Quadrageſimæ. Ioannes Grandæ, Tertiarius Tractatũ pro immaculata Conceptione. Auguſtinus Deſmõs, Canonicus Regularis, Duaci miracula B. Virginis Foyenſis. *Angelus* Gabriellus, Venetus; Italicum Poëma prænotatum; Maria *Virgo* in floribus Teſtamenti veteris effigiata. Auguſtinus Galea, Italus, ſua lingua edidit Diſcurſus prædicabiles ſuper Roſarium. Qua etiam lingua Mediolàni Concionem de Aſſumptione dedit Franciſcus Ferrarius.

G Religio eſt ad finem huius anni non ſaltem obiter attingere, quæ de Cataio (Regnum eſt peramplum, conterminum Sinis, hoc circiter anno ab hominibus Societatis luſtratum) enarrantur: videri in Gentis huius fanis Imagines virginis cuiuſdam, ad cuius latus tres pueruli conſiſtunt, qui tres, inquiunt, pro vno computantur, nec niſi vnum ſignificant. Scilicet hæc rudia quædam ſunt, aut eſſe videntur Chriſtianæ fidei olim ab Apoſtolis in iſto Regno ſeminatæ ac malè cultæ veſtigia. Sed faxit Deus vt ſuorum operariorum ampla breui ſit meſſis, vbi nunc non modicus eſt labor; & Mariæ cultus totum diebus noſtris, non Cataium modò, ſed orbem adimpleat! Vide de hac re Magni Cataij relationem, & Poiræum Triplicis coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 5. numer. 10. Deinceps.

## Anno mundi 5612. Chriſti 1629.

CLarere plurimùm miraculis cœpit prope Nanceium in Lotharingia *B. Maria Auxiliatrix*, ſiue de bono auxilio atque ſuccurſu; cuius ſacellum honorificentius eſt redditum ex adiuncto cœnobio *Minimorum*. Ejus hiſtoriam, & miracula patrata compoſuit anno 1630. Nicolaus Iolet Prouincialis Minimorum libro Gallicè confecto, hoc eſt, anno ſubſequente famam hanc amplam de iſta Virgine, & crebras peregrinationes ac vota ad eandem ſuſcepta, inſigneſque gratias, quibus Lotharingia per eam replebatur, omneſque trahebantur ad eius auxilium petendum, cultumque frequentandum. Innumeræ vifuntur appenſæ apud eam tabulæ, indices eorum quæ patrata ſunt miraculorum: ſanatorum ab horrendis maleficiis, mutilationibus, ægritudinibus inueteratis, paralyſi, hydropiſi, cæcitate, ſurditate, & ſimilibus: nomina aliquot in prædicto libro deſcripta recenſentur, quorum magna ex parte hoc anno curatio accidit: ſed longè ſequentibus annis frequentiora fuerunt miracula, quorum appenſas in ſacello tabellas, eaſque creberrimas videre mihi licuit, non ſine ſtupore & gaudio.

Præter hæc, Lætitienſis Diua hoc etiam anno, ſolito more, fertilis in gratiis fuit, harum aliquas Cerizierius tangit 6. parte Hiſtoriæ. Et quidem cap. 3. n. 3. ſanatur amentiâ captus. Cap. 6. n. 6. ſanatur deformiter contracta. Cap. 11. n. 3. Quædam ancilla à ſupplicio liberatur. Cap. 16. n. 3. Suſcitatur mortua. In Diœceſi autem Biſuntina prope Auxonam, iam olim clarum ſanationibus ac miraculis Sacellum *B. Virginis ab aggere*, vulgò *de la Leuée*, quodque frequenti populorum concurſu uiſitari ſolebat, ampliùs frequentari & clareſcere cœpit ob curationes quæ hoc tempore contigerunt: inter quas inſignis illa fuit, quâ liberatus eſt à ſciaticæ importuno morbo Iacobus Baillet Ducis Elbouij hortulanus primarius, poſtquàm fonte ſacro, qui eſt viciniſſimus ſacello piè femur in quo dolor erat abluit. Inſignis quoque illa caſtigatio fuit Ioannis Goteret Regij apud *Auxonam* Apparitoris, qui fontis ſacri hauſtores irridens linguæ vitium cæcitate repentina luit, quæ tamdiu tenuit donec nouemdiali ſacro coram *Virginis* imagine, quæ eſt in ſacello, pro eo litatum eſt. Hæc teſtata habeo à Domino Thoma Vicario Generali & Officiali Archiepiſcopatûs Veſontionenſis in Comitatu Auxonæ.

At in Iaponia, nobilis vir generoſuſque miles Yemondonus, vnà cùm tota ſua familia, procedere ad locum deſtinati ipſis martyrij hac pompa voluit. Præcedebat vexillum inſignitum imagine Virginis, quod deferebat puerulus: hunc duodenis puer proximè ſequebatur facem benedictam accenſam geſtans; pone reliqui tum liberi tum ſerui ſequebantur, omniumque agmen claudebat Yemondonus. Vbi ventum eſt ad locum, omnes imaginem *Virginis* in vexillo depictam humiliter cinxerunt, poſtulantes eius patrocinio roborari ad mortem, quam magno animo; & Gentilium mirabili cum horrore, cum veneratione ad vnum omnes pertulerunt. Ita literæ ex Iaponia annuæ, & ex iis Touſſanydoul in Triumpho Virginis 11. Februarij.

Denique Dilingæ, Ioannes Nieſs, Sueuus, Societatis Ieſu, edidit hoc anno Reliquias beatæ Virginis. Sic docet Alegambe. Inſuper Petrus Franciſcus Chiffletius, ejuſdem Societatis, Dolæ lingua Gallica ſcripſit Praxim quotidianam Deuotionis erga B. Virginem. Quod *Marraccius* aduertit. Qui præterea author ſequentes magno ſtudio Scriptores & colligit & notat: Ioannem Dominicum Bartolucium, Romanum & Seminarij Romani Clericum, qui orationem de feſto B. *Mariæ* ad Niues edidit ita prænotatam; Intempeſtiuæ niuis ſpectaculum. Ioannem Ciampolum, Florentinum, heroicæ virum eloquentiæ, qui Romæ compoſuit hymnum in laudem Virginis. Quo loco Blaſius Palma, Barnabita, ſcripſit de Corona, Roſario, & Officio beatiſſimæ *Virginis*. Sicut Bononiæ Antonius Mirandula, Canonicus Regularis, Auroras Mariales. Et Paulus Maſius, Clericus Regularis, Taruiſii, Regulas obſeruandas Mariæ *Mancipiis*. Adiungit Marraccius Frãciſcum Bourgoin, Oratorij Gallici Generalem, qui *Meditationes* in Feſta Deiparæ, & in titulos Litaniarum eius Antuerpiæ excudit. Ioannem Mariam Zamorrum, Capucinum, à quo ſunt tres libri de eminentiſſima Deiparæ perfectione. Melchiorem Rodriguez de Torres, de Redemptione Captiuorum, electum Epiſcopum Roſeoſem, à quo eſt Iter Ieſu, Mariæ, & Ioſeph. Thomam de Lemos, Prædicatorij alumnum Ordinis, ſingulari in Deiparam affectu Tractatum de immaculata Conceptione præclarum edidit. Quem ex eadem familia comitatus eſt Albertus Margonius, Polonus, poſteris fundens opus cui titulus eſt; Roſæ ſalutiferæ in horto B. Virginis plantatæ. Martinum Groenenſchit, Præmonſtratenſem, Belgam, qui hoc anno mortuus eſt, edito priùs Paradiſo ſacratum *Meditationum* de Myſteriis ſanctiſſimæ Virginis. Carmelitas duos, Chriſtophorum Auendanum, & Dionyſium Solertum: quorum hic tum Latinè, tum Italicè metro edidit in laudem Mariæ magnificum Pſalterium Decachordum; ille Hiſpanicè Mariale feſtiuitatum matris Dei. Auguſtinianos duos, Laurentium Scalabonium, & Petrum de Perea: hic deſignatus Epiſcopus Arequipenſis in Indiis Occidentalibus, edidit de Conceptione immaculata Tractatum vnum; ille publicauit Lectulum *Salomonis*, id eſt Opus de Mariæ doloribus atque gaudiis; præter Coronam ſpiritualem ducentorum Canticorum ex diuerſis Authoribus in laudem Virginis; & Marianum decus, conflatum ex Epithetis & Encomiis, quæ Patres in laudem Mariæ congeſſerunt, & alia. *Denique* Angelum Grillum, Benedictinum, Ianuenſem, qui hoc anno Parmæ deceſſit, & poſteris Rhythmos ſpirituales exhibuit in laudem glorioſæ *Virginis*. Sed nihil illuſtrius decreto ſacræ Congregationis Cardinalium, quod inſertum eſt Actis Capituli Generalis Romæ hoc anno celebrati à Patribus Dominicanis, in quo diſertis verbis Conceptio beatæ Virginis dicitur *Sanctiſſima*. De qua re mentionem facit Iuſtinus Miechouienſis in Litanias Lauretanas, diſcurſu 316. n. 13. Nunc

## Anno mundi 5613. Chriſti 1630

CОntinuarunt miracula apud Diuam Lætienſem. Nam ex prætitato Cerizierio c. 5. n. 9. Deppenſis ciuitas exempta à peſte ſuum votiuum donarium tranſmiſit ad Virginem. Cap. 7. n. 4. Alanus Bouuain adoleſcens loquelam & auditum recepit. Cap. 10. n. 15. Filius Thomæ Carnerij à grauiſſimis capitis vulneribus plagiſque curatus eſt. At Pariſiis, Maria Varenne, coram ipſa ara Virginis, ſoluta eſt paralyſi, quâ dimidium ejus corpus emarcuerat, vt patet ex Archiuio Eccleſiæ Pariſienſis, & Vincentio Charton 15. Auguſti n. 19. A

Facta etiamnum ſunt alterius generis miracula in ciuitate Daucas Regni Æthiopici. Quidam enim nobilis, cui brachium fuerat ab infenſo ſibi hoſte diſſectum, libenter offenſam remiſit ob amorem Diuæ Virginis & coram *Diuæ* Virginis imagine, quam Virginem veluti præſentem tenerrimè alloquebatur, coramque aliis honeſtis perſonis dilectionis ſuæ & teſtem & obſidem vocabat, magno vtique gratiæ miraculo, in illa potiſſimùm gente. Hoc prodigium refert Alphonſus Mendez, Patriarcha Æthiopiæ in Relatione anni 1630. Et Charton 23. *Decembris* num. 4. B

Prætereà hoc anno, Imago D. *Virginis* Bononienſis in Picardia tandem in priſtinum honorem reſtituta eſt à Domino Victore Bouteiller Epiſcopo, vt ſuprà dictum eſt anno 635. litera A: quo etiam loco citati ſunt *Authores*. Quare hac historia omiſſa; hoc loco aduerto, circa hunc propemodùm annum in ipſis *S*odalitiis *M*arianis, quæ in Collegiis Societatis Ieſu pietatis lacte paſcuntur, cœpiſſe ſeligi ex plurimis perpaucos, in quibus idoneus ad virtutem feruor & ingenij maturitas vtiliſſimè exerceri poſſet particulari cultu & Regularum Sodalitij obſeruatiore cuſtodia, habita in hunc finem pro quaque hebdomada ſingulari Collatione. Res vſurpari cœpit, & verò vſurpatur, tum Romæ, tum Pariſiis, tum pluribus aliis & Italiæ & Galliæ locis: prodiitque de hoc exercitio non contemnendus liber, cui titulus eſt; Praxis deuotionis Sodalitij Mariani. C

Vitam quoque fœliciorem, hac relicta, iniit Auguſtinus Sangri *S*ocietatis Ieſu, Coadiutor laicus, admodum in Deiparam deuotus; quam vidit ſublimem in throno tenentem filiolum & præcinctam Angelis, regio planè Reginæ cæleſtis apparatu. Quin & alias etiam ipſe vidit eandē ad diuinum Numen effundentem preces pro Philippinis Chriſtianis, & illius Eccleſiæ ſtatu. *S*olebat verò dicere, nos prorſus neſcire quantum per *M*ariam poſſemus. Vicinus autem morti adſtantes orabat ſalutationes Angelicas in eum finem recitarent, vt Virgo Deipara concederet ipſi tranquillè obire. Et verò placidiſſimè obiuit tenens recitanſque Roſarium. Nierembergius hæc habet in vita prædicti Auguſtini tomo 2. Vitarum. D

*S*ed & obiit trigeſimo *A*prilis inuictus in armis Tillius, cuius ea fuit in Deiparam pietas, vt eam palam nominaret ſuæ militiæ ſuorumque caſtrorum Generaliſſimam, & præcipuo cultu tanquam Dominam ſuam ac verè Patronam vbique honoraret. Hinc illud eſt, quòd ab Imperatrice acceptum adamantem, quem ipſa Tillio miſerat, dandum, vt eadem lepidè adiungebat, Amicæ Tillij Dominæ ac Magiſtræ, ab ipſo Tillio; ſtatim iuſſit Tillius deferri ad Deiparæ imaginem, quem & illi voluit æternum conſecrari. *S*æpè quoque expertus auxilium Virginis, tunc certè maximè videtur expertus, cùm poſt pugnam Pragenſem, per ſanatum ope Virginis murum, & ab eadem ad ſeipſum miſſum, admonitus & animatus eſt, ad frangendas vires Marchionis Durlaci, & exercitum hæreticum valentem atque copioſum effugandum ac proſternendum. Rem fuſiùs differit Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 30. Aprilis. E

F Edidit verò, vir cùm cæteris virtutibus, tum impensè pio in Deiparam ſtudio laudabilis, Franciſcus Poiræus, Societatis Ieſu ſacerdos, Triplicem Coronam Virginis Dei Matris, ex humanis diuiniſque ſcientiis textam: opus nobile, varium, elegans, eruditum; & ex quo multa decerpſimus, aliique ante nos: quippe in quo vno magna pars eorum, quæ alij antiquiores & recentiores tum Hiſtorici, tum Oratores atque Interpretes & Patres de Virgine dixerunt, congeſta reperitur. Mihi non parua gloria eſt, hunc habuiſſe vitæ Religioſæ in Tyrocinio Nanceiano *D*ucem ac Magiſtrum, in quo & ſcientia, & virtus, & omnibus nota ſanctitas plurimùm eminebat. Edidit quoque Ioannes Perlinus, *M*adritanus, profundiſſimæ vir doctrinæ, Apologiam *S*cholaſticam, ſiue Controuerſiam Theologicam pro Magnæ Matris ab originali debito immunitate. Edidit & Leonardus Bagnus *D*almata, ſed ſuppreſſo ſuo nomine, Manuale Sodalitatis immaculatæ Conceptionis B. *M*. *V*iennæ Auſtriæ in Societatis Ieſu Collegio erectæ & confirmatæ. Marcus inſuper Antonius Capicius Neapolitanus, nobili loco natus, qui oblatum Nicoterēſem Epiſcopatū repudiauit, edidit Diſcurſus de Excellentiis, Beatæ Virginis *M*ariæ. De quibus Bibliotheca Scriptorum Societatis Ieſu.

G Præter hos Ioſephus Alemanus, Mediolanenſis, adhuc Societatis Ieſu, deceſſit Aſti: paulò antè ſcripſerat Hiſtoriam miraculoſæ imaginis B. Virginis *M*ariæ, quæ nobilitauit Vicum apud ciuitatem Pedemontanam, quæ Monſregalis appellatur; & vulgò dicitur *Noſtre-Dame de Montdeuy*. *S*ic vbi priùs Alegambe.

H *S*ed & *M*elchior Inchofer, eiuſdem vt præcedentes Societatis Ieſu, edidit Meſſanæ opus doctum hoc titulo: Epiſtolæ B. Mariæ *V*irginis ad *M*eſſanenſes veritas vindicata. Quod opus tertio poſt anno iterum recudit aliquantùm mutato titulo, vt ei permiſſum fuit à S. Congregatione Indicis, quæ priorem titulum iuſtis de cauſis in hunc commutari voluit: Conjectatio ad epiſtolam B. Mariæ Virginis ad Meſſanenſes. Ita, ſed fuſiùs, Alegambe, qui vlteriùs aduertit Melchiorem fuiſſe natione Germanum, patriâ Viennenſem.

I Idem etiam Alegambe loquitur de Ioanne Baptiſta Martinengo, qui Bononiæ pro peſte afflictis generoſam animam hoc anno poſuit: & edidit librum Italicum de laudibus *B*eatiſſimæ *V*irginis, inſcriptum: Helice deuotis Beatæ *V*irgini Deiparæ; cui præfixit fratris ſui Comitis

Marci

Marci Antonij Martinegi nomen. Loquitur item idem Alegambe de Benedicto Fernandio, quem hoc anno dicit Olyſipone deceſſiſſe die Conceptionis Deiparæ; & ſcripta ſua non tantùm compleuiſſe Marianis laudibus: ſed illi vni omnia dedicaſſe, à qua æger in grauiſſimis doloribus præſentem opem expertus eſt & veſtigio priſtinam ſalutem conſecutus.

Quinque vlteriùs de Societate Bibliotheca Mariana producit, Franciſcum Pauonum, qui Neapoli euulgauit Lilia ſacra, id eſt, Exercitium deuotum ſuper ſeptem pulchritudines, ſeptem dolores, & ſeptem gaudia Virginis; item *Meditationes* ſuper Roſario, Corona, & formula offerendi ſe Beatæ *Virgini*. Andream Brunerum, Germanum, à quo *Monachij* dati ſunt Faſti *Mariani*, cum illuſtrium Diuorum imaginibus & elogiis in ſingulos anni menſes dieſque Sanctorum natales diſtributi. Gaſparem Seguirano, Gallum, Aquiſextienſem, qui Sermones edidit in præcipua feſta Deiparæ. Ioannem Sallerum, Germanum, à quo eſt Hiſtoria templi B. Mariæ Oetinganę: Monachij hoc anno viuere deſiit. Nicolaum Zucchium, Parmenſem, cuius opus eſt, *Directio* ſeruitutis Beatiſſimæ Virginis. K

Præter hos de Societate Scriptores, numerantur ſequentes ab Hippolyto Marraccio, quorum hi Religioſi non ſunt. Claodius *Decius*, qui carmine Italico ſcripſit Planctus Beatæ Virginis in morte filij. Hieronymus Bartholomæus, qui Drama de Annunciatione. Ioannes Franciſcus de Villalua, qui Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis *S. Mariæ* apud Baezam. Ioannes à Luxemburgo, Gandauenſis, Diſſertationem ſacram de myſterio nominis Mariæ. Ioannes Stalpardus, *Belga*, Conciones in feſta *B. Virginis*. Philippus à Quercu, Leodienſis, Epigrammata in ſingulas Litaniarum B. *Virginis* particulas. Et ex Religioſis familiis; Gabriel Garofalus, Auguſtinianus Eremita, Sermones. Eliſæus Ruſconus, Carmelita, Mariale, ſeu de laudibus Virginis librum vnum; & hoc anno deceſſit Mediolani. Philippus *V*anoemacheus, Dominicanus, qui ſcripſit Admiranda Roſarij: & ex eodem Ordine Ioannes Baptiſta Spadius, ac Timotheus Riccius, quorum hic de modo egit recitandi alternatim Roſarij; ille Proteodiſtichon de B. Virgine fecit bis mille ducentis formis variabile. Laurentius Carduſius, Minorita, Villam regiam Mariæ Virginis Italicè ſcripſit: & ex eodem Ordine Antonius de Setubal, Luſitanus, Coronam B. Deiparæ. Ex Minimis Ignatius *V*erdoliuius, Neapolitanus, librum de Conceptione. Denique Ouidius de Lutiis, Monachus montis Virginis, Neapolitanus, mandauit literis Relationem *I*maginis Sanctæ *M*ariæ de monte Virginis; & ſupplementum ad Hiſtoriam montis Virginis. L

## Anno autem mundi 5614. Chriſti 1631.

VT curſus Alegambe notat, Georgius Schretelius, vir ad quæuis munia Societatis idoneus, ſcripſit Apem argumentoſam mella legentem ex Litaniis B. Virginis: ſuppreſſit tamen ſuum nomen. Sed & Gualterus Paulus, ejuſdem A Societatis alumnus, natione Belga, compoſuit Viennæ in *A*uſtria inter alia permulta: *S*eptem dolores B. Virginis Rhythmo numeroſo expreſſos: Vt habet idem author. Quin & Angelinus Gazeus, Atrebas, carmine Iambico expreſſit Hiſtoriam Imaginis *S. M*ariæ de Lætitia. Et Franciſcus Remondus, Diuionenſis, edidit orationem de Natali Virginis, & Epigrammata de eadem Virgine varia. Matthias quoque Faber, Germanus, Conciones viginti quinque in Feſta Deiparæ conſcripſit. Et hi tres, vt notat Marraccius, Societatis Ieſu alumni extiterunt. His Scriptoribus plurimos adiungemus, de quibus Marraccius non negligenter verba facit. Hi porrò ſunt, Angelita Scaramuccia, Poëta Italus, qui carmine Hetruſco Lauretanæ Domus Repræſentationem deſcripſit. Bartholomæus Zucchius, qui euulgauit Citharam laudum Mariæ, hoc eſt Sermones duodecim ſuper *Aue*: item Conciones alias in *A*nnunciationem & Aſſumptionem: Et de amictu ſpirituali Reginæ Angelorum: Glorioſa inſuper Marię Trophæa, & efficacia Inuitamenta ad deuotionem eius. Fedricus Borromæus, Cardinalis & Archiepiſcopus Mediolanenſis, hoc anno mortuus eſt multis virtutum ornamentis conſpicuus; edidit librum vnum *D*e moribus Virginis: huius corpus Mediolani ad altare B. *V*irginis de Arbore in Cathedrali tumulatum eſt in ſepulchro quod ſibi viuens conſtituerat cum hac inſcriptione: Federicus Cardinalis Borromæus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſub præſidio Beatiſſimæ Virginis, hîc iacet. Fuluius Albertus Italico ſermone elucubrauit Hiſtoriam S. Mariæ à ſubſidio, quæ fulget miraculis apud Bononiam. Iacobus Vanden Boœmen, Belga, Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis S. Mariæ in Omel. Ioannes Camerota, *S*iculus, & Bouenſis Aoriſtes, vulgandum ſuſceperat opus de Epiſtola B. Virginis ad Meſſanenſes, mors conatum interrupit. Philippus Chiffletius, Veſontionenſis Canonicus, ſcripſit patrio ſermone Hiſtoriam ſui Prioratus Dominæ noſtræ Belliſontanæ. Sed & ex Carmelitis; Auguſtinus Nugnez, Bæticus; & Giſlenus Lucas, Valencenenſis, ediderant: hic Conciones in præcipua Deiparæ feſta; ille Tomum de immaculata Conceptione. Balduinus Iunius, Minorita, Dordracenſis, olim Iuſti Lypſij diſcipulus, præter Conciones & Collationes in feſta B. Virginis, ſcripſit Lilium inter ſpinas, ſiue de B. *V*irgine Maria Dei matre librum. Franciſcus Boyl, de Redemptione Captiuorum, protulit Hiſpanicè hoc anno, Hiſtoriam Imaginis S. Mariæ *del Puche* Valentini Regni patronæ. Ioſephus Speranza, Congregationis Oratorij Fauenſis Rector, obijt hoc anno, Obſeruationes ſcripturales in illa verba Ioannis cap. 19. *Stabat iuxta Crucem Ieſu mater eius, & mulier ecce filius tuus*, edidit: item opuſculum de Virgine in hora mortis Adiutrice. Guillelmus Spreeuuem, Canonicus Regularis, *Belga*, Diſcurſus in præcipua Deiparæ feſta. Andreas Banellius, Clericus Regularis Matris Dei, Septem Sermones in hæc verba. *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, &c.*

B Factum verò eſt decimo quinto Decembris magnum Veſuuianum incendium, quod optimè deſcripſit Iulius Cæſar Recupitus, Neapolitanus, & Societatis Ieſu Sacerdos: vbi inter cætera

aduertit Societatis Ieſu Eccleſiam quæ Neapoli
dedicata eſt D. Virginis immaculatæ Cooceptio-
ni, fuiſſe commuue refugium, & quaſi azylum
innumerabilium perſonarum. Et pagina 23. ac
24. notat nonnullos fuiſſe ſeruatos inuocata
S. Deipara, quæ ſeipſam eis ſpectabilem obtulit.
Etat verò hoc incendium tam terribile ac
vaſtum, vt quamnis Veſuuius à Neapoli tribus
circiter leucis diſtet; nihilominus illa ciuitas &
terræmotu horribili, & murmure ac flammis
Veſuuij quateretur. Habet de eo aliqua Vin-
centius Charron 15. Decembris n. 4. ex Iacobo
Mileſio Franciſcano Diſcalceato.

Non longè autem Lugduno accidit, vt qui- C
dam hæreticus de virginitate Deiparæ cum Ca-
tholico contendens, ſibi ſit imprecatus peſtem, ſi
ſuæ propoſitionis non eſſet certiſſima veritas.
Sublatus derepente fuit, ex eius corpore erum-
pentibus confeſtim ſexdecim vlceribus, & morte
confectus eſt. Sed mirum: ſemel, bis, tertiò, in
cœmeterio Catholicorum ſepultus; ſemel, bis
tertiò, à terra tale depoſitum indignante ac per-
horreſcente, ex eius viſceribus rejectus atque ex-
pulſus eſt, tanquam indignus illo loco & *Virginis*
hoſtis. Quod prodigium ipſis oculis viderunt vi-
giles, à magiſtratu eo loco ad huuc finem poſiti,
vt cadauer illud iam bis à terra excreatum, ter-
tiò ſepultum de nocte cuſtodirent. Rem habet
Poiræus in ſecunda editione Triplicis coronæ
tractatu 2. cap. 9. §. 10. n. 7. & ex eo Vincentius
Charron 9. *Auguſti* n. 3.

Idem verò Poiræus tractatu 1. cap. 12. §. 5. D
n. 43. & *Vincentius* ex eo 26 Decembris n. 6. ait;
Religioſam quandam à quodam nefario ex mo-
naſterio ſuo Diuione eductam, vel potiùs rap-
tam, non longè ab vrbe incidiſſe in prædones
aliquot, qui interfecto raptore, dum quærunt
ab ea quænam eſſet; & *Monialem* eſſe aduerten-
tes, dum petunt, vel potiùs dum vnus illorum ab
ea poſtulat, num redire velit in ſuum cœnobium,
annuentem reducit. Interim illa pro hac gratia
imaginem Diuæ *Virginis*, quam ſecum gerebat,
& ad quam preces effuderat, ſuo reductori, &
offert, & libenter donat. Hanc ille gratanter
accipiens, ad ſuóſque prædæ ſocios iter relegens,
tantis in via conſcientiæ ſtimulis tantiſque de
cælo luminibus punctus & illuſtratus eſt, vt ſta-
tim recta abiuerit ad *B. Mariã* de ſtagno non lon-
gè diſtantem in alium virum fœliciter mutatus.
En quanti refert vel imaginem Virginis, aut quid
ſimile vnà ſecum deferre.

Interea, vt habet Vincentius Charron 10. E
Maij n. 5. fœlicem iniuit obitum *Archangelus*
Nannetenſis, ex Ordine Capucinorum Sacerdos,
cui antequam emitteret ſpiritum, ſe viſibilem
exhibuiſſe *Virgo* Sanctiſſima dicitur; quam re-
ligioſè ipſe veneratus eſt dicens, *Salue Regina*,
& diſtinctè hæc ſubiungens verba: *Maria mater
gratiæ, mater miſericordiæ, &c.*

Diua demum Lætitienſis Mariam filiam Ad- F
uocati Peronenſis, à diuerſis morbis ſanauit. Pa-
gum præterea Bellimontis prope Remos dira
lue correptum ab hoc malo exemit. Quæ duo
Cerizierius habet 2 parte c. 3. n. 5. & cap. 5. n. 10.
Pariſienſis ſimiliter *Virgo*, Martinæ Brunet iam
ab anno & ampliùs magna ſui parte paralyticæ,
& motum & vires reddidit, vt habet Vincentius
Charron 9. Maij n. 4. ex Archiuio Pariſienſi hu-
jus anni. At

## Anno mundi 5615. Chriſti 1631.

A SOdales Parthenici Congregationis ciuium
Camberienſium, liberati a tribus communi-
bus plagis, peſte, fame, & bello, detulerunt mu-
nus ad B. *Virginem* de MYANS, tanquam libera-
tricem ſuam. Hoc verò munus erat cor ex ar-
gento, alatum, coronatum ſtellis & lunulis, ex
quo liber argenteus & inſperſus gemmis prodi-
bat, nomina ſingulorum Sodalium continens. Ita
Poiræus in editione ſecunda Triplicis coronæ
tractatu 1. cap. 12. §. 5. n. 114.

B Idem ibidem tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 40. men-
tionem facit de Franciſco ſecundo *Duce* Lotha-
ringiæ, priùs Duce Vademontano; in eóque,
præter alia, commemorat laudatiſſimum morem
muiſendi quotidie Diuam *Virginem* Auxiliatri-
cem, extra Nancij muros honorari ſolitam;
Deinde quòd voluerit aliis prælucere exemplo,
in tradendo ſuo nomine MARIANÆ Sodalitati
quæ primùm quidem Nanceij in Domo Proba-
tionis Societatis Ieſu conſtitit; poſteà verò in
Collegium migrauit; quam & ſedulus frequen-
tabat, & accendebat prece, exemplo, conſilio.
Diſceſſit e vita hoc anno, & ad *Virginem*, vti
ſpes eſt, iuit, quam non Nanceij tantùm, ſed
multis paſſim Lotharingiæ locis & auxit &
coluit.

C *Diſceſſit* quoque 31. Iulij Nicolaus Keyan
Fucananga, Iapon, primus eorum, qui capite
deorſum conuerſo & in ſcrobem inſerto ſuſpenſi
per pedes Chriſtianam fidem in Iaponia illuſtra-
runt. Hunc ſic pendulum voluit non ſemel
viſitare *Dei* genitrix, quin & eundem ab hac
tantiſper lamena & à ferali tigno ſuis manibus
depoſuit, & per indulgentiſſimam ſanè beni-
gnitatem potu frigidæ recreauit, cyathum eo
loco relinquens & Nicolaum à vinculis liberum.
Quâ pietate & viſibili apparatu, ſignificare vo-
luiſſe videtur Beatiſſima *Mater*, quo deinceps
inuiſibili ſolatio & auxilio ſubleuatura eſſet ſi-
mili martyrij genere pro Chriſto exercendos.
Hæc ſcriptis proſequitur Alegambe in libro cui
titulus eſt, Mortes illuſtres, & in Anno dierum
illuſtrium Societatis Ieſu. Ex quibus adhuc libris
diſceſſit 4. Iunij, Martinus Ignatius Coadiutor
in colenda Virgine aſſiduus, qui creditur læto
glorioſæ Virginis aſpectu aliquando ſpectabiliter
recreatus. Diſceſſerunt item in America apud
Varochios 1. Februarij Emanuel *Martines*, &
Iulius Paſqualis, ambo ſacerdotes, quorum hic
Salodij in Italia natus, poſteà apud Cinipas tan-
tum pro fide laborauit, vt eos adduxerit, abie-
ctis gentilitiis monilibus, quæ veterrimo maio-
rum more è conchyliis teſtuliſque conſerta ge-
ſtabant, Roſarium è collo, velut Mariani cultûs
teſſeram ſuſpendere, & illud alternis inter ſe, in
templo, domi, ruri, in otio, in opere, per cho-
ros recitare. Ille nobili genere in *Luſitania* ori-
undus Diuæ Virginis ope, occaſiones lubricas,
& vnam potiſſimùm difficiliorem incontamina-
tus euaſit. Nec ingratus fuit tantæ benefactrici,
cuius Roſario è collo in pectus ſub veſte depen-
dente ſemper erat munitus: quod Roſarium
ſimul cum Officio Virginis, & Officio Concep-
tionis quotidie recitabat: Sabbatum autem ie-
iunio, tergendiſque lancibus, peruigilia feſtorum
acri corporis maceratione celebrabat; aliáque

præſtabat, quæ dilectionem eius in *Virginem* eultumqúe ardentiſſimum prodebat. Diſceſſit demum Franciſcus de Enzinas, Societatis Ieſu ſacerdos, De quo Alegambe in Bibliotheca: *Ab incunabulis, inquit, ſanctitatem viſus eſt eum lacte ſuxiſſe, quam ſinceriſſimo in Deiparam amore ſtabiliuit, iam tum ab infantia Deuotus Virginis appellatus.* Eam deuotionem ſemper auxit piis precationibus atque ieiuniis, quæ vnoquoque Sabbato in eius honorem ſeruabat. Feſtorum *Deiparæ* peruigilis arido tantùm pane frigidáque contentus erat. Sæpè nouemdialia multâ prece & mortificatione vſurpans, etiam ad aram eius noctes orando ducebat inſomnes. Alia multa exercebat tum ſe, tum reliquos ad eam amandam accendens. Encomia B. Deiparæ præclaro ſcripto complexus eſt; quæ ſibi grata fuiſſe, viſa eſt *Dei Mater* oſtento patefeciſſe: viro enim cuidam ſelectæ virtutis viſus eſt ipſe Franciſcus ſuam Incubrationem Virgini offerēs, & Virgo gratanter accipiens.

Adhuc de Beata Virgine ſcripſêre; Aluarus D Arias, Encomia Beatiſſimæ Virginis ex ſacra Scriptura, & ſanctis Patribus deprompta, eum eorumdem citationibus. Carolus Muſart, Cultum ſingularem B. Virginis; *Lilium Marianum*, ſeu de Sodalium Marianorum caſtitate; & exinde decerptum Liliolum *Marianum*. Claudius *Borciet*, Coronam ſtellarum duodecim quæ caput Mariæ coronant. Franciſcus Staniſlaus Phœnicius, libellum ſic inſcriptum, *Mariæ Mancipium*, ſiue Modus tradendi ſe in mancipium Deiparæ *Virgini*: Reddidit etiam Polonicè, & tacito ſuo nomine edidit, Officium Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Ioannes Falconerus, Anglus, lingua patria edidit *Vitam* B. Deiparæ. Henricus verò Haukius, polito ſermone Anglicano, Parthenia ſacra de ſymbolis Beatiſſimæ Virginis cum verſibus & imaginibus. Denique Otho Zilius, Vltraiectanus, Hiſtoriam miraculorum B. *Virginis* Mariæ Siluæducenſis. De quibus omnibus *Alegambe* in Bibliotheca tanquam de alumnis Societatis Ieſu.

Præter iſtos autem *Scriptores*, hæc adhuc E anno emiſit in lucem Renatus Cerizierius, ſiue de Ceriziers, Imaginem *Dominæ* noſtræ Lætitienſis, ſiue Hiſtoriam eius authenticam, diuiſam in duas partes; quarum prior Imaginis è cælo delapſum & deinde aduentum in Galliam continet; poſterior varia miracula proſequitur. Hanc Hiſtoriam ille Gallice deſcripſit floridiore ſtilo. Emiſerunt verò quoque in lucem; Ioannes de las Roëlas, Hiſpalitanus, *De externa magnæ Matris pulchritudine*, hócque anno Hiſpali occubuit. Iacobus *Miletus*, Francifcanus Hybernus, edidit De corona B. Mariæ, & Typum Conceptionis Virgineæ. Hieronymus Mantinus, Capucinus, Pontificum Pauli V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. Apoſtolicus Eccleſiaſtes, ſcripſit de immaculata Conceptione *Sermones* quatuor, vnumque de *Annunciatione*, & *Vicarius* Generalis ſui Ordinis in Vrbe deceſſit, quem, raro exemplo, Nicolaus Riccardus ſacri Palatij Magiſter, pro concione defunctum hoc anno 13. *Septembris* laudauit. Ambroſius *Machin*, de Redemptione Captiuorum, Poſteà Sardiniæ Primas, *Sermonem* euulgauit de Conceptione immaculata, pro voto & iuramento ciuitatis Calaritanæ in honorem eiuſdem Conceptionis facto. Ioannes Amedeus Roca, Clericus Regularis Miniſtrans infirmis, de Deiparæ myſteriis Epigrammata viginti cecinit, excuditqúe hoc anno Romæ. Ioannes Baptiſta Albertus, Clericus Regularis Somaſchæ decus Virginis auxit ſcriptis quatuor libris, de *Apparitione Sanctiſſimæ* Virginis Miſericordiæ Saonæ, & de eius miraculoſis Imaginibus in Italia. Multò autem pleniùs dicitur id feciſſe Ioannes Baptiſta Nouatus, Generalis Clericorum Miniſtrantium Infirmis, dum publicam in lucem erogauit Tomos duos, De eminentia Virginis Mariæ ſemper immaculata. Quin & Fabius Leonida de S. Flora, natione Italus & Iuriſconſultus, euulgauit Paraphraſim in Pſalmos & Cantica Officij *B.* Mariæ. Et Franciſcus Hæreus, Belga, Hiſtorias de præcipuis Deiparæ feſtis ac myſteriis. *Similiter* Iacobus Marcantius in Horto Paſtorum ipſe Conuenenſis oppidi Paſtor, Tractatum bene longum ſeptem lectionibus diſtributum ſcripſit in Angelicam Salutationem. Denique Marcus *Antonius* Leo, Italice conſcripſit, De ſeptem feſtis Beatæ Mariæ, ſub titulo, Coronæ B. Virginis.

## Anno deinde mundi 5616. Chriſti 1633.

A CONſtantinopolim graui depaſcente incēdio, quod accidit vigeſimo quinto Auguſti, & depopulante triginta millia domorum, inter tot flammas intacta permanſit Chriſtianorum Eccleſia Beatæ Mariæ dicata, cùm interim centum & triginta Turcici ritùs templa conſumpta fuerint. Ita Spondanus in Auctario ad Annales Baronij in Epitome, & Vincentius Charron 25. Auguſt. num. 6.

B Mortua verò eſt Iſabella Clara Eugenia Archiduciſſa Belgij, quæ varia *Sacella* Beatæ Virgini conſtruxit, præſertim Aſpricollis famoſum ob frequentia ibidem patrata miracula. Nobilia etiam, tum Laureti, tum alibi donaria dadit. Solebatque quotannis in die Annunciationis ob Virginis amorem dare duodecim pauperibus cum prandio veſtem, nummum aureum, ac Roſarium, quo recitando Matrem Domini honorarent. Ita *Vincentius* Charron 1. Decembris n. 4.

C At apud Andegauos ope Diuæ *Mariæ* de Cuſtodia, quidam bimulus puer in aqua ſubmerſus ac mortuus, recuperauit vitam; vt habet Archiuium Beatæ Mariæ de Cuſtodia, & Vincentius Charron ex eo 12. Maij n. 4. Luxemburgi verò Iacobus *Broquartus* Societatis Ieſu, iam antè expertus ſolatium Virginis ob eiectam peſtem, vt dictum eſt anno 1626. literâ *L*. Hoc iterum anno in periculo naufragij, ſiue ſubmerſionis in rapido torrente, idem expertus eſt, vt fusè proſequitur hiſtoria *Diuæ* Conſolatricis apud Luxemburgum.

D *Alegambe* autem in Bibliotheca, obiiſſe dicit Antonium Andradam Luſitanum, & Regni Tibetani primum exploratorem: qui deinde Goam rediens, ab reis Inquiſitionis clam veneno infectus, acerbiſſimis doloribus excruciatus eſt, quibus leniendis Virginem implorans, eam

præſentem dicitur habuiſſe, & his verbis ipſi medentem: *Iam ſili, nihil tibi dolebit amplius:* vnde è veſtigio dolor ille omnis in reliquam vitam abſterſus eſt.

B Demum Aloyſius Nouatinus, Clericus Regularis librum inſignem publicauit in honorem S. Virginis, ſub titulo *Vmbræ Virgineæ*, quâ inumbrata eſt à Spiritu ſancto: in quo libro multiplex eruditio eſt ſimul & deuotio. Poſt hæc etiam ſcripſit opuſculum, cui titulus eſt, vita Mariæ in vtero S. Annæ, quod notat Hippolytus *Marracius*, qui præterea longam ſeriem viginti circiter Scriptorum proponit, qui in gloriam Deiparæ ſuam operam hoc anno locauerunt; quos breuiter delibo. Iulianus Caſtelus, Carmelita, Conciones pro Deiparæ feſtis exhibuit. Cornelius Curtius, & Odoardus Paeciecus, Auguſtiniani, ſcripſerunt; hic Conciones, ille Originem, Tranſlationem & Progreſſum Imaginis S. Mariæ à bono ſucceſſu, quę Bruxellis mira populi deuotione in templo Patrum Auguſtinianorum colitur & inclareſcit. Ex Dominicanis, quatuor cultum Marianum ſcribendo promouerunt: Goſvvinus Henricus, Belga, edidit Hortulum concluſum Deiparæ Virginis cultoribus reſeratum; aliáque varia tum de Roſario, tum de vita Virginis. Nicolaus Ianſenius, Zelandus, Beneficia Fratribus Prædicatoribus à Diua Virgine collata, & Fratrum Prædicatorum erga eandem Virginem obſequia. Thomas Maria Braccius, Comenſis, Italicè ſcripſit librum prænotatum, Impreſſio Catenæ Roſarij variis imaginibus ornata, cum inſtructione recitandi Sanctiſſimum Roſarium. Valerianus Lithuanides, Polonicè de Roſario compoſuit librum ſub titulo; Hortus roſis conſitus, ac deinde *Vilnæ* mortuus eſt anno 1635. die 24 Octobris. Excellentias B. Mariæ excudit Barcinonæ Petrus à Thebar, Minorita. Et Ludouicus Chenet, *Minimus*, Pariſiis impreſſit Amores admirabiles Virginis Deiparæ. Sebaſtianus Quirinus, Ordinis Cruciferorum, patriâ *Venetus*, Italicè exhibuit Venetiis opus prænotatum; Plantæ Horti myſtici Dei, ſiue Conciones in laudem Mariæ Virginis; Dein morte ſublatus eſt anno 1640. die 5. Decembris. Thomas Pellicionius, & Marcus Antonius Sanſeuerinus, Theatini, emiſerunt in lucem; hic Concionem de Epiſtola B. Virginis ad Meſſanenſes: ille *Affectus* glorioſiſſimæ Virginis, in eius fœliciſſima fœcunditate, vterque Italicè. Tarquinius Gallutius, Societatis Ieſu, varias Elegias, Odas, Epigrammata, effudit in feſta Deiparæ. Ioannes de Lugo, itidem Societatis, ſed nunc eminentiſſimo Cardinalium cœtui inſertus, ſubtiliter ſcripſit & diſputauit inter alia excellentiſſima, De Adoratione *Virgini* debita: de merito eius ad Incarnationem: & de debito contrahendi originalis labis. De euiuſmodi rebus etiam ſcripſit Pariſiis, palmaris in Societate Ludouicus Marcatius in Theologicæ ſuæ Summæ abſoluto labore, quærens etiam quomodo meruerit maternitatem Dei. Et Albertus Mura, ex eadem Societate, compoſuit Nauem Inſtitoris, opus ingens de Beata Virgine, ſed peſte hoc anno ſublatus non deduxit ad portum. Antonius Caracciolus, ex inſtituto Theatinorum Theologus, edidit ſub nomine Ioſephi Hernandæ de valle Sartia, Compendium de Vita Deiparæ *Virginis*. *Demetrius Maſſeronus*, miles, Italicè ſcripſit Relationem tranſlationis Sanctiſſimæ Imaginis B. Mariæ, nuncupatæ de la Riccia. Item adhuc Italicè ſcripſit Ioannes Andreas Rota, Bononienſis, Encomia ſacrarum Coronarum diuerſis compoſitionibus explicata, pro Coronatione *Dominæ* noſtræ de ſuccurſu, Bononiæ facta anno 1618. manu Cardinalis Maffei Barberini, nunc Vrbani octaui Pontificis Maximi. Michaël *Angelus* Sammarucus, Romanus, Romæ edidit Elegias; aliam quæ depingeret Proſopopeiam dæmonis in conceptu Deiparæ; aliam quæ *S.* Mariam de Niue. Michaël Ioannes Vimbodinus, Diſſertationem Sacrohiſtoricam de Ciugulo Deiparæ Dertonenſibus cælitus dato ibique culto. Siluius *Saraglius* excudit Maceratæ linguâ Italica, Relationem S. Domûs B. Virginis Lauretanæ in tres partes diuiſam. Poſt hæc

## Anno mundi 5617. Chriſti 1634.

A MIraculis fulgere incepit Imago B. *Virginis Pietatis* in ſiluis Banellacus territorij Borbonenſis, quod notat Spondanus in Auctario ad hunc annum, & Vincentius Charron 17. *Martij* n. 5. Hiſtoria verò Diuæ Conſolatricis apud Luxemburgum, reddidum pietate Virginis aſſerit vſum oculi dextri Ioannæ Freymannæ, quo anteà omni modo carebat.

B Circa hoc item tempus reædificata eſt in agro Toloſano per Comeſtabulum Montmorancium Eccleſia B. Virginis Granenſis, & additus Conuentus Capucinorum, qui B. Virginis ſeruitium, honorémque promouent. Sic Poiræus in editione ſecunda Triplicis coronæ tractatu 1. c. 52. §. 5. n. 38.

C Ad quod etiam tempus refertur, quod idem ibidem Poiræus habet de inſignibus vrbis Monſpelienſis, quibus, quæ per hæreticorum nequitiam detracta fuerat imago B. Virginis, reſtituta eſt, vrgente ad id Epiſcopo loci Petro Fenouilletio, vt nempe in ſcuto rubro Virgo ſinu complexa filiolum reponerêtur, quæ erant priſtina ciuitatis Arma, ſiue Inſignia. Quod eſt effectum magno conſenſu ciuitatis, iſtiuſmodi tam decora Arma in publicis templis, palatiis, collegiis, domibus, monimentis, & aliis locis magno ſtudio ſculpentis. Quam rem etiam ex Poiræo notat Vincentius Charron 28. Nouembris n. 2. Reuocat autem id mihi in memoriam quod agitari ſolet à Senenſi Vrbe in Italia, vt habet loco paulò antè citato idem Poiræus. n. 95. nimirum hanc perigraphem inſcriptam perlegi monetæ ciuitatis: *Senæ antiqua Beatæ Virginis Ciuitas.* Quibus verbis apertè panditur Senaſum in Deiparam prolixa deuotio; & obſtrictum Beatæ Dei Matris erga Senas patrocinium.

D Sed & menſe Auguſto, Turcica claſſis, conſtans ſexaginta triremibus & nauibus triginta, expoliatura Lauretum ſoluerat Conſtantinopoli. At in pelago ita malè tractata eſt, vt intra ſeptem horridæ tempeſtatis horas, maximâ nauigiorum cõſumpta parte, tantùm uiginti remanſerint: ſic videlicet auſus impios Numine vindicante, & Deiparâ ſuam domum ſeruante. Habet

id Vincentius Charron 18. Auguſti n. 4. ex literis Laureto ſcriptis.

E Menſe verò Octobri, ſolemni pompâ vrbs Inſulenſis in Belgio conſecrata eſt Diuæ Deiparæ, ſupplicatione factâ cum muſico cantu, & longa adoleſcentium caterua geſtantium in auratis parmis varia inſignia ſpectantia ad ſanctam Virginem, eiúſque virtutes myſticè repræſentantia: qua ſupplicatione ad templum S. Petri confluentes illuc etiam Magiſtratus peruenit, cum vexillo Deiparæ effigie inſigni, & ſubiacentis Inſulæ ciuitatis, hac epigraphe adiecta ex Iſaiæ cap. 20. *Dicet habitator Inſulæ huius, hæc eſt ſpes mea*: In quo etiam vexillo, ſed ex altera parte, duo Angeli, & illi quidem liligeri, geſtabant in medio grandem librum apertum, oneratum hoc verſu pſalmi 138. *In libro tuo omnes ſcribentur.* cum hoc ſæculari Symbolo ſubiecto: *beatæ VIrgInI CanCeLLatæ SenatVs popVLVſqVe InſVLaM ConſeCrabant.* Hoc igitur in templo, & oblatum eſt Virgini prædictum vexillum, & in Sacro ſolemni lecta formula, qua ſe ciuitas magno pietatis ardore Beatiſſimæ Dei genitrici penitus conſecrabat. Ita Ioannes Vincartius in B. Virgine Cancellata, & ex eo Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 28. Octobris. Qui præterea addit, ſimili aut etiam maiori pompâ, biennio pòſt 3. Maii, Adurenſem ciuitatem, vulgò *Aire* Virgini fuiſſe conſecratam. Habet verò Altas Marianus libro 1. imagine 15. vi bem Inſulenſé bis ſeruatam fuiſſe ab inuadente hoſte, anno primùm 1641. deinde 1645. & in vtráque vice beneficio D. *Virginis* Cancellatæ, quæ in prædicto D. Petri templo venerationem ſuſcipit.

F Hoc quoque anno die Natiuitatis S. Deiparæ facta eſt apud Redonenſes magnifica ſupplicatio ad S. Mariam boni nuncii, quæ claret miraculis in conuentu Prædicatorum. Quæ ſupplicatio eo nomine facta eſt, vt grates *Diuæ Virgini* agerentur de ſedata peſte, quæ graſſabatur octo circiter annis antè, & quæ mirabiliter, poſt conceptum votum de offerenda ex argento vrbe Redonenſi, ceſſauit. Aderat autem in ea ſupplicatione ſuprema Curia in rubris paludamentis incedens, & populi tanta multitudo, vt excederet quinquaginta millia; ferebaturqúe cum pompa votiuum donarium, quod deinde collocatum eſt ante Virginis Imaginem in nigra ex marmore menſa, ſuffulta duabus ex iaſpide columnis, & oblatum demum Deiparæ eſt per Dominum Petrum Cornulier Epiſcopum loci. Ita Iuo Pinſart, Dominicanus, in libello de ea re hoc anno ſcripto; Et ex eo Vincentius Charron 8. Septembris. n. 8.

G At, vt refert Touſſanus Bridoul in Triumpho Virginis 17. Maii, Ciuitas Vberlinga à Suecis obſeſſa, & in anguſtiis extremis poſita, poſt emiſſum votum Officii diuini quotannis recitandi in gratiarum actionem, & hymni *Te Deum* cantandi; Item faciendæ ſupplicationis annuæ in qua argentea deferretur imago eâ forma, quâ ipſa Virgo 28. *A*prilis dignata fuerat ſe ſpectabilem præſtare ſupra ipſam vrbem; ac denique abſtinendi totâ illâ die ab operibus ſeruilibus; quod votum 29. Aprilis conceptum atque expreſſum eſt coram venerabili Sacramento; paulatim hoſtes ſpem amittere cœperunt, tandémque 16. Maii. penitus dilapſi ſunt.

H Intereà verò obiit vir plurimæ doctrinæ & magnæ pietatis Ioannes Lorinus, Auenionenſis, Societatis Ieſu alumnus & Sacerdos; in quo, vt notat Alegambe, colendæ Deiparæ ingens ſtudium fuit, quique nihil omiſit, vt immaculatam eius Conceptionem Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæque perſuaderet: eòque adnitente Dolana Academia ſanciuit, ne quis apud ſe laureâ Doctorali ornaretur, qui eam de Conceptione ſententiam, dum nihil aliud definiret Eccleſia, propugnaturum ſe iuratus non promitteret. Paſſim in ſuis ſupra ſcripturam Commentariis multa habet in Deiparam *M*atrem perquam honorifica.

I Inſuper ex eadem Societate, Blaſius Ploszynius, natione Polonus, vir doctrinâ & ſanctitate præſtans, euolauit quidem in meliorem vitam è Collegio Caliſſienſi; ſed libellum reliquit indicem ſuæ flagrantiſſimæ in Deiparam pietatis. Nuncupatio libelli his verbis expreſſa eſt. *Mariæ Magnæ Magni Dei Matri ac Virgini, Auguſtiſſimæ cælorum, terræ, maris, Reginæ; pientiſſimæ Eccleſiæ Orthodoxæ Protectrici; ſingulari ſuarum ſodalitatum Matri, Dominæ & Patronæ; munificentiſſimæ diuinarum opum Theſaurariæ; ſereniſſimæ conſiliorum diuinorum Secretariæ; eminentiſſimæ poſt Deum Maieſtati; Orbis miraculo & miraculorum Compendio: Hæc omnia ſuorum Clientum cum ipſis Clientibus mancipata officia.* Libellus autem ipſe eſt, Aureum Monile, ſiue Manuale Marianum, modum continens per quotidiana precum piarumqúe actionum officia, in gratiam Parthenicarum Sodalitatum, eiuſdémque magnæ Dei matris ac Virginis, omniumqúe Deiparæ cultorum concinnatum. Ita Alegambe in Bibliotheca.

K Leo quoque Sanctius Senenſis, vir doctiſſimus, adhuc Societatis Ieſu, ſcripſit & Romæ edidit Eroparthenica, ſiue laudes *Beatæ Virginis* Conceptæ, Natæ, & Elizabetham Viſitantis, celebratas triplici laudatione, Latinè ac Græcè, Oratoriè atque Poëticè. Acceſſerunt Carmina Melodramatica actionibus Harmonicè interiecta. Ita idem qui ſuprà citatus eſt *A*legambe. Qui etiam addit Ioannem Biſſelium, ſupreſſo nomine edidiſſe *M*onachii, Clicorem Marianum Elegiis deſcriptum. Marraccius autem adiicit aliorum adhuc hominum Societatis Ieſu; Iacobi Bidermanni vnam Epigrammatum de *V*irgine claſſem. Chriſtophori Mayer Meditationes de B. Maria. Georgii Kaldi Concionum tomum de laudibus Virginis. Et Angeli Gallucii Poëma Epicum de Lauretana Domo.

L Denique hoc eodem anno Iuſtinus Miechouienſis, Ordinis Prædicatorum, ſcripſit *Diſcurſus* Prædicabiles ſuper Litanias Lauretanas *Beatiſſimæ Virginis*, in quibus ferè omnia complectitur quæ ad augendum cultum *Virginis*, ſpectant, vel ſunt neceſſaria ad confutandas hæreſes contra Virginem inſurgentes. Quod opus Deiparæ dedicat, & Muſſiponti fuit in manibus meis. Ille autem ipſe diſcurſu 2. n. 24. fatetur, ſe à graui paralyſi ſanatum recitatione Litaniarum Lauretanarum. Præterea ex eodem Prædicatorio Ordine Hyacinthus Choquetius, Inſulenſis, edidit Latino ſermone opus ſub hoc titulo; Virginis Deiparæ in Ordinem Prædicatorum viſcera materna. Ex Præmonſtratenſi autem Adrianus Moerbecius, Belga, in conſ-



Digitized by Google

pectum publicum dedit Iotroductiones Euangelicas pro feſtis Deiparæ. Ex Carmelitis; Angelus Spenel & Ioannes Mannus, hic deſcriptionem Imagiois S. Mariæ extra Drepaoenſis vrbis mœnia celeberrimæ; ille Facem ſactam Deootionis *Marianæ*. Ex Auguſtinianis; Stephanus *Achier*, Inſolenſis, Originem magnitudinum maieſtatis Reginæ cælorum. Ex Benedictinis, Benedictus Haeftenus, Vltraiectinus, Meditationes in feſta Deiparæ. Ex Capucinis; Franciſcus Spinellus, Paulanus, Cooeionem de Epiſtola B. *Virginis* ad Meſſanenſes, Ex minoritis Andreas Perufinus Analyſim puriſſimæ Conceptionis Deiparæ. Ex aliis; Benedictus Saluago, Iuriſconſultus Meſſanenſis, Apologiam pro Epiſtola Deiparæ ad Meſſanenſes. Andelmus del Valle, Hiſpanus, De immaculata Conceptione. Alexander Vitaleonis Gloriam Domus Lauretanæ. Hieronymus Brunonius, Imolenſi in Seminario *Magiſter*, Arborem aureum præferentem ex ſacris literis nomina Deiparæ. Gaſpar de Simeonibus, Canonicus in Vaticano, Orationem de B. Mariæ Conceptione. Guillelmus Colleter, Gallus, reddidit patria lingua Poëma Heroiaum Sanazarij de partu Virginis. Scipio Henrieus, Meſſanenſis, Poëma Italicum ſub hoc titulo; Maria Virgo ad Meſſanenſes. Denique Scipio *Agnellos*, Mantuanus, Epiſcopus Caſalenſis, edidit Mariale, ſeu de interna Cruce Matris Dei libros duodecim; & deſcriptionem ſolemoitatis Coronationis Beatiſſimæ Virginis, iuſſu Sereniſſimæ Duciſſæ Mantuæ & Montisferrati factæ. Quæ omnia prolixè confirmat Marraccius.

## Anno deinceps mundi 5618. Chriſti 1635.

EDidit *Valenciæ* Bernardinus de Villegas A Societatis Ieſu Sacerdos, Fauores *B.* Virgiois erga ſuos deuotos. Et Ioannes Gans Herbipolenſis eiuſdem Societatis, emiſit in lucem: Quinquatria Mariana, ſeu Quatuor diſcurſus Concionatorios de quauis quinque ſolẽnitatum Deiparę. Sic habet *Alegambe*, ſecundum quem rurſus Ioannes Euſebius Nierembergius, edidit Madriti librum de affectu & amore erga Mariam *Virginem* Matrem Ieſu, inter alia iomumera quæ ſcripſiſſe illum oſtendit idem Alegambe. Similirer Bartholomæus Amicus, Antiaous, Italico Idiomate cõſcripſit Neapoli meditationes de plagis, ſeu vulneribus Ieſu & *Mariæ*. Prætereà ex eadem *Societate* ſcripſeruot, teſte Marraccio; Iacobus Iardin, Inſulenſis, librum Elegiarum. Ioannes Baptiſta Ferrarius, Senenſis, Orationes quinque præclaras in feſta *B.* Virgiois. Cuiuſmodi etiam Orationes Gallicè ſcripſit Iacobus Petard. Laurentius Bartilius, Polonus, lingua patria, modum recitandi Coronam B. Mariæ. Ex Theatinis, Placidus Frangipanus, *Magna*lia Virginis, & octo diſcurſibus Triomphom Virginis. Ex Clericis Regularibus Matris Dei, *Alexãder* Cõlius de Lachrimis *S.* Mariæ librom Italicum. Ex Prædicatoribus, Ioannes Ricciardus de Altamurra, De roſario varios diſcurſus. Item Petrus Martyr Romanus, Tomos tres de Roſario; Libros decem de Columba cæleſti, ſiue Deipara; & Poëma Rapſodicum prænotatum, Roſanus, ſeu Amator Virginis, decem libris digeſtum carmine Italico tum Heroico, tum Lyrico. Ex Carmelitis; Petrus Thomas Saraceous, Italicâ ſcriptione fecit Informationem ſpiritualem pro deuotis Beatiſſimæ *Virginis* de Monte Carmelo. Ex Auguſtinianis, Hieronymus Ghettus, qui fuit aliquando totius familiæ Generalis, edidit verò Italice Citharam Dauidicam ſuper *Salue Regina*. Rurſum ex aliis, Bernardinus Lapinus, Florentinus, metro Italico Fletum Dramaticum, ſiue Mariæ Lachrimas exhibuit. Florauantes *Martinellus*, Romanus, emiſit in lucem Imaginem B. Mariæ Virginis quæ apud veneraodas Ss. Sixti & Dominici Moniales à mille ferè anois maximo cultu aſſeruatur, ex antiquitatis tenebris erutam & illuſtratam; poſtea etiam eandem viodicauit; Item Hiſtoriam Imaginis S. *Mariæ* in via lata; & S. Mariæ Pantheon, vulgò Rotundæ. Franciſcus Pona, Medicus *Veronenſis*, De Roſario diſſeruit, & Bononiæ typis mandauit. Ioannes Carolus Coppola, compoſuit Poëma de Conceptione Hetruſco carmioe, ac poſtmodùm factus eſt Epiſcopus *Muraoenſis*. Leo Allatius, natione Græcus ex Inſula Chio, Hymnos in funus & in Aſſumptionem Deiparæ, præter varias tranſlationes Orationum de Deipara tum Damaſceni, tum aliorum. Pompeius Bonalingoa, Tudertus, modum recitandi Roſarium. Quibus adde Iodocum à Caſtro, ex Ordine Minorum, Bruxellenſem, qui Antuerpiæ excudit, Decachordum Morale de decem virtutibus immaculatæ Virginis Aonunciatæ per diſcurſus prædicabiles diſtinctum. Prętet tot Scriptores, & Scriptorum multiplicia opera.

B Apud Luxemburgum ſolita frequentata ſunt miracula, præſertim in Ioanne *Baptiſta* Vvilcheim, quem periculoſo in clauicula pedis carcinomate laborantem liberauit Conſolatrix Virgo: *Seruauit* quoque incolumen Antonium Nubecker ex alto ponte deciduum, dum rediret vna cum totius ciuitatis pompa è Virginis viſitando ſacello.

C Apud Xuxoyos Americæ meridionalis incolas, cum fide Chriſtiana propagatus eſt Diuæ *Virginis* cultus. Et imago puræ Conceptionis eius ſpargere in vulgus gratias curationeſqúe incepit, vt habent literæ Annuæ harum regionom per Iacobum de Betoa ſcriptæ cap. 7. Qoę c. 8. prodigium proponunt longè illuſtrius, quod vidit Collegium Sanctæ Crucis, & Rector huius Collegij, & Epiſcopi Vicarius, ac Proprę fectus, totáque ciuitas; ſcilicet Imaginem *Diuę* Virginis ſine labe Conceptę adeo ſudaniſſe, vt in linteum & ſcamnum vicioè ſubiectum, copioſus ſudor diſtillaoerit: qui deinde ſudor à multis exceptus, & ad aurem, vultum, aut vulnera admotus, & peſtem fugauit, & mortem compeſcuit, & preſſit vulnera, imò etiam ſpirituales animorum ęgritudines penitus cooſecit ac ſuſtulit.

D Interim vigeſimo tertio Octobris, diem vitę clauſit extremum Pater Ioanoes Andreas *Manconius*, vir magnę virtutis, *Societatis* Ieſu, & cui *B.* Virgo ſtans ad pedem crucis ſępè ſolebat apparere, & de multis ſecretis ac futuris monere. Aliquando die Dominica Reſurrectio-

nis in publica ſupplicatione, tenens D. Virginis imaginem facturus ſermonem ad populum, ipſo concionis exordio, non potuit auellere ab imagine oculos ſuos, quam ſic intuens audiuit diſtinctè dicentem: *Incipe quocunque modo potes, non tibi deero*: Et propoſito Ioannes hoc themate; *Surrexit, non eſt hic*; ſtatim ſubiunxit: Non habetur Ieſus ſine Maria; ſi quæris illum, quære hanc. Sæpe autem oranti pro diuerſis negotiis, reſpondebat B. Deipara: *Nunquam tibi defui, nec deero*. Plura videri poſſunt in vita eius apud Nierenbergium tomo 4. Vitarum paginâ 770.

Inter alia verò quæ in noua Francia, & vaſtis E
illis Canadenſium atque Huronum deſertis Societatis Ieſu præſtitére Patres, memorabile eſt ſolemne illud votum, quod in honorem ſanctiſſimæ Virginis Patronæ ſuæ, & in zelo ſuo quo in proximos ardebant potentiſſimæ Auxiliatricis, ſimul emiſerunt, quodque ſcripto exaratum eſt ſub finem Relationis anni 1635. Agnoſcentes enim ſe ſine particulari Deiparæ ope in animorum lucra promouere nil poſſe, vouent ſinguli qui ſacerdotes erant, duodecim Miſſæ ſacrificia; qui verò non erant ſacerdotes, totidem precatias Coronas in honorem actionemque gratiarum de immaculata Conceptione eius: ieiuniunt itidem omnes in peruigilio feſti Conceptionis, & ſub titulo eiuſdem dedicandum primum vel templum, vel ſacellum quod erigere tandem aliquando fas erit in his nouæ Franciæ barbaris ſimul & incultis, & ad Chriſti fidem facillimè adducendis populis ac regionibus.

## Anno autem mundi 5619. Chriſti 1636.

RVrſus in *America Meridionali*, vt habent A
annuæ literæ cap. 56. In Reductione Cancellariæ, quæ eſt in Prouincia *Vruay*, inſtituta eſt Congregatio mancipiorum *Virginis* magnâ celebritate. In eam pauci ex optimis adlecti, qui ſacramentorum frequentatione & ſancta viuendi conſuetudine reliquis exemplo anteirent. Capite autem 55. in Redemptione S. Ignatij ad fluuium Paranam penuria imbrium ſementis tabeſcebat, inuocata per ſolemne votum Virgine, ſubitò tegi cælum, glomeratíque nubes, & terram perfundere cœperunt, ac ſterilitatis periculum pellere. Sed ſtuporem mouet quod dicitur cap. 36. in Reductione S. Ignatij in Guayra, de Iſabella pientiſſima in Deiparam fœmina, olim ab eadem Diua *Virgine* in itineris labore ac virium defectu ſubleuata ac benignè adiuta, hoc verò tempore Chriſtianè mortua, ac deinde paulò pòſt iuſſu B. Deiparæ rediuiua; eaque cauſa rediuiua, vt Sodalibus Congregationis Diuæ Virginis illo in loco inſtitutæ teſtaretur, gratum eſſe *B.* Deiparæ illorum obſequium: fœlices eſſe qui *D*eiparæ ſeruirent; fœliciſſimos qui in eius obſequio morerentur: vidiſſe ſe in cœlo quamplurimos *S*odales, quos antè nouerat dum in terra viuerent, ſplendidiores ſole: pergerent in via viſturis; ſe, in teſtimonium eorum quæ dixiſſet, non vltra quinque dies in hoc aëre victuram, non morituram ante quinque. Quod &, vt prædixerat, accidit.

B Sed hoc eodem anno in noſtra Europa, imò non longè ab agris & finibus noſtris, accidit quod ſupra dictum eſt ad annum 1634. litera E, vt ciuitas Aduneoſis, ſiue Aturenſis, præcipuo ſe quodam ritu Diuæ Virgini quam *Panariam* vocant magno animo dedicaret, & eximij pretij vexillum offerret depictum effigie Diuæ Panariæ ex vna parte, & ex altera duabus ſeſe complectentibus palmis hac ſæculari epigraphe onuſtis. *Deo ac DIVæ panarIæ tVteLarI, ſenatVs aC popVLVs arIenſIs ſe aC sVa ConſeCrabant.*

C Hoc præterea anno Ioannes Vincartius natione Belga, patria Inſulanus, ſacerdos Societatis Ieſu, edidit librum hoc titulo: *Beata Virgo* Cancellata Inſulis cultu & miraculis celebris. Item de cultu B. Virginis carmine Elegiaco. Ita Alegambe. Ex quo etiam Henricus Vvangnereck, Monacenſis, eiuſdem Societatis alumnus, tacito ſuo nomine, edidit Zodiacum Marianum. Ex *M*arraccio autem; Leonardus Bachin, Græcenſis, euulgauit Coronam anni Mariani, hoc eſt, vitas duodecim Sodalium Marianorum. Iacobus Libsnus, Antuerpienſis, edidit Panegyricum *V*irginis in cælum receptæ. Ieremias Drexellius, Auguſtanus, vir poſteris ob ſcripta ſua notiſſimus, dedit in lucem opus, cui titulus eſt: Roſæ ſelectiſſimarum virtutum, quas Dei mater orbi exhibet. Laurentius denique Chifflerius, Biſuntinus, Gallicè compoſuit Coronam Roſarum Reginæ cæli, ſeu Modum dicendi faciliter & cum attentione Coronam Beatæ Virginis; item, vt dicetur anno 1640. litera F. Gallicè & Latinè dedit Ideam præcipuorum actuum ad inuocandam miſericordiæ Matrem. Et hi quatuor adhuc alumni erant Societatis Ieſu.

D Præterea Linzij in Auſtria, alius Societatis alumnus, Petrus Steglerus, Carniolus, dedit in lucem tacito ſuo nomine, Aſma poëticum Litaniarum Lauretanarum; in quo nimirum ſingulis Litaniarum titulis ſingula Emblemata cum ſuo carmine reſpondent. Sic Alegambe. Qui addit, Leodij Philippum Bochi, Hanno-ſerium, Societatis Ieſu Religioſum, edidiſſe Gallicè; Lachrimas Parthenophili arefactas, ſiue Conſolationem animarum Beatæ Virgini deuotarum. Edidit quoque Gallicè Maximilianus Lencles, Belga, librum prænotatum, Schola B. Mariæ Virginis: erat Maximilianus ex familia *Minorum*. Ex qua vlteriùs familia hoc anno Deiparæ gloriam ſcribendo promouerunt, Philippus Boſquierus; Benedictus Fidelis; Ioannes Serranus: Et Philippus quidem Conciones ſcripſit in feſta & in Canticum Deiparæ; & verſu Gallico Comœdiam prænotatam, Maria Ceruienſis, quam compoſuit ille ex occaſione ſanationis à Diua Ceruienſi obtentæ pro Iacobo Leſcailletto Franciſcano celeberrimo. Benedictus item Fidelis, Italicè conſcripſit in Deiparæ feſta, & pro Sabbatis Quadrageſimæ in laudem Virginis. At Ioannes Serranus libros quinque de immaculata prorſúſque pura Conceptione Deiparæ. Hæc Marraccius, qui prædictis coniungit Marcum Antonium Galitium, Capucinum, qui Venetiis Latinè edidit Nouum de immaculata *V*irginis Conceptione Encomium. Et ex Dominicanis Vincentium Paganum, & Vincentium Vvilliart, qui ambo de Roſario, hic Belgicè, ille Italicè

ſcripſerunt. Benignum quoque Martinum, Carmelitam, patriâ Diuionenſem, qui Gallicè item de Roſario. Et Fortunatum Sacchum, Auguſtinianum Eremitam, qui Conciones in præcipua Genitricis Domini feſta Romanis typis euulgauit.

E Demum hoc adhuc anno, Benedictus Gonnonus, Ordinis Cæleſtini, ſcripſit Chronicon S. Deiparæ *Virginis* Mariæ, quod inchoans à Conceptione eiuſdem *Virginis*, hoc eſt, vt ait, ab anno mundi 4037. lectorem deducit vſque ad annum Chriſti 1627. In eóque cùm multa ſint bona, ſunt tamen non pauca à vera ratione temporis alieniſſima, vt proinde non ſatis tutò in omnibus pro ordine Chronologico conſuli poſſit, quod tamen potiſſimùm videbatur eſſe iſtius libri propoſitum. Scripſit prætereà *Viridarium* Sanctiſſimæ Deiparæ, in quo variæ figurarum veteris Teſtamenti plantationes omnem eius vitam adumbrantes, ex grauiſſimorum Doctorum areolis tranſlatæ, inſitæ ſunt. Quod notat Marraccius. Quo teſte etiam hoc anno ſua ſcripta vulgarunt in honorem Virginis; Gregorius Lupar, Hiſpanus, De Conceptione. Guido Vanninius, Lucenſis, celeberrimus Poëta & Orator, Libros tres Elegiaco metro, De *Arte* amandi Virginē, Hymnos item aliquos & Panegyres. Ioannes Boldonius, Mediolanenſis, qui Drama de *Annunciatione* carmine dedit Italico. Et Vincentius Prouedalis, Peruſinus, qui carmine Hetruſco cecinit ſuper *Aue Maria* & *Aue maris ſtella*; necnon de Doloribus *Virginis*, & feſtis ac laudibus eius. De quibus doloribus egregiam ſanè & valde prolixam homiliam in publicum dedit Hieronymus *Baptiſta* Lanuza, ex Ordine *Dominicano*, Epiſcopus *Barbaſtrenſis* & *Albarrazinus* in Hiſpania; quæ, diſtincta in ſeptemdecim paragraphos, eſt quadrageſima ſeptima inter quinquaginta Quadrageſimales, quas Hiſpanicè ſcripſit, & in Latinum vertit anno 1648. Oneſimus *Iprenſis*, Concionator Capucinus.

F Præter hos multiplices, authores, enumerat *Atlas* Marianus libro ſecundo imagine tertiâ, inſigne miraculum, quo Rauenna ciuitas Italię, ope *Diuæ Virginis ab arbore*, ſic Diuam illam vulgò vocant, mirabiliter liberata eſt à ſubita inundatione aquarum. Poſt hęc autem *Victimę* charitatis, quas ad hunc annum Alegambe collegit, hæc glorioſa & grata Deiparæ funera habuerunt. Die Septembris decimo ſeptimo obiit in obſequio peſte infectorum Franciſcus Morealius, gente Sequanus, Societatis Ieſu alumnus & ſacerdos, lenitate & præcipuo in Deiparam cultu maximè notabilis. In extremo morbo *Virginis* imaginem ſibi ob oculos ſemper conſtitui voluit, vt in eius conſpectu moreretur, quam viuens multùm dilexerat. Solebat veſperi, cùm lectum peteret, collo Roſarium *B.* Deiparæ ſibimet iniicere, cuius de nocte percurrendis oratiunculis plurimùm ſolabatur nocturnam inſomniam quâ ſæpè laborabat. In Hollandia verò *Antonius* de Greef, eiuſdem *Societatis* Sacerdos, poſt innumeros pro luctis animarum exantlatos labores, contractâ tandem in obſequio militum ac ciuium ægrotantium Nouiomagi lue, eáque confeſtim vitalia paſcente, Sacramentis munitus religioſiſſime deceſſit. Is cùm anno ætatis ſuæ quartodecimo Philoſophiæ daturus operam ad Grudios abiiſſet, cœpit auocari, diuina iuuante gratia, à curis fugacibus ad ſtudium æternitatis. *Ad* firmandam verò conſtantiam ſuam in aula *Sodalitij* Parthenij coram *Virginis* Matris *Imagine* votum rite nuncupat, & pudicitiæ conſecrat florem. Quieſcenti per noctem ecce auguſtiſſima ſpecie beatiſſimóque lumine ſpectabilis eadem cæli Regina ſuo ſe Clienti palam oſtendit, atque aliquamdiu videndam incredibili benignitate præbuit. Quo viſo ille mirè recreatus & ſanctioris vitæ deſiderio accenſus, in omnem virtutem deinceps ſe dedidit. Vide ſupracitatum *Alegambe* hoc anno c. 2. & 4. Poſt hæc autem

## Anno mundi 5620. Chriſti 1637.

A Februarij decimo quinto die, vitam hanc reliquit Viennæ Ferdinandus hoc nomine ſecundus Imperator, cuius aduerſus Deiparam pietatem & cultum & fiduciam fuſiſſimè deſcribit Guillelmus Lamormaïnus in opere de virtutibus Ferdinandi, & Touſſanus *Bridoul* in Triumpho Virginis 15. Februarij, & alij. Eius deuotionem iam antè tetigimus anno 1620. literâ A, occaſione Pragenſis Victoriæ; ſed ita tangendo, penè nihil diximus. Nam quid hoc ad preces, ad vota, ad peregrinationes, ad ſodalitates, ad honores, ad *Imperij* ſui ſuæque perſonæ depoſitionem in manus *Virginis*, quæ cuncta creberrimè ſimul atque prolixiſſimè agebat Ferdinandus, & amplectebatur, & piè frequentabat; Solebat quidem quotidie Litanias Virginis recitare, *Miſſam* alteram in eiuſdem honorem deuotiſſimè audire, alias prætereà preces prolixè effundere. In peruigiliis feſtorum Deiparæ & ipſo abſtinebat à cœna, & tota Imperialis familia, Peregrinationes fecit Lauretum, Cellam, Bogenburgum, & ad innumeras alias propemodùm ædes, quas prodigiis Diua Virgo honorat. Vota inter multiplicia, vnū emiſit pro matre ægrotante, mittendi videlicet Lauretū donarium ingens, & eiuſmodi voto matris conſecutus eſt ſanitatem; alterum emiſit pro filio, cùm in eius electione nonnihil vacillaret Electoralis authoritas, adeptus verò eſt quod ex animo ſperabat; aliud emiſit pro amico, & ſic ei valetudinem reſtituit. *Vouit* Laureti hæreſum exſtirpationem in Stiria, & Carniola, ſuique voti & teſtem & vadem Magnam matrem eſſe voluit. Vouit *Cellæ*, qui locus eſt Stiriam inter & *Auſtriam* Deiparæ cultu nobilis, de quo dictum eſt anno Chriſti 1284. literâ D, vouit, inquam, eandem hæreſum in Bohemia extinctionem. *Vouit* idem pro Regno Hungariæ, quod nouerat fuiſſe olim D. *Virgini* dedicatum. Prætereà nomen ſuum inſcribi ſtuduit in omnibus *B. Mariæ* confraternitatibus, ac Sodalitatibus, non tantùm in *Auſtria*, Hungaria, Bohemia, aliiſque Imperij prouinciis, ſed etiam in Belgio, nominatimque apud Inſulas. Militiam ſuam totam commiſit Deiparæ, eius effigiem in vexillo pingi imperans, tanquam victoriarum, quas frequentes retulit, fortunatum ac fœlix augurium. Plura vide, ſi vacat, in præcitatis *Authoribus*, nam ſuſcepta breuitas plura dicere non patitur. Ergo vt ad alia tranſuolem.

Glorioſum

B Glorioſum in Iaponia martyrium ſubiit decimo ſeptimo Octobris, Pater *Marcellus* Franciſcus *Maſtrillus*, Nolanus, enutritus in deuotione *S.* Virginis, cuius prima infantię verba fuerunt dulciſſima nomina Ieſu & *Mariæ*, quem pater ipſius magna curâ edocuit per ſeſe recitare officium Virginis, & vt quotidie recitaret iuſſit, alternante cum tribus ſuis paruulis fratribus concinentéque choro. Hunc Deipara ſæcularem adhuc ſeruauit illæſum à peſte, ſeruauit & a furore atque impetu indomiti tauri, vt multis poſtea ſeruiret. Ipſe verò ſeruire Virgini & dicebat & ducebat ſuam magnam eſſe fœlicitatem ac veriſſimam beatitudinem. *Vita* eius hæc habet apud Nierembergium tomo primo Virorum, vbi, ſicut & apud Alegambe, mirabilis eiuſdem Patris in Iaponiam vocatio & protectio fusè deſcribitur. Idem inſuper Alegambe in libro cui titulus Mortes illuſtres mentionē facit Petri de Eſpinola, qui natus Baëzæ in Hiſpania, glorioſam hoc anno cædem pro Chriſto in Paraquaria ſubiit: quem hoc etiam nomine plurimùm commendat, quòd in honorem *Diuæ* Virginis ædem, & in defenſionem immaculatæ Conceptionis votum ediderit, conſcripſeritque Octauarium; in quo plura comprehenduntur Deiparæ beneficia, encomia, amoris & venerationis ſymbola.

C Ad hæc inſuper *Annuæ* literæ *S*ocietatis Ieſu eiuſdem prouinciæ Paraquariæ in America, varia congerunt leui ſaltem brachio tangenda. In primis commemorant mortem Patris Cæſaris Gratiani, infatigabilis in vinea Domini operarii, & in *D*eiparam amoris præcipui, de qua & loqui ſæpè, & orationes palam texere, & exponere virtutes, magnæ ipſius deliciæ erant. Sabbatinis diebus ieiunare in honorem illius & lances tergere ſibi ſedulò indixerat; peculiari quoque cultu feſta eiuſdem celebrabat; Sanctos Ioachimum atque Ioſephum, vt Virgini conſanguineos ſui valde coniunctos tenerâ mentis dulcedine pietatéque honorabat, à quibus præter alias inſignes virtutes profundiſſimam meruit humilitatem obtinere, vt cap. 2. dicitur.

D In illa verò Reductione, quam Ieſu Mariæ appellant, orta pugna inter Braſilienſes barbatos atque Chriſtianos; cæleſti auxilio protecti ſunt ab ictibus ſcloporum Antonius Bernal & Ioannes Cardenas. Et quidem Antonio, cùm digitus è læua globo plumbeo deterſus eſſet, fataliſque chalybs ad pectus rectà decurreret, inhibitus eſt numiſmate ſtanneo Deiparæ Annunciatæ, quod ſuſpenſum è collo pendebat, nec aptum erat ad arcendum ſclopetarii globi impetum, niſi Virginis manus virtutem addidiſſet. Quod notant prædictæ annuæ cap. 13.

E At cap. 20. aſſeritur in Sancti *S*piritus vrbe, quæ eſt Braſiliæ; Virginis Deiparæ, & *S*. Ignatii Societatis fundatoris effigies duas prodigioſo ſudore perfundi eſſe viſas, magna populi ad ſpectaculum accurrentis admiratione.

F Quo eodem tempore, vt aduertit Adamus Schirmbek in literis Annuis annorum 1638. & ſequentium: in Reductione montana S. Thereſiæ, menſe Decembri, Imago *S. D*eiparæ dextro oculo, quo Braſiliam reſpiciebat, lachrimari viſa eſt, incolas admonens ſecuturæ vaſtationis, quam Europæi transfugæ ſequenti anno illo ipſo die, quo Dei matris imago priùs lachrimis madebat, coloniæ intulerunt.

G *S*ed prætereà eædem Annuæ literæ cap. 37. mentionem faciunt de quadam matre naufragante cum ſuis duobus paruulis quos vlnis geſtabat: periclitantem cum ſua illa prole Deiparæ commendant tanti infortunii ſpectatores: Tam præſens porrò Diuæ *V*irginis patrocinium adfuit, vt erepti de periculo poſtiones blādè cōtinuo iuerint velut ſi nihil paſſi incōmodi fuiſſent.

H At cap. 32. præſentius adhuc Diuæ Virginis ſubſidium eſt circa deſperabundum, quem in Reductione *B. Mariæ de Acaragua* nitis dæmon artibus illudebat. Propendenti in vitæ ſuæ perniciem adfuit Deipara ſub auguſta ſpecie Matronæ, quæ compoſito ad commiſerationem vultu: *Sume animos*, inquit *fili*, *ſume animos; Deus meus & natus meus tibi noxas remittet, eas ſi modo ſacerdoti ritè explices.* Has explicuit ille, & eſt tanta pace repletus, vt poſtmodùm aliis Dux fuerit, & honorandæ tantæ pacis Auctrici, & concipiendæ imperturbabili in eam fiduciæ.

I Quamuis autem in prædictis fuerit magna S. Virginis atque potentiſſima ſuauitas; longè ſuauiſſimum myſterium apparet, quod Reductio Martyrum cap. 25. porrigit de quinquenni puella. Hanc videlicet roſarii globulos euoluere ſolitam in vlnas ſuas Deipara accepit, & cum paruulo Ieſu, alterum læuo, alterum dextro brachio deferens, canticum quoddam edocuit, in cathechiſmo quidem cantari ſolitum, ſed ab ipſa puella adhuc penitus incognitum; amicéque blandiens Ieſum obtulit oſculandum ſummo gaudio exhilarans. Quin etiam poſt cæleſtes has delicias, diu à parentibus conquiſitam, nuſquam tota Reductione repertam, ablatam quidem vidente iuniore ſorore, ſed retentam ad plurimam noctem, tandem Virgo reuexit, & intra fores paterni hoſpitii, ſicut aſſolet de nocte, clauſi & obturati, non ſine aliquo ſubtilitatis dono relatam exhibuit. Erat tunc Deipara, cùm abſtulit puellam, regia inſignis ſpecie, veſte candida, aureo ſupra caput diademate: imò ea vultus habituſque ſimilitudine, qualem poſtea vidit Imaginem *V*irginis eadem puella, ad *V*irginis altare per Patrem aliquem de *S*ocietate, non multo poſt ſpatio, adducta.

K Inter eos verò qui de Virgine ſcripſerunt, obiit hoc anno Alphonſus Ezguera, natione Hiſpanus ex ciuitate Alfaro qui prope quinquagenarius ad Societatem Compluti venit, & edidit librum inſcriptum, Greſſus *S*anctiſſimæ Virginis. *D*e quo loquitur Alegambe in Bibliotheca. Obiit quoque Antuerpiæ, Maximianus Habbequius, *B*ruxellenſis, vir de *S*ocietate in hæreticos acer, in Virginem deuotus, qui hiſtoriam Diuæ *V*uaueranæ conſcripſit. Quod non tacuit *M*arraccius, addens & de *D*idaco de Celada, eiuſdem *S*ocietatis alumno, atque in *S*cripturæ ſacræ notitia eruditiſſimo, quòd in lucem dederit Tractatum de Iudith figurata, id eſt, de *M*ariæ Deiparæ laudibus: addens & de Cornelio à lapide vndecunque docto & nominatiſſimo ob Scripturæ ſacræ interpretationem qui de Deipara commentaria fecit

in primum caput Lucæ, & varia Euangelij loca; in Canticum Canticorum; in, varia capita Eccleſiaſtici & Prouerbiorũ. Imò & demultis alijs loquitur, quorum ſtilos hoc anno in Dei genitricis glorioſum nomen decurrit. Nam ea Carmelitis; Laureanus de Carcamo Hiſpanicum Sermonem de immaculata Conceptione excudit. Ex Prædicatoribus; Hyacinthus Cambius, Florentious; & Angelus Flotillus, Neapolitanus, noonulla de Rotario. Ea Minoritis; Franciſcus Secli, Nouenam pro deuotione nouem dierum expectationis ante partum Virgineum Italus Italicè dedit. Quâ etiam linguâ Guillelmus Platus Septem orbis miracula, & Sacrum Gemmarium pro Glorijs *M*atris Dei. Ioannes item Baptiſta Grimaldus Manuale Mariaoum continens orationes ad B. *V*irginem reſpondentes ſingulis aoni diebus ea Sanctis Patribus collectas. Ex Capucinis Marcellinus de Piſe, vir dicendi vi & ſcientiarum omnium noticia perilluſtris, Tractatum vnum de B. Virgine Maria, in quo ſcientiæ omnes, ſcilicet Theologia, Ius Canonicum, Ius Ciuile, Philoſophia, Matheſis, *A*ſtronomia, *A*ſtrologia, Hydrographia, Geographia, Medicina, Rhetorica, Grammarica, ancillantes B. Virgini Mariæ ſua pandunt obſequia, quibus Virginis illibatæ Encomia illuſtrantur; Adiectæ ſunt Homiliæ de Deiparæ feſtis. Ea Tbeatinis; Placidus Filingerius, Neapulitanus, *S*ermonem de ſacra domo Virginis Lauretanę.

Scripſit etiam vernaculâ linguâ Gallicâ deuotiſſimum opus *V*iocentius Charron, Sacerdos & L
Canooicus Cathedralis Eccleſiæ Nannetenſis, quod opus inſcripſit, Caleodarium hiſtoriæ glorioſæ Virginis Matri Dei, in cóque omnia fermè quę ad Marianam hiſtoriã pertinent, ad dies anni diſtribuit, non ſioe magna legentium conſolatione, facilitate, fructu; quod opus ſæpè citauimus, tum quia & ſatia oboium eſt, & ſatis ferè in omnibus caactum. Patent hæc omnia ex ipſomet opere prædicti Vincentij. Prætereà Petrus Foſcharinus, Venetus, Mariale Laureotij Zamorrę ex Hiſpaoico Italicum fecit. Hieronymus de Otmechia, Bæticus, Canticum Canticorum totum de putiſſima Conceptione commentatus eſt. Hieronymus Comes, Neapolitanus, ea Ordine montis Virgiois, Relatiooem Italicam edidit de tranſlatione ſacratiſſimi vultûs *M*ariæ à Ciuitate Conſtantinopolitaoa in montem Virginis Regni Neapolitani. Iulianus denique Bezzius, Foroliuieoſis, Italicom adhuc dedit opus ſub hoc titulo: Ignis triumphans, ſiue Relatio tranſlationis miraculoſæ imaginis B. Mariæ de Igne, ciuitatis Foroliuieoſis Protectricis. De his verò quatuor poſtremis loquitur Marraccius; de primo nullum verbum facit.

## Anno autem mundi 5621.
## Christi 1638.

CHriſtianiſſimus Francorum Rex Ludouicus A
decimus tertius, pro religioſo ſtudio, & præclatè affecta mente erga cultom diuinum & honorem Beatiſſimæ Virginia, cuius patrocinio multa proſpera ſe accepiſſe fatebatur; ſimul vt eam ad profuſiorem largitiooem veluti impelleret, pium valde conſilium cœpit; ſeipſum, ſuumque Regnum cunctumque populum eiuſdem Beatiſſimæ Virginia *D*eiparæ protectioni ſubmittendi. Eáque de re facta publicâ declaratione, omnibus Regni Epiſcopis ſignificauit, vt quotannis decimo quinto Auguſti feſto Aſſumptionis eiuſdem Virginis, fieri curarent in ſingulis Eccleſijs ſolemnes ſupplicationes, quæ vbique hoc anno in ſingulis Regni vrbibus fieri cœpere, ſingulari totius Galliæ exultatione: quæ exultatio adhuc quinto Septembria cuoiulata fuit, quando Lodouico natus eſt *D*elphinus Franciæ diuinitus datus poſt viginti tres annos infœcundi coniugij. Habes id apud Spondanum hoc anno n. 7. & 9. Fusè autem Poiræus Triplicis coronę tractatu 3. cap. 7. §. 5. n. 10. 11. 12. enumerat tum B. Virginis beneficia in Ludouicum, tum Ludouici obſequia & dona in S. Deiparam. Fecit illum Deipara domitorem hæreſis, victorem Rupellæ, Oceani ourante toto orbe frænatorem: Inuocata reſtituit bis deſperatam hactenus illius ſanitatem, ſeruauit in multis periculis, conſilio armauit & ſapientiſſimis miniſtris, auxit victorijs, auxit gemina illuſtriſſima prole. Nec fuit Ludouicus immemor, qui ſingulos ſabbati diea, in honorem D. Virginis, cultu hoooorabat præcipuo, qui feſta eius magna cordis lætitia celebrabat, templa & altaria eius, non tantùm donarijs ſuis, ſed & victorijs cumulabat. In Rupella capta voluit Eccleſiam *D. Virginis à victoria* condi, cuius ipſe primum lapidem poſuit. Prope Pariſios aliam cognominem Eccleſiam extulit. Diuæ Pariſienſis templo quadraginta quatuor vexilla bellica ex Anglis in Inſula Rhæa erepta appendit. Eidem donô dedit inſignem & magnam ea argento lampadem, cuius artificium ſuperare videtur materiam, quę eſt trecentarum & viginti marcarum. Caodelabra argentea altitudinis humanæ Laoretum præterea miſit; & ſimiliter Carnutum; miſit & *S*almurium ad Diuam Ardillicoſem: ſolebatque ſemper de B. *V*irgine cum mira loqui teneritudine amoris. Sed plura vide apud citatum Poiræum, & apud Vincentium Charron in Calendario 17. Octobris n. 14. & apud alios. Imò vide apud Poiræum tractatu 2. cap. 7. §. 5. o. 2. Reges Galliæ eſſe ſub peculari cura & præſidio B. Virginis, cui proinde ſpeciali quadam ratione eos affectos eſſe non eſt certè mirandum. Quod præcipuè præſumendum eſt de prole Ludouici, adeoque de Ludouico decimo quarto nunc regnante, quem vt vota ad Virginem ſupplicanti Franciæ obtinuerunt, ita Virgiois amor palmis illuſtrem & gloria debet efficere. *M*emorabile eſt donum quod pro eius facili exortu trãſmiſſum Lauretum eſt, nempe præter argenteam Regioam, quæ fœtum regium ex argento itidem effictum Reginæ cæli offert, & eſt altitudinia trium pedum & ampliùs, duæ pretioſiſſimæ ea auro & gemmis coronæ; quarum prior, quæ Deiparæ caput eaornat, eſt ceotum millium ſcutorum, poſterior, quæ pueri Ieſu capiti inſidet, eſt ſcutorum quinquaginta millium.

Adde his, quòd in Gallia ſunt Cathedrales
B Eccleſiæ in honorem *S.* Mariæ dedicatæ duæ & quadraginta: videlet Rothomagenſis, Pariſienſis, Auſcenſis, Auenionenſis, Baioceoſis, Ebredunenſis, Conſtantienſis, Carnotenſis, Virdu-

nenſis, Laudunenſis, Ambianenſis, Nouiomenſis, Bolonienſis, Lucionenſis, Aquenſis, Oleronẽſis, Laſcarienſis, Nemauſenſis, Apamienſis, Riuenſis, Lombarienſis, Foroiulienſis, Vapineenſis, Ciſtarieenſis, Maſſilienſis, Vaſionenſis, Dienſis, Dinienſis, Graſſenſis, Gratianopolitana, Claromontenſis, Podienſis, Vabrenſis, Adurenſis, Baionenſis, Tarbenſis, Arauſicenſis, Ebroicenſis, Siluanectenſis, Attrebatenſis. Quæ omnia, ſicut loquuntur Galliæ in Deiparam obſequium, pietatem, confidentiam: ita etiam oſtendunt Regum Franciæ iam à longo hæreditariam in Deiparam eſſe deuotionem; quam Ludouicus decimus tertius & vehementer excoluit, & filio ſuo Ludouico decimo quarto tanquam pretioſum fundum reliquit, ex cuius prænobili cultu ortum ſe eſſe cognoſcerat.

C Nec verò iſta Ludouici patris in Deiparam animi generoſa pietas intra veteris Franciæ ſe ſe terminos continuit, ad Nouam vlteriùs Franciam oramquè Canadenſem peruenit. Meminit quippe Relatio de iſta regione compoſita, hoc anno inſtitutam à Neophytis ſupplicationem fuiſſe, qui pictis induti barbaro ritu cinctíque pellibus bini & bini procedebant immixti Europæis, feſto interim ſonante bombardarum & ſcloporum motu, ſinguliquè Regem & Regnum Diuæ Virgini commendabant, agebantquè gratias pro cæleſtibus donis, ac potiſſimùm pro regia prole, quam diuinitus conceptam, nondum tamen natam inaudierant, ac ſpe præſumebant breui tempore naſcituram. Fuit verò hæc ſupplicatio celebrata die feſto Aſſumptionis.

D Interim coruſcis miraculis apud Luxemburgenſem vrbem Diua fulgebat Conſolatrix, cuius vim mirificam & benignè medicinalem experta eſt mulier nomine Maria, tibiarum vitio ambulandi incapax: Expertus quoque Nicolaus Coün, triennis adhuc puer, liberatus moleſtâ febre: Experta Ioanna Bodangia, totos ſeptemdecim annos vſu pedum priuata, ſubitóque ſanata: Experta Apollonia de Rocca, à diuerſis mixtâ febris acerbitate morbis confeſtim libera: Experti & permulti alij.

E Hoc inſuper anno, decimo tertio Aprilis, Pater Iacobus Torrianus, Rubius, cui morienti apparuit Sanctiſſima Virgo conſolans eum & protegens, fœlicem è vita diſceſſum ſortitus eſt: Vitam eius habet Nierembergius tomo 4. Vitarum, idipſumque teſtatur, atque inſuper illum fuiſſe Societatis Ieſu.

F Ioannes autem Baptiſta Poſarel, eiuſdem Societatis, Bergomenſis patriâ, edidit, Viennæ in Auſtria, Coronam ſtellarum duodecim, ſiue De excellentia Virginis duodenaria, eiuſquè imitatione. Petrus item Biuerus, Madritenſis, ex eodem Ordine, ſcripſit de ſacris priuilegiis ac feſtis magnæ filiæ, ſponſæ, & matris, argumenta ſelecta concionum. Item Oratorium piarum Imaginum immaculatæ Mariæ, & animæ creatæ ac baptiſmo pœnitentiâ & Euchariſtiâ renouatæ: acceſſerunt his Ioachimus, Anna, Ioſephus. Sic docet Alegambe in Bibliotheca, qui inſuper addit, Henricum Nemium Siluaducenſem emiſiſſe in lucem Bruxellis, libellum hoc titulo, Maria mater miſericordiæ, Aduocata fidelium animarum.

G Prætereà, vt idem habet Alegambe in appendice, Adrianus Vanlyere, Antuerpienſis, Societatis Ieſu, edidit ſimiliter Bruxellis, linguâ Belgicâ, Tractatum Aſceticum de Religione ac cultu Sanctiſſimi nominis Mariæ, quem Pugetus de la Serre, Hiſtoricus, Gallicè reddidit, Hiſpanicè verò Andreas de S. Ioanne Baptiſta, Carmelita Excalceatus. Inſuper idē Adrianus Latinè emiſit, Triſagion Marianũ, ſiue Trium Mundi Ordinũ, Cæleſtium, Terreſtrium & Inferorum, cultum, pietatem, & adorationem ter ſancto Nomini Mariæ vindicatam tribus libris: Belgicè verò, Viam cæli per Roſaria, quam Egidius à S. Aldegunde, Societatis Ieſu, Gallicè deinde reddidit. Quæ omnia memorat Appendix Bibliothecæ Marianæ. Paulus verò de Barry, iterum Societatis Ieſu ſacerdos, edidit Lugduni Gallicè, De amore B. Virginis, ſiue Paradiſum apertum Philagio.

H Sed &, præter alia pia deuotionis opuſcula, dedit in lucem Pariſiis Ioannes Girard, Delphinas, & eiuſdem Ordinis, De magnis B. Mariæ Virginis meritis, eique ſeruiendi methodo. De quo item meminit Philippus Alegambe, meminit & Marraccius, ſicut & de aliis eiuſdem noſtræ familiæ duobus, videlicet de Alexandro Pellegrino, Picente: & de Simone Berent, Polono, quorum hic tacito ſuo nomine edidit Litanias B. Virginis muſicales: ille cum ſuis Paradoxis in Matthæum duo Paradoxa Romæ publicè euulgauit; primum, Beatiſſimam Virginem eſſe Libellum quolibet Bibliotheca copioſiorem; ſecundum, Breuiſſimam Nomenclationem, copioſiſſimum omnium B. Virginis Elogium.

I Denique Georgius Coluenerius, Duacenæ Vniuerſitatis Doctor & Cancellarius, edidit in honorem B. Virginis Mariæ, Diarium ſiue Calendarium Marianum, vt conſtat ex ipſomet opere, quod concinnatum eſt ex variis Syrorum, Æthiopum, & Græcorum, ac Latinorum, Breuiariis, Menologiis, Martyrologiis & Hiſtoriis, inquit Marraccius in Bibliotheca Mariana; vbi etiam Coluenerium ſcripſiſſe aduertit, Miracula 210. Confraternitatis ſeptem Dolorum ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, vna cum ortu & progreſſu eiuſdem Confraternitatis.

K Addit ibidem idem Marraccius, elaboraſſe hoc adhuc anno multos alios in laudem Deiparæ. Tres quippe proponit Carmeliticus Ordo Scriptores Marianos. Ioannem Aloſum de Solis, vitæ doctrinæque merito euectum ad Epiſcopatum in India Occidentali, qui Conciones Mariales in feſta Deiparæ ſcripſit: tum Angelum le Blanch, Sabaudum, qui Gallico idiomate librum Lugduni emiſit de B. M. de monte Carmelo. Denique Timotheum de Ciabra Luſitanum, Vrbani octaui Concionatorem Apoſtolicum; à quo maternâ linguâ Octauarium prodiit, id eſt, Diſcurſus octo in laudem ac Defenſionem Imaginis S. Mariæ de Igne dictæ. At ex Auguſtinianis bi enumerantur; Ioſephus Bonafides, & Ioannes Mantelius: hic Antuerpiæ Orationem in laudem Virginis typis concredidit, occaſione ſtatuæ in templo Auguſtiniano Thenis rediuiuis ei dedicatæ; ille Hiſtoriam breuem Imaginis S. Mariæ in porticu de Vrbe, cum nonnullis Sermonibus de eadem; item Vitam B. Mariæ eo modo, quo S. Brigittæ reuelata fuit. Sed & Clemens Barrera ex Ordine Minorum copiam Sermonum ſeu Diſcurſuum dedit, quam Mariale

dixit, ſiue Paradiſum Virgioalem. Et Dominicus Flumara, Clericus, Neapolitaous, Exercitia de Roſario & Corona *V*irginis: item de nouena, ſeu expectatione partùs eiuſdem. Demum Iacobus Gaffarellus, Gallus, Mariales gemitus. Gregoriua Lopex *M*adera, Hiſpanus, de Conceptioue ſuper Pſalmum 44. *Eructauit.* Peregrinus *M*etula, Italus, Deuotum & Miraculoſum Sabbatum Magnæ Matris Dei.

## Anno deinde mundi 5622. Chriſti 1639.

RVrſus ex ſcriptoribus Societatis Ieſu, Alphoofus de Andrada, Toletanus, edidit Hiſpanicè *D*iſcurſus de Baptiſmo B. Virgiois Mariæ. Et propemodùm, inquit Alegambe, editurus eſt Ducem ad virtutem, ſeu de Imitatione Virginis. Sed & Theophilus Raynaudus vir præſtanti ingenio, acri iudicio, promptâ facundiâ, & omni ſcientiarum genere excellens, ait idem Alegambe, ſcripſit Nomenclatorem Mariaoum, ſeu Elogia B. Virginis ex ſanctis Patribus: ſcripſit & De retinendo antiquo titulo Immaculatæ Conceptionis B. Virginis: Item Diptycha Mariaoa, quibus inaoes Beatiſſimæ Virgiois prærogatiuæ pleriſque nouis ſcriptionibus vulgatæ, a probatis & veris apud Patres theologóſq; receptis, ſolidè & accuratè ſecernuntur: præter alia multa. Stephanus quoq; Binetus, Diuionenſis, vir eloquentia quidem præſtans, ſed longè præſtantior virtute & animarum zelo, obiit Pariſiis 4. Iulii, vt adhuc Alegambe oocet, cùm ioter molta florida & erudita opera Gallicè ſcripta etiam euulgaſſet, Teſſeram ſalutis eſſe cultum Beatiſſimæ Virginis. *A*dde his Dyoniſium Petauium, Aurelianenſem, vndeconque doctum hominem, qui hoc etiam anno, inter innumera quæ ſcripſit, edidit tria Poëmata latina de tribus feſtis *B.* Virginis. At A

Ioannes Iachnouuica; Lithuaous, vt rurſum docet Alegambe, emiſit in lucem libellom de doloribus Beatæ Virginis; eui paulò pòſt addidit Officium de Virgine portante Chriſtum, & de S.ᵗᵒ Ioſepho. Hunc oon ſiluit Marraccius, qui prætereà ſubnectit octo minimùm Scriptores Marianarum laudum. Fulgentium Petrellum, Auguſtinianum Generalem, virum virtute & ſcieotia cooſpicuum, qui ex occaſione verborum, quæ Chriſtus Dominus in cruce pendens Matri dixit: *Mulier ecce filius tuus*, edidit opus iogenioſum ſub titulo, Mulier; in quo varia ex eiuſdem hexagrammatis nomiois *M*ulier, reſerantur myſteria de *D*eipara á Conceptione vſque ad Aſſumptionem; ſcripſit etiam tomos duos de Interceſſione B. *M*ariæ erga peccatures ſibi deuotos. Ioſephum de Ariano, qui de Roſario; & Thomam Campanellam, qui de illibata Conceptione; ambos Dominicanos. *S*aluatorem Cadaoa, Minoritam, qui Sermones ſeptem in Deiparæ feſta. Ignarium Landrianum, ex Ordine S. *M*ariæ mootis Oliueti, à quo eſt opus prænotatum, Virginis Partus, in tres libros diuiſum. Iacobum Brancheum, Caoonicum Regularem, qui Gallicè edidit, Sacra Elogia glorioſæ Dei Matris ſuper Litanias eiuſdem. Bernardum Marianum, Italum, qui patriâ lingua ſcripſit, Theſaurum variarum deuotionom ad Beatiſſimam Virginem Mariam: Laurcotiom de Aponte, Clericum Regularem, virum omoibus oorum ob Sapientiam Salomoois & Matthæi Euangelium ſapienter illuſtratum, qui prætereà Latino ſermone diſcepráuit atque excudit: Vtrum definiri poſſit tanquam de fide, Virginem *S*anctam conceptam ſine peccato originali; Item de Mariæ magnitudine ex Conceptione, Natiuitate, & Maternitate. De efficacitate precum *M*ariæ. Maria Virgo arca benedicta, lignum benedictum, & ſimilia. Mortuua eſt hoc anno 26. Octobris ſæpè repetens: *Sciant omnes me eſſe B. Virginis mancipium, amore ipſius langueo, vt eam videam emorior.* Marcum Monopolum, Meſſanenſem Sacerdotem, qui Concionem edidit de Epiſtola *B.* Mariæ ad Meſſanenſes. Quibus addo Nicolaum Yſambertum, Pariſienſem Theologum, qui hoc anoo in Tractatu de Incarnatiooe fusè explicoit, De Merito Virgiois circa maternitatem *D*ei; De eiuſdem virgiois adoratione & ſanctificatiooe.

C Sub finem autem huius anni Philippus Penant Parthenicus Sodalis, Rethoricæ candidatus, mouiru Beatiſſimæ Virginis cooſugit ad interpellandos, pro ſua varijs morbis debilitata valetudine, *S.* Franciſcum Xauerium, & P. Franciſcum Maſtrillum, quorum interuentu bis ſanatus eſt: quam curatiooem qoinque Elegijs pulchrè cecinit Petrus Peonequinus, in ſuo primo Societatis ſeculo mariæ ſacro.

D At Luxemburgi lumina quædam conſpecta ſuot, vel incumbere in ſacellum Diuæ Conſolatricis, vel ab eodem longè latéqoe fulgurare, vt habet illius Diuæ hiſtoria. *M*irabilior autem coocelſa per eandem Diuam ſanatio fuit Ioannæ Goudiæ, filiæ Adriani Goudij, Regis Catholici conſiliarij, & eiuſdem in Luxemburgo Procuratoris Generalis, quam & linguæ immobilitas ad vocem, & tibiarum ad inceſſum impoteotia vehemeoter vexabant. Subita illa ſanatio quamplorimos acciuit ad ſimiles gratias à *B.* Virgine impetrandas.

E In oris autem Canadenſis Franciæ, ad Kebecanam manſionem, die feſto Aſſumptionis, nobiliori apparato iostituta eſt ſupplicatio, tum Europæorum Chriſtianorum, tum Americaoorum Neophytorum; quæ quidem licet ſuſcepta ſit, tum ad imitatiooem & votum veteris Franciæ, tum ad Gratias Deo ac Deiparæ ſoluendas pro fœlici ortu Delphini: ad huius tamen ſupplicationis ſplendorem multùm fecerunt regiæ illæ veſtes quas ex auro ſpiſſoque ſerico, necnon ex villoſis bombicinis, rubro flammeo colore ſaturatis, Ludouicus Rex decimus tertius dono miſerat ad Gentis proceres, qoaſque aliquot ex ijs ſelecti non minùs venuſto, quàm modeſto inceſſu, miraotibus alijs aut caoentibus; igneis item bellicorum inſtrumentorum reſonantibus bombis, geſtauère lætaotes. Hæc fuſiùs deſcripta continet Relatio huiuſce anni fermè in ipſo ſuo initio, quæ hic breuiter indicare ſatis eſt.

F Hoc verò loco omittere non decet, quæ præſtitit hoc anno Maximilianus Henricus, Comes Palatinus Rheni, & Ducis Bauariæ Sereniſſimus filius, qui cùm Parthenici Sodalitij,

Digitized by Google

quod eſt Coloniæ apud Patres noſtros, Præfectus eſſet, habuit ad Sodales ſuos in Eccleſia Societatis die *Virginis* Annunciatæ Parenaſim ad cultum *B.* Virginis: quam etiam voluit in eadem Coloniæ vrbe typis commendari apud Ioannem Kinkium æternum ſuæ deuotionis in Deiparam monumentum. Quod *Marraccius* notat in Bibliotheca. Notat & *Annus* dierum illuſtrium *Societatis* Ieſu. 17. Ianuarij, Didacum de *Alfaro* Sacerdotem in America obijſſe inſignem in cultu Virginis, quam iunior cùm eſſet fœlicis carminis vena ornauit, poſteà vbique celebrauit cultu quàm potuit auguſtiſſimo. Solebat cùm ſtuderet in Hiſpania, Deiparæ vigilijs & ſabbatis publica verberatione in ſe ſæuire, & æquales ſuos ad id inuitare. Quin & aliquando noctem integram impendit deſcribendis in ſchadas plurimas hiſce verbis: *Maria ſine originali peccato concepta.* Quas ille ſchedas ante lucem ſingulis concluſionum portis affixit, ſpes omnes ſuas in illo myſterio pleniſſimè collocans.

## Anno autem mundi 5623. Chriſti 1640.

A GRainci in comitatu Burgundiæ, fœlicem animum Creatori reduidit. Petrus Fourierius, Reformator & Generalis Clericorum Regularium ſancti Saluatoris, ſub Regula Sancti *Auguſtini* in Lotharingia; & Fundator Monialium Congregationis B *Virginis* Mariæ, de quo iam obiter dictum eſt anno 1621. literâ *M.* Et quem vita eius per Ioannem *Bedel* conſcripta, deuotiſſimum exhibet ergà Deiparam; quod potiſſimùm oſtendit in 2. parte ſectione 5. paragrapho 5. vbi docet eum in ſeſe conſeruaiſe ſemper argà Deiparam amorem, cuius cultum ad omnes, quantùm potuit, magno ſtudio propagauit. Inſtituit vt omnes ſuæ familiæ Religioſi ſub auſpicijs & patrocinio *B. Virginis* militarent: vt in qualiber domo, ſi fieri poſſet, quotidie Miſſa de B. Maria diceretur; vt Imagines Deiparæ crebertimis in partibus Domorum affixæ proſtarent, quæ deuotionis igniculos intuentibus ſpargerent; vt *Monia*lium Congregatio diceretur Diuæ Mariæ Dominæ Noſtræ; vt claſſes earum in nomina vel feſta Diuæ Virginis diſtributæ eſſent, & eſſet pars Conceptionis, pars *Annunciationis*, Natiuitatis, Aſſumptionis, &c. Frequens ipſe erat in fundendis ad Deiparam precibus: & quamuis omnes ad eam hymnos, & *Angelicam* ſalutationem valde guſtabat, ſapiebant tamen diuiniſſimum quiddam iſta verba: *Monſtra te eſſe matrem.* Et certè ita altè hauſerat bonitatem Mariæ, vt & iuſſerit, & omni mandato fortiùs iniunxerit, ſibi ad vitæ extrema tendenti identidem ingeminari: *Habemus bonam Dominam.* De morte eius, & tempore mortis, circumſtantiæ habentur in prædicta vita parte 1. ſectione 6. §. 4.

B Obijt quoque Cornelius Murgia, Societatis Ieſu ſacerdos, cui morienti adfuit Beata Deipara, & ſe præſentem cum filio ac ſpectabilem exhibuit, conſolando eum & animando. Anteà ſibi viſus erat, cor ſuum habere in Chriſti & S. Virginis manibus, qui illud impellebant ad profundam humilitatem, deuotionem inflammatam atque igneam, puritatem conſcientiæ, animarum zelum, aliaſque virtutes, cum mira dulcedine amoris. Scripſit iſta Nierembergius in Epitome vitæ Cornelij tomo 4. *Vitarum.* Sed ad hunc præterea annum *Brunus* Brunus à S. Cruce, à Schiſmaticis in Æthiopia ſuſpendium pertuliſſe dicitur 12. *Aprilis*, vir *Apoſtolicæ* charitatis, & alumnus Societatis Ieſu: cui in Æthiopia operanti, & fortitudinem petenti adfuit cum paruulo Ieſu Beatiſſima *Dei Mater*, & inſerto illi in digitum cæleſti annulo, feſtam ei lætitiam ac pignus deſponſationis, quam in Ieſu & Catharina martyre ſæpè coluerat, reliquit. Ita Annus dierum illuſtrium Societatis Ieſu.

C Interim Neapoli, impius quidam homo, vbi quodam ludo chartarum omnia perdidiſſet, ipſas chartas cum blaſphemijs proiecit in faciem ſtatuæ B. Deiparæ quæ vicina aderat. Viſum eſt locum tantæ impietatis, vt aliquo modo Diuæ Virgini ſatisfactum eſſet, mutare in quodpiam Deiparæ ſacellum, quod præſtitum eſt curâ & induſtriâ *Vincentij* Carrafæ *Societatis* Ieſu ſacerdotis. *Inſtituta* quoq; grandis ſupplicatio, in qua læſa imago delata cum pompa eſt, ac tandem in prædicto ſacello collocata, magnam omnibus venerationem habet. Ita *Daniel* Bartholi in vita Vincentij Carrafæ lib. 2. cap. 12.

D *At* Luxemburgi, nouo quodam & inſolito æſtu efferueſcere cœpit, quæ iamdudum inibi Conſolatricis Diuæ ardebat deuotio, vnde neceſſe fuit amplificare Eccleſiam, frequentantibus eam ex diuerſis oppidis, pagis, atque vrbibus, innumeris propemodum populis. Huic inſolito & eximio feruori occaſionem dedit, tum *Virginis* ſtatuæ non conſuetus ſplendor, tum ad verticem ſacelli lumina effulgentia, tum intrantium in ſacellum ſubitanei conſcientiæ motus, tum denique ea etiam ſanitatum tam denſa frequentia, vt omnem prorſus numerum excesserit. Triginta duo probata miracula ad longum profert iſtius Diuæ hiſtoria, quæ patrata ſunt menſibus Maio, Iunio, *Iu*lio, Auguſto & *S*eptembri, quibus & claudis greſſus, & mutis locutio, & viſio cœcis, & ſimilibus malis ſua redditur curatio. *S*ed omittere hæc iuuat memores breuitatis.

E Interim ergo, & ſcripſit & dedit in lucem eruditum opus de Conceptione Diuæ Virginis, de Societate Ieſu Sacerdos, cultus author Pinctus Ramirez, vt patet ex ipſomet opere. *S*cripſit etiam ex eadem *S*ocietate Pater Touſſanus Bridoul, Inſulenſis, Gloriam mirabilium Deiparæ per ſingulos anni dies recurrentium; de quo meminit Alegambe; Qui etiam libet dictus eſt Triumphus B. Virginis annuus: quem prædictus Touſſanus edidit in gratiarum actionem pro receptis à diuino Numine beneficijs, quibus liberaliter perfuſa eſt Societas Ieſu primo ſæculo durationis ſuæ. Idem inſuper *Ale*gambe mentionem facit Antonij Deſlions, qui eodem hoc anno libros duos Elegiarum de cultu Deiparæ Duaci diuulgauit.

F Sed vlteriùs Petrus Pennequinus, Inſulenſis, tribus Elegiarum pulcherrimis libris gratiſſimè cantat, varia beneficia in viros eiuſdem ſecum

Societatis Ieſu à Beatiſſima Virgine præſtita; quod opus inſcripſit: Primum Societatis Ieſu ſæculum Deiparæ Virgini Mariæ ſacrum. Scribit & Ioannes Nadaſi, Hungarus, Græcij libellum, cui titulus eſt, *Maria mater agonizantium*. Et Laurentius Chiffletius, Biſuntinus, edidit Latinè & Gallicè Ideam præcipuorum actuum ad inuocandam Miſericordiæ *Matrem*; quod opus Bruxellis edidit. Quin & Aſchaffeoburgi piè diem obijt Balthazar Kitznerus, Germanus, qui compoſuit pro Sodalibus Marianis Roſam Marianam, Bambergæ. Et de his ſcriptoribus loquitur Alegambe tanquam Societatis bonis operarijs. Quibus ſex alij ex Marraccio addendi ſunt. Alexander *Donatus*, Senenſis, Romæ diu Rhetoricam profeſſus; Hic carmine expreſſit Luctum Virginis Matris in morte Domini. Item Natalitia Magnæ Virginis; ac ſacellum Eſquilinum Virgini Maximæ à Paulo quinto erectum dicatumque. Carolus Ouueperus, Belga, qui tres Elegias dedit de Lachrimis *B*. Mariæ exanime corpus Chriſti complexæ. Gregorius Ferrarius Ligur, qui ſcripſit de Heroica Virginis virtute, immaculataque ſanctitate. Iacobus Bernardi, Gallus Redonenſis, qui vernacula locutione dedit Beatam Mariam de Bona voluntate, iuxta Montes Hannoniæ. Mathias Caſimirus Sarbieuius, Lithuanus, Vrbano octauo Pontifici percharus, animam Varſauiæ efflauit, cùm ante pulcherrimas Odas edidiſſet, tum ad Virginem matrem, tum dialogum continentes Pueri Ieſu & Virginis *Matris*, tum publicam ac ſolemnem proceſſionem ad ædem D. *Virginis* Trocenſem deſcribentes; item Conciones pro feſtis Deiparæ. Denique Nicolaus Longobardus, magnus in Sinenſi Chriſti vinea ſalutis animarum procurator, edidit Sinico idiomate vitam B. Virginis Mariæ. Et hi ſex adhuc, vt conſtat ex Marraccio ſupradicto, necnon etiam partim ex *Alegambe*, Societatis alumni ſunt.

G Hoc quoque anno, Henricus Spondanus, Apamiarum in Gallia Narbonenſi Epiſcopus, qui Baronii Annales ad hæc tempora produxit, finem ſuorum effecit Annalium cum eximia Deiparæ inuocatione, quam velut anchoram ſuæ ſenectutis aſpiciens, ſpem quoque ſalutis, nec non fœlicem cæli portam appellat & ſalutat; ſub cuius auſpiciis continuationem ſuam aggreſſus eſt: cuius demum Conceptionem & profitetur immaculatam anno, 1350. N. 24. & paratum ſe dicit pro eadem ſanguinem effundere, paſſimque de S. Deipara honorificentiſſimè loquitur. *Sed* & honorificentiſſimè locuti ſunt; Ioſephus de la Cerda, Benedictinus Hiſpanus, ac deinde Epiſcopus Almerienſis qui Tomum inſignem edidit prænotatum; Maria effigies reuelatióque Trinitatis & Attributorum Dei. Petrus de *Simancas*, & Spiritus Lazatinus, Auguſtiniani, quorum hic Italicè elaborauit *Sacrum* Bilancium Conceptionis intactæ, *Virginitatis* fœcundæ, Maternitatis immaculatæ; necnon Roboris pacifici & bellici Mariæ ſanctiſſimæ: ille Locum literalem pro immunitate B. Virginis Genitricis Dei à peccato originali, & à debito illud contrahendi. Dominicani duo; Hippolytus Maria Tagliapetra, & Onuphrius Eliſius, ambo Itali, ambo de Roſario diſſerentes. Balthaſar Paëz, Luſitanus, & Ioſephus à Matre *Dei*, *Siculus*, ambo de Redemptione Captiuorum, materna lingua protulere; hic Concionem de Epiſtola S. Mariæ ad Meſſanenſes; ille Mariale, ſiue de feſtis & laudibus *Virginis* opus inſigne. *Sed* & ex Ordine Minorum; Michaël à Purificatione, Luſitanus, ſcripſit de deuotione ſui Ordinis erga *Virginem* Matrem: Lucas autem Orgas, Romanus, *Stellarium* immaculatæ Conceptionis, cum modo illud attentè ac deuotè recitandi. Angelus Spatafora, Capucinus, opus Meſſanæ edidit ſub hoc titulo; *Vnigenita* gratiæ Dei, innocentiæ candore ornata. Baſſianus Catenagus, Canonicus Lateranenſis, Diſcurſus prædicabiles de Magnitudine *Mariæ*. Et Marcellus Megalius, Theatinus, Conſiderationes Morales in Mariæ feſta. *Matthias* Naueus, Canonicus Tornacenſis, ſuam erga Virginem Sanctúmque *Ioſeph* pietatem poſteris teſtatam reliquit ſcribendo opus cum hæc inſcriptione; Sponſus Virginis decoratus Corona XXXI. gemmarum ſplendoribus coruſcante. Pugetius de la Serre, Gallus, Hiſtoriographus Regius, de quo iam ſuprà anno 1638. litera G. prætereà ſcripſit Gallicè & Toloſæ impreſſit, *Virginem* morientem in monte Caluariæ. Ioannes Baptiſta Scala, Romanus, Vaticani *Seminarii* Conuictor, typis Romæ mandauit habitam à ſe Nonis *Augusti*, in ſacello Gregoriano Baſilicæ Vaticanæ, orationem prænotatam; Nix ſextilis, nouum gratiarum diluuium, in honorem S. *Mariæ* ad niues. Franciſcus Romanus, Canonicus Panormi, ſcripto conſignauit Miracula Imaginis B. Virginis non manufactæ Tauromenii. Franciſcus Piroulle, Canonicus *Brugenſis*, Orationem de Annunciatione. Franciſcus Maidalchinus, *Viterbienſis*, Admirabile *Viridarium* Regis Salomonis, ſeu Mariale Roſarii. Demum Aloyſius de ſancto Seuerino, Baſiniani Princeps, & *Saponariæ* Comes, Neapolitanus, hoc anno Neapoli vulgauit Conſiderationes deuotiſſimas, reſpicientes *myſterium* Incarnationis Dominicæ ad vſum pſallentium ſacræ Virginis Roſarium. Hæc fusè Marraccius.

H Sed hoc demum loco dicendum eſt, hoc circiter anno Conſtantiæ in Normannia initium habuiſſe deuotionem quandam, imò & feſtiuitatem de *Sacroſancto* B. *Deiparæ* Corde, in cuius honorem compoſitum eſt à Patre Heudo, ſacerdote Miſſionario, & à variis Præſulibus approbatum, pium ſane atque inſigne Officium, quod ſimul coniunctum Officio de nomine Mariæ venit in manus meas, excuſum Diuione anno 1654. cum permiſſione Ordinarii, & atteſtatione eiuſdem de variis Epiſcopis ad vſum illius hortantibus, atque procurantibus vt Feſtum de Nomine Mariæ 22. Septembris ageretur, Feſtum verò de Corde celebraretur 8. Februarij: & in hoc præſertim renouaretur illa ſpiritualis veneratio, quam *Sancta* Mechthildis, de qua ſuprà egimus anno Chriſti 1310. litera B. & Beatus Hermannus de quo anno 1243. litera C. & multi alii præclari Chriſtiparæ famuli erga Cor *Marianum*, cor ſanctiſſimum, cor amantiſſimum, cor prudentiſſimum, cor fortiſſimum, iuſtiſſimum, mitiſſimum, humillimum, puriſſi-

mom, obedientiſſimum, liberaliſſimum, miſericordiſſimum, &c. crebrò exereuerunt. De qua veneratione, & de quibus Mariæ famulis verba facit Prologos ad prædictum Officium adiectus; præter plurima quæ habet in laudem Virgioei Cordis. De quo etiam ooo taeent Sancti Patres, Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Leo, Damaſcenus, Beroardus, quos ad longum citare non vacat. Vide ſi lubet Booaueoturam in 2. caput Lucæ. Bernardinum Seoenſem ſermone 9. de Viſitatione. Richardum à S. Laurentio lib. 2. Cancellarium Gerſonem Tractatu 9. ſuper *Magnificat* partitione 1. Poiræum Triplicis coronæ tractato 4. cap. 4. §. 4. Nouarioum in Vmbra *V*irginea o. 215. Paulum de Barry in Philagio cap. 6. in quo colligit Octauarium piarum exercitationū io hoooretn puriſſimi & ſuperamantiſſimi *Mariæ* Cordis. Ac denique librum prædictum Officij de Virgineo Corde. Ex quo etiam addiſces in hooorem eiuſdem Cordis excitatam & dedicatam Diuione fuiſſe Domum monialium S. *Mariæ* de Refugio, in qua quotannis ſolemni feſto Officium de mariano corde celebrari aſſolet. Dedieata autem fuit aono 1655. hoc eſt annis eirciter vndetriginta poſtquàm incepit Ordo iſte Mooialium *S. Mariæ de Refugio*, qui exordium Naoceij habuit circa annum 1226. & eo fioe inſtitutus eſt, vt ad pœoitentiam iuuet & ſuſcipiat eas mulieres ac puellas, quæ vitæ licentià & inhoneſtà conuerſatione multis præbent occaſionem ſcandali.

## Anno poſteà mundi 5624. Chriſti 1641.

A FVlgere impeoſiùs miraculis cœpit, quæ iamdudum anteà coruſcarat *B. Virgo de Benedicta valle*, in Diœceſi Virdunenſi, cuius cultom promoueot Religioſi Præmonſtratenſis familiæ, ad quos pertinet locus iſtius Benedictæ vallis, vulgò *Beniſte-vaux*. Ad hanc Virgioem, & pręſeoti, & ſequentibus annis, inoumeræ factæ ſunt populotum poſtulantium pacem peregrinationes ae ſupplicationes ex circumiaceotibus tum Campaniæ, tum *Lo*tharingiæ, ac trium Epiſcopatuum *V*irduneoſis, Tullenſis, Metenſis, vrbibus, magoa cum pompa atque donariis. Similiter & ad Diuam itum eſt Auxiliatrieem prope Nanceium. Quarum omnium, publiearum præſertim, ſupplieationum, atque earum oomioatiſſimè quæ factæ ſunt ad Benedictam vallem, ſicuti & miraeulorum, imò & totius hiſtoriæ ſummam videre eſt in libello de ea re ſcripto à Religioſis Præmonſtratenſibus aooo 1644. Quin & ego ipſe oculatus teſtis turbas vidi ſupplicitet euntes & redeuntes cum vexillis atque Crucibus, tum ad Sanctam Mariam de Benedicta valle, tum ad ſanctam Mariam de nooo auxilio, ſiue *A*uxiliatticem.

B Et verò iuuat hîe nonoulla obiter ootare miracula, quæ hoc eodem anno patrata ſunt ope eiuſdem Virginis de Benedicta valle. Numerantur in prædicto libello tres paruuli à morte ſuſcitati; ſanati duo hydropici, quorum vni nomen Albinus Raguet, alij Claudius Sordel eſt. Inſuper à ſcrofulis Roſa le Nepueux exempta eſt; Maria de Bar à cæcitate; Dominica Geant à claudicatione; Nicolaa Iactare ab hernia; Maria Goyart ab enormi tibiarum cootractione. Alia prætereà multa, quæ ad hunc annum adſcribuntur, ibidem legere eſt.

C In Luxemburgo autem Diua Conſolatrix, inter cætera prodigia, liberat à phreneſi Ioaonem Gualterium, & Mariam Echter; eximit à ſcrofulis Catharinam Ioannam de Gommery; ſanat à putrefactiooe tibiæ Nicolaum Gatſcher Coloniensem; Chriſtophorum Hubert à contractione oeruorum; ab epilepſia Elizabetham d'Eck; permultoſquè alios à diuerſis morborum ac vulnerum malis, quæ fusè deſcripta ſunt io hiſtoria Diuæ Conſolatricis, nec vacat ea ſigillatim referte prolixiùs.

D Nec enim parua meſſis gloriæ *Marianæ* hoc adhuc anno porrigitur ex Noui Orbis Paraquaria Prouincia. Illic ſiquidem; vt habet Relatio ab Adamo Schirmbek, Societatis Ieſu Sacerdote, eonſcripta, vbi loquitur de Collegio Cordubenſi; Inda mulier ad extremam ætatem, inter multas peccandi illecebras, ſine vlla eulpa lethali fœliciter peruenit, eonſecuta id deuotione in *S. De*iparam, quam quotidie recitatâ corona precatoria venerabatur: quod penſum tamdiu ſuis ipſa digitis adnumerare ſolita eſt, quouſque radices è terra pro aonooa eruens, coronam precariam ex globulis præclarè coontextam, inter ſpiſſa graminum folia, fortuitò reperit.

E In *S*altenſi deinde Collegio, vt idem author habet, Gonſaluus Iuſtus, Laicus Coadiutor Societatis Ieſu, ſeueriſſimus in ſe, & eorporeæ mortificationis piâ crudelitate nō ſine miraculo ſæuiens, ſexagenarius obiit: quem ſuus Rector audiit aſſerentem, ſæpè à Ieſu & Maria ſeſe fuiſſe viſitatum ſpectabili ſpecie, gratoque eorom alloquio ſuauiſſimè recreatum.

F In Collegio autem Boni aëris: Indus, inquit, ſolitus *B. V*irginem quotidie ad dimenſum precatoriæ Coronæ deuotè ſalutare, ſeruatus eſt à ſuſpendio, quo ſeipſum deſperabundus iam alligauerat; deturbatus enim ex ferali tigno vi quadam ſecreta, *S. V*irginem & vidit & hortantem audiuit, ne ſe deinceps iſto malorum compendio necteret; ſed ſanctiùs vitam ex Dei outu & auxilio duceret.

G Prætereà ibidem, *M*ilitem, ait Deiparæ cultorem, dum fortè domi Roſarium percurrit, ab æmulo irrueote & ad certam necem petitum fuiſſe, & propemodùm impetitum: ſed, Deipara protegente, ſicarius in terram cecidit; atque hoe eaſu eoactus fuit tum à *V*irgine, tum à *V*irginis Cliente veniam poſtulare; quod & factum eſt non ſine ingenti & ſua vtilitate & omnium congratulatione.

H Demum, hoc adhuc anno, *A*ndreas de Boëye, natiooe Belga, pattia Furnenſis, ſacerdos Societatis Ieſu, Belgico Idiomate reddidit opoſeolum Euſebij Nierembergij, de Amore *Mariæ*; quod notat Alegambe in Bibliotheca. Sed rurſus, ex eadem Societate pleniùs laudem Genitricis Dei ſcripſerunt Petrus de Colindres, Ioanoes Catalanus, Aloyſius Sidereus, ſiue potiùs *V*incentius Catrafa, & Bartholomęus Rogatus. Primus Triumphum Domini & Dominæ de peccato originali Hiſpanicè ſcripſit: ſecundus Coneionem de Epiſtola *De*iparę ad *Me*ſſanēſes:

Digitized by Google

tertius Italicè Practicam deuotionis erga ſanctiſſimam Dei Matrem: quartus de feſtis myſteriiſque Deiparæ Elegias triginta. Hos citat *Marraccius* quatuor alios inſuper addens, quos breuiter percurro. Andream Roſottum ex Ordine Ciſtercienſi, à quo Opuſculum Italicum exiit ſub hac inſcriptione, *Maria Virgo conſtans & animoſa.* Franciſcum de Caſtillo *Velaſco*, à quo opus de præſeruatione *Virginis* ab originis labe. *Sicut* & à Philippo Salerno, à quo prætereà eſt Concio de Epiſtola *S. Mariæ* ad Meſſanenſes; vterque horum *Minorita* fuit. Denique *Ambroſium* Moriſonum, cuius ſunt Orationes duæ Romæ excuſæ de feſto B. Virginis ad Niues, altera prænotata, Via niuium Virginalis; altera, Virginis in Niue Theſaurus. Cogor autem hîc vlteriùs addere ex Gallia noſtra Iulianum Hayneufue, & Ioannem *Suffren*, ambos *Societatis* viros: quorum hic Pariſiis Annum Sanctum Gallicè vulgauit tomis quatuor diuiſum; in cuius ſecundo tomo, poſtquàm deſcripſit præparationem, quæ ad celebranda Deiparæ feſta requiritur, poſteà tomo tertio plures Meditationes proponit de myſteriis vitæ Virginis, & in quarto tomo alias de mirabili eiuſdem Aſſumptione. Ille autem Gallicè itidem & Pariſiis edidit Meditationes in anni ſingulos dies, inter quas intermiſcuit pias in feſta *Beatæ Virginis.* Iam verò

## Anno mundi 5625. Chriſti 1642.

A FRequentatæ ſunt ſupplicationes variæ ad Diuam Benedictæ vallis, nec minùs quàm anno ſuperiore; & miraculis item ſubleuatæ ſunt non paucis miſeriæ hominum. Nam Diua illîc inuocata Nicolaum Febure ab graui hernia eripuit; Petrum Ferry ſanauit ab importuna debilitate tibiarum; Claudium Pooſardin à diſlocatione moleſta tibiæ, & à genæ perforatione; Barbaram Hoguin ab oculi, propter defluos humores, inſperata extinctione; aliosque ab aliis malis. Quæ omnia patent ex prædicto libello, ſiue hiſtoria Diuæ Mariæ de Valle Benedicta.

B Nec minùs Luxemburgi varia patrata ſunt in corporum ſalutem, & ſolatium animorum. Numerantur in *Diuæ* Conſolatricis hiſtoria, ad minimum decem, in quibus alij à cæcitate, alii ab hernia inueterata viginti annorum, alij ab aliis moleſtiſſimis malis ope Virginis ſoluti ſunt. Vnum verò eſt, quod inter miracula, præcipuum hoc loco nomen ac veluti principatum meretur; ſcilicet, hoc anno Imaginem Diuæ Virginis, ad inſtar prototypæ quæ colitur Luxemburgi, expreſſam, & Luxemborgo in Gueldriam vrbem paulò antè allatam, Maio menſe cœpiſſe emittere ſplendores radioſque ſupra domum Henrici Boſmani in qua inerat, & eiuſmodi ſplendores ac radios confertim erumpere viſos ab vrbis vigilibus atque mirabiliter ſpargi. Quæ res populum excitauit tum ad Diuæ *Virginis* ſubſidium implorandum, tum ad ſacellum eiuſdem imagini ſtruendum non longè ab vrbe prope pagum Keuelarium, in quo Beatiſſima Virgo beneficiis ac miraculis abundanter ſanè coruſcat.

C At in Paraquariæ Americanis oris, vbi ſunt Reductiones ſiue Coloniæ Indorum, varia acciderunt, quæ gloriam Diuæ *Virginis* non parum cohoneſtant. In primis, vt habet de his ab Adamo Schirmbek conſcripta Relatio, mirus hoc anno fuit Sodalium Virginis erga Virginem ardor; in cuius honorem quotidie Coronam recitant, déque rebus diuinis mutuò colloquuntur; ſingulis verò menſibus animum ſemel ſaltem exhomologeſi expiant; flagellis præterea crebrò corpus affligunt; comitantur Euchariſtiam ad ægros; ægris lignum è ſiluis comportant, focum ſtruunt, ciborum ſolatia afferunt, & pleraque ſimilia magno animo præſtant. Quodque caput eſt in Indis hominibus, capitis honorem cincinnos ſcilicet capillorum quam chariſſimos abſcindunt, Virginiſque pedibus ſubiiciunt.

D *Vlterius* in Reductione ſiue Colonia S. Virginis Annonciatæ, Puer decennis iam muſicè ſciēs, & vt in Deiparam deuotus, ita laudes illius peritus concinere, bis in extremo morbo ſpectabili virginis formâ recreari meruit, & vocem inuitantis audire, cui lætâ apoſtrophe cantando reſpondens, ridenti ſimilis animam exhalauit.

E In Reductione præterea S. *Virginis* Purificatæ, Inda mulier victum quæritans, tempeſtate famis cogente, oberráſque ſiluis in periculo vitę per feras amittendæ, B. Deiparæ ſupplex opem implorat. Submiſſus è cælo Ephebus fœminam è labyrintho educit, iubetque neutiquam aberret à via mandatorum Dei. Vix domum repetiit, à morbo oppreſſa, octo horis pro mortua iacuit. Et verè ſe mortuam faſſa, obtinuiſſe aſſeruit per Dei Matris auxilium vitæ repetendæ gratiam, vt maculas quaſdam, quas olim aperire oblita fuerat, Sacerdoti manifeſtando elueret; Et item vt Parthenijs *Sodalibus* fidem faceret, Deiparentem delectari eorum obſequiis, pergerent ergo tanquam morigeri filii, *Matrem* vtique experturos.

F Inſuper in Reductione Virginis Lauretanæ; in qua deuotiſſimè Indi Diuæ Virgini deſeruiūt: Puella iam vicina morti, nullum aliud ab auia pro ſe Deiparæ munus offerri voluit, quam ſeipſam. Ergo ſe ad ædem Virginis vltrò poſcit deferri, ibique exhalat innoxium ſpiritum, nihil aliud quàm Deum Deiparæque præſentiam ſpirantem.

G Diſſimili penè beneficio ibidem puellus conclamatus, cùm aqua aſpergeretur è linteo expreſſa quo Deiparæ illîc ſculptæ facies ſudana extergebatur, repentè conualuit. Hunc, vt votiuum munus, nouo ſanè inuento, Deiparæ Virgini parentes dedicarunt, & multi præceſſerunt exemplo, qui ſe Virginis obſequio vltronei deuouent: quod maximè videre eſt in Relatione de Reductione Virginis Aſſumptæ.

H *Denique* in Reductione *S.* Ioſeph, primo die Auguſti, ſacro ſcilicet die in vinculis S. Petri Apoſtoli, ſoluitur ex corporis vinculis Petrus Marques, Societatis *Ieſu* Sacerdos, qui olim à Beata *Deipara* fidelis memoriæ gratiam deprecatus, abundè illam obtinuit, & in colenda eadem Deipara obtentam in primis exercuit: precatus eſt autem talem ille gratiam, veritus ne tarditate memoriæ ingrediendę Societatis Ieſu repulſam pateretur. Hęc ibi. Quibus addendum eſt, quod habet Annus dierum illuſtrium *Societatis* Ieſu 2. Nouembris: ſcilicet Laurentium Paſſokium ſacerdotem, cùm in Lipſienſi pugna tribuni vulnerati confeſſionem exciperet, ab hoſte hęretico victore deprehenſum, iuſſumque execrari

Mariam

Mariam Deiparam, cœpiſſe quibus poterat laudibus Deiparam ornare. *Unde* ab exacerbato per eam fiduciam hoſte gladio percuſſus, & glande plumbea ſtatim peremptus eſt.

I At Alegambe in Appendice bibliothecę Societatis: Antonius, inquit, de Herrera, Hiſpanus, Societatis Ieſu: edidit inſignem orationem de Immaculata Conceptione Deiparę, Panormi. Marraccius verò eidem attribuit Concionem de Epiſtola *Virginis* ad Meſſanenſes. Sed & attribuit Antonio Chanuro, Aurelianenſi, Paraphraſim capitum, octaui Prouerbiorum & vigeſimi quarti Eccleſiaſtici, carmine eleganti Diuæ Mariæ adaptatam. Et Petro Roeſtio *Apologiam* pro domo Lauretana: necnon Marcello Lauro Concionem de S. Mariæ epiſtola ad Meſſanenſes. Et tres iſtos Authores confitetur alumnos Societatis Ieſu. Quos præter vlteriùs numerat tredecim egregios *S*criptores, qui de re Mariana optimè meriti ſunt. Eminet Antonius Godeau, Epiſcopus Graſſenſis, qui carmine Gallico Poëma de Aſſumptione edidit in tres libros diuiſum; Hymnum quoque adiecit de oblatione ſuijpſius ſuique Regni facta a Chriſtianiſſimo Galliarum Rege Ludouico XIII. Beatiſſimæ Virgini Mariæ. Sequitus *Au*guſtinus Paris, Romanus, Vaticani Seminarij Clericus, a quo eſt oratio de feſto B. Virginis ad niues, pulchrè recitata, & vtiliter Romæ excuſa. *D*einde ex Dominicanis; Ioannes Cotius Bignamus, diſcurſum de Conceptione. Ioſephus Gelaſius Librum de Miraculis *S*. Mariæ à Quercu prope Viterbium. Sanctes Francus, Theſes Affectiuas, ſeu *M*editationes Scholaſticas in Roſarium ex diuo Thoma *A*quinate, ſcripſerunt. Ex Carmelitis; Philocalus Caputos, Conciones varias de Virgine & Roſario & Indulgentijs Carmeli. Thomas verò *A*quinas à Sancto Ioſepho, opus ſub hoc titulo, Scapulare, eximia Deiparæ in Ordinem Carmelitarum amoris Teſſera, duobus libris edidit. Ex *Au*guſtinianis; *A*uguſtinus Pauletus diſcurſus duos dedit, alterum de Conceptione, alterum de Purificatione. Ex Minoritis; Ægidius *S*chieſel typis commendauit Manuale Archiconfraternitatis immaculatæ Conceptionis *D*eiparæ. Ex Minimis; Antonius Ruteus, emiſit Gallicè Hiſtoriam miraculorum S. *M*ariæ in Vuauria inferiori, quæ excuſa eſt Louanij. Ex Theatinis; Hieronymus Coppola Hetruſco ſermone euulgauit opus in duodecim diſcurſus partitum, ac prænotatum, Maria priuilegijs coronata. Ex Canonicis Regularibus; Ioſephus Geldolphus, *B*rabantus, & S. Gertrudis Louanii *A*bbas, varia opuſcula tum Louanij, tum Bruxellis impreſſit; vt Phylacterium ex ſacris *M*ariæ Reliquiis compoſitum; vt Nomen Mariæ tetragrammaton; vt Hodœporicon Marianum; vt Roſarium duodecim ſtellarum; & alia: atque hoc anno mortuus eſt. Ex Clericis Regularibus Matris Dei; Hippolytus Marraccius, Lucenſis, qui licet de ſe modeſtiſſimè ſentiens demiſſiſſimum teſtimonium ferat, & de aliis ſemper ſublimiter ſentiat, magnam tamen laudem meretur inter Scriptores Marianos, cuius ſæpè *M*arianâ *Bi*bliotheca vſi ſumus, & frequentiùs atque ordinatiùs, necnon etiam fructuoſiùs vſi eſſemus, ſi maturiùs noſtras in manus perueniſſet: cuius etiam dolemus alia opuſcula in notitiam noſtram vſumque non veniſſe: Scripſit enim, præter Bibliothecam Marianam, quam ſæpè citauimus, libros varios his titulis: Prophetæ *M*ariani; Apoſtoli Mariani: Pontifices Maximi *M*ariani; Purpura *M*ariana, ſiue Mariani Cardinales; Antiſtites Mariani; Fundatores *M*ariani; Religioſi *M*ariani; Palma Mariana, ſiue *M*artyres *M*ariani; Lilia *M*ariana, id eſt Virgines *M*arianæ; Heroides *M*arianæ, Cæſares *M*ariani, Reges *M*ariani, Principes *M*ariani, de *M*arianæ Coronæ calculis Romæ in Eccleſia S. *M*ariæ in Campitello aſſeruatis Diſſertatio, Præter alia quæ prælo præparat. Sed quamquam & multa *M*arraccius, & cum Marraccio multi præcitati ſcripſerint in Virginis gloriam, tamen

K Vlteriùs Ludouicus Bail Abbatiſuilleaſis, Doctor Theologiæ Pariſius, atque ibidem Subpœnitentiarius, ſcripſit quatuordecim pulchras de *S*. Deipara meditationes in illo ſuo erudito opere cuius titulus eſt, Theologia *A*ffectiua: quas videre licet in ſecunda illius operis parte, ſecundo tractatu. Deinceps

## Anno mundi 5626. Chriſti 1643.

A LVdouicus Iuſtus Rex Franciæ Sangermani piiſſimè obijt mortem pretioſam in conſpectu Domini, vt decebat cultorem eximium *V*irginis, domitoremquè vitiorum, ac nominatim hæreſeos, tranquilliſſimè moriens. De eius in Deiparam ſancta atque præclara mente non eſt cur diutiùs loquar, ſufficere poſſunt dicta annis 1610. & 1638. vtrobique Literâ A. nec iterum videtur repetenda hoc loco & anno.

B Quo eodem anno Caſimirus Princeps, frater Sigiſmundi Regis Poloniæ, pertæſus vanitatum mundi, & ſuauiorem Chriſti ſeruitutem in Societate Ieſu ſeruire deſiderans, menſe Octobri eandem ingreſſus eſt in cella Lauretana, ibi habitum Religioſum ſumens, vbi Chriſtum Beata Deipara mortalitate noſtrâ circumdedit, vt eodem fermè in ſinu, quo Chriſtus nobis conceptus eſt, ipſe Deo conciperetur formareturque. Iſthæc habeo ex literis Româ de hac re ſcriptis, atque iterum ea fama, quæ paſſim iſtud apud omnes longè latéque euulgauit, quæque etiam tradidit Caſimirum Laureti ſæculares habitus ideo abieciſſe, vt ſic etiam ſuæ in Deiparam pietati aliquantùm ſatisfaceret. Verùm poſteà neceſſitates Poloniæ eum ex ſinu & quiete Religionis reuocarunt ad *Au*lam, imò & ad regium Poloniæ ſolium ſceptrumque.

C Sed & continuante pio feruore mortalium erga Dominam noſtram de Benedicta valle, continuarunt quoque beneficia mariana: vnde & Georgio *V*altrino puer vita caſſus ſuſcitatus eſt ingenti miraculo: alius in molendino aquis abreptus & immerſus mirabiliter ſeruatus eſt Ioanni Bernardo. Claudius Reiel & Claudia Moye adoleſcentula puella ambulandi vim, quam amiſerant, receperunt. Caſtellum ad Moſellam, vulgò *Chaſtel ſur Moſelle*, oppidum ſa-

tis forte, ab incendio flagrante multaque deuorante ac deuaſtante ereptum eſt, coniecta in vortices flammarum Diuæ Virginis de Benedicta valle expreſſa atramento imagine. Quæ omnia patent ex eius hiſtoria.

D Quin & ex hiſtoria Diuæ Conſolatricis, quæ claret Luxemburgi, numerata ſunt pluſquam quindecim præclara miracula, quibus variæ hominum miſeriæ benignitate Mariana valde ſubleuatæ ſunt. Duo pueri vitæ redonati & aquis luſtralibus in baptiſmate tincti menſe Februario recenſiti ſunt: duo alij menſe Aprili. Suſannæ Falteſiæ redditus maio viſus. Petro Vautier menſe Iunio corporis ſublata inflatio: alia à paralyſi, alij ab aquis, alij à varijs liberati ſunt morbis.

E Non verò contenta eſt benignitas Virginis ſolo tractu Europæ, Americam peruadit, & in gente Huronum Chriſtinæ Tſorihiæ, propè animam agenti, non eſt dedignata ſe ſpectabilem oſtendere Angelorum cum comitatu, & peramicè conſolationem exhibere. Habet id Relatio Huronica ad hunc annum conſcripta, cap. 4. ad calcem. Quæ etiam addit ſolere Hurones Chriſtianos diebus Dominicis ac Feſtis, alternante hinc inde choro, B. Deiparæ recitare Coronam tanta deuotione, vt ipſi & cæleſti quadam ſuauitate circumfluant, & qui illos aſpectant ſimili deuotionis dulcedine rapiantur. Quin & cap. 3. de Renato Sandionanni antiquo Chriſtiano commemorat eum, Corona recitata, cùm eſſet in agris cum filio, ter fulminantem compeſcuiſſe tempeſtatem, fœtaſque nubes hinc & hinc diuiſiſſe, & illis dextra læuaque ſtillantibus intactum proceſſiſſe & illibatum a pluuia.

F In Vruayca autem Prouincia Americæ Meridionalis aliquanto plura occurrunt, quæ in Adami Schirmbek annuis literis hoc anno videre eſt. In primis Icon B. Deiparæ ad oppidum S. Fidei ſudat & claret miraculis: puellæ ex veneno iam deſperatæ pro malagmate pater imponit goſſipium hoc ſudore imbutum, Diuæ Virgini deſperatam commendans: Virgo audiit, & periculum omne cum peſtifero veneno penitus abſterſum eſt. Contigiſſe id dicunt in Reductione D. Virginis Conceptæ.

G At in Reductione S. Mariæ Maioris, Inda quædam mulier admodum in Virginem pia, & in proximos iuuandos vehementer intenta, diuexata eſt & enormiter vulnerata à ſpiritu maligno, ſæpè & illi ipſi, & nonnullis eius amicis terribiliter apparente: Imploranti Virginem ipſa ſe ſpectabilem pia Virgo præbuit, & amica voce ad tolerandum animauit.

H In Reductione Apoſtolorum Petri & Pauli, Inda puella vndecim annos nata, cum variis morbis agitaretur acerbiùs, meruit è cælo habere cæleſtis doctrinæ magiſtram Dei matrem, à qua edocta eſt, quomodo in illa poſtrema ſua ægritudine Deus hoſpes in Euchariſtia, quem nunquam ſuſceperat, ſuſcipiendus eſſet; quid credendum, quid adorandum in tali negotio.

I Denique in Reductione Sanctorum Martyrum Iaponenſium, Mulieri Indæ iam annum totum grauiter decumbenti, ſtataſque Deiparæ orationes perſoluenti, adfuit multa cum luce Beatiſſima Virgo, & pro tam multis ſalutationibus Angelicis, quas ægra effuderat, mutuam dixit velle ſe rependere vicem, ſe ſalutem afferre lætumque mortis pretioſæ nuncium. Qua inuitatione mulier exhilarata, poſt breue temporis interuallum vitam exuit, & euolauit Spiritus eius ad gloriam. Sic prædictæ annuæ.

K Nunc opus & labor eſt, opera & nomina percurrere plurimorum Scriptorum, qui laboribus ſuis laudem Virginis cumularunt. Triginta propemodùm perſcitatus Marraccius porrigit, & in illis triginta recenſet octodecim de noſtra minima Societate Ieſu. Ex Dominicanis illuſtres numerantur: Thomas Carrafa à quo ſunt quatuor Aſſumptus prædicabiles: qui Italicè cum aliis Aſſumptibus eius Prædicabilibus prodierunt. Dominicus Grauina, hoc anno mortuus, qui ſcripſit opuſcula, alterum de feſto Conceptionis, alterum de feſto Aſſumptionis. Ignatius Delnente, Florentinus, dedit Solitudines ſacrorum & piorum Affectuum circa myſteria B. Virginis. Ex Ordine Minorum: Philippus Cagliola, Melitenſis, edidit Defenſionem pro immaculata Conceptione. Et Petrus Cirus, Capucinus, Poëma ſacrum de Virgine ſagittata. Seraphinus quoque Leggius, Tertiarius, Panormitanus, Conciones quindecim Italicè ſcriptas. At ex Societate: Antonius de Ayala, Hiſpalenſis, honorauit Virginem opere prænotato; Roſa Iericho. Antonius de Eſcobar, Burgenſis, Poëma de vita Virginis, & Commentarios in Euangelia feſtiuitatum eius panegyricis moralibus illuſtratos, chartis commiſit. Antonius Morales, Luſitanus, Conciones in feſta Deiparæ elaborauit. Antonius de Quintanaduennas, Alcantarienſis, edidit Hiſpanicè librum de nomine Mariæ in quatuor tractatus diuiſum. Balduinus Vuillot, Belga, Gallicè excudit Compendium Vitæ B. Virginis. Franciſcus Amalarius, Oliſiponenſis, Conciones pro Deiparæ feſtiuitatibus. Quales conciones iterarò Gallicè dedit Gaſpar Seguiran egregius apud Ludouicum XIII Galliarum Regem Confeſſarius & Eccleſiaſtes. Gebhardus Razenried, Sueuus, Hebdomadam Marianam edidit. Guillelmus Montanus, Belga, ſcripſit Gallicè Exercitium pietatis ſuper Aue Maria; item methodum colendi Beatam Virginem. Iacobus Balde, Germanus, & Bauariæ Ducis Concionator, Cantilenam de laudibus B. Mariæ. Iacobus Irſing, Germanus, Hiſtoriam B. Virginis Oetinganæ. Ioannes Baptiſta Giattinus, Panormitanus, tacito ſuo nomine publicauit, Naſcenti Virgini Vniuerſitatis obſequia in Seminario Romano. Iulius Cæſar Recupitus, Neapolitanus, Conciones duodecim de B. Virgine Deipara, ſed illæ an prælo commiſſæ ſint incertum eſt. Iulius Scottus, Placentinus, Orationem de Annunciatione, & alia. Ludouicus Magnerius, Pariſinus, Paraphraſim poëticam in Magnificat; & præterea quod Marraccius non vidit, Pſalterium B. Virginis, ſiue Roſarium verſibus Lyricis, ac votum Deiparæ Matri pro Chriſtianiſſimo Rege & Regno: prædictum Pſalterium priùs vocauerat Roſas Parthenicas Deiparæ Virginis cultoribus propoſitas. Paulus Scherlogus, Hibernus, inſtar torrentis ruit in laudes Marianas

Libro illo quem ſcripſit ſuper Canticâ Canticorum: duarum & viginti ſectionum præclaras Epigraphes exſcribit Marraccius, quas hîc breuitatis cauſâ dimitto. Scipio Sgambatus, Neapolitanus edidit Latino ſermone orationem de B. Virgine Lauretana Nikelpurgenſi in Morauia. Siluester Petra ſancta, Romanus, Explicationem Litaniarum B. *Virginis Mariæ*. Iam verò ex Theatinis, Dionyſius Dentice, Neapolitanus, in laudem *V*irginis Italicè ſermones quatuor edidit. Iodocus a Dudinck, Canonicus Reſenſis, & Paſtor Vinenſis ad Rhenum ſcripſit Coloniæ, Synopſin Bibliothecæ *Marianæ*, ſiue Recenſionem omnium Authorum, qui de B. *V*irgine Maria ſcripſerunt; item mundum Marianum, id eſt, Specificationem omnium mundi locorum in quibus *B. Virgo* Deipara miraculosè colitur. Ioannes Baptiſta Noulleau, Gallus, Theologiæ Doctor, Gallicè euulgauit Eleuationem ad ſanctiſſimam Virginem in eius feſtiuitatibus. Ludouicus Centnflorenius, Italus, Theologiæ & Iuris vtriuſque Doctor, atque in Romana curia Aduocatus, opus dedit cum hac prænotatione: Clypeus Lauretanus aduerſus Hæreticorum ſagittas. Stephanus Tharaut, Gallus, Presbyter, Pariſiis excudit Occupationem ſpiritualem circa virtutes & Affectus glorioſæ Virginis Mariæ. Denique Lælius Guiccionius mortuus eſt cùm antè edidiſſet Romæ Hetruſco carmine in laudem B. Virginis Capitulum: De hoc Marraccius, vt de Lucenſi & conciui ſuo, plura ſanè recenſet, ſed nihil vberius, & ad gloriam Marianam illuſtriùs, quàm quod profert de teſtamento eius, in quo Lælius non tantùm ſenſum ſuum & tenerum amorem in Deiparam prodit: verùm multa donaria legat in varias ædes & Imagines Mariæ conſecratas. Nunc autem

## Anno mundi 5627. Chriſti 1644.
## Innocentius decimus Vrbano octauo ſuccedit.

A QVo tempore in Inſula Thera, quam vulgò Santerinenſem vocant, fœlicem mortem oppetiit Pater *Simon* Fournier Societatis Ieſu, inexplebilis vir zeli animarum, qui viaticum Dominici corporis aſſumere voluit die ipſo *V*iſitationis B. Deiparæ, & quinque pòſt diebus, hoc eſt, ſeptimo Iulij, paulò antequam animam efflaret, Litanias Diuæ Virginis alterna cum alio dixit, atque inuocata Virgine ceſſauit viuere. Annum ſuæ mortis longè antè præſciuit, vt ex ſcriptis eius deinde cognitum eſt. *Sic* habet Relatio Santerinenſis ſcripta à Franciſco Richard cap. 6.

B Londini verò publico ſupplicio interemptus eſt Rodolphus Corbi Societatis Ieſu ſacerdos, & eo quidem nomine interemptus, quòd eſſet Catholicus Presbyter & Ieſuita. Dedit hoc *Deus* deuotioni eius in S. Deiparam, in cuius Annunciatione eſt natus, vt in Natiuitatis Mariæ peruigilio animam martyrio redderet, quæ cum gaudio cælum ſubiret, Mariam ibi laudatura, vbi Regina iamdudum illa ſedet, æternumque ſedebit. Ita libellus de eius martyrio ſcriptus, qui tamen videtur ſtilum Calendarii veterem ſequi: quomodo etiam illũ ſequitur vita Rodolphi apud Alegambe in mortibus illuſtribus, in qua hæc etiam leguntur Rodolphi verba ſcripta ad Superiorem ſuum: Tandem lata ſententia lætus ego, ad Neoportam carcerem meum reuerſus, illic expecto benedictum illud ac fœlix ſabbatum, quod peruigilium eſt glorioſæ Natiuitatis, cuius ſancta interceſſione ſpero equidem fore, vt ad nouam ac ſempiternam vitam renaſcar. Quod vtinam mihi infinita Dei bonitas, per eiuſdem Deiparæ Sanctorúmque omnium preces ac merita largiatur. Amen. Hæc ibi.

C Aſt in vicinis Lotharingiæ agris, etiamnum hoc anno prodigiis claruit Beatiſſima Virgo de Benedicta valle. Inſignis fuit ſuſcitatio pueruli, quem Matthæus Vuiot illius pater, ſacris vndis baptiſmi circumablui conſpexit, vt habet eiuſdem Diuæ hiſtoria.

D In Luxemburgo Diua Conſolatrix Elizabetham Manon vexatam à dæmone ſpatio ſeptem ac viginti annorum, & nunc inuiſibili perſecutione, nunc viſibili, ab eo laceratam, perculſam, proiectam, moliram; poſt varias ad *S.* Humbertum, alióſque ſanctos peregrinationes, ſine illo, qui ſperabatur, fructu ſuſceptas perfectè liberauit, & tranquillitati filiorum Dei reddidit. Varios præterea exemit a periculo ſubmerſionis, à paralyſi, ab vlcerum moleſtiſſimorum putrefactione, ſimilibuſque morbis.

E Sed nihil illuſtrius, quàm quòd, nouo ſobolis genere, imago in omnibus Luxemburgicæ imagini ſimilis, ſculptura, magnitudine, forma, & Duacum tranſuecta, ibique honorata, inſignis cœpit portentis eſſe & gratiis; reſtituitque auditum ſurdis, & hydropicis ſalutem, necnon alijs ægrotantibus firmitatem, vt videre eſt in hiſtoria ſæpè citata Diuæ Conſolatricis.

F Et hîc breuiter delibo Scriptores Marianos, quos ex variis locis vnum & viginti præbet nobis hic annus. Ex Præmonſtratenſibus; Philippus *V*an Heeſvvinkel, Paſtor in Duffel, lingua Belgica Antuerpiæ edidit Miracula S. Mariæ Bonæ voluntatis. Ex Ordine S. Mariæ de Mercede & Redemptione Captiuorum, Ioannes à S. Onuphrio Meſſanæ excudit diſcurſum de *B. Virgine* prænotatum, Æmula cæli ſingularis Meſſanenſium Protectrix. Ex Minimorum familia; Ioannes du Rozier Bononiæ prælo commiſit, Regum Palladium, ſiue de fœlicitate Principum qui Deiparæ Imaginem cùm in pace tum in bello venerationis ergo ſupra ſe geſtarunt, ex Arcæ fœderis prodigijs aſſumpto parallelo. Ex Minoribus; Stephanus Toſus ſcripſit de ſanctitate Capellæ *S. Mariæ Angelorum* & Indulgentia ei conceſſa *Tractatus* duos. Dominicani ſcripſere quatuor; Antonius *M*accus, Dominicus Paulaccius, Hyacinthus Maidalchinus, Conciones ac diſcurſus Prædicabiles. Ioannes autem Rebac de *S.* Maria, Gallus, Roſarium perpetuum ſanctiſſimæ ac ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, quod editione tertia hoc anno prodiit Pariſijs. Ex Societate Ieſu, item quatuor commiſerunt typis, Balduinus Cabillanus, *Belga*, opus inſcriptum, Venatio ſacra, ſiue Puer



Digitized by Google

B. Virgine amiſſus : qnod opus conſtat octogiota Elegiis, & Louanii impreſſum eſt. Hippolytus Maria Pergamo, Pedemontanus, Orationem de epiſtoia *Mariana* ad Meſſaneoſes. Nicolaus Bandellus, Romanæ nomus *Vi*cepræpoſitus, Diſputationem de cultu hyperduliæ *Virgini* eahibendo, quam tomo ſecundo ſuæ Theologiæ *Moralis* Lugduni immiſcuit. Placidus Samperus, *Meſſanenſis*, Iconologiam B. Virginis Meſſaoeoſium Protectricis, libris quinque. *Inſuper* ex Clericis Regularibus Marria Dei; *Viocentius* Guiniſius, Lucenſis, cum Neapoli io honorem puriſſimi Cordis *Diuæ* Virginis Congregationem quandam ſæcularium inſtituiſſet, reliquit Eaercitia deuotioois in honorem puriſſimi Cordis Mariani. *Antonius* item Siluestrius, Elogia ſeptem de feſto S. Mariæ ad niues. *At* Nicolaus *B*aldonius Barnabita ſiue Clericus Regularis S. Pauli, vulgauit opus Italicum prænotatum, Sagittæ Paſſioois Chriſti in corde Virginis diſcurſibus ſeptem. *V*lteriùs tradidit Romæ typis Carolus Tita, *S*eminarii Vaticaoi Clericus, Orationem de feſto Mariæ ad oiues, ſed ſub hoc titulo; Nix *A*uguſtalis Caſtitatis & Charitatis connubium. Iacobus Philippus Thomaſinus, Patauii edidit Hiſtoriam Diuæ montis Ortoni Hetruſcè deſcriptam; fuit hic, ex Canonico ſæculari Congregationis S. Georgii in *A*lga Venetiarum, factus Epiſcopus Æmooienſis, ſiue ciuitatis Nouæ in Iſtria. Ioannes Franciſcus Maria, Sacerdos eruditus, Italus, Rhythmicum euulgauit Romæ Canticum in Deiparæ laudem. Petrus Deueae, Gallus, Riuenæ Prior, & *V*cetenſis Officialis, Lutetiæ excudit Imaginem perfectionis, ſeu vitam Matris Dei. Sed & Petrus *D*auberoche, itidem Gallus, fœtus ingenii Lutetiæ reliquit: Prærogatiuas Auguſtiſſimæ Virginis, cum lectiſſimis ad eam precibus, ea eius attributorum Paraphraſi; item Eacellentias Matris Dei, cum precibus pro Rege & Regno, & famulis Mariæ. Demum Iacobus Merlo, Germanus, B. *M*ariæ in Paſculo Coloniæ Paſtor, opuſculum ſcripſit in ſex capita diuiſum, de culto *V*irginis & veneratione, ac tandem piè vitam cum morte commutauit 20. Aprilis. De his omnibus diſſerit abundè Marraccius.

## Anno autem mundi 5628. Chriſti 1645.

A NOn minùs continuarunt frequentia ſiue Duaci, ſiue Luxemburgi fieri miracula. Ioanoem Comitem Viltenſem ſanauit pietas Virgiois à continna & violenta cordis agitatione, ſeu ſpaſmo; à lethali apoplexia; à lienis oppreſſione : quorum fauorum recordatione oon tantùm idem Comes argenteam lampadem Loxemborgum miſit, quæ die nocteqúe coram Diuæ Conſolatricis arderet imagine; ſed ipſe per ſeſe locum inuiſere voluit, ac reipſâ inoiſit, & coram Virginis ſtatua ſolemnem hymnum cantari præcepit, *Te Deum laudamus*; ſuſceptoqúe Sacramento confeſſionis etiam ſacro Chriſti epulo refici voluit. Franciſcum Geſſy Capitaneum in eaercitu, Tribunum Maiorem, & oblitum voti quod Virgini fecerat, ob ſuſceptam ab ea liberaliter ex morbo ſalutem; iterum vexauit, ſed diriùs, eadem ægritudo; quæ tamen confeſtim remiſit vbi renouata eſt prittini voti emiſſio. Eadem Dioa ſanauit a ſtranguria quemdam Ioanoem Muno, ab inflatione totius corporis Mariam Sarburgam, ab epilepſia inueterata *A*nnam Bricheux Sommerenenſem, & Valenceoenſem quamdam puellam a ſortilegio. Ita prædicta hiſtoria.

B Io pago autem Gerbeuilleoſi, qui eſt Lotharingiæ ſuperioris, puer quidam quinqueonis, vocatus Domioicus Alix, ex alto in petras decidens, cranio effracto ſublatus eſt, cerebro etiam nonoihil per ſciſſas partes, cum certo mortis præſagio, erumpente. Erat tunc dies vigeſima quinta *A*prilis, & deſperatus à medicis puer, Diuæ Virgini Auailiatrici à parentibus commendatus, viſus eſt cóualeſcere cœpiſſe, imò & breui ſanatus eſt, atque hoc viſo recreatus : vidiſſe ſe dixit Patroonum ſuum S. Domioicum ſupplicem Diuæ Virgioi factum, petentemqúe ab ea Clientis ſui ſaoitatem, Virgo annuit, & ſanitas potiſſimùm data eſt, cum conceſſus eſt ægro Scapolaris Diuæ Mariæ de Carmelo à Patribus Carmelitanis pagi Gerbeuillenſis. Hæc omnia conſtaot ex proceſſu verbali de ea re facto cuius apographum habeo præ manibus, & iamdudum conſeruo.

C In Huronum oris, etiam hoc anno emicuit virtus miraculorum Beatiſſimæ Virginis. Michaël Exouaëndaën, Algooquinus, graui morbo langueſcens, & omoi fermè oeceſſariarum rerum ſubſidio priuatus, aoditis fauoribus quos Lauretana Virgo diſtribuere ſolet iouocantibus eam, addiſcenſqúe ſimul in Reſideotia S. Mariæ, quæ eſt apud Hurooes, Imaginem exſtare Lauretanæ Virgiois, animoſior factus ſtatuit eò prorepere, ſeſeqúe quâ fulcris, quâ maoibus pedibuſqúe trahere, vt ibi & Virginem hooorer, & ſuas illi eaplicet miſerias. Iooeptum iter ſæpè deficientes vires impediunt; ſuggerit tamen eas nonnunquam inuocata per viam Deipara, & tres admodùm leucæ quindecim horis abſoluuntur. Intratur denique ſacellum, panduntur linguâ cordis miſeriæ & vota : obtinetur valetudo corporis, ſine fulcro vel baculo domicilium repetitur. Sic Relatio Huronica huius anni, à Petre Paulo Ragnean, Societatis Ieſu ſacerdote, conſcripta.

D Poſt hæc ſuggeruntor à Marraccio viginti circiter homines qui ſcriptis operibus *Diuę* Virginis gloriam extenderunt. Ea non Religioſis Ordinibus ſunt, Primus, Abrahamus Ecchellenſis, Maronita; Orieotalium linguarum Profeſſor in almo Vrbis Romę Sapientię Gymnaſio, qui vulganit Canticum de Maria & Magis. Secundos, Aotonius Glielmius, Neapolnanus ſacerdos, quem hoc anno mori contigit, cùm edidiſſet diſcurſum de ſimilitudine vteri *B.* Virginis cum ſinu ęterni Patris. Tertius, Auguſtinus Maſcardus, Ligur, & Rhetoricæ Profeſſor in almo *V*rbis Romę Gymoaſio, qui in lucem emiſit in laudem Virgiois, Euchariſticon Parthenium; Epithalamium; Emblemata & Epigrammata varia. Quartus, Bernardinus Sanctinellus, Poëta inſignis, Venetiis edidit carmine Italico opus prænotatum, *V*irgo Sponſa. Quintus, Brotos Gottifredus, Romanus, excu-

dit Triumphum miraculoſæ Imaginis Geoitricis Dei ab Archiconfraternitate immaculatæ Conceptionis & Stellarij, in templo S. Laureotii in Damaſo de Vrbe, religioſiſſimè cultæ. Sextus, Franciſcus Yago de Soria, Catholici Regis Philippi quarti Capellanus, edidit Romæ Hiſpanicâ linguâ Sermonem de laudibus domûs Lauretanæ. Septimus, Hugo Auignoneus, Aduocatus Aniciecſis, Gallico idiomate conſcripſit, Hiſtoriam Dominæ noſtræ Podienſis, ſeu Anicienſis. Octauus, Ioannes Baptiſta Magdalenus, Italus io lucem emiſit Summarium miraculorum S. Mariæ de monte Carmelo. Nonus, Ludouicus Iacobillius, Italus Sacerdos, elucubrauit opuſcula varia; vnum de variis orationibus & deuotiooibus ad B. Virginem; alterum de modo ſalutandi eam qualibet horâ; tertium de ſeptem eius tom doloribos, tum gaudiis. Iſtis decima adiungenda eſt, Domitilla Zannetti de Cecchatellis, mulier Romana, quæ ſcripto opuſculo prænotato, Domioica cæleſtis, materna linguâ ſuum in Deiparam affectum teſtatum reliquit. Ex hominibus Religioſis; Didacus Chriſtiani, & Ioannes Paulus Bimbaccius, ambo Minoritæ, ſcripſerunt; hic Italicè deuotionem ſanctiſſimi Nominis Mariæ; ille Breuiarium Virginis. Scripſit & Simon Martin, ex familia Minimorum, excuditqúe Pariſijs, Hiſtoriam ſanctam mulierum illuſtrium veteris Teſtamenti, quæ omnes ſunt figuræ expreſſæ beatiſſimæ Virginis. Sed & Iſidorus de Luce, de Redemptione Captiuorum, edidit Examen veritatis pro immaculata Cooceptione; & de eadem orationes duas. Ex Societate autem Ieſu quinque minimùm laborarunt. Ludouicus Albritius, Eccleſiaſtes Pontificum Vrbani VIII. & Innocentij X. patriâ Placentinus, qui de Annunciatione Concionem, præter alia varia in publicum dedit. Carolus Franciſcus de Luca, Romanus, edidit Pragæ typis Academicis Carmen Elegiacom ſub titulo; Immaculata Conceptio, à Ferdinando tertio Cæſare io columna dedicata. Porrò de hac columna ſermo erit anno ſequente Chriſti 1657. Iterà B. Ludouicus Ianinus, Nantuaous, contraxit ex fuſiore opere Gallico Franciſci Poiræi, Coronam Auguſtiſſimæ Dei Matris ex præſtantiſſimis ipſius dotibus triplici ordine contextam; & latinè vulgauit. Paulus Belli, Meſſanenſis, ſuæ io patriam perpetuæ obſeruantiæ, & in Deiparam eximiæ pietatis argumentum dedit ſub hoc titulo: Gloria Meſſanenſium, ſiue de Virginis Deiparæ epiſtola ad Meſſanenſes ſcripta; Item euulgauit Millelogium Encomiaſticon Marianum; &, ſuppreſſo ſuo nomine, Coronam ſanctiſſimæ Trinitatis in honorem B. Virginis cum modo eam recitandi. Gaſpar Tauſch, Germanus, publicauit Coloniæ libros tres, de ſanctiſſima Matre doloroſa. Quibus addi debet Ioaones Martines de Ripalda, qui valde fuſam diſputationem emiſit in lucem de Maternitate Dei ſanctificante: quæ diſputatio ab omnibus ſine dubio probationem haberet, ſi quàm honorifica tam certa & tuta contineret. Præter iſtos ſcripſit Balthaſar Guiniſius opoſculum de Mancipiis B. Virginis; erat hic patriâ Lucenſis, & de Congregatione Clericorum Matris Dei. De mancipiis iiſdem opoſculum edidit Bartholomæus Coce, Siculus, Clericus Regularis: Et Hieronymus Matranga Clericus item Regularis & Siculus, edidit ſacras Hyperboles Dei & Mariæ decem diſcurſibus Academicis. Iam verò.

## Anno mundi 5629. Chriſti 1646.

A MEminit rurſus Luxemburgeoſis Diuæ hiſtoria variorum fauorum à Deipara hoc anno conceſſorum. Humbertus de Gondrecourt Lotharingici caput & Protopræſes Parlamenti, voto ritè concepto, confeſtim ægritudinem depoſuit, quam lethalem medici aſſerebant, & ita depoſuit, vt ſequente die ſe itineri dederit, & Sirkio profectus ſit Treuiros perfectè incolumis. Similem Deiparæ miſericordiam ſenſit Anna de Lounon variis exempta doloribus; Gerardus Vigny & Iacobus Farri ſanati ab hernijs; Simoo Bur à cæcitate oculorum; Suſaona Satvvolingeo à tibiarum vlceribus, necnon alij à malis aliis.

B In Cocincina autem Aſiæ regione, duo oobiles Catechiſtæ ſuum pro fide Chriſti ſanguinem martyrio fuderunt, Vincentius & Ignatius: & ſeſe inter mutuos amplexus vnaomneſque inuocationes nominum Ieſu & Mariæ obtulere tormentis & gladiis ſoorum. Notatum eſt à Chriſtianis & publico teſtimonio ſigoatum, abſciſſum caput Ignatii, non ſemel ſed ſæpiùs repetita nomina Ieſu & Mariæ proountiaſſe. Quippe inuocata Maria in vita & in morte, poſt mortem quoque inuocata ſalus eſt. Hæc habet Relatio Cocincinenſis per Metellum Saccaoo Societatis Ieſu hoc anno conſcripta cap. 2.

C Habet etiam Nouæ Franciæ Relatio cap. 3. fœlicea obitus Patris Annæi de Noüe, & Patris Eoemundi Maſſe, vtriuſque Societatis Ieſu, & vtriuſque in Deiparam vehementer deuoti. Et quidem Enemundus Maſſe ab ea obtinuit meliorem vim oculorum, ne nouitius factus, Societatis repulſam ſuſtineret: obtiooit etiam indubitata ſigna ſuæ in ſtatu ſuo & in Religione perſeueraotiæ; atque in extremo morbo poſitus, cùm nec loqui, nec aſpicere, nec niſi ægrè ſeſe mouere poſſet; ſemper tamen paratus erat, attentus & intentus, imò etiam auidus audire Virginis encomia atque S. Ioſephi. At verò Annæos de Noüe io media Canadenſium niue, flexis genibus, brachijſqúe crucis in formam cancellatis, ab omni humano longè remotus auxilio, animam exhalauit die ſacra Purificatæ Deiparæ. Qua eum die obiiſſe creditur in compenſatiooem ſuæ in B. Matrem Domini pietatis ac cultûs, io cuius hoоorem quibuſque ſabbatis ieiunium ſeruabat, dicebatqúe quotidie paruum Officium conceptionis eius, ſermoneſqúe miſcebat de eius præconiis mira corporis & animi conſolatione ac plauſu.

D In eadem Relatione de Miſſiooibus ad Hurones cap. 7. meotio fit de euitata morte beoeficio Virginis, quando Patres Claudius Pijart & Leonardus Gareao inter glacies intercepti, inuocata Virgine, euaſerunt. Et eorum ſeruus deuius inter niues, fatigatus item ac fame & frigore enectus, mortemqúe iam cogitans, implorata eadem Deipara, recitataqúe Antiphona:

*Sub tuum præſidium confugimus Sancta Dei genitrix*; ſemitæ veſtigium reperit, vireſque accreſcere ſenſit, quâ demum ſemitâ emenſâ redditus eſt Patribus, atque duobus Algonquinis, à quibus ſuſceptus eſt, & velut proles poſtliminio demum reperta, cum charitate procuratus.

E Hoc verò adhuc anno claruerunt Scriptores Mariani, & quidem circiter nondecim ex ſolis Religioſis familijs; quos quatuor alij non Religioſi comitantur. Nam Alexander Conſedentius, qui de Virgine deſcriptiones varias Italicè fecit, Canonicus ſæcularis fuit S. Georgii in Alga. Et Guillelmus Gibieuf, qui vitam & magnitudines Deiparæ tradidit, *Sacerdos* Oratorii in Gallia vixit. Bartholomæus autem Tornletus; & Simon Starauolſcus, ne quidem *Sacerdotes* aut Clerici extitiſſe noſcuntur: quorum hic Romæ dedit Veſtem Marianam, ſiue Orationem de Scapulari; ille ibidem Cantiones & Carmina de laudibus Virginis, præter alia quæ parata ſeruat. At ex Religioſis, Ambroſ. Landuccius, Auguſtinianus, ſuæq; Cõgregationis iam bis Vicarius Generalis, edidit Romæ Originem ſacri templi *S. Mariæ* de populo apud portam Flaminiam in Vrbe. Ioannes Maſius, & Calixtus *Miſſanellus*; hic Dominicanus, ille Præmonſtratenſis, ſcripſerunt, poſterior libris quindecim Regulam, Conſtitutiones, Exercitia ſpiritualia, & Ceremonias Congregationum ac Societatum ſacri Roſarii: prior verò libellum de ſacello Deiparæ *V*verthenſis & de miraculis ibidem factis. Deinde ex Minoribus; Lucas à Monte forti opus publicauit cum hac epigraphe: *S*edes ſapientiæ ſeptem ſuffulta columnis. Ex Capucinis autem; Gregorius Valentianus Commentaris in *Aue maris ſtella*, & *O glorioſa domina*, & *Quem terra pontus* &c. Fauſtinus Gedeon, *S*eptizonium Marianum, hoc eſt de Nominibus Deiparæ opus nouiſſimum in ſeptem libros diſtributum. Florentius ab Hanſvvych, Cornucopiæ Concinnatorum de B. *Mariæ* myſteriis edidit. Ex *S*ocietate, Bonifacius Conſtantinus, *S*abaudus, ſcripſit opus de Virgine prænotatum, Hexameron, ſeu duorum mundorum magni ſcilicet & Virginei comparatio inter ſe, & cum exemplari, quod eſt Chriſtus *Deus* & Homo. Similiter Laurentius Chryſogonus, Dalmata, Mundum Marianum in tres partes diſtinxit, Archetypum, Cæleſtem, & Sublunarem repræſentatum: Huius prima pars, quæ appellatur, Maria ſpeculum mundi Archetypi ſeu diuinitatis, prodiit hoc anno Viennæ. Hieronymus item Petruccius, Poëta præclarus, Iambicos plures effudit de Epiſtola Deiparæ ad Meſſaneoſes, quos inſcripſit, Votum *Meſſa*nenſium: in quorum verſuum œconomia illud mirabile eſt, vt quilibet verſus non ſolùm ordine retrogrado, ſed quaquauerſum mutetur & inuertatur (variari autem poſſunt ad quadragies millies & vltrà) eodem ſemper metro ſenſuque conſtet; vt ſint, quod de Pauone dixit Tertullianus, *ſemper ijdem, nunquam ijdem*. Ex Ordine S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Marcus Salmeron, Caſtellanus & ſui Ordinis Magiſter Generalis, edidit librum vnum, De Excellentiis Deiparæ, & de Conceptione Conciones plures. Ex Ordine Oliuetano; Benedictus de Angelis, Neapolitanus, de Conceptione immaculata opuſculum compoſuit. Ex Theatinis; Michaël Gillerius, Romanus, & in notitia linguarum Hebraicæ ac Syriacæ inſtructiſſimus, iteratis prælis emiſit Expoſitionem ſuper Cantica Canticorum de B. Virgine. Ex Clericis Regularibus Matris *Dei*, ipſe Generalis Dominicus Tuccius, Lucenſis, ſcripſit vtiliſſimas Meditationes de præcipuis B. Virginis Mariæ myſteriis; & Breuem deuotumque modum fructuosè recitandi Coronam duodecim ſtellarum in honorem matris Domini. Similiter Ludouicus Marraccius, Lucenſis item & eiuſdem Congregationis, præter quàm quòd vertit è Latino Arabicè Officium Virginis; & ex Græco in Latinum Emanuelis Palæologi Imperatoris Canonem deprecatorium ad Deiparam; etiam ſcripſit in feſto S. Mariæ ad niues Poëmata & Orationes varias; videlicet Æſtatem Niueam Marianam; Philtron oliueum Marianum; Montem in vertice montium; Templum Exquilinum &c. *D*enique ex Ordine Clericorum Regularium Minorum; Ludouicus Monaco, *Meſſanenſis*, *Virginem* dolentem ſex Concionibus in publicum dedit; item *Virginis* dolentis viginti Affectus. Quæ omnia fuſiùs recenſet Marraccius in bibliotheca, quibus etiam adiungit Cæliam Landucciam, Monialem Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, patria Senenſem, *A*mbroſij Landuccii, de quo paulò antè locuti ſumus germanam ſororem, edidiſſe Italica lingua de excellẽtia Mariani nominis opuſculum prænotatum, Cælum Marianum. Addo autem veniſſe in manus meas Ethicam Chriſtianam Didaci de Roſis Societatis Ieſu, quam hoc anno Romæ excuſam conſtat complectentem libros quatuordecim, quorum decimus tertius impenditus in veneratione & cultu Deiparæ Virginis. Iam vt redeamus ad Nouam Franciam & ſupracitatam Relationem eius.

## Anno deinceps mundi 5630. Chriſti 1647.

A Omitti omnino non debet, quod eadem Nouæ Franciæ Relatio commemorat de quopiã Gallo; qui cùm in ſiluas penetraſſet, puellam Canadenſem ibidem aduertit ſuper niuis planitiem & genua flexiſſe, & genuflexam manu voluere coronam precariam; oculiſque ad cælum conuerſis, magna attentione, deuotione, modeſtia, orare. Quæ res Galli huius ita pupugit pectus, vt non ſine quadam erubeſcentia diceret, mirum admodùm eſſe Chriſtianos Europæ, in quibus viuidior fidei ſplendor & illuſtrior quàm in Barbaris eſſet, tam pigros tamen exiſtere in ſuis ad Deum precibus, in Deipara colenda, in honorandis Diuis; & à Barbaris ſuperari.

B Mirum verò eſt, quod narrat Santorinenſis Relatio chap. 9. de deuotione Græcorum erga D. *V*irginem; cuiuſmodi pietati communiter attribuitur, quòd Græci ipſi *M*ahometiſmo non ſeſe inuoluant & inquinent. In Græcorum ergo domicilijs ordinariè ſpectatur Deiparæ Imago, ad quam in impeditis negotiis fidenter confugiunt, vota offerunt, agunt gratias, & cum

reuerentia manum admouent & tangunt, ac denique figunt oſcula. Multò verò magis viſuntur ipſorum in Eccleſiis, iſtiuſmodi S. *Virginis* Imagines, quas cerei ardentes & lampades accenſæ aliquanto numero condecorant. Ieiunatur ab eis in Virginis honorem Quadrageſimai integra ante Natalitia Chriſti: ieiunatur & quindecim diebus ante Aſſumptionem, & tam rigidè à pleriſque vſurpatur hoc ieiunium, vt abſtineant à carne, à piſcibus, à lacticiniis, à vino. Adde his eleemoſynas in honorem Virginis ab iiſdem côceſſas, ſiue cùm ſe itineri cômittût ſiue cum indidē redeunt. Adde & numerū propemodùm incredibilē têplorū in eiuſdem Virg. cultum vbiq; in Græcia dicatorum. In ſola quãuis exigua & modici nominis ac ſpatii Thera inſula, templa recenſentur minimùm quinquaginta; nec facile eſt reperire Græcos, qui non in morte participem faciant hæreditatis ſuæ *Deiparam* Virginem: aut agrum illi, aut vineam, aut quid ſimile velut teſſeram amoris, diſpertiunt. Quid mirum ergo ſi eximijs eam elogijs paſſim honorant, ſi Panagiam communiter dicunt? Hæc quidem Græcorum deuotio iamdudum & viget & floret; ſed quia his quoque temporibus vires retinet, & de ea fit à Frãciſco Richardo honorifica mentio in Relatione Santerinenſi, qui inde ſumit occaſionem pium Francorum in eadem Thera inſula habitantium affectum in Deiparam explicandi: quorum feruor, tum in Confraternitate Roſarii, tum in Sodalitatibus Virginis, quæ in domibus Societatis frequentantur, tum in ſolidæ virtutis variis crebriſque exercitiis maxїmopere elucet; propterea non abs re fuit hæc breuiter ſaltem & quaſi per tranſennam ſtrictim aſperſiſſe, quæ gloriam *Diuæ Virginis* aliquantùm concernunt.

C Iam verò nomina Scriptorum & operum leuiter percurramus hoc anno Diuæ Genitrici Domini ſolitâ induſtriâ adlaborantium. In primis Conſtantinus Caietanus, Benedictinus, vir Romæ Pontificibus Clementi octauo, Paulo quinto, Gregorio decimo tertiò, Vrbano octauo, atque Innocentio decimo pergratus, edidit libros duos de nummis & numiſmatibus in honorem Diuæ Virginis cuſis; item tractatum vnum de claue domûs Lauretanæ, quæ extat in Sacrario *Monaſterii* S. *Mariæ* Farfenſis in Sabinis; Et de diuino cultu Genitrici Dei à S. Benedicto & eius alumnis exhibito. Poſteà ex Auguſtinianis, Bartholomæus de los Rios & Alarçon, Hiſpanus, Regius *Madriti* Eccleſiaſtes, libros ſex euulgauit de Hierarchia *Mariana*; item Horiſontem Marianum, ſiue Tractatus nouem de excellentia & virtute Virginis in feſta eius quæ per circulum anni celebrari ſolent; & Tractatum de nomine Mariæ; necnon Phœnicem Teneniem è cineribus rediuiuum per Sodalitatem Mancipiorum *Deiparæ*. Ioſephus quoque à Leprignano, qui Concluſiones publicas de miraculis & Gratiis quæ à Virgine recipiuntur; et Votum de titulo immaculatæ Conceptionis; et Tractatum de Excellentia Virginis ſuper omnem creaturam in vita, in morte, in gloria. Ex Capucinis; Bernardus Robertus, Italus, Neapoli ſcripſit Palmam *Virgineam*, ſeu Itinerarium animæ ad palmam Virgineam, tomis quinque. Et Franciſcus *Maria* de Piſtorio Tractatum vnum tres in partes diuiſum edidit de origine & progreſſu Stellarii. Ex Sociis noſtris, Emmanuel de Naxera, Toletanus, excudit Lugduni de Rabab & arca figurata, ſeu de *Virgine Maria*. Sidronius Holchius, Belga, valetudini reſtitutus votum Matri miſericordiæ carmine Elegiaco obtulit. Ioſephus Spucces, Siculus Tractatum euulgauit pro immaculata Conceptione. Et Ioannes Baptiſta Appianus, Taurinenſis, publici iuris fecit Iter oratorum Meſſanenſium ad *Dei* matrem pie conſideratum. Ex Theatinis, Ioannes Azzolinus Italicè ſcripſit Paradoxum in feſto Natiuitatis Deiparæ prænotatum, Puppa loquens. Præter hos, Antonius Iulius Brignoles Franciſci Brignolæ Ianuenſium *Ducis* filius, eleganter Italicè compoſuit librum de Roſario. Franciſcus de Angelis, Peruſinus, Sermones duos. Oduardus Ceccarellus, Romanus, de Imagine S. Mariæ in portico Eccleſiæ S. *Apollinaris* de *Vrbe*. Ioannes Baptiſta Pallerus, Romanus itidem, ſed præterea Pictor, Poëta, *Muſicus*, Architectus, Poëma carmine Italico de excellentia Lauretanæ domûs.

D Ad hæc autem Ioannes Nadali in ſupplemento *Victimarum* Charitatis, quas Alegambe inchoauerat, hoc anno in prouincia Franciæ mentionem facit egregii Deiparæ famuli Rodolphi Houſſin Societatis Ieſu Sacerdotis, qui ex peſtilente febri in caſtris obiit 26. *Auguſti*, dum ægris à contagione militibus indefeſſus adeſt, id quod iam ſeptennio cum laude præſtiterat. Magnus omninò fuit, inquit author citatus, Auguſtiſſimæ cæli Reginæ, ac ſuauiſſimi ſui comitis Angeli cliens. Quapropter ab illa horis aliquot ante mortem coram præſente fertur teneriſſimo ſolatio recreatus, & ab Angelo propè adſtante atque conſpecto creditur animatus, cùm eleganti ſpecie iuuenem ſe coram videre iterum atque iterum affirmaret. Nunc autem

## Anno ſequente mundi 5631. Chriſti 1648.

A POrrigit nonnulla prodigia India Orientalis noſtræ *Dominæ* non parum glorioſa. Etenim in Relatione Prouinciæ *Malabaricæ*, quam Ioannes Maracci Congregationi propagandæ fidei, anno 1649. menſe Aprili obtulit, vbi verba ſunt de miſſione Cocinenſi; mentio etiam fit quorumdam cereorum atq; funalium, quæ mutuò conceſſa Eccleſiæ parœciali, quam cera neceſſaria defecerat, reddita poſt ſolemnitatem in qua luculenter arſerant, & relata in Sodalitatem Beatiſſimæ Virginis, vnde mutuò accepta fuerant, reperta ſunt nulla parte ponderis diminuta fuiſſe: Quod grauiſſimos viros in ſtuporem coniecit, præſertimque Patrem Bartholomæum Borguntium, patria Genuenſem, & in Cocino Theologiæ Profeſſorem; qui omnes confeſſi ſunt iſtud eſſe opus Mariæ.

B In Huronum deſertis, cum plurimis aliis ab Hiroquæis prædonibus capta eſt & à patria auulſa bona mulier Chriſtiana, Martha Andioura nomine. Quæ cùm totum penè per iter recitata precaria Corona Virginem inuocaret,

male hac cauſâ à nonnullo hoſtium habita eſt & Roſario priuata, iſto inhibente terriùs, ne preces effunderet. Verùm, quod ſileodum non fuit, & ipſa, non multò poſt, prima liberata eſt, & ille ipſe hoſtis primus omnium conſtitutus captiuus. Hoc ſcribit Relatio Huronum cap. 5. an tricntem, hæc, inquam, relatio quæ facta eſt pro annis 1647. & 1648.

At in Relatione Huronum pro annis 1648. C & 1649. ſecundo cap. commemoratio fit de quadam inſula Ekaentoton dicta, in quam transmigratum eſt Autumno huius anni, quæ que nominata eſt in honorem Diuæ Mariæ, Inſula B. *Mariæ*. Verùm crebris infeſtantibus Hiroquæis poſtmodù relicta eſt, imò & totæ propemodùm Huronum Prouinciæ. Huius inſulæ diuitias, & ſoli pinguedinem, & opes, dignas quæ Virginis nomine obumbrentur, deſcriptas continet cap. 6. ſupradictæ Relationis.

Verum, vt ingenue fatear, nihil habet hic D annua illuſtrius, quam quod Vetus Gallia noſtra complexa eſt in perſona Margaritæ à Sancto Sacramento, Diſcalceatarum Carmelitarum Ordinis Monialis, quæ 26. die menſis Maij Belnæ in Burgundia cum magno odore ſanctitatis vitæ huius miſerias reliquit. De qua, vt prætermittam quam duros cum dæmonibus conflictus, quam aſperos pro peccatoribus pertulerit dolores, quantas perpeſſiones cruciatuum Chriſti ſit diuinitus experta, quantos fauores à Chriſto receperit crebertimè ab eo ſenſibiliter viſitata, edocta, & quod rarum priuilegium eſt, quandoque quidem ab Angelis; ſed aliàs etiam ab ipſo Chriſto Sacerdotali ſub habitu ſe ſpectabilem reddente, ſacro Euchariſtiæ pabulo mirabiliter paſta, quanto denique eiuſdem Chriſti infantiam deuotionis æſtu & induſtria amoris proſecuta ſit: dicam tantùm quæ ſincerum eius in Deiparam animum ac pietatem produnt; frequentiſſimum illi fuiſſe, etiam cùm vix quinquennis eſſet: honorare Beatiſſimam Virginem Chriſti infantia matrem. *Vt* primùm in *Mo*naſterium recepta eſt, ſpecialiter ſe eidem Beatiſſimæ Virgini obtulit, quam velut matrem & Dominam elegit, cuius maieſtatem, puritatem, gratias, dona, virtutes, quotidie mirabatur & venerabatur; quam vexata à dæmonibus implorauit, & imploratam ſtatim vidit, & lætata eſt ſibi adeſſe, ac malignos ſpiritus à ſe abigere. Eandem deinde quinquies & ampliùs geſtãtem filiolum Ieſum conſpexit, ac ſibi ſolatium dantem. Notabilis verò Septembris illa dies fuit (erat autem octaua Natiuitati ſacra Deiparæ) quâ *Margarita* Beatiſſimos cæli intuita eſt incolas, qui Reginæ Sanctorum palmas & coronas ſupplices offerebant, his adiectis verbis: *Natiuitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.* Nondum *M*onialis exiſtens liberata *Margarita* fuerat à cauſata per dæmonem ſenſuum oppreſſione; liberata autem fuerat beneficio *Sca*pularis, quæ deuotio, ſicut dictum eſt anno Chriſti 1250. literâ B. à *Beata Virgine* ſumit initium. Profeſſa autem, non tantùm ſacellum condidit in memoriam Chriſti infantiæ, cui tenerrimè afficiebatur; ſed præterea Corollam inſtituit conſtantem ex duodecim *Aue Maria*, ſiue ſalutationibus *Angelicis*, in honorem duodecim annorum infantiæ Chriſti, & ex tribus *Pater noſter* ſeu Orationibus *Do*minicis in memoriam Ieſu, Mariæ, Ioſeph, trium familiæ ſanctæ præcipuarum perſonarum. Vlteriùs ſacellum aliud vocauit *S. Mariæ prompti auxilij*, quia à diua *Virgine* promptiſſimè in ſuis poſtulationibus ibidem exaudiebatur. Quin & eo ipſo die, quo mortua eſt, ſpeciali quodam deuotionis affectu in Deiparam, viuebat omnia, quæ tum patiebatur, tum agebat, cum ſpirituali omni commercio, quod tunc celebrabatur in quodam ſui Ordinis *Mo*naſterio in quo feſtiuitas quædam Virginis matris piè agitabatur, videlicet Dominæ noſtræ gratiarum. Patent hæc omnia ex vita eius Pariſiis impreſſa anno 1654. quam ſcripſit Anonymus Oratorij Sacerdos.

E Patet verò etiamnum ex Marraccio in Bibliotheca Mariana Franciſcum Quareſmium, Minoritam, Italum, ſcripſiſſe varia opuſcula de Conceptione, Pulchritudine, Doloribus, Gaudiis, B. Deiparæ, tanquam fructibus vulnerum Chriſti: quæ opuſcula inſerta ſunt tomis illis, quos de Domini Ieſu vulneribus edidit Venetiis hoc anno. Scripſiſſe item Georgium Franciſcum Placby, Societatis Ieſu, Bohemum, cuius opus eſt Roſa Pentaphylla, hoc eſt, Quinque *Se*rmones Panegyrici in præcipua Diuæ Mariæ feſta Conceptionis, Natiuitatis, *A*nnunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis. Iã verò

## Annus mundi 5632. Chriſti 1649.

A INſignis ſanè fuit funeribus trium S. Mariæ eximiorum famulorum, quos Societas Ieſu Chriſto reddidit onuſtos virtutibus, & magnarum decore conſpicuos palmarum. Chorum, ſi non tempore, ſaltem dignitate ducit Vincentius Carrafa, Societatis Generalis, decimo octauo Iunij mortuus ad Deiparam iuit, cuius præſentiam ſpirabat & ardenter ſperabat. Sodalitatem eius Neapoli tantâ curâ adminiſtrauit, ſucceſſuque tanto; vt, ſicut nihil aliud cogitare, nihil aliud agere videbatur, ita omnes ad Deiparam, præſertim Nobiles, & ad *Deiparæ* virtutes diuinâ induſtria efferret. Iam à teneris annis ſepties ſingulis diebus de genu flexo Virginem ſanctiſſimam hac prece honorabat: O *Domina mea Sancta Maria &c.* Quolibet die ſabbati in eiuſdem honorem ieiunio corpus macerabat: Annulum in pede ferreum etiamnum portabat in ſignum ſeruitutis, quam, velut mancipium, *Deiparæ* vouerat. Decorem domus eius ſingulari ſtudio quærebat, non ornamentis tantùm, tapetibus ac pecunia, quibus etiam obſequium Virginis abundare curabat, ſed multò magis exercitio virtutum. Tam porrò charus ſanctæ Virgini fuit; vt ipſa non ſemel, ſed ſæpè dignata ſit viſibili ſpecie alloqui Vincentium, & tunc præſertim cùm æger decùberet, non eo quidẽ quo defunctus eſt morbo, ſed alio. Tunc quippe ei ſũma benignitate optionem obtulit vel vitæ vel mortis, quam ille optionem in *Magnæ* Matris, ſic enim Deiparam appellare ſolebat, arbitrium refudit. Videri plura poſſunt in vita eius libro 2. cap. 12. & libro 1. cap. 5. quam vitam compoſuit Daniel Bartholi. Addit de Vincentio Bibliotheca Mariana, ab eo exiiſſe Neapoli anno 1641. libellum

Italicè

Italicè ſcriptum ſub nomine *Aloyſii Siderei* ſic prænotatum: Praxis deuotionis erga Sanctiſſimam Dei Matrem; vt quo ardebat in Deiparam charitatis igne, eodem quoque fidelium corda incenderet, ſuccenderet. Sed de hac re obiter locuti ſumus anno 1641. literâ H.

B Præiuit, ſi modo tempus ſpectes, Vincentio Carrafæ Ioannes Brebeufius, quem Hiroquæorum barbara rabies ſæuiſſimo ignis tormento vſtulatum, cultris laceratum, voracibus crudelium hominum dicam an ferarum dentibus magnâ parte comeſum atque conſumptum, nobili morte coronauit decimo ſexto Martij, vt habet Relatio Huronum ad annos 1648. & 1649. cap. 4. Quæ eadem Relatio cap. 5. teſtatur eidem Ioanni non tantummodò Chriſtum, ſed & repetitis vicibus Beatam Deiparam apparuiſſe, ſemperque ad tolerandum animaſſe. Eâ verò ſeditione, quæ accidit anno 1634. in pago Sancti Ioſeph, cùm multa paſſi eſſent Ioannes & ſocij eius, ſe ſpectabilem ei Diua Virgo effecit corde tribus gladiis transfixo, inſpirataque ſimul voce interior ſuggeſſit, Diuam Virginem arbitrio diuino penitiſſimè ſemper in magnis & multis, quæ pertulit, aduerſis, fuiſſe ſubmiſſam; eius exemplum imitandum. Præter hæc eidem eadem apparuit aliàs, excelſo collis in vertice, cum innumera Beatarum Virginum caterua, qualis hic mundus numeri vix eſt capax: harum verò diſpoſitio talis erat, vt à radice montis quaſi diuerſis ordinibus aſſurgentes, & montem coronantes, eo magis numero decreſcerent, quò tum altiùs, tum propinquiùs Diuæ Virgini, quæ ſola erat in vertice, approximarent. Inter alia innumera quæ ad gloriã Deiparæ præſtitit, nõ minimum eſt votum illud, quo, illâ in teſtem adhibitâ, ſe martyrij, ſi occaſio ſe aliqua aperiret, ſubeundi onere obſtrinxit. Viſitatus etiam frequentiſſimè fuit à Sponſo Beatæ Virginis, Sancto Domini nutritio, Ioſepho, cuius conuerſatione non dubium eſt, quin magnum incrementum acceperit Ioannis in Deiparam amor ac deuotio.

C Subſecutus eſt hos geminos heroas Pater Carolus Garnier mortuus in Huronico ſolo, Apoſtolico feruore vir plenus, quem à teneris vnguiculis imbutum dilectione in Virginem, & ipſe fatebatur, & alij nouerunt. Vocabat eam ſuam Matrem, cuius protectione lætabatur, cuius ope Societatem intrauerat. Vouerat, quoad immaculatam *Deiparæ* Conceptionem, ſe ad mortem vſque eandem defenſurum; cuius animum talem Beatiſſima Virgo vel hoc approbaſſe videtur, quòd Carolus obiit ipſo peruigilio feſti Conceptionis, quaſi tranſiens ex hac miſera vita ad feſtum illud in cælo celebrandum. *Sic* Relatio Huronica ad annum 1649. & 1650. cap. 3.

D Hoc vlteriùs anno, Toloſæ ſcripſit in honorem immaculatæ Conceptionis Deiparæ Pater Petrus Poſſinus, Societatis Ieſu, contra Petrum de *Vincentia* Ordinis Prædicatorij, qui etiam dictus Bandellus exiſtimatur, & ſcripſerat circa annum Chriſti 1476. contra Conceptionem immaculatam *B.* Virginis: Huius *Bandelli* ſiue Petri de Vincentia opus denuò Toloſæ menſe Iulio huius anni furtiuè typis ab aliquibus mandatum, ibidem nonâ menſis Auguſti, cenſurâ Vniuerſitatis meritò prohibitum fuit. Patet id ex Poſſini opere, quod venit in manus meas, quodque author Toloſæ abſoluit menſe Octobri huius anni, Titulus autem operis eſt, Vincentia victus.

E Hoc itidem anno, ſicut habet idem ipſe Poſſinus cap. 14. prædicti operis, in Germania dedit librum in lucem Simon Vvangnereckius, Sacerdos Societatis Ieſu, cuius libri titulus eſt, Pietas Mariana Græcorum, vbi quaſi flos delibatus exhibetur ſentẽtiarum Deiparam prædicantium, delectu habito ex magnis voluminibus nouemdecim nunquam Latinè viſis, quæ ad preces quotidianas ritusque religionis publicæ, vſui eſſe Græcis Chriſtianis longo iam ex tempore ſolent.

## Anno autem mundi 5633. Chriſti 1650.

A IPſo die 25. Martij, feſto *Annuntiationis Deiparæ*, placuit Chriſtianiſſimo Regi Galliæ Ludouico decimo quarto, datis diuione literis, oſtẽdere quantùm ſibi placeret præſidium *Virginis*, in quod parens eius bonæ ac triumphantis memoriæ Ludouicus decimus tertius, & ſe, & ſua, & totũ Regnum ab annis duodecim conſecrarat: Ipſe ſiquidem his nouis literis, velut nouo claſſico, non tantùm Epiſcopos Franciæ, ad peragendas & continuandas ſupplicationes fieri ſolitas die *Aſſumptionis* pro Rege & Regno, animauit: ſed mandauit præterea iiſdem, vti populos ad eas frequentandas, atque ſummo ſtudio ſummáque pietate obeundas ſeriò excitarent. Hoc in vetere Francia, in nouæ autem Franciæ ea regione, quæ dicitur Trium fluuiorum; & ea potiſſimum habitatione, quam vocant Conceptionis, viguit ſingularis in Deiparam cultus; cuius etiam occaſione putant incolæ ſe à Deo conſeruatos fuiſſe à multis miſeriis & ab inuaſione hoſtium. Erat in hoſpitio quolibet, ſeu caſa, oratorium quoddam Diuæ Virgini dedicatum, hîc quidem *Virgini* Lauretanæ, illîc Lætitienſi, alibi Virgini virtutum, Virgini de bono nuncio, Virgini *Auxiliatrici*, Conſolatrici &c. vbi conuenientes incolæ fundebant preces, præſertim manè & ſerò; tunc enim quælibet familia Litanias Virginis ſuo recitabat in Oratorio, patrefamilias chorum agente & cæteris reſpondentibus. Quin & certis hebdomadæ diebus, præſertim *Sabbatinis*, alia alius viſitabat magnâ pietate oratoria, vt dicitur cap. 1. Relationis Nouæ Franciæ ad annum 1660. Et cap. 3. ibidem in miſſione Huronica, fit mentio cuiuſdam Huronis in *Deiparam* deuoti, à qua quicquid poſtulauerat, abundè erat conſecutus: *Poſtulanti mihi*; inquiebat ille Patri Societatis Ieſu qui cum interrogabat; *conceßit liberari ab Hiroquæis; conceßit tot filios, quot morte antè amiſſi fuerant; conceßit domeſticos gaudere ſanitate mentis & corporis; conceßit patientiam in malis meis continuiſque doloribus; conceßit terrenarum rerum nauſeam; conceßit valetudinem iis pro quibus interceßi, & ſimilia multa, &c.*

B Præter hæc Antonius de *Saldagna*, nobilis Luſitanus, & equitum Tribunus militaris, Romam proficiſcens hoc anno ſancto Iubileum inibi lucraturus, Lauretóque tranſiens, in conſpectu

Domus Dominæ Noſtræ, quæ Laureti viſitur, fallente greſſum equo, oppreſſus & tibia fractus eſt: hoc infortunio ad talem locum exceptus, pias ad *Virginem* querelas & preces emiſit; durum quippe videri eo ſe loco tam triſtiæ perpeti, vbi tam multi a ſuis ipſi malis ope Virginis eximuntur. Itaque confidentia plenus iubet ſe ſic fractum & mutilum per famulos ſuos ad cellam portari Deiparæ, in qua ſub finem ſacri, quod eius aduentu incœptum eſt, repertus eſt perfectam recuperaſſe ſanitatem, robur, integritatem, necnon valorem, vt antea, inambulandi facultatem. Patent hæc ex literis Patris Iacobi Motel, qui id ex ipſo Antonio audiuit, quem etiam aſſerit poſteà Societatem iniiſſe, & in Indiam in ſubſidium animarum generosè profectum eſſe, cumulum virtutibus ac præſertim communicatione familiariſſima & propheticâ cum Chriſto.

C Vlteriùs Ioannes Vigniet, è Societate Ieſu Sacerdos, compoſuit ſtilo Gallico librum in honorem B. Deiparæ, quem de Attributis Matris Dei inſcripſit; in quo ſcilicet præcipua eiuſdem Virginis attributa, Prædeſtinationem, Electionem, Maternitatem, Infinitatem, Identitatem cum filio ſuo *Amoremque*, Nobilitatem, Primogenitatem, Adoptionem, Virginitatem, Coniugium, Virtutum gradum heroicum, decem tomis incluſit & Lugduni edidit. At

## Anno mundi 5634. Chriſti 1651.

A Diem clauſit extremum Franciſcus Picolomineus, Octauus Generalis Societatis Ieſu, qui pro ſuo in S. Deiparam affectu, fecit vt publicè quotidie tota per orbem ſparſa Societas Reginæ cæli ſupplex ſe ſe offeret, eiuſdemque tutelæ deuotâ mente commendaret, in qualibet Domo vel Collegio ſingulis ſimul congregatis altè recitantibus *Aue Maris ſtella*, cum Antiphona *Sub tuum præſidium*, & oratione ſiue collectâ, *Defende, quæſumus Domine, Beatâ Mariâ ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam &c.* Ita Congregatio nona Societatis, canone at.

B Scripſit autem hoc anno Simplicianus Gody, Benedictinus, libellum de Hiſtoria Imaginis & Sacelli Diuæ Mariæ de Monte Rolandi, prope Dolam in Comitatu Burgundiæ, patet id ex ipſomet libello, apud Antonium Binart Dolanum impreſſo. Sed & Dolani Collegij Rector, Ioannes Gabiot, Societatis item Ieſu, votiuam Gratulationem excudit Mariæ Matri Optimæ maximæ pro acceptis à Deo in ſacra & illibata Conceptione Beneficiis: quam Gratulationem dedicauit Claudio D'achey *Archiepiſcopo* Veſuntionenſi; & præfatione præmiſſa diſtribuit in quatuor capita, quorum primum eſt, Gratulatio pro dono Creationis Mariæ collato ex Chriſti meritis, & pro eius Conceptione parentum ſenum atque ſterilium precibus impetrata, atque ab Angelo annunciata: ſecundum, Gratulatio pro immunitate à Peccato originis: tertium, Gratulatio pro magnificis gratiæ Donis, quibus *Maria* in primo vitę momento præoccupata eſt: quartum, Gratulatio pro rationis vſu *Mariæ* in ipſo Conceptionis articulo diuinitus dato: Quas omnes Gratulationes lætis Hymnorum atque precum Epiſodiis claudit. Rurſus alii de Societatis Ieſu familia, quorum nomina hactenus me latent, pios libellos ediderunt: alium de Corde Virginis, qui inſcriptus eſt Idea Boni Cordis, & tum Italico, tum gallico idiomate prodiit; alium de Beatæ Virginis doloribus ſub hac inſcriptione, Perpetuus Reginæ Martyrum Gladius, qui anno ſequente in Italicam verſus, ſub hoc titulo viſus eſt: *La Perpetua Spada della Regina de Martiri.*

## Anno deinde mundi 5635. Chriſti 1652.

A NAnceij in conſpectu meo obiit Dominicus Aubert, Societatis Ieſu ſacerdos, 28. Octobris, cuius pietas in *Virginem*, præter alia, in hoc conſtitit, quòd immaculatæ cauſam Conceptionis ſe defenſurum vſque ad mortem, ſuo ſanguine in charta ſcripſerit; quam ille chartam veluti præſens amuletum contra omnia mala, vna cum aliis ſanctorum hominum lipſanis è collo ſuſpenſam geſtabat; & poſt obitum eius à me lecta eſt non ſine ſingulari gaudio & veneratione dilectionis.

B Inſuper in Noua Francia, ab Europæis qui ibidem agebant, præter varia ieiunia, preces, eleemoſynas, ſynaxes, conceptum eſt publicum votum de celebranda ſolemniter feſtiuitate Præſentationis Deiparæ, vt interceſſione Diuæ Virginis obtineretur à Deo, Hiroquæorum huc vſque Chriſtianæ fidei vehementer aduerſantium aut conuerſio, aut certè, ſi conuerti nollent, euerſio. Exaudita eſt ſaltem ad tempus piè effuſa talis oratio. Ex hoc ſiquidem tempore ita ſunt Hiroquæi attriti, vt pacem ipſi etiam quærendam putauerint. Ita Relatio annorum 1652. & 1653. cap. 1. Quod caput eſt de Habitatione in monte regali, vulgò *Montreal*. Capite autem 5. pax ipſa deſcribitur, quæ in Virginia Natali plurimùm coaluit. Capite denique vltimo, affertur Huronicarum quarumdam mulierum in Deiparam deuotio, quâ inter ſe certatim amplioribus Virginem officiis colere, & diligere frequentiori actu contendebant, tamque admirabili conatu, vt vix à ſomno ſuus recitandæ Salutationis Angelicæ interrumperetur contextus. Iam verò.

## Anno mundi 5636. Chriſti 1653.

A LVdouicus Abelly, Sacræ Theologiæ Doctor, & Pariſiis Parochus in Eccleſia S. Iodoci, vernacula lingua Gallica contexuit, & emiſit in lucem librum, quem hoc titulo inſcripſit: Traditio Eccleſiæ de ſpeciali Chriſtianorum in Deiparam Virginem Mariam deuotione. Eiuſmodi liber paſſim habetur præ manibus; eumque & habui & legi.

B Hoc eodem anno, ſecundâ die Iulij, quæ eſt Viſitationis S. Mariæ; inſtituta eſt Metis ſolemnis ſupplicatio totius vrbis, in qua interfuêre non tantùm omnes Religioſæ familiæ, & Magiſtratus omnis, ſed prætereà Gubernator totius Prouinciæ Mareſcallus Schombergius, cuius mandato inſtituta erat ſupplicatio in eum finem, vt ſatisfactio, aliqua ſaltem, Diuæ Virgini præ-

ſtaretur, cuius ſtatuam lapideam Lutherani duo milites diſploſis ſclopis prope tabernam violarant. Ergo vbi procedens hæc ſupplicatio, & ex templo S. Stephani cum modicus progrediens, peruenit ad locum in quo Deiparæ imago fuerat violata; tota ciuitas ad pedes ſe imaginis abiecit, & petitâ humiliter venia, quam nomine omnium cum cereo acceoſo, & in lineo habitu, Concionator vrbis expetiit, madentibus genis omnium præ vbertate lachrimarum; poſtea cantatis aliquot deuotis verſiculis, iterum Baſilicam S. Stephani, quæ primaria eſt vrbis, vnde digreſſa erat, repetiit. Hæc fuſius ad me ſcripta ſunt à Patre Cooritino Societatis Ieſu, qui tunc temporis Concionator Metis erat, & linteatus pro tota vrbe, vt dictum eſt, veniam poſtulauit, & Deiparæ omnium vota ſatisfactionemque obtulit.

C Hoc quoque circiter anno Virduni, vitæ terminum habuit Nobilis quædam matrona, quæ olim hæreticâ labe infecta, ſolebat tamen in ſua hæreſi pium in Deiparam conſeruare affectum, cuius etiam imaginem, ad fores hoſpitij ſui in vrbe *Metenſi* collocatam, varius picturæ ornamentis curauit decorare. Quod bonum opus cùm præſtaret, audiit à pio quodam Religioſo, non permiſſuram Deiparã iſtud ſanctum facinus incompenſatum remanere: ſicut & accidit: perterrita ſiquidem in ſomnis vidit quandam affinem ſuam, quæ in hæreſi obierat, rheda ignea trahi, effundentem has voces idiomate latino: *Igne me pauerunt*: Quas voces Matrona illa, licet non intellexit, memoriter tamen tenuit; vnde poſteà ab aliis, quid ſignificarent, intelligens; & caſu affinis ſuæ indoluit; & illius infortunio prudentior facta & cautior, ad gremiũ ſe Catholicę, Romanæque Eccleſiæ recepit; vbi & uirtutibus exercendis impigrè laborauit, ac tandem vitam ſuam tum laudabili fine, tum ſanctitatis fama fœliciter compleuit. Hæc didici ab eo ipſo Religioſo, qui prędictę Matronę prædixit fore, vt Deipara bonum illius opus aliquando remuneraret. Sed poſteà didici illam eſſe defunctam anno 1650. prima Dominica aduentus 27. die Nouembris.

D Vilnæ autem 19. Auguſti, vt Nadaſi habet in Heroibus, ſiue Victimis charitatis, fœlici mortis compendio æternitatem adeptus eſt in obſequio peſte laborantium Franciſcus Grabovvſky, Prutenus, Coadiutor laicus Societatis Ieſu: Et paulo antè 4. videlicet Iulij, Mathias Sobetkievvicz Sacerdos eiuſdem familiæ, ambo in Deiparam præclarè animati. Et quidem Franciſcus, ſi quando aduerſa valetudine tentaretur, aiebat ſe illam Mariani Roſarij pietate propellere, ad quod pietatis genus, omnes qua poterat animi contentione vnicè hortabatur, vrbanos, ruſticos, ſenes, iuuenes, & alios. *M*athias verò hauſta in obſequio lue, domum deinde redux, cùm ſe neceſſariæ quieti daret, nec alia remedia ſuppeterent, Beatiſſimæ Dei Matris imaginem inſigni flagrantia pietatis pectori ſuo impoſuit, & ſequenti diluculo ab heſterna intemperie ſe incolumen perſentiſcens gratias Deo ac Dei matri, ſe verò labori conſueto eò ardentior iterum reddidit donec tandem vi publici mali paulatim miteſcente, ſe iterum appetitum ſenſit, Sacramenta popoſcit, eóſque qui aderant rogauit, vt velut fœlix propempticũ carmen accinerent, *O glorioſa Domina Excelſa ſupra ſidera &c.* poſt cuius Hymni dulcem cantum animam Deo ſuauiter reddidit.

## Anno autem mundi 5637. Chriſti 1654.

A IN noua Francia inſtituta eſt Sodalitatis S. Virginis pro Huronibus, magno vtique ſucceſſu: Res enim ea vtiliſſima eſt, non tantùm vt vitia vitentur, ſed vt etiam exerceatur omnium virtutum copia; vt fusè explicatur cap. 10. Relationis factæ ad annum 1653. & 1654. in qua non tantùm enarrantur ipſorum Sodalium exercitia ſancta, orationes, communiones, ieiuniorum condonationes, & ſimilia multa: ſed inſuper porcellanæ varia dona (eſt vero porcellana pretioſus apud illos populos lapis, quo & S. Virginis nomen aliquando deſcribunt, aut quid ſimile contexunt artificio nonnihil eleganti) quibus Gentiles donis tum Deiparam honorãt, tum cum literis, quas nonnunquam ad amicos deſtinant, honoris cauſa coniungere ſolent. Quod & facere tentarunt, ſcribentes hoc anno, ac ſua dona mittentes ad Sodalitium Parthenium, quod Pariſiis in Domo Profeſſa eſt: nomen enim Mariæ his lapillis expreſſum grato animo obtulerunt, quod donum & aſpicere oculis & digitis tractare mihi Pariſiis tranſeunti contigit.

B Sed & eodem anno in Archipelagi variè interruptis vndis, dum claſſe tranſit Andreas Argenta Santerinenſis ciuis & mercator Cretam Inſulam petens, ſubita tempeſtate ita inuolutus eſt, vt nihil certius ipſo expectaret naufragio. *V*erùm implorato auxilio Virginis, confeſtim facta eſt tranquillitas, & nauis quamuis rimas agens & vndis oppleta, ad portum delabitur, magno omnium ſtupore ſimul & lætitia. Ita Santerinenſis Relatio per Franciſcum Richardum compoſita cap. 9.

C In Domo autem Profeſſa Viennenſi Societatis Ieſu, lue infectis ſeruiendo ſibi gloriam æternam aperuit Ioannes Baptiſta Lechnerus, Coadiutor laicus, cui inter cæteras virtutes, mirabilis inerat humanarum rerum contemptus cum Deiparę cultu, vt tenerrimo ita ſolidiſſimo. Quãuis autem paupertatis amantiſſimus eſſet, & quicquid haberet ad nutum obedientiæ ſemper teneret & apertiſſimum & ſubiectiſſimum, tamen cum à ſociis abiunctus ad afflictos diſcederet, in ſolatium miſerorum & ſui, auferendam ſecum putauit vnicam Deiparæ quæ Auxiliatricis nomen obtinuit, parui pretij imaginem; vt hoc pignore pietatis, vitæ reliquum ſuſtentaret. Geſtabat verò è collo catenulam qua mancipium Diuæ Virginis glorioſè ſanè accenſebatur. Hanc ille vnà ſepulchro mandari voluit, ſicut olim S. Babylas Epiſcopus & Martyr catenas ſecum ſuas tradere terræ iuſſit, ſcilicet vt ſic etiam poſt mortem, quàm poſſet maximè atque optimè, Dominæ ſuæ ac cœli Reginæ maneret obſtrictus. Id habet prolixiùs Nadaſi.

## Anno mundi 5638. Chriſti 1655. Alexander ſeptimus Pontificatum gerit Innocentio mortuo.

A QVo item anno, cùm Romæ Magiſtro ſacri Palatij propoſitus liber fuiſſet, vt de more approbaretur; ſic approbatus eſt, vt paſſim in eo expungerentur verba illa, quoties occurrebant, *Immaculata Conceptio.* Res pupugit plurimos, & potiſſimùm Legatum Hiſpaniæ, qui & offenſam ſuam Pontifici inſinuauit, & palam declarauit Generali Prædicatorum hanc tota Hiſpania retinere doctrinam: Immaculatam eſſe Conceptionem Deiparæ. Ergo conſilium, vt componat quis Theſim de immaculata Conceptione, ſumitur; quam compoſuit Martinus de Eſparza, Hiſpanus, Societatis Ieſu Romæ Theologiæ Profeſſor, qui doctis illam probationibus muniuit, & ſub his verbis propoſuit: *Immaculata Conceptio Beatæ Mariæ Virginis deducta ex origine peccati originalis*, ſic contextam & probatam Theſim noluit Alexander Pontifex ab alio probari, quam ab ipſo *Magiſtro* ſacri Romani palatij, qui proinde permiſit illam imprimi ſic ſcribens; *Imprimatur. Fr. Raymundus Capiſuccus Ord. Præd. Sacr. Apoſt. Pal. Magiſt.* cuius theſis exemplar apographum in manibus meis eſt.

B Eodem autem anno vidimus Liuerduni in Lotharingia, Muſſipontum inter & Tullum ac Nanceium, fulgere miraculis Diuæ Virginis Iennem, & ſub nomine S. *Mariæ pulchræ dilectionis*, frequenti populorum concurſu plurimùm viſitari. Dedit in lucem non pauca quæ ad iſtius Diuæ Hiſtoriam ſpectant Henricus Leſcoſſois, Societatis Ieſu. Dedit & Sacra Mariana, id eſt ſelecta quædam de dignitate Matris Dei, Siluester de Saauedra, de Redéptione captiuorum Sanctæ Mariæ de Mercede, Hiſpalenſis. Poſt quem adhuc ex Hiſpania ſupplex libellus pro immaculata *B.* Virginis Conceptione & pace Chriſtianorum Principum, ad Alexandrum Pontificem his verbis oblatus eſt, cum nominis ipſius anagrammate.

Ioannes Euſebius Nierembergius è Societate Ieſu, ad pedes communis Eccleſiæ Patris prouolutus, ſacrum & fœlix ſui Nominis omen offert, & ſupplicat.

*Sanctiſſimus Pater, & Dominus*
*Alexander Papa ſeptimus,*
*qui erat anteà*
*Fabius Chiſius.*
Anagramma.
*Quartus è Senis Papa*
*Dei Matri chariſſimus*
*Ipſi labem Adæ non fuiſſe*
*ſtatuet:*
*Tunc pax.*

Pro honore filij Dei, pro gloria Matris eius; pro auctoritate Sedis Apoſtolicæ; pro gaudio Fidelium; pro tollendis Populorum ſcandalis; pro Eccleſiæ vnitate & concordia; pro Europæ pace; pro contritione Hæreſeos.

Orat Plebs, orant Principes, orat Clerus, orant Antiſtites, orant Pij, orant Docti, orat conſenſus Eccleſiæ, vt veritatem de Immaculata Virginis Conceptione, quam certam agnoſcit, ſic veſtra Sanctitas ſacram & ſanctā ſtatuat, vt à nemine contradici permittat, ad imitationem tot ſanctiſſimorum Pontificum, qui laboranti Eccleſiæ ſubuenerunt, propitiato Deo, per ampliationem cultus, & exaltationis ſuæ Sanctiſſimæ Matris. A

Sic libellum ſupplicem formauit & obtulit prædictus Ioannes, & dedit tota paſſim Italia, Gallia, Germania, atque Europa vagari typis impreſſum, cuius exemplar contigit in manus meas deuenire, vbi idem ipſe Ioannes aduertit Anagramma præmiſſum, eſſe omninò purum, & conſtare literis duabus & ſeptuaginta, pro numero videlicet Diſcipulorum Chriſti, & Collegij Cardinalitij: itemque Alexandrum ſeptimum eſſe quartum Papam quem Senæ dederunt; nimirum poſt Alexandrum tertium, Pium ſecundum, & Pium tertium. Nunc quid faciant anni ſubſequentes cernamus.

## Anno mundi 5639. Chriſti 1656.

A ROmæ, vt mihi perſpectum eſt ex fidelibus epiſtolis, & ex teſtibus qui inde huc venerunt, Cardinalis de Rapaccoli calculo vehementer vexatus, deglutita charta in qua ſcriptum erat: *Immaculata Conceptio tua Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mundo*: & implorata ope eiuſdem *Beatæ* Virginis, ſubitò malis his ereptus eſt, & bene conualuit. B

B Sed & menſe Maio claruit miraculis Diuæ *Virginis* Imago, quam in oppido *S.* Adeodati apud Vogeſum montem populorum deuotio honorat. Authentica ſyngraphe conſtat, redditum fuiſſe auditum bonæ mulieri Ioannæ Chreſtien; ſuſcitatum item puerum & baptiſmo luſtratum, quem menſe Iunio enixa erat Elizabetha Cuitart.

C Prætereà, vt habet Nadaſi in Heroibus ſiue *Victimis* Charitatis, Neapoli cùm peſtis ſæuiret, ex Patribus noſtris interimeret ad centum & ſeptem, maxima quidem ex parte miniſtrantes peſte infectis, contigit vt 12. Iunij ab iis, quos *Deputatos* ſanitatis dixêre, primæ claritudinis viris vno & viginti, votum conceptum ſit publico vrbis nomine Immaculatæ Conceptioni *Virginis* Matris, quod typis ab Ægidio Longo vulgatum eſt. Quo etiam loco, hoc adhuc anno, præcipuo quodam ſtudio cultuque, inuocatus in eadem ciuitate eſt *S.* Franciſcus Xauerius, cuius miraculoſæ lachrimę huius ſæuiſſimę peſtilentiæ prænunciæ fuerunt. Quippe biennio circiter ante hunc annum in *Domo* Profeſſa Societatis *Ieſu*, ipſius depicta effigies genuflexi coram Virgine filiolum geſtante, & circuncincta læto Angelorum muſica inſtrumenta pulſantium cœtu, viſa eſt valde multos per dies, & à frequenti ciuitate, necnon etiam à primoribus, non tantùm mouere oculos; ſed & copioſum ex iis demittere imbrem, & velut miſericordiæ ſuæ ſollicitare Reginam cæli. Nec verò, obducto licet velo, abſque quocunque ſpatio, impediri aſpectus potuit lachrimantis imaginis & oculos hinc & illuc mouentis, quin trans hæc vela cernererur. Quæ res, ſicut & hoc anno per eundem Sanctum diuinitus factæ creberrimæ

Google

à lue curationes, effecit, vt à Neapolitana ciuitate ſumma pompa idem Sanctus velut Patronus exceptus ſit, eiuſque ſuper vrbis portas depicti, vna cum Sancta Roſalia, Sancto Ianuario, & cum immaculata Deiparæ Conceptione, celebris memoria ſit poſita.

D Præter hæc in Gallia Ioannes Franciſcus Senault, Oratorij Presbyter, inter multos Panegyricos de ſanctis, quos linguâ vernaculâ in lucem dedit, dedit vnum egregium de Beata Virgine Maria, in quo præclare oſtendit Virtutem Virginitatis dignitatem ſuam, ſplendorem ac decus haurire ex Maria. Prodierunt hi Panegyrici ex Officina Petri le Petit, Pariſiis.

## Anno verò mundi 5640. Chriſti 1657.

A Vigeſimo quinto Martij, quo die Palmarum feſtum concidebat cum Deiparæ Annunciatione: Quod dudum ſperari non poterat, imò ne cogitari quidem, non modo ad fidem pleriq; conuerſi ſunt Hiroquæorum in noua Fráciâ: ſed præterea varij populi cóuenerunt in obſequium Virginis prædicta iſta die, & congregati in diuerſis tribus Sodalitiis vnanimiter Coronam recitarunt alta & audibili voce, participeſque effecti ſunt ſacrificij Miſſæ magna cum animorum pace & exultatione. Id habet Relatio Nouæ Franciæ ad hunc annum cap. 19. quo etiam capite notat, tria Sodalitia prædicta inſtituta fuiſſe pro tribus nationibus diuerſis, nempe pro Huronibus, pro Hiroquæis, & pro natione appellata Neutra.

B Quo eodem anno, ſecundo Aprilis, migrauit ex hac vita Ferdinandus tertius huius nominis Imperator, cuius in Deiparam deuotio, cùm ſemper palam effulſerit, tum certè maximè ante decennium, hoc eſt, anno 1647. quando excitata Viennæ Auſtriæ, in æternum decus immaculatè Conceptæ Virginis, columnâ ingenti æneâ; impoſitóque illi Conceptæ ſine macula Mariæ æneo item ſigno; ipſe cum pompa maxima progreſſus in ædem ſacram, diſertis verbis, altâ & clarâ voce, coram innumerabili multitudine votum pronunciauit ſeruandi feſti immaculatæ Conceptionis, præmittendíque ieiunium in peruigilio eiuſdem; & ſimul Beatam Dei Matrem in peculiarem Dominam ac Patronam aſſumpſit. Huius formulam voti, quod 18. Maij conſit Ferdinandus in Eccleſia Domus Profeſſæ Societatis Ieſu Viennæ, ante ſummam aram, in manus Epiſcopi Viennenſis Philippi Friderici, habes apud Petrum Poſſinum cap. 14. opuſculi de Conceptione, cuius titulus, *Vincentia victus*; vnde quæ hactenus dixi, accepi: habes & apud Atlantem Marianum libro 1. imagine 22. quæ eſt Virginis Cellenſis, vbi tota res fuſiſſimè exponitur: Et verò exponerem niſi me ſuſcepta breuitas ad alia vrgeret. Ergo

C Poſt Ferdinandum obiit 25. Iulij Guillelmus Roze, Societatis Ieſu *Sacerdos*, Czeſtocouæ in Polonia, ibiqué ſepultus eſt in ſacello illuſtri imagine Diuæ Virginis & miraculis eiuſdem, ſic quippe merebatur ipſius in Deiparam deuotio. De hora mortis cælitus admonitus, ante Virginis altare nouendiales preces inſtituit, petens ab ea ſolidam rerum humanarum deſpicientiam, quam omninò obtinuit omnibus beneficus, ſui ſolius ſtudioſus contemptor & domitor. Variis de cælo futurarum rerum vaticiniis, & ipsâ etiam S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi, ſenſibili viſitatione honoratus, in aula Poloniæ aliquamdiu vixit. Sed inſuper habuit multis annis hunc morem, vt ad latera catenulam ferream geſtaret, qua ſuum in obſequio *Deiparæ* humile ſeruitium ac mancipium atteſtaretur: hanc in extremo morbo, è collo ſaltem ſuſpenſam retinere voluit, non autem planè dimittere. Hora antequam moreretur, laudans ac benedicens Deum, vnam denique supereſſe ſibi edixit horam & patiendi & merendi: ſub cuius horæ finem in his vocibus exſpirauit: *Monſtra te eſſe matrem*: &; *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, &c.* Quem fœlicem vitæ terminum, ſicut & ſigna diuinitus ſecuta, Annales habeor de Guillelmo ſcripti à Prouincia Campaniæ Societatis Ieſu.

D Eodem quoque anno Ianſeniſtæ, olim, tam à Pontificibus Innocentio decimo, & Alexandro ſeptimo iam Eccleſiam moderante, compreſſi; quàm ab omnibus verè Orthodoxis cum horrore quodam reiecti, non tenuerunt ora ſua à lacerandâ Deipara: eodem enim modo quo à Caluino antè & ſequacibus Caluini irriſus fuit, vellicatus, ac reprehenſus Diuæ *Virginis* cultus; reprehenſus quoque eſt, vellicatus, atque irriſus à dictis Ianſeniſtis; vt patet ex variis eorum ſcriptis, in quibus vota, peregrinationes, preces nouendiales, & ſimilia in honorem Virginis exhiberi ſolita, nimis temerariè ab iis carpuntur, contemnuntur, condemnanturqué.

E Sed & octauo Iulij, in nouo ſacello, in quo nondum ſacrificio incruento à quoquam litatum fuerat, quodque Dominus Stagnenſis, vulgò *de L'eſtang*, in territorio Vinæenſi, vulgò *de Vinay* curauerat conſtrui in honorem S. Mariæ dictæ de Saliceto, Gallice *de L'oſier*, celebrata eſt Miſſa ab Abbate Stagneo dicti Domini fratre: ad quod idem ſacellum populorum turbæ confluũt, & multa perpetrantur ſanationum prodigia. Ita publica nouorum nuntiorum charta, titulo Lugdunum, menſe Iulio, anno 1657.

F At in Germania Guillelmus Gumppenberg, è Societate Ieſu, cùm ante biennium edidiſſet in Italia Ideam Atlantis Mariani, hoc anno eundem Atlantem duobus libris comprehenſum Monachij in lucem emiſit, in quo & Icones miraculoſas B. Deiparæ per orbem Chriſtianum latè diſperſas ad viuum cælatura oculis exhibet, & breuem adiungit iſtarum Iconum hiſtoriam, vt magno ipſius labore & impenſa, ita Lectoris non pœnitendo fructu. In prædictis duobus libris quinquaginta tantùm Iconas de Deipara cõplectitur, quippe additurus eſt quamplurimos alios, ſi vitam Deus præſtiterit, quibus reliquum Marianarum Imaginum congreget Oceanum, qui ex omnibus mundi partibus ad ipſum pleno alueo, cura Patrum Societatis apud omnes populos laborantium, & *Deiparæ* venerationem promouentium, confluit. Eſt mihi iſte prædictus Atlas præ manibus.

G Adhuc Romana peſtis, quæ crudeliter hoc anno ſæuiit, & de qua verba facit Ioannes Nadaſi in Supplemento Herorum Charitatis, præbet

aliquid ad calcem huius anni attexendum. Etenim vt ibidem habetur, Alphonſus Petra, Societatis Ieſu digniſſimus Sacerdos, ex illuſtri Papienſium Comitum Petrarum domo oriundus, dum fert ſuppetias laboranribus peſte, ipſe 4. Ianuarij die ſublatus ex viuis eſt. Imagini Diuæ Virginis pium votum inſcripſit, è quo hæc quæ ſequuntur decerpo ad verbum. *Tibi Ieſu Deo meo, tibi Matri ſemper Virgini Mariæ, offero hanc animam, hanc vitam, hoc fœtidum reumque corpus meum, ob amorem amoris tui, Ieſu, quo pro me mori amauiſti; in vnione meritorum Ieſu, S. Mariæ S. P. Ignatij, Xauerij, Ildephonſi, & omnium Sanctorũ & in obſequium peſte infectorum, & ad animarum ſalutem æternam &c. Moriar mihi & mundo, vt tibi ſolum in æternum viuam, cui creatus ſum. Amen.*

## Anno deinceps mundi 5641. Chriſti 1658.

A ET iſtius quidem anni ſub finem, allata eſt Lauretum repræſentatio argentea, & in pulcherrimo non modo toreumate, ſed expreſſa potiùs opere ſtatuario, forma Nanceianæ vrbis; in qua ſanè effigie exſtabant ſuper lamina argentea omnes tum *Baſilicæ*, tum ædes, tum Monaſteria, & reliqua omnia ex argento per ſingularem induſtriam fabrefacta. Quod munus ex voto anno 1631. conceptum ob ſedatam ope Virginis peſtem, hoc demum anno abſolutum, magno animi ſenſu à ciuibus Lauretum miſſum eſſe accepi.

B Quo eodem anno Ludouicus de Colonia, Sacerdos & Concinnator Gallus, Diuione edidit quatuor Conciones eleganti ſtilo patrio, vnam de Viſitatione, alteram de Aſſumptione, duas reliquas de Natiuitate ſanctæ Virginis. At.

## Anno mundi 5642. Chriſti 1659.

A CONſecratum fuit die 18. Februarij Sacellum nouum conſtructum in Luparæ Caſtello Pariſiis, cum magnifico ornatu ſecundum Regis Ludouici XIV. imperium: conſecratum autem fuit ab Epiſcopo Rodenſi in honorem *S. Mariæ de Pace* & S. Ludouici Regis Galliæ: iſtiuſquè Sacelli adminiſtratio cõmiſſa eſt Abbati Du pont in eum finem, vt *V*irginis cultum ibi promoueri seriò procuraret. De hac re meminit Charta nuntiorum publica 22. Februarij, geſta Pariſiis proponens.

B Hoc eodem anno 20. Aprilis, in quem tunc diem incidebat Dominica dicta Quaſimodo, reperiri cœpit & clarere miraculis Imago S. M. dictæ *de Pace*, inter Guiſiaeum & Sanquintinum in vico Fieulano apud Veromanduos. Reperta eſt autem à luſoribus quibuſdam, qui; dum ſe ſe oblectant trunculorum ludo, ſiue varia obeliſcorum ligneorum deiectione & erectione; tentant manu vellere, & verò euellunt, protuberantem ac ludo ſuo contrariam, vel fruticis radicem, vel lapidum laterumquè ſtruem: ſuberat enim illi tuberculo Deiparæ ſtatua inter duodenos quindenóſque pollices alta, coronata ipſa, & ad cuius in baſi pedes duo capita ſe ſe efferebant, aliud cuiuſpiam ſancti, aliud ſanctæ cuiuſpiam; quibus duobus capitibus repertores nil damni intulère, qui Imaginis Deiparæ capiti plagam incogitanter importarunt, ſeparatores caput a corpore fictili, quod induſtria deinde humanâ reſtitutum fuit, & tota ſtatua ad arborem Tilliam appenſa fœlix augurium optatæ Pacis dedit, ob ideque appellata fuit *S. Maria de Pace*. Ad hanc imaginem, ab ipſa ſpectabili facta Diua Virgine, vocatus ac miſſus cæcus quidam, viſum ſibi reſtitutum dicitur ſenſiſſe. Quo miraculo excitatis populis, aliis miraculis datus eſt locus: & illi præſertim, quo hydropica quædam ſic curata eſt, vt aquæ intercutes foramen in pelle effecerint defluxerintque; ſed ea tamen lege, vt ſemper ſiſterent ſe nec fluerent in præſentia medici, quaſi morbus ipſe dedignaretur remediis naturalibus obedire, iiſque curari. De hac prædicta inuentione Imaginis *S.* Mariæ de Pace, Elogium argutè compoſuit Petrus Loiſel, Doctor & Cancellarius Pariſienſis, Eccleſiæque S. Ioannis Paſtor Lutetiæ; quod 29. Iunij excuſum obtulit Domino Henrico de Baradat Nouiomenſi Epiſcopo, in cuius Diœceſi Imago reperta eſt, illudquè ſic inſcripſit: Auſpicium Pacis ex Fieulana *V*irgine Viromandenſi. Rurſum ad me miſſa eſt Pariſiis figuratio eiuſdem Imaginis per Ganierum facta, cum ſubſcripta approbatione Nouiomenſis Epiſcopi circa orationem Reginæ Pacis ſacram, & cũ Indulgentiis viginti dierum conceſſis 14. Iunij huius anni. Factus denique libellus eſt à Patribus Capucinis, cuius titulus, Peregrinatio ad S. Mariam de Pace.

C Cùm verò hic annus glorioſus fuerit, prædicta Sacelli regij in honorem *D.* Virginis conſecratione, & multò magis inſperata illa repertione Fieulanæ Virginis: videntur tamen illa eſſe quædam, pignora dicam an auſpicia? exorientis Pacis, quam viginti iam quinque annis mutuæ Galliam inter & Hiſpaniam ſimultates à nobis expulerant. Dubitari certè non poteſt, quin Pax rediens, vt de facto tandem rediit, fœlix, ſecura, abundans, firma, & coniugio Regis Galliæ Ludouici XIV. cum Hiſpaniæ Infante Maria Thereſia, admodùm pretioſa, fortunatum referat caput interuentione B. *D*eiparæ: ad quam pro pace obtinenda, tanquam Omnipotentiſſimam Mediatricem, factus eſt omnium propemodùm populorum concurſus, quâ votis, quâ ſynaxibus & ſacrificiis, quâ ieiuniis & eleemoſynis, atque omni qualicumque modo miſericordiſſimam eius benignitatem pulſantium, non parum ad id conferente & corda inflammante Iacobo Briſon Carthuſiæ Diuionenſis Profeſſo, Sacerdote, famulo Deiparæ addictiſſimo, qui præterquàm quòd excitatus à Deo, & magnos, & paruos, qua colloquiis, qua innumeris de B. Virgine libellis piis & imaginibus, ad pulſandas aures Mariæ pro pace commouit, & iam commouet tres ſunt amplius & viginti anni: prætereà procurauit offerri in manus *D*eiparæ Omnipotenti *D*eo pluſquàm quinquaginta millia Miſſarum: quor ſacrificiis & gratis precum oblationibus, videt iam iram Numinis mitigatam, miſericordiam largiùs redundantem, pacem terris redditam: Et omnes, vt par eſt, ſuo more inflammat ad meritas grates, & eas verò ampliſſimas benefactori Deo *D*eipa-

Google

ræque perſoluendas. Non pigebit hoc loco orationem illam adſcribere, quam prædictus Iacobus ad Deiparam pro pace obtinenda compoſuit, & octoginta tam Epiſcoporum, quam Archiepiſcoporum ſuffragiis atque indulgentiis communiri curauit. Hæc autem ſic ſe habet. *Aue Auguſtiſſima Regina Pacis, ſanctiſſima Mater Dei: per ſacratiſſimum cor Ieſu Chriſti filij tui, Principis Pacis, fac vt quieſcat ira ipſius, & regnet ſuper nos in pace. Memorare o piiſſima Virgo Maria, non eſſe auditum à ſæculo, quemquam tua petentem ſuffragia eſſe derelictum. Ego tali animatus confidentiá ad te venio: Noli Mater Verbi verba mea deſpicere, ſed audi propitia & exaudi. Amen.*

D Fuit & alia pia deprecatio tota conferens in augmentum deuotionis ſacri Mancipatûs Virgini, quam quidam cognominatus Du Ray idiomate concinnatam Gallico, & à Patre Claudio Delingendes clariſſimo Societatis Ieſu concionatore compoſitam, atque ab eodem extortam, non tantùm voluit ſuis eſſe curis impreſſam die 18. Auguſti huius anni; ſed prætereà per varias Galliarum & Orbis oras vigilantiſſimè emiſit, vt ſic plurimos, imò omnes, excitaret ad ſtudium ſe ſe magno animo offerendi in Matris Dei, tantæ videlicet támque ſummæ Reginæ, glorioſa mancipia. Longior iſtiuſmodi deprecationis contextus pœnè perſuadet illam vt prætermittam: quia tamen non ingrata, vt ſpero, legentibus erit, & eſt quædam formula conſecrandi ſe obſequio Dei genitricis, en illam ſermone latino redditam. *O ſanctiſſima & glorioſiſſima Virgo Maria, in honorem tuæ inæſtimabilis dignitatis, quâ mater Dei es: in honorem donationis, quâ Verbum æternum ſe tibi in filium donauit: in honorem ſubiectionis & obedientiæ, quam in hac vita mortali exhibere tibi dignatus eſt: in honorem incomparabilis gloriæ & Maieſtatis, quam in cælo dedit ſuper omnes creaturas: in gratam memoriam innumerarum obligationum, quas erga te habeo, & perpetuò habere volo, tum in hoc ſæculo, tum in futuro, tum in tempore, tum in æternitate. Ego N. ante thronum maieſtatis tuæ proſtratus, poſt teſtatam cordis mei lætitiam, quam capio ex eo quod ſis hodie exaltata ſupra id omne quod non eſt Deus, & coronata hominum Angelorumque Regina, & Vniuerſi Imperatrix, facio integram, abſolutam, & irreuocabilem tibi donationem totius mei eſſe, quod nunc habeo, aut per Dei miſericordiam habiturus ſum, tum in ordine naturæ, tum gratiæ & gloriæ, non tantùm nomine Subiecti & Vaſſalli tui, verùm etiã nomine mancipij, volens omnia quæ in me ſunt, aut ad me pertinent, à te integerrimè pendere, cum pleniſſima ſubiectione, obligatione, & ſeruitute. Proptereáque abdico me omni poteſtate ac libertate diſponendi de me, de mea ſubſtantia, de potentiis meis, & actionibus, iſta omnia ex toto & quantum valeo, committens ſacris manibus ac diſpoſitionibus tuis; ſubmittens me abſolutiſſimè ſceptro & imperio tuo. Et in ſignum mancipatûs mei, hunc hodie annulum, vel hoc vinculum aſſumo, quo perpetua ſeruetur memoria ſeruitutis meæ atque ſuſcepti mancipatûs, agniturus te in poſterum velut vnicum meæ poſt Deum filium tuum ſubiectionis atque dependentiæ obiectum, & ſingulariter relaturus ad te quicquid meum erat, & quod hac humili dimiſſione ac ſubmiſſione factum eſt tuum. Quare Benedicta Domina mea, Regina mea, & glorioſa Imperatrix, accipe omnem ſuper me poteſtatem, quamcunque tradere tibi vtcunque valeo, etiam eam quam, licet non cognoſco, accipere tamen potes & facere tuam. Fac me tuum eſſe non tantùm per actiones meas, ſed per conditionem & ſtatum mei eſſe, & vitæ meæ tum interioris, tum exterioris. Habe me, obſecro, tanquam Mancipium tuum, tuis voluntatibus omnibus deditum ac plenè annexum; quodque ſe ſponte tradit omni tuæ authoritati atque potentiæ ad omnes effectus ſupremæ tuæ poteſtatis, quam in res tuas exercere ſoles; vt verè ſum tua res. Aſpice ergo me in poſterum tanquam rem tuam, & poſſeſſionem, & particulam imperij tui, quam in tempore pro voluntate tua conſeruabis, vt in beata demum veluti tuam poſſideas æternitate. Amen.*

E Sed iam veniamus ad vltimum huius noſtri laboris annum vbi breuiter gratulati fuerimus tribus Ducatus Brabantiæ Ordinibus, qui hoc adhuc anno Bruxellis, die ſacro Conceptæ Virginis, Decembris octauo, in ſacello Regio Hiſpanorum apud Patres Dominicanos, nobile votum publicè nuncuparunt propugnandæ immaculatæ Conceptionis: quod ſcripto ſuo nomine firmauerunt, Andreas Archiepiſcopus Mechlinienſis pro Statu ſiue Ordine Eccleſiaſtico, Dux Arembergius pro Nobilium, pro tertio ſtatu hi quinque; Alphonſus de Fuſco, Dominus de Merlemont, Maior Louanenſis; Leonardus vander Noot, Dominus de Kieſekem, Maior Bruxellenſis; Henricus de Halmale, Principalis Maior Antuerpienſis; Franciſcus Tax, Dominus de Moortere, Conſiliarius & Penſionarius Bruxellenſis; Chriſtianus de Brouckhouen, Primus Conſiliarius & Penſionarius Antuerpienſis: quam ſolemnem voti nuncupationem vnà cum Hiſpana concione habita in eodem ſacello à Franciſco Xauier de Frenaſda, Societatis Ieſu Sacerdote, impreſſam Bruxellis videre licuit & non ſine pio affectu perlegere. Quam etiam gratulationem læto animo extendimus ad Claudium Perry Societatis Ieſu veterem amicum & ſocium noſtrum, quòd in honorem Deiparæ tres pulcherrimas Odas in ſua Pindarica Poëſi intermiſcuit hoc anno, quibus nunc Cabilonis vrbis Mariam Patronam deprædicat; nunc inuitat Beatas cæleſtis gloriæ Virgines, ad celebrandas laudes glorioſæ Reginæ ſuæ; nunc denique, nihil ei metuendum eſſe, quem Deipara Virgo protegit, iucundiſſime canit. Iam ergo.

## Anno mundi 5643. Chriſti 1660.

A MEmoria digniſſima videtur profectio ad Lauretanam Diuæ Virginis ædem, quam Roma, quæ illhoc diſtat ſexaginta circiter leucis, ſuſcepit quidam de Regum Fezij in Africa illuſtriſſima ſtirpe, prius Mahumetanus, & fœliciter ac mirabili modo, ante quatuor annos ad Chriſtum conuerſus. Is enim cùm more ſuæ gentis, religioſa ſuperſtitione nauigaret ad Arabiæ Meccham, Mahometis ſepulchrum, & illius falſi Prophetæ honoraturus exuuias, à Melitenſi occupatus Equitum claſſe, Melitam deductus eſt; vnde, lytro ſoluto, poſt aliquot menſes dum

iter continuare inſtituit, in ipſo procinctu, & in ipſa propemodùm conſcenſione nauis à glorioſa Deipara ipſi apparente, & flammiuomum inferorum mare eidem commonſtrante, in quod breui conijciendus eſſet, ni ſe ad Chriſti fidem reciperet, admonitus eſt. Territus ille tam inſperato ſpectaculo, Melitæ ſe continet, & poſt aliquot dies ſuſcepto fidei Chriſtianæ conſilio, & ſacris lautus baptiſmatis vndis, contulit ſe ſe Romam, vbi non tantùm ſuæ in fide conſtantiæ, ſed egregium virtutum omnium omnibus ſpecimen exhibuit: adeóque hoc anno ad Lauretanã Domum deuotionis in Deiparam cauſa ſic in habitu peregrini ire ſuſcepit, vt totum iter pedes conficeret, poſtremas verò duas leucas etiam pedibus nudis peragraret, non ſine magnæ ſuauitate lætitiæ, & ſolida perſeueraturi in Virginis filium obſequij confidentia. Quæ omnia didici ab iis teſtibus, qui partim rem viderunt, partim conuerſionem ipſam & modum eius exceperunt ex proprio eiuſdem conuerſi ore, columbina ſimplicitate tam ſingularem Virginis Matris erga ſe, & aperientis, & fatentis gratiam.

B Sed & Romæ hoc etiam anno, qui præſens merebatur capitali ſupplicio ſuæ in Chriſtianam veritatem perfidiæ luere pœnas, Ioſephus Borry, ſaltem abſens condemnatus eſt, & perpetuæ infamiæ grauiſſima nota renunciatus hæreticus, ſupplicio ignis dignus declaratus eſt. Inter alios errores nominatim hunc inculcabat. Sanctam Virginem Mariam, ita ſupra genus humanum & quicquid creatum eſſet exſurgere, vt verè Dea eſſet. Quæ res tota iam Europa innotuit, per conſuetas Ephemerides vbique dilatata atque delata.

C At Diuione, præterquam quòd in celebri cœnobio ſancto Martyri Benigno dedicato, frequentari famâ miraculorum cœpit Sacellum quoddam exiguum B. Virginis, poſitum, extra quidem, ſed tamen iuxta Monaſterij ædem; & ad quod aperto templi muro fabricata eſt vicenûm circiter aut triginta pedum pergula, quæ egreſſos ex templo in prędictum ſacellum tectos deduceret: Vlteriùs ſingulis ſabbatis in Seminario Sacerdotum vſurpari contigit, & conſtantiſſimâ deinceps aſſiduitate excoli illa in Deiparam deuotio, quæ dicitur Mancipatus B. Virginis. In quem finem poſt recitatas eiuſdem Virginis litanias, pronunciabatur alto vocis tono Oratio ſiue oblatio, quâ ſe quiſque poſſet in Mancipium deuouere, vno quidem aliquo ſeminarij Eccleſiaſtico prædictam oblationem diſtinctè depromente; aliis, quicunque aderant, ſiue laicis, ſiue Eccleſiaſticis, pro ſua pietate, ſe ſe deuouentibus.

D Denique in noua Francia erepti ſunt duo Hurones ex crudeli captiuitate, & paratis iam flammarum tormentis barbariſſimæ gentis Hiroquæorum; alter quidem, inuocata Virgine vincula illa rupit, quibus de nocte iacebat alligatus ad corpus captiuantis barbari, & ocyor Euro fugam arripuit: alteri etiam apparere B. Deipara dignata eſt, & de liberatione penitus deſperanti animum addidit, & modum euadendi propoſuit; quo ille fœliciter vſus, carnificinæ ſe præparatæ eripuit. Quæ ex Relatione Canadenſi huius anni manifeſta ſunt.

ECce verò iam tandem ad metam præſtitutorum nobis annorum Negotium Sæculorum perduximus, & quæ de glorioſa Matre Dei hiſtorica ſeries ad certa tempora reuocanda porrexit, ſuis illa quoque compendioſe temporibus diſtribuimus: multis interim, imò pene innumeris aliis neglectis, quæ licet ad tantæ Reginæ immortalem gloriam non parum conducunt, quia tamen carent certa nota temporis, locum in hoc opere, nec habent, nec ſatis commodè habere ſanè poſſunt: præſertim cùm B inter ea, aliqua ſint diuerſimodè repetita, & numerum faciant non tam ob diuerſitatem rerum, quàm enarrantium: alia parum certa: alia licet certiſſima, incertiſſimo tamen loco & tempore, & magis incertis perſonis expoſita: quæ ſi quis colligere velit, tomum opinor conficiet hoc noſtro Opere altero tanto maiorem, imò fortè & tertio, & quarto. Nec verò paucam ſegetem daturi ſunt, præter varios antiquos, Cæſarius, Pelbartus, Bernardinus de Buſto, Alexius à Salo, Iuſtinus Miechouienſis, C Carthagena, Spinellus, Poiræus, Hortulus Marianus, Speculum exemplorum, Scriptores Roſarij omnes, & innumeri alij, qui paſſim occurrere poſſunt. Vt igitur ab illis abſtineam, facit ſcopus huius operis proprius, quo ad ſuas temporum claſſes, quantum fieri poteſt, omnia redeuntur: qui etiam ſcopus efficit, vt nonnulla partim improuisè omiſſa, partim ſeriùs præmiſſa, breuicula hîc appendice ſubnectamus cum nota temporis, vt aliquando poſſint ſuum ordinem conſequi paulo pleniùs expoſita.

***

# APPENDIX.

# APPENDIX.

ANNO *Mundi* 4030. *Chriſti* 47. Locuti ſumus de S. Martiale, & magna ex parte dicta ſunt, quę hoc anno 1660 legi in Noua Bibliotheca Manuſcriptorum Philippi Labbe. Quod opus licet impreſſū an. 1657. illo tantùm anno venit in manus meas; vbi conіecta Miſcellanea Hiſtorica Bernardi Guidonis ferè initio, poſtquam aſſeruerunt S. Martialem veniſſe in partes Aquitaniæ cum Veronica & ipſius marito Amatore: addunt Martialem Reliquias S. Dei genitricis, quas Veronica & Amator habebant, ſic diſpoſuiſſe: Sotularem vnum Anicij, alterum Ruthenis, partem capillorum in ciuitate Aluernia, quæ dicitur Claruſmons, partem aliam apud Mimmas. Addunt prætereà, quòd cùm Amator vitam ſolitariam diligeret, diu permanſit in rupe, quæ nunc ab ipſo Rupes Amatoris vocatur, altari inibi conſecrato a B. Martiale in honorem Virginis Matris Dei, vbi ſepultus eſt Amator, cuius adhuc corpus cernitur incorruptum. De Rupe Amatoris dictum eſt anno C. 1140. De Veronica autem adijciunt, vbique Martialem ſecutam, donec ſenio confecta in territorio Burdegalenſi ſuper maris littus reſedit, capella in honorem Virginis illic à Martiali ædificata & ſacrata, quæ *Solac* dicitur, eo quòd ſolum lac Virginis Mariæ ibi repoſitum ſit, alijs Reliquiis Matris Dei alia per loca variè diſtributis.

*Anno item M.* 4080. *C.* 97. De Sacello S. Mariæ de Salis, quod Biturici eſt, nonnulla dicta ſunt. De quo hæc adhuc habet Philippus Labbe tomo 2. Bibliothecæ Nouæ Manuſcriptorum, cap. 1. Patriarchij Bituricenſis: Haud procul habebantur aulæ, quas Barbarorum vulgus Salas appellat. Quo in loco *S.* Vrſinus Oratorium in Deiparæ memoriam conſtituit. Qui locus adhuc retinens antiquiſſimum ſuæ denominationis vocabulum, vulgò dicitur Noſtra Domina de Salis. Habebat autem vir Dei corrigiam, qua Chriſtus ad columnam ligatus fuit virgis cædendus, quæ corrigia illic diligenter ſeruatur, & annuatim die Paraſceues populo oſculanda oſtenditur.

*Rurſum A. M.* 4535. C. 552. Inſinuauimus eueniſſe anno C. 546. vt puer Iudæus in ardente furno Biturici ope Virginis ſeruaretur. Hoc miraculum habetur apud Labbe loco proximè citato cap. 19. & dicitur accidiſſe tempore *S.* Humati Archiepiſcopi, qui ab anno 527. ad 531. claruit: vnde non ſatis conueniunt Annales Francorum cum Patriarchio Bituricenſi.

*At A. M.* 4577. C. 594 Dictum eſt de templo S. Mariæ, quod fundauit S. Sulpitius Pius. De quo Labbe ibidem cap. 31. ait in deliciis fuiſſe Sulpitio præ aliis, & in ſuburbio Biturico ſitum Nauis cognomento fuiſſe appellatum.

*A. M.* 4583. C. 680. Loco ſuperiore cap 28 habet idem Labbe, floruiſſe S. Euſtachium Bituricenſem Archiepiſcopum, cuius tempore Guntramnus Rex ex reuelatione diuina miſit filium ſuum, quem dæmon inuaſerat & diu vexarat, ad S. Mariam de Salis Bituriges, vbi ſtatim liberatus eſt, & locus de Salis liberalitate Guntramni valde locupletatus.

*A. M.* 4622. *C.* 639. Claruit S. Deſiderius Epiſcopus Caturcenſis, qui Caturcæ ædificauit, in D. Virginis gloriam Abbatiam, cuius operis proſecutorem Claudium Abbatem conſtituit. Sic vita eius c. 11. apud Labbe tomo 1. in Miſcellaneis Hiſtoricis. Claruiſſe patet ex Claudio Roberto.

*A. M.* 4644. *C.* 661. Sub Clodouæo ſecundo Rege Galliarum viuebat S. Babolenus, Foſſatenſis Abbas, vt apud prædictum Labbe docet illius Vita. Quæ etiam addit: Quod cùm Baboleni demortui corpus ſecus Eccleſiam B. Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, ſepultum fuiſſet; paulatim paries cui inhærebat, de die in diem diuinâ virtute ſe aperire cœpit, & ſarcophago lapideo, in quo Sanctus iacebat, viam dare, donec non multi temporis euoluto ſpatio, & templi pariete in modum foraminis arcuato, ſine caſu tamen vel minimi lapilli, corpus S. viri infra eandem Eccleſiam pertranſiuit iuxta aram S. Mariæ, oppoſito foramine iugiter in pariete manente. Ex Mauſolæo eiuſdem Sancti, in eadem S. M. Eccleſia oleum plurimis annis manauit, quo peruncti infirmi ſtatim ſanabantur. Foſſatenſe Monaſterium eſt ad fluuium Matronam, & vulgò dicitur, *Sainct Maur des Foſſez.*

*A. M.* 4710. *C.* 727. Febre correptus euolauit ad Deum S. Hubertus per 30. annos Leodij Epiſcopus: cuius in conſecratione, cùm induto ſacris veſtibus ſola ſtola deeſſet, miſſa eſt per Angelum à Beatæ Virgine ſtola illa ſerica alba auróque contexta, tot miraculorum hactenus operatrix, præſertim circa rabie vexatos. Ita Ioannes Roberti in Huberti Vita & notis.

*A. M.* 4810. *C.* 827. Valentinus Papa, & ſcientia, & virtute, & eloquentia illuſtris fuit & illuſtrior S. Mariæ cultu, in cuius Eccleſia more ſolito preces fundens repertus eſt à Clero populóque Romano, quando eſt in Pontificem electus. Ita Anaſtaſius in Valentini Vita.

*A. M.* 4824. *C.* 841. Heribaldus Altiſſiodorenſis Præſul, multis præclarus virtutibus, Baſilicam *S.* Mariæ Altiſſiodori, laquearibus, picturis, & vitreis renouauit, vt habes apud Labbe tomo 1. citato in Hiſtoria Epiſcoporum Altiſſiodorenſium cap. 36.

*A. M.* 4891. *C.* 908. Actum eſt de Victoria contra Normannos apud Carnutum: de qua, Hiſtoria Epiſcoporum Altiſſiodorenſium prætacta c. 42. hæc habet: Gerannus Epiſcopus illi prælio interfuit, vbi interuentu Dei Genitricis, maxima Paganorum cædes acta eſt, in tantum, vt inuenta ſint iugulatorum cadauera pluſquam ſex millia quingenta, exceptis his quos



Digitized by Google

vorago fluminis Audoræ abſorbuit, longuique fugæ tractus ſiluarúmque vaſtitas vulneratos & exanimes obtinuit, &c.

*A. M* 4943. C. 960. Florebat Bereogarius Virdunenſis Epiſcopus, quem hoc anno obiiſſe docet Catalogus Epiſcoporum *V*irdunenſium: peruenisſe autem ad tempora Ottonis tertij, hoc eſt ad annum 983. ait Hugo Flauiniacenſis in Chronico Virdunenſi, quod eſt in tomo 1. Bibliothecæ præcitatæ Philippi Labbe. *De* illo autem Berengario idem Hugo notat, pium quidem fuiſſe, paulo tamen iracundiorem, vnde cùm quadam die ad nocturnam precum ſynaxim principalis templi *S.* Mariæ, vno famulo contentus, qui præluceret ei, procederet, contigit vt in ipſo chori ingreſſu, dum minus aduertit, offenderet in Clericum, nomine Bernerium, quem Epiſcopus pede percuſſit, ſibi non aſſurrexiſſe videns. Dormienti Berengario poſt preces, adeſt *D*ei Genitrix comitata S. Agnete & S. Theclâ, blandéque petit, cur Clericum ſibi deuotum, & qui tunc colloquebatur cum Virgine, interturbarit, & pede percuſſerit. Tum attonito ſubiecit: Bene quidem mihi ſeruiſti, bene in Eccleſia mea laboraſti, ſed nunc vt homo erraſti; & melius eſt, vt nunc errati pœnam ſuſcipias. Per igitur, quo peccaſti, pœnas luat, vt agnoſcant omnes in te, quia diligentes me diligo & defendo. His dictis B. Theclam Virgo admonuit, vt virgâ, quam tenebat, pedem cæderet percuſſoris. Berengarius ſenſit ſe cæſum, confeſtimque pes eius exaruit, reliquâque vitâ claudus permanſit, manéque facto coram omnibus & culpam ſuam, & rem omnem faſſus eſt. Hæc Hugo, ſed ſtilo multùm diffuſiore.

*A. M.* 4987. C. 1004. Die 14. Decembris obiit Adalbero huius nominis ſecundus, Metenſis Epiſcopus, quem Sigebertus ad annum 988. virum ſanctum & nobilem appellat, fundauit ille Metis cœnobium S. Mariæ pro Monialibus, quod cœnobium poſteà tranſlatum eſt in locum Præceptoriæ Melitenſis Ordinis, quando vrbi impoſita eſt arx. Quæ parent ex Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium per Martinum Meuriſſe Suffraganeum Metenſem conſcripta.

*A. M.* 4993. C. 1010. Chronicon Ademari apud præcitatum Labbe tomo 2. ait, Iudæos & Saracenos laboraſſe, vt Bethlehemiticam Eccleſiam, vbi natus eſt Chriſtus, & quæ dedicata eſt S. Virgini, deſtruerent. Sed ſubitò apparuit eis lux fulgurans, & omnis multitudo Paganorum corruens confeſtim exſpirauit, & ſic Eccleſia Dei Genitricis intacta remanſit. Quo etiam tempore Arueus ſanctitate inſignis, Theſaurarius S. Martini Turonis obiit: & Turonis à nouo conſtruxit Oratorium in honorem D. Virginis, vbi Sanctimoniales eſſent.

*A. M.* 5020. *C.* 1037. Facta eſt dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ Carnotenſis die 17. Octobris, vt docet Chronicon Andegauenſe apud [illegible] tomo 1.

*A. M* 5029. C. 1046. Inceptum fuit Monaſterium *S. M*ariæ Nucarienſis, vt docet idem Labbe tomo 2. ex Chronico S. Maxentij, quod Chronicon vulgò dicitur Maleacenſe. Idem tomo 1. ex Chronico S. Vitoni

*A. M.* 5031. C. 1048. Ait eueniſſe incendium ciuitatis [Virdunenſis, & Monaſterij S. *M*ariæ: quod alij dicunt eueniſſe anno 1047. alij anno 1046. vt diximus anno 1047. Deinde locuti ſumus.

*A. M.* 5033. *C.* 1050. De S. Roberto inſtitutore *M*onaſterij Caſæ Dei, loquitur etiam præcitatus Labbe tomo 2. folio 637. c. 6. & pluribus explicat, quomodo Mater Dei die Aſſumptionis eidem Roberto, cùm Formolis eſſet, apparuit, & varia ſecreta mutuo colloquio communicauit, tum cap. 16. quomodo moriturus Robertus curam paſtoralem Chriſto eiuſque Matri commendauit. At parte tertiâ c. 13. miraculum enarrat de crure pauperis ope B. Deiparæ reſtituto. Quippe quidam iuuenis Petrus nomine, genere Aruernus crus ac pedem igneo morbo amiſit, & ad Caſam Dei veniens fulcris greſſum adiuuantibus, os cruris ſui ſua manu tenebat, quod & poſteà in quodam *D*omus foramine reliquit. Andiens autem crebra fieri miracula apud S. *Mariam de mari*, qui locus apud Arelatum viſitur, accepit illuc iter apud militem diuertens Petrum Viuarienſem. De nocte verò, auditis aliquibus circa lectum pauperis colloquentibus, pauperem interrogat Petrus, quid illud ſit, auditque adeſſe B. Deiparam & S. Hippolytum martyrem, qui eros & pedem, pauperis componerent ac reſtituerent. Surrexit ſtatim miſer cum tota familia, & mirati ſunt ſuam cruri redditam diuinitus integritatem; os verò cruris, quod ante in foramine maceriæ locatum fuerat nullibi repererunt. Hæc paulo diffuſiùs in præcitato loco exponuntur.

*Anno M.* 5039. C. 1056. Sacellum B. Virginis in territorio de Fabregolis caſtri de Pennis conſtructum eſt. Ita præcitatus Labbe tomo 1. in Chronico Maſſilienſi. Qui deinde tomo 2. pag. 748.

*A. M.* 5045 *C.* 5062. Bernardus, inquit, Comes Bigorræ ſimul cum vxore eius Clementia dedêre ſeipſos & obtulere *S.* Mariæ de Podio; & conceſſerunt terram Bigorræ ferie quotannis ad eandem S. Mariam ſexaginta ſolidos in perpetuum. Charta & memoria huius rei valde pia eſt, & continetur apud prædictum Labbe, quæ facta eſt hoc anno, Petro Anicienſi Epiſcopo præſidente, quem Claudius Robertus Petrum de Caſtro-mercuriano appellat, vulgò *De Mercueur.*

*A. M.* 5054. *C.* 1071. Euenit Londini ſubuerſio templi S. Mariæ ab arcubus, quod diximus eueniſſe ob ſæuam tempeſtatem; quam apud Labbe Hugo Flauiniacenſis in Chronico Virdunenſi ad annum C. 1099. fusè deſcribit. Turbo irruens Monaſterio S. Mariæ Lundoniæ conſtituto, tectum omne diſiecit, trabes nouem numero vti erant compactæ, diſtantibus inter ſe ſpatiis inſimul arripiens, longiùs aſportauit vſque ad forum paſſus fere quinquaginta, & in eodem foro, quod dictu quoque incredibile eſt, ita diſtantibus æqualiter ſpatiis vt erant compactæ, terræ capitibus in ima demerſis infixit, vt vix cubitus vnus de tanta earum longitudine foris appareret, quod & permanet vſque in hodiernum diem. Quadros etiam ſuper muri altitudinem ſitos, ſupra quos tectum ſtabilitum erat, vſque ad ſeptem millia reuolare fecit, quod nunc vſque cernere poſſibile eſt: fuit autem

circa horam nonam &c. Poſteà certè idem author enormia recenſet flagitia, tum magiæ, tum luxuriæ, quibus tunc fœdabatur Anglia, & quibus non eſt opus huic chartæ verecundiam inſpergere.

*A. M.* 5074. *C.* 1091. Cœnobium S. Mariæ, quod vocatur Fons Gombaudi in confinio Pictauorum ac Biturigum, a B. Petro Abbate cognomine Stellæ inchoatum eſt, inquit Chronicon Malleacenſe apud præcitatum Labbe tomo 2. Et ex eodem Chronico.

*A. M.* 5078. *C.* 1095. Locus S. Mariæ ad Cellum cœpit florere miraculis. Quo eodem anno docent Chronica Gaufredi Prioris Voſienſis c. 27. apud eundem Labbe tomo adhuc 2. Quomodo Vrbanus ſecundus ſtatuerit vt horæ B. *Mariæ* quotidie dicantur & Officium diebus ſabbati. Et quomodo mos inoleuerit in quibuſdam Eccleſiis, vt illud Officium fiat cum nouem lectionibus, præterquam in Quadrageſima, in Vigiliis, aut ieiuniis quatuor temporum, &c. At ex Chronico Dolenſi apud prædictum Labbe tomo 1.

*A. M.* 5089. *C.* 1106. *vel ſequente.* Conſecrata eſt Eccleſia Dulenſis à Paſchali II. quo iubente altare B. Mariæ conſecratum eſt ab Epiſcopo Placentino.

*A. M.* 5104. *C.* 1121. Eccleſia S. Mariæ Lucionenſis fuit ſacrata 19. Aprilis, vt habet Labbe tomo 2. in Chronico Malleacenſi. Hæc Eccleſia vt aduertit Claudius Robertus in Catalogo Epiſcoporum Lucionenſium, ex Abbatiali Ordinis Benedictini erecta eſt in Cathedralem à Ioanne XXII. anno C. 1317. & habet in ſua Diœceſi parochias 233. præter multiplices Abbatias, inter quas cenſentur, Iardus S. Mariæ; S. Maria de Angliis; S. Maria de Granataria; S. Maria de Inſula Calueti; & Sancta Maria de Triſagio.

*A. M.* 5116. *C.* 1133. Cùm ſacer ignis multorum membra deſpaſceret, clarere cœpit miraculis in, vico qui dicitur Dormientium apud Gallias, imago Deiparæ quæ eſt in Conuentu Monialium. Inter alia contigit, vt cuiuſdam ruſtici coniux horribili vlcere in ipſo vultu percuteretur. Adducitur ad imaginem Virginis, funduntur ab ea preces & lachrimæ, moniales vota pſalmóſque multiplicant, multi alij Dei matrem exorant. Nulla ſequitur ſanatio, ſed fœtor intolerabilis, qui omnes diſcedere cogit a muliere, cujus genas, naſum, labium inferius, vlcus depopulatur. Tertius & decimus voluebatur dies, cùm fruſtrata ſpe vale dicens Virgini mulier ab Eccleſia egreditur, ruſtici tugurium ſubit, & incœnata ad vile ſtramen ſe abiicit, vbi & ſopore quodam corripitur. In ſomnis videt Domini matrem multa luce fulgentem, quæ reprehenſam, quòd ab Eccleſia ſua receſſiſſet, Virgineâ manu erigit, vultum attrectat, & omni fugato dolore ac vulnere; imò vulneris veſtigio, benedicens mulieri diſparet. Vix illa ſibi credens miraculi teſtes, qui teſtes fuerant miſeriæ, aduocat: accurrunt vicini, mulier regreditur ad Eccleſiam, gratias agit ſoſpitatrici ſuæ, congaudet populus, & certatim faciem, quam mater Dei propria manu formauerat, oſculatur. Tradidit verò ſeipſam mulier in perpetuam ancillam prædictæ monialium Eccleſiæ ad gloriam Virginis. Miraculum hoc & illius circumſtãtias fusè habes apud hactenus citatum Labbe tomo 1. pag. 651. vbi etiam tria alia ſubiunguntur; quorum duo in illo vico Dormientium acciderunt, ſed non dicitur quo tempore: tertium alibi accidit, ſed non dicitur determinate locus aut tempus. Primum contigit in muliere quadam, cuius maritus puella tanquam pellice vtebatur, propria vxore contempta. Hæc enim quotidie à Deipara coram ipſius imagine iuſtitiam de meretrice poſtulabat: meretrix verò quotidie ſalutatione Angelica Virginem Virginiſque imaginẽ honorabat. Annus interim elabitur, tum ſæpiùs implorata Virgo die Reſurrectionis mulieri apparens: Quære alium, inquit, mulier, qui tibi iuſtitiam faciat, nullo modo facere poſſum, tam grata ſalutatione ab illa meretrice afficior. Mulier ſtupens & beatam matrem Domini exiſtimans deluſam incantationibus meretricis, erumpit ex Eccleſia, & forte incidens in prædictam pellicem exclamat, ſalutationibus eius S. Virginem ſeduci, omnemque vicum ac populum vociferationibus ſuis replebat pellicem perſequens. Interrogata tum à Clero, tum à turba præſente mulier, quid ſibi Virgo reſponderit declarat. Quo audito pellex, Matris Domini in ſe pium animum agnoſcens, accurrit ad eius imaginem, & genua flectens, coram populo continentiam vouit, deinde Sanctimonialem fieri poſtulauit, cellulam iuxta Eccleſiam fecit, in ea ſe incluſit, & fideliter vſque ad mortem perſeuerauit. Secundum miraculum accidit in puerulo pauperis mulieris, quæ cùm oraret apud Virginis ſtatuam, ipſe filiolo ſtatuæ Marianæ porrigens panem dicebat: infans comede, comede. Cumque ſæpiùs incaſſum iteraſſet, flere cœpit. Mira res: flenti ſtatua pueruli Ieſu locuta eſt: poſt tertium diem tecum epulabor: Quæ vox & mulierem, & alios perculit, qui authores fuerunt, vt infans in Eccleſia retineretur triduo: poſt quod facies eius ſplẽdeſcere inſolitò cœpit, quo in ſplendore exſpirauit. Tertium contigit in monacho, & æditiuo, & luxurioſo, qui quaque nocte Monaſterium egrediens, ſtagno emenſo ad ſcortum diuertebat; priùs tamen ſalutata imagine Mariæ. Nocte quadam in ſtagno ſubmerſus, raptus eſt ad tribunal Chriſti, & à dæmone petitus ad rogos ſempiternos. Adfuit Dei Mater, quæ, frendente licet Tartaro, à filio exorauit, vt damnandi anima ad corpus rediret pœnitentiam actura. Rediit: Quippe Monachus in ſtagno repertus eſt, & inde extractus ad Eccleſiam non tantùm contendit, ſed redditis Deiparæ gratiis, rem omnem prolixè coram omnibus explicauit.

*A. M.* 5136. *C.* 1153. Cõmemorat Ioannes Eremita libro 2. c. 7. vitæ S. Bernardi: eundem ſanctum quadam nocte audiuiſſe Angelos in Eccleſia ſuauiter cantantes, vidiſſéque B. Dei Matrem in medio Angelorum duorum, quorum hic manu ſua thuribulum aureum, ille incenſum tenebat. Proceſſit vir ſanctus, deducente Angelo, à dextris matris Dei, donec ad altare peruenit; vbi voce Angelica decantari audiuit totum *Salue Regina*. Quam antiphonam diligenter retinens, ſcripſit ad Eugenium Papam, vt caneretur per Eccleſias Apoſtolica authoritate. Hæc fusè Ioannes: quibus indicare videtur,

*Salue Regina* initium ſumpſiſſe à D. Bernardo; contrarium dictum eſt anno C. 1054. An verò hæc viſio cauſa fuerit, vt ſacris Officiis immiſceretur, quis aſſerere audet? vide dicta anno C. 1239.

*A. M.* 5170. *C.* 1187. Sæuiente bello inter Philippum Auguſtum Regem Galliæ, & Henricum Regem Angliæ, accidit Monaſterium Dolenſe miraculis B. Deiparæ inſigni modo coruſcare. Nam præter flores de Ioſberto mortuo erumpentes, de quibus actum eſt anno C. 1186, & agit Labbe tomo 2. pag. 410. præter item cruorem de ſtatua Virginis, de quo præſenti anno. Vlteriùs idem Labbe tomo 1. in Chronico Dolenſi, mentionem facit aliorum miraculorum. Præcipuum fuit pax inter duos prædictos Reges, quam à Virgine exorauit Dolenſium Monachorum gemitus: quippe cùm coruſcarent enſes, & arcus iam iam ſagittas emitterent, orantibus illis, propoſitio Regis Angliæ ſic à Rege Galliæ acceptata eſt, vt mirantibus cunctis ſumma pax ſecuta ſit, & ſumma tranquillitas. Aliud miraculum fuit in Anſealdo de Barbanſo, famoſiſſimo equite, quem ſpiculo quadrato in maxilla percuſſum, ſic Virgo ſanauit, vt ferrum, quod auelli non poterat, per ſe ceciderit, & vires exhauſtæ confeſtim ad aram applicato Beatæ Deiparæ integre redierint. Tertium in curſore quodam, cui dolor in pede violentus ſuaſit ad Matrem Dei confugere: confugit, beneficium ſenſit, pedem cereum pro carneo obtulit in gratiam receptæ ſanitatis. Quartum fuit ſuſcitatio pueli Argentonienſis implorata Virgine à parentibus eius. Quintum acerba punitio mulieris coniectas metu belli ſupellectiles in Eccleſiam Dolenſem furaciſſimè ſcrutantis & ſubripientis, quæ in flagranti deprehenſa, atque in carcerem detruſa, ſacro inſuper igne correpta eſt, quo ſenſim peruadente, triſti omnium ſpectaculo partem poſt partem depaſta eſt. Sic puniente Deipara. Vide ſi lubet prolixam rei tragœdiam. Interim aduerto quod.

*A. M.* 5182. *C.* 1199. Prophanabant Eccleſias, & altaria, & ſacras imagines milites Marcualdi: è quibus vnus in Deiparæ aram manum ſacrilegam iniecit, quam Deo vindice arefactam mox ſenſit. Ita Continuator Baronij, Odericus Raynaldus, Tauiſinus, Congregationis Oratorij Romæ, hoc anno n. 5.

*A. M.* 5183. C. 1200. Idem Odericus n. 20. Hugonem Lincolnienſem tumulatum ait in æde quam Deiparæ conſtruxerat, additque, illum olim, & manus & humeros in cæmentario iſtius ædis opere ſubieciſſe, nec alienum reputaſſe ab Epiſcopi dignitate eiuſmodi laborem, quem etiam illuſtrauit Deus, cùm æger accepto Hugonis corbe repentè valetudinem eſt adeptus.

*A. M.* 5185. C. 1202. Terræmotu quaſſatâ Syriâ, 30. Maij, ſtetit Antaradon in qua B. Petrus primam Baſilicam excitaſſe Virgini dicitur. Ita Odericus n. 30. Qui anno C. 1204. num. 26. habet cum Pariſio hiſtoriam imaginis Damaſcenæ S. Mariæ, quæ oleo fluxit.

*A. M.* 5186. *C.* 1203. Idem Odericus n. 15. fusè deſcribit victoriam reportatam ope B. Virginis, & S. Lamberti, à Leodienſibus & eorum Epiſcopo Hugone, contra Henricum primum Louanienſem, ſiue Brabantiæ Comitem. Viſus eſt enim in aëris medio glorioſus martyr Lambertus armis fulgens aureis, quem glorioſa Virgo præcedebat: quos cùm Hugo inuocaret, hoſtes terga dedere, tribus millibus & ampliùs interemptis. Contigit hæc victoria 13. Octobris. Ita habet Odericus ex Manuſcripto Vallicellenſi lib. 3. cap. 11. de S. Lamberto. Iam verò.

*A. M.* 5203. *C.* 1220. De cœnobio Viterbienſi S. Mariæ ad gradus locuti ſunt Bzouius, & Donius D'attichy in Floribus hiſtoriæ Cardinalium, in Reynerio Capoccio, dicúntque, ideo nuncupari ad gradus, quòd plures lapidei gradus ad eam ſcandendi ſunt: ædificatam autem eſſe à Reynerio Capoccio Cardinali ſacrâ quadam ſic excitato viſione. Viſa eſt ei poſt multas preces dormienti pulcherrima fœmina, quæ ardentem cereum tenens, Cardinalem manu prehendit, & deduxit ad nemus, cereóque herbas & arbuſculas combuſſit toto eo ambitu vbi nunc eſt Eccleſia ad gradus. Expergefactus Cardinalis, nec viſum intelligens, ad Monachum quemdam Album nomine, albiorem virtute, iuit, à quo & conſilium petiuit. Ille confeſtim admonuit B. Deiparam eſſe mulierem illam, quæ poſcit ædem ſibi exſtrui; gratulatur Reynerio de tanto bono, hortatur vt maturet. Et vero diligens Reynerius fuit, nec priùs pedem ex eo loco mouit, quàm futuræ ædis in honorem B. Deiparæ fundamenta iecerit; quam & breui abſoluit, & Ordini Prædicatorum addixit.

*A. M.* 5222. C. 1239. Habet Odericus, de Kinga, ſiue Kunegunde Belæ Regis Hungariæ filia, & vxore Boleſlai Pudici Poloniæ Regis, n. 68. quòd virum ſuum ad colendam pudicitiam exemplo ſuo pellexit, quódque recens nata non ab eiulatu & lachrimis, vt cæteri infantes, ſed à clara & articulata ſalutatione B. Virginis inchoauit Hungaricè dicens: Aue Regina Cælorum.

*A. M.* 5228 C. 1245. Donius D'attichy ſuprà citatus in Petro Capoccio Cardinali, poſtquàm dixit ab iſto Cardinali poſitum fuiſſe ſacro ritu primarium lapidem ac fundamentalem templi S. Mariæ Annunciatæ Florentiæ: poſteà fusè deſcribit miraculum imaginis lapideæ D. Virginis ſuper aquam exundantis putei enatantis, & conſtructionem Eccleſiæ S. Mariæ in via ob hoc prodigium ædificatæ; quam conſtructionem nunc reuocat ſecundum vnum authorem ad annum 1256. nunc ſecundum alium ad 1243. alij ad 1245. vt Spinellus. Veriſimile eſt cœpiſſe conſtrui anno 1245. quandoquidem Capoccius eſt tantùm renunciatus Cardinalis anno 1244. & dicitur factum miraculum ad domum Cardinalis Capoccij, & perfectam fuiſſe anno 1256.

*A. M.* 5232 *C.* 1249. Obiiſſe dicitur B. Raymundus Nonnatus, Cardinalis, quem Donius D'attichy antè citatus, à primis annis ait, fuiſſe piiſſimum in Dei matrem, & eius imaginem ſic venerari conſueſſe, vt eam eſſe matris ſuæ effigiem dictitaret, ſeque nullam aliam vnquam agnouiſſe, quippe extincta matre in lucem prodiit, vnde eſt dictus Nonnatus. Roſario ſic affectum fuiſſe, quod percurrebat in ſacra quadam Deiparæ eremo, vt nec curæ

paterni gregis cui incubabat, nec dæmonum turbæ abducere animum potuerint: omnes diaboli conatus ſolo nomine Mariæ diſſipabat. Illi feruentiùs in eremo oranti imago Deiparæ ſubriſiſſe fertur, & miſiſſe Angelos qui Raymundi gregem, ne diſtraheretur, curarent. Sciſcitanti à Virgine quid maximè ab eo peteret, Caſtitatem reſpondit. Tum addidit vt Barcinonem contenderet Chriſto militaturus in Ordine S. Mariæ de Mercede, qui Ordo totus erat Virginis: & ne quam fortè moram pateretur à patre, adiret Comitem Cardonæ perſuaſurum illum patri vt Raymundo facilè licentiam daret. Raymundum ſuſcepit Petrus Nolaſcus, alter huius Ordinis inſtitutor. Gregorius nonus virtutibus illuſtrem Cardinalis honore adauxit. Dicitur Raymundus, quemdam à graui zelotypiæ morbo ope Virginis liberaſſe; & à Virgine, Beatorum ſtipante catervâ, galero floribus concinnato donandus, quòd galerum ſuum ſibi detractum egenti dediſſet, ni euiciſſet Raymundi humilitas vt ſpineâ potius a Chriſto coronâ velaretur. Quin & in morte perhibetur, à Chriſto ſacro Euchariſtiæ viatico fuiſſe refectus: poſt mortem verò eius corpus ex decreto Regis Aragonum, Epiſcopi Barcinonenſis, ac Petri Nolaſci, mulæ cæcæ impoſitum, delatum eſt permiſſione nutúque diuino, ad illam Eremum, in qua iam à teneris Diuæ Virgini tam impensè ſe deuouerat. Hæc fuſiſſime narrata videbis apud præcitatum authorem.

*A. M.* 5234. C. 1251. Habet Odericus n. 14. ex Cantipratenſi lib. 2. c. 29. num. 8. fœlicem tranſitum cuiuſdam adoleſcentis prænobilis, qui cùm primùm infœlici exitu vitam clauſiſſet, ope Virginis, cui addictiſſimus erat, ad vitam reuocatus, expiatis apud ſacerdotem criminibus feliciſſime iterum animam exhalauit.

*A. M.* 5237. C. 1254. Habet & idem Odericus num. 17. ex Ionuillæo ingens miraculum de equite Argonio nomine, qui delapſus in mare inuocatam Virginem & vidit, & ſenſit ſe per humeros in aquis ſupportantem, donec regia nauis & in qua receptus eſt, ad eum acceſſiſſet: vnde nec brachia mouebat nec pedes, quia tam fœliciter ferebatur.

*A. M.* 5253. *C.* 1270. Obiit Guido de Melloto Epiſcopus Altiſſiodorenſis, qui extrema delibutus vnctione, & cruce ſe & imagine Virginis muniit, non ceſſans coram eis dicere, nunc In te Domine ſperaui non confundar in æternum: nunc Aue Maria: nunc In manus tuas: nunc Maria mater gratiæ. &c. In his obiit 19. Septembris. Labbe tom. 1.

*A. M.* 5260. C. 1277. Idem Labbe tom. 2. in Geſtis Abbatum S. Germani c. 17. & 18. docet vitæ terminum contigiſſe Ioanni, Abbati 17. commendabili ob pietatem in Virginem, in cuius honorem conſtituit, vt qualibet hebdomada celebraretur vna Miſſa de B. Maria ſolemniter in Conuentu, quam in rem ſumptus dedit. Conſtituit etiam, vt qualibet hebdomada duodecim Lectiones perlegerentur de prædicta S. Maria. Quod poſtremum licet aliquamdiu negligentia ſubditorum omiſſum ſit, poſteà ſub Guidone ſucceſſore Ioannis in vſum deductum eſt.

*A. M.* 5274. C. 1291. Dicitur Deiparæ Imago per plures dies lachrimas emiſiſſe, ob imminentes Græciæ clades. Ita Odericus num. 18 Qui anno C. 1292. n. 24. ex Villanio & Antonino docet percrebuiſſe miracula ad imaginem Virginis Florentiæ.

*A. M.* 5302. *C.* 1319. Idem Odericus n. 7. ait, In Piceno Recinetenſes in Amelium prouinciæ præſidem coniuraſſe: coniurationis principes erant Lipalius & Andreas è Gonzelina ſtirpe Auximani Patritij, qui nefarios quoſque in ſuam ſocietatem adſciuerant, quam, vt flagitium pietate colorarent, B. Virginis Sodalitium nuncupabant, Deiparæ & hominibus iniurij.

*A. M.* 5303. *C.* 1320. Bernardus Guidonis, ex Ordine Prædicatorum, & Epiſcopus Louedenſis, ſcripſit Speculum hiſtoriæ, ſiue Speculum Sanctorale, quod Ioanni Papæ XXII. dicauit. In eo multa ſunt, quæ pertinent ad Feſtiuitates *Beatæ* Virginis, vt Labbe aduertit tomo 2. folio. 514. De *Bernardo* vide Claudium Robertum.

*A. M.* 5304. C. 1321. Datas fuiſſe 25. Iunij Indulgentias à Ioanne XXII. adituris templum Sanctę Virginis, cui à Viridi valle nomen erat, in agro Nemauſenſi, ſcribit Odericus num. 51.

*A. M.* 5328. *C.* 1345. Ioãnes Dux Normanniæ, Philippi Francorum Regis filius, venit à Caſtilione ſuper Andram ad B. Mariam Burgidolenſem peregrinus & pedes: adiuitque Capitulo Religioſorum, a quibus obtinuit vnam miſſam quotidie ad altare B. Mariæ miraculorum, donec bello finis imponeretur. Hæc Chronicon Dolenſe apud ſupra nominatum Labbe tom. 1.

*A. M.* 5334. C. 1351 Fabricata eſt lignea ædes in oppido Delphi in honorem Virginis, & ibi repoſita eiuſdem imago per miraculum inuenta. Triginta autè annis continuis, circa feſtum Purificationis ſimulacrum prædictæ ædis in aëre apparebat; quod apparuit fratri Suiconi Col, & ſocio eius. Quod notat Ioannes à Leydis Carmelita lib. 29. cap. 20. Et ex eo Odericus Raynaldus hoc anno numero 36. idem

*A. M.* 5344. C. 1361. Refert n. 3. hiſtoriam Concionatoris, qui Cracouiæ exſpirauit vbi ad populum dixit D. Virginem eſſe conceptam in originali: quam hiſtoriam retulimus anno 1350.

*A. M.* 5356. C. 1373. Rurſum idem Odericus n. 15. refert decretum, quo ſtatuit Gregorius XI. ad pietatis ſtudium in Deiparam commendandum, vt Fideles, recurrente anno Iubileo, Lateranenſem, & Principis Apoſtolorum baſilicas luſtraturi, *Sanctam* etiam Mariam maiorem, ob ingentia in ea patrari ſolita miracula, veneratione digniſſimam adirent.

*A. M.* 5378. C. 1395. Migrauit ad Deum B. Margarita vidua miraculis clara Septempedæ in Piceno, ruſticis & pauperibus parentibus nata, ideoque Paſtorella dicta. Hæc perpetuò memor paſſionis Chriſti, & auſteritate inſignis, quindecim ante diebus ab ipſa Dei Matre de imminente morte præmonita eſt. Ita Odericus n. 20. & 21. ex Pompilio Caccialupo. At.

*A. M.* 5383. C. 1400. Iuſſu D. Virginis Monaſterium Nuſſienſe Canonicorum Regula-

Iii iij

rium in Diœceſi Colonienſi reſtauratum eſt. Duobus enim viris piis B. Virgo cæleſti ſpecie ſe videndam obiecit, præcepitque vt Monaſtegium iſtud collapſum reſtituerent, quorum alter erat Monaſterij Præpoſitus à fratribus electus, de domo Theutonica Petrus vocatus, alter medicos & ſacerdos longo ſpatio diſſitus, qui cùm nunquam anteà Nuſſiam acceſſiſſet, in viſione locum vidit, & imaginem altaria Deiparæ, & poſtea ibidem Religioſus factus ſanctiſſimam vitam traduxit. Pleniùs hæc Odericus habet numero 17. ex magno Chronico Belgico.

*A. M.* 5432. *C.* 1449. Latinum Vrſinum fuiſſe renunciatum Cardinalem à Nicolao V. docet Dominus D'attichy in Floribus Hiſtoriæ Cardinalium additque eidem laudabili fuiſſe in Dei matrem pietate, cuius feſta deuotè celebrabat, & anticipato ieiunio præueniebat ad quam fidenti animo confugiebat vt ad anchora ſalutis, quam ſecundum quietem vidit pro ſe ſupplicantem filio : à qua denique certior factus eſt de hora ſuæ mortis, & quòd ſibi ad inſtar Beatæ Virginis concederetur, ne in eadem hora ſuæ mortis dæmones aſpiceret.

*A. M.* 5506. *C.* 1523. Facta eſt conſtructio Cœnobij Diuæ Virginis *de Atocha* apud Madritum, de quo poſt Choquetium fusè loquitur Iuſtinus Miechouienſis, diſcurſu 220. n. 37. & notat Imaginem Diuæ de Atocha iam inde nomen & famam habuiſſe à tempore S. Ildephonſi circa annum C. 656. quandoquidem illius meminit Ildephonſus ſcribens cuidam Cæſarauguſtano Canonico. Ædicula igitur iam tunc erat in ſuburbio Madritano, quæ hoc anno conceſſa Dominicanis creuit in cœnobium ſumptibus Ioannis Hurtadi de Mendoza Equitis Salmantini nobilis, qui militari demum reiecto baltheo, meliorem militiam iniit ſub ſignis S. Dominici Religioſum aggreſſus inſtitutum. Inter alia magna numero miracula, quæ per Virginem de Atocha patrata ſunt, illuſtre accidit anno C. 720. cùm Madritum Saracenis occupantibus, Garſias Ramirez ſtrenuus alioqui Dux, cum vxore & familia ſic fugit, vt conceſſerit in arcem Ribat ad Xamaram, ſacellum, pro ligneo, Diuæ de Atocha lapidibus conſtruens & fortius reddens. Saracenis inuiſa res fuit, in Garſiam inuadunt, ille vxori ac filiabus fœditatem à Barbaris metuens, ipſas volentes iugulat, & implorata Deipara, cum ſuis in Saracenos ruit, ac panico terrore correptos ad vnum profligat. Lætus de victoria ad *D*iuam de Athoca contendit. triſtis interim de morte, quam intulerat ſuis. Verùm, ô prodigium! videt illas viuas & ſaluas in ſacello Virginis, quas ſuſtulerat nece. Vide ſi lubet iſta fuſiùs explicata loco ſuprà citato.

*A. M.* 5509. *C.* 1526. Contigit mori Franciſcum de Cartoceto, Minoritam eximiæ virtutis, quem in obitu Angelorum Regina, Sanctorum multitudine ſtipata, ſuo aſpectu recreauit. Hunc Bouerius hoc anno num. 10. & 11. in Annalibus Capucinorum plurimùm laudat, & velut ſecundum inter Capucinos enumerat, ſcilicet alterum poſt Matthæum à Baſſio : additque Franciſco morienti lucidiſſimam viam aulæis gemmiſque ornatam monſtratam fuiſſe, quæ ad cælum à terra pertingeret, quà via cæteri Capucini primum hunc ad cæleſtem gloriam aſcendentem ſequerentur, vt olim S. Benedicto in cælum abeunte, duobus monachis via cum voce percepta eſt, qua dilectus Domini Benedictus, in cælum aſcendit. Obiiſſe præterea idem Bouerius dicit anno C. 1537. Euſebium à S. Catharina ſolitum cum Virgine familiariter colloqui. Anno 1541. Vincentium Calatitanum, qui in extremo agone Beatam *D*eiparam vidit, amauit, adorauit, & ducem in cælum habuit. Anno 1548. Leonardum Auguſtanum & Vincentium à Colleario, vtrumque ſpectabili *D*eiparæ aſpectu in morte exhilaratum. Anno 1549. Ioannem Baptiſtam Pedemontanum, cui Virgo apparens reuelauit purgatorium Pauli III. & gloriam Franciſci Æſini.

*A. M.* 5512. *C.* 1529. Primum Romæ Monaſterium cœpit acquirere Congregatio Capucinorum in ædicula quadam Beatæ Mariæ dictæ de Miraculis, iuxta portam Flaminiam ; in qua aduocati Fratres ex Colmenzoni Conuentu, conſidere cœpere, ſub auſpiciis ac tutela Beatæ Deiparæ lætiſſimi viuentes. Qua de re Bouerius hoc anno. n. 103.

*A. M.* 5529. *C.* 1546. Romę ſanctè deceſſit primus Socius S. Ignatij Loyolæ Petrus Faber præclarus in vinea Chriſti operarius, & Mariæ famulus : de quo Orlandinus in vita eius c. 5. Matrem Miſericordiæ, inquit, miro colebat honore ; cuius vitam, vt diſtinctiùs veneraretur & in ſe exprimeret, diſtribuit in tria tempora. Separatim enim conſiderabat primò tempus ante conceptum filium, tum id, quo cum eo vixit in terris, poſtremò illud, quo poſt aſcenſum eiuſdem ſuperfuit : & ex alia ad aliam ſe celebritatem comparans, tempus primum præparationi, proximum compaſſioni, vltimum deſiderio tribuebat. Primo itaque tempori, quod à die Conceptionis ad diem Annunciationis determinabat, conſiderabat Virginem velut in conficiendo exornandóque Altiſſimi tabernaculo occupatam ſéque præparanda, vt conuenienter poſſet dicere, Ecce Ancilla Domini, eique præſenti pro dignitate ſeruire : itemque ipſe iiſdem ſimilitudine quadam inducendis in animam ſuam ornamentis exercebatur, & à Virgine depoſcendis. Alterum tempus Compaſſioni Deiparæ tribuebat, exiſtimans vt Chriſto via ad gloriam Paſſio fuit, ita illi compaſſionem in primis fuiſſe, qua filio patienti indoluit : Et hoc tempore ad Matris exemplum per dolorum Domini ſenſum ſeruire Domino ſtudebat, virtuteſque *D*omini imitari. Tertium deſideriis tribuebat, quibus ſuperſtes Mater filium proſecuta eſt ad cæleſtia remigrantem, optans ſimul ac poſtulans, vt ſibi quoque daretur, quæ ſurſum ſunt aſſiduè quærere. vbi Chriſtus eſt &c. Demum per obſequia Matris ſatagebat omnino admitti ad famulatum filij.

*A. M.* 5535. *C.* 1552. Exceſſit è viuis Matthæus à Baſſio, vir multarum virtutum, cui Capucini ſuæ inſtitutionis initium debent, & quem agnoſcunt primum ſui Ordinis Generalem. Inter alia quæ de eo prolixè Bouerius enarrat, iſtud eſt hoc loco notandum, quod habet n. 69. de quodam aduocato, cui dæmon in ſimiæ ſpecie multimoda obſequia præſtabat : nam menſam ſternebat, mantilia criſpabat,

calices & cyathos lauabat, orbes in ſuis locis collocabat, fores venienti aperiebat, & ſimilia multa; quæ ab Aduocato audiens narrari Matthæus, iubet ſimiam adduci, imò verò ad reluctantem progreditur, & adiurat nomine Dei, vt quis ſit edicat: faſſa illa eſt ſe dæmonem eſſe animam Aduocati in Tartara rapturum, ſi vel ſemel ante ſomnum prætermiſiſſet Deum ac Deiparam inuocare. Quo dicto non ante abiit, quàm ſignum fugæ ſuæ foramen in pariete daret; & ſic Aduocatum meliora ſpondentem, & de Virginis auxilio ſibi meritò gratulantem, liberrimum reliquit. Idem Bouerius obiiſſe ait anno 1558. Bernardum Offidanum, Laicum Capucinum, cui pro ſuis delictis oranti, & apparuit Virgo, & plenam remiſſionem obtinuit. Sic ille num. 51. Qui rurſus anno 1560. Nouitium, ait, petiiſſe a Deo, vt ex vita potiùs, quàm è Religione excederet; hunc febris repentina de vita diſiecit, priùs tamen iucundo Virginis exhilaratum aſpectu.

*A. M.* 5549. *C.* 1566. Adhuc Bouerius hoc anno n. 3. Sceleſtus quidam Turca, inquit apud Serram Capreolam in Monaſterio Capucinorum ſimulacrum D. Virginis enſe ſecare aggreſſus eſt. Vt tentat, vt petiit viribus vitâque diuinitus priuatus: ſimulacrum verò ibidem pergit fulgere prodigiis. Multos inſuper idem Bouerius Capucinos enumerat, quos ſuâ gratiſſimâ facie B. Virgo honorauit. Oranti viſa eſt Franciſco Maceratenſi, mortuo anno 1568. Viſa Vincentio Platienſi tentato & à ſpectris dæmonum agitato, qui eodem anno mortem oppetiit. Viſa Leoni Geouenſi, qui anno 1571. functus eſt: ſcilicet iteratò ei Virgo ſe ſpectabilem præbens, ingreſſum ad Capucinos imperauit. Vincentio à Flauiano, dum per Tuſciam nudus oblongam Crucem portat, & inſtar Ionæ pœnitentiam ſuadet, feſſo panem oti appoſuit, & vires reſtituit; quem mori contigit anno 1573. cùm priùs crucifixi ſtatua brachia è cruce reuellens amplexari Vincentium ſit viſa. Angelo adfuit Saonenſi, cùm anno 1574. obiret: Et ſimiliter anno 1575. tum Ioanni ab Apiro, tum Philippo a Monteveteri, quando viuere deſinebant. Quæ omnia fuſiùs Bouerius habet in præcitatis annis.

*A. M. circiter* 5553. *C.* 1570. Templum quoddam dicitur apud Griſones, ſiue Rhætios, conſtitutum iuſſu Virginis; factúmque eſt à ſacerdote ædi Lauretanæ par, & prodigiis frequens eſt. Patet id ex Annuis Societatis Ieſu anni 1584. in domo Profeſſa Mediolanenſi. Ex quibus præterea Annuis

*A. M.* 5565. *C.* 1582. Apud Reſidentiam Iulienſem in Peruana prouincia. Mulier alioqui pia, in ſcelus tamen prolapſa confiteri erubeſcebat, non ſine mentis moleſtia, quam vt finiret iam parabat laqueum. Miſerta Virgo eſt, & ſpectabilis facta, ac filiam illam cõpellans, arguit, monuit, & docuit cuinam confiteretur. Virginis beneficium mulier agnoſcens ad vitæ viam exhomologeſi rediit. Rurſum

*A. M.* 5566 *C.* 1583. Olyſipone quid ſimile accidit. Nam quis deſperatione merſus, tectâ ſolitudine ſe abdens, dæmones inuocauit. Adeſt dicto citiùs truculentus hoſtis, hominem ſtrangulare parat. Sed miſer homo perterritus, Deiparæ nomine latuam fugat, exindeque tectâ ad Collegium properans expiatis Sacramento peccatis ad ſpem à deſperatione traducitur. At

*A. M.* 5567. *C.* 1584. Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ effigiẽ ſuam coronâ ſceptroque inſignem ſupplicantis in modum ex auro expreſſam pondo librarum decem Diuæ Lauretanæ dono dedit. Rem habet Turſellinus lib. 5. c. 7. Annuæ tempus, in Collegio Taurinenſi, ſicut & cauſam continent, valetudinem ſcilicet Principis voto recuperatã. Sed & eædem Annuæ in Collegio Funchalenſi, quemdam aiunt coram Virginis ſimulacro graue facinus deploraſſe, ratũ id ſatis eſſe ad expiandum. Hunc Mater Miſericordiæ in tanto errore non tulit, ſed ad confeſſionem viam dedit.

*A. M.* 5568. *C.* 1585. Mulier ſcelus occultans in confeſſione, & ob id occulta ægritudine laborans, admonetur à Virgine ſpectabiliter apparente; fitque in illa Confeſſio medicina ægritudinis. Item duo iuuenes miſſi à Virgine, Sodalem quemdam, penè factum victimam odij & ferri viri potentis, ſua ſubitâ præſentiâ eripiunt, ac deinde ex oculis repentè diſparent. Primum accidiſſe Nolæ, alterum Catacæ Annuæ noſtræ teſtantur. Quæ præterea aiunt, Billomi obiiſſe P. Ioannem Belmeſium, piiſſimum erga S. Euchariſtiam, quem Deipara cum S. Baptiſta anno 1588. in morte viſitauit. Quo eodem anno Eboræ, puella quædam per quatuor annos falſi criminis ſuſpecta, eamque ob cauſam ſepties veneno appetita, quòd ſe Virgini commendaſſet, ſemper illæſa ſeruata eſt. Sic prædictæ Annuæ. Quæ anno 1590. addunt in Miſſione Vratiſlauienſi cõuerſionem Lutherani adoleſcentis pertinaciſſimi, cui niueo amictu apparens Virgo, & dextra caput demulcens, ac veluti coronam ſacerdotalem digito imprimens, meliorem animum inſpirauit. In Collegio Racholano Prouinciæ Indicæ, Auctrix dicitur Virgo propagandæ fidei, ſicut eſt & hæreſis interimendæ: vnde ſtatuuntur ei vbique templa, Racholani S. Mariæ ad Niues; Cincioi S. Mariæ naſcentis; Marſodæ &c. Ibidem quoque inuocata à quodam nondum Chriſtiano, vt ſolutionem cuiuſdam debiti procuraret, quam ille nec ſyngraphâ nec teſtibus vrgere poterat, ſtatim exaudiuit, & is qui debebat, ſponte accerſito creditori fidem ſuam exoluit.

*A. M.* 5582. *C.* 1599. Contigit, vt Nicolaus Lancitius, Societatis Ieſu, Sacerdos Polonus, cùm eſſet Romæ, ſcripſerit ex Actis Originalibus Concilij Tridentini, quæ aſſeruantur in caſtro S. Angeli Romano, & quæ expreſſa licentia Clementis octaui, fuerunt P. Petro de Arrubal, Profeſſori Theologiæ in Collegio Romano, & ipſimet Lancitio eius ſocio, ad aliquot horas exhibita à Cardinali Cæſio; quòd ex aliquot decadibus Epiſcoporum deputatorum ad tractandum de puncto Conceptionis B. Virginis Mariæ, omnes aſſeruerint, illam eſſe Conceptam ſine peccato originali, ſolos quinque contrarium dixiſſe. Poſteà in alia ſeſſione fuiſſe concluſum, vt tandem determinaretur à Concilio Tridentino, illam eſſe conceptam ſine peccato originali; ſed ob inſtantiſſimas preces aliquot Epiſcoporum & Theologorum S. Dominici, qui illi Concilio aderant, rogantium ne hac vice, propter notam, quæ inureretur Ordini S. Dominici

Digitized by Google

hoc decreto, illud ederent, ſed ſuperſederent, & ad aliud tempus illud reſeruarent, Concilium ſuperſedit, decretum illud non vulgauit hanc ſolam ob cauſam. Ita prædictus Lancitius tom. 2. Opuſculorum Spiritualium, opuſculo 11. cap. 13 paulo vltra trientem. Quam rem his verbis confirmat: Ita habetur in Actis Concilij quæ diligentiſſimè legi, & hæc tunc deſcripſi.

*A. M.* 5590. C. 1607. Vir ſuſpectam de adulterio coniugem habens, & ob id dirè vexans, confugit ad varias artes, quibus coniugem exploraret, confugit illa ad Virginem, & profecit: Tam piam enim erga B. Deiparam expertus, expertus quoque fideliſſimam maritus amicitiam redintegrauit. Qua de re Annuæ in Collegio Valencenenſi. In Anicienſi autem, habent de morbido quodam, qui ſe voto obſtrinxit nudis pedibus Anicium petendi. Sanato obſiſtunt affines & amici: nec tamen quid magis euincunt, quàm vt tibialibus laneis illud iter, ſine calceis tamen, metiatur. Defungitur itaque voti religione, & viam per montana aſperam, ſaxoſam, difficilem ingreditur, conficitque itineris 120. milliaria, nec tamen ſoleæ tibialium laneæ vel minimo detrimento diminutæ ſunt.

*A. M.* 5591. C. 1608. Cuidam, poſt votum ad S. Mariam Cellenſem, febris, & Huſſitarum hæreſis adempta eſt. Alteri Chriſtus hortator eſt factus, vt iret ad Diuam Cellenſem diutini cauſa expellendi morbi. Detrahens de puritate Mariana adoleſcens viſibiliter vexatur à dæmone. Adductus eſt alius à Deipara ad Sodalitium, cum probro quod illud vitaret turpi adhærens illecebræ. Annuæ in Collegiis Crumlouienſi & Frexenalenſi, ac in Domo Probationis Cracouienſi.

*A. M.* 5592. C. 1609. Virduni, adoleſcens Germanus à Chirurgo in neruo punctus non contraxit animum; ſed per tale vulnus ſibi portum videns immortalitatis aperiri, grates Deo ac Deiparæ ſoluit, & huius oblatâ ſpecie recreatus, ad clarum vtriuſque conſpectum fauſtè fortunatéque euolauit. At Aueniene depoſitus iuuenis voto Litaniarum D. Virginis quotidie dicendarum, cum vſu linguæ ſanitatem recepit. Viennæ in Auſtria ſanitatem dedit & fidem ægro hæretico votum peregrinationis ad Dei matrem. Guadalaearæ in Mexico obiit Ioannes Verutia Societatis Ieſu Sacerdos, qui ter vocatus ad Religionem voce ſonora, meruit in ingreſſu Tyrocinij matrem Dei videre, quæ ſe vadem Deo obtulit pro eo.

*A. M.* 5596. C. 1613. Sodalem morbus opprimebat Olyſipone, & maxime nauſea: Adfuit Virgo cum puello calathum pomis grauem geſtante. Hunc adorat æger, & amplecti parans, nauſeam amittit & puellulum ſimul euaneſcere. Anno autem 1614. in itinere prope Gerondam occumbit Gabriel Baile Humaniorum literarum Magiſter: morti proximo offertur Deipara ſtipata cælitibus, dein Chriſtus ipſe corollam omnibus ferens, non ſine incredibili animi lætitia. Sepultus eſt in cœnobio benedictino, Clero & Magiſtratu ipſius funus veluti ſancti hominis honeſtante.

*A. M.* 5628. C. 1645. Antonius Maria Schyrleus de Rheita, Capucinus, edidit in lucem Radium Sidereomyſticum, quem inſcripſit Oculum Enoch & Eliæ, in cuius parte 2. capitibus 5. & 6. pleraque de cæleſtibus ornamentis D. Mariæ aſſimilat; vt cum eam firmamento cœli, cùm duodecim Stellis & Signis, duobuſque Polis, cùm Lunæ, cùm Luciferi ſtellæ ex diuerſis authoribus comparandam & longè ſuperiorem demonſtrat. At anno 1647. Iulius Cæſar Recupitus, Societatis Ieſu ſcripſit varias Conciones, quas inter vna eſt de S. Eucharistia, altera de B. *Virginis* Aſſumptione. Anno 1648. Pariſiis, Iacobus de Hillerin, Sacerdos, & Regis in Parlamento Conſiliarius, dedit in populorum vſum Magnitudines Mariæ Sanctiſſimæ Virginis Matris Ieſu Verbi incarnati: quas quinque libris Gallicè complexus eſt dignis deuotione ſuâ, & aptiſſimis ad flammam amoris Mariani in pectoribus excitandam. Laurentius quoque le Brun, Societatis Ieſu, anno 1649 inter multiplicem, piam, ac religioſam poëſim, immiſcuit & Pariſiis edidit in honorem Magnæ Matris Veſperas marianas, ſiue Pſalmos Dauidis in Veſpertino Officio B. Mariæ Virginis recitari ſolitos. Denique anno 1659. Coloniæ Henricus Engelgrauius, adhuc Societatis Ieſu Sacerdos, dedit in publicum Cæleſte Pantheon, in quo variis Sermonibus, ſiue Tractatibus lucem Euangelicam expendit & explicat in ſingulas Dominicas dies, in ferias Quadrageſimæ & Aduentus, ac demum in feſta anni præcipua, & præſertim in illa quæ venerationi Deiparæ ab Eccleſia conſecrata ſunt.

Ad Majorem Dei Virginiſque Matris gloriam.

Digitized by Google